HISTORIA
IESVITICA
RODOLPHI
HOSPINIANI.

HOSPINIANI
RODOLPHI
IESVITICA
HISTORIA

RODOLPHI

HOSPINIANI HISTORIA IESVITICA

HOC EST,

DE ORIGINE, REGVLIS, CONSTITVTIONIBVS,
Privilegiis, Incrementis, Progressu & Propagatione
Ordinis IESVITARVM.

ITEM DE EORVM DOLIS, FRAVDIBVS, IMPOSTVRIS,
Nefariis Facinoribus, Cruentis Consiliis, Falsâ quoque *Seditiosâ,*
& Sanguinolentâ Doctrinâ.

CVM TRIPLICI INDICE CAPITVM, AVCTORVM,
RERVM *item ac* VERBORVM Memorabilium.

Juxta Exemplar excusum



TIGVRI,
Apud IOANNEM RODOLPHVM WOLPHIVM.
M. DC. LXX.

HOSPINIANI
HISTORIA
IESVITICA

HOC EST,

Privilegiis, Incrementis, Progressu & Propagatione
Ordinis

Nostris Fratribus, Ceremoniis Conflictis, Fide quoque Sedulo,
& Sanctorum Doctrina.

3145



TIGURI,

Apud IOANNEM RODOLPHUM VOLPHIUM.

M. DC. LXX.



ILLVSTRISSIMO, ac

Potentißimo PRINCIPI *&* DOMINO DN.

GEORGIO FRIDERICO,

MARGRAVIO Badenſi *&* Hochbergenſi, LANDGRAVIO Suſenbergenſi,
DOMINO *in* Rotelen *&* Badenvveiler, *&c.* DOMINO ſuo Clementiſſimo.

ILLVSTRISSIME PRINCEPS, *Clementiſſime*, DOMINE, *quemadmodum Regna hujus Mundi & Reſpublicæ certas jam inde à condito orbe habuerunt periodos, quibus circumactis, maximis Imperijs & potentiſſimis Regnis fatales fuerunt, & univerſales mutationes attulerunt, ut planè nouam faciem ſeu formam induerint, ſicut hiſtoriæ dilucidè teſtantur: ita etiam Regnum Chriſti, ſeu militans in hiſce terris Eccleſia, ab Aſcenſione Domini in cælos ſuas periodos, cumprimis in doctrina & externis ritibus habuit. Complectuntur periodi autem iſtæ ut plurimum annos circiter quingentos: quamvis negari non poſſit, hunc periodorum numerum non fuiſſe perpetuum & univerſalem, & plurima Regna vix dimidium ejus exegiſſe. Nam ſi rerum potiantur Principes & Magiſtratus impij, ac omnis generis ſcelera & flagitia etiam inter ſubditos regnent impunè, ſequuntur juſto Dei judicio pœnæ, quæ mutationes accelerando, conſtitutos terminos aliquot annis antevertunt.*

Si autem de Origine & progreſſu veræ ac falſæ doctrinæ, deque mutationibus & erroribus in Eccleſia Chriſti exortis, rectè judicare & loqui velimus, ſemper ad primam periodum, atque adeò ad auream illam ætatem recurrendnm eſt, in qua Chriſtus æternus Filius Dei in aſſumpta humanitate, & Sancti Apoſtoli vivâ voce ac ſcriptis docuerunt, velut omnium præſtantiſſimam: incorruptißimam, & cæterarum omnium normam ſeu Regulam certißimam. Si quid enim non ſolùm in principalibus doctrinæ & Fidei articulis, ſed etiam in Ceremonijs & Ritibus externis diſcrepaverit deinceps, id meritò ſuſpectum, vel ſaltem longe inferiori loco haberi debet. Vnde etiam rectè ille dixiſſe videtur, Id verius quod prius, id prius quod à principio.

Docuit autem Chriſtus, impletis ſuo adventu, adeoque abrogatis umbris ac typis ſeu figuris legalibus, jam in Dei cultu hoc unum diligentißimè ſpectandum, quod olim adumbratum fuerit, ſic, ut fideles porrò non amplius in puerilibus iſtis ceremonijs & ritibus Veteris Teſtamenti ceu pupis quibuſdam, ſed in præſtandis veræ in Chriſtum fidei & pietatis officijs occupati eſſe debeant, qui cultus ille Spiritus & Veritatis eſt, de quo Chriſtus ipſe Ioh. cap. 4. loquitur, quòd Deus illo in poſterum coli velit. Vt veeò nervi quidam eſſent publicorum conventuum, quibus Chriſtiani homines erudirentur,

eiſque externis quibuſdam ſymbolis remiſſio peccatorum & juſtitia coram Deo ceu ſigillis obſignaretur, huic doctrinæ pauciſſimas addidit ceremonias, Baptiſmum videlicet & Cœnam ſacram.

Hanc formam doctrinæ & ceremoniarum, ut ſimpliciſſimam, ita quoque perfectiſſimam & omnibus ſuis numeris abſolutiſſimam, ſicut à Servatore acceperant, ita etiam fideliter retinuerunt Apoſtoli, nihil omninò de ſuo vel aſſuentes, vel detrahentes, ſuiſque eam tradiderunt ſucceſſoribus & poſteris, quam hi quoque integram, puram & incorruptam ad multos annos conſervârunt, teſtem hujus habeo Euſebium, qui ex Egeſippo refert, quòd illius tempore in ſingulis ſucceſſionibus & civitatibus ita ſe res habere deprehenderit, quemadmodum Lex, Prophetæ & ipſe Dominus Ieſus prædicâſſent. Noverunt ſiquidem adhuc illa aurea ſecula, corporalem exercitationem paululùm habere utilitatis in vera Eccleſia Chriſti, & humanis traditionibus fruſtra Deum coli, ijſque ſinceram Religionem fœdiſsimè corrumpi.

Cùm verò ſtatus Eccleſiæ trecentis primis annis & aliquot ſequentibus primæ periodi ad ἀκμὴν ſummamque perfectionem perveniſſet, natura autem ultra hanc in terris nihil inſtituat, factâ converſione, cuncta degenerare & in pejus ruere cœperunt. Habuerunt quidem illa quoque tempora præſtantes aliquot & illuſtres Doctores, tamen omnes propè à puritate & ſimplicitate doctrinæ Apoſtolicæ & proximè præcedentis Eccleſiæ nonnihil receſſerunt. Ea verò occaſione factum eſt, ut mox in admiratione cœperint eſſe variæ ἐθελοθρησκείαι, quæ etiam in opinionem meriti abijſſe jam tum videntur. Inprimis verò admiratione dignum eſt quòd ad finem ſuum prima hac periodo accelerante, Spiritus Antichriſti per Epiſcopos Romanos ſemina ſui primatûs ſupra omnes alios Epiſcopos ſic impudenter ſparſit, ut in hujus periodi fine quaſi in aluum & intra viſcera Eccleſiæ receptus meritò videri queat.

Facies igitur Eccleſiæ ſic nonnihil deformatæ, triſtis fuit circa principium ſecundæ periodi. quæ paulò ante Gregorij Magni ætatem cœpit, & ad Henrici IV. Imperatoris tempora uſque duravit: quæ tamen ferri aliquo modò potuiſſet, niſi in progreſſu ejus triſtiorem, & circa finem triſtiſſimam planè & fœdiſſimam nacta fuiſſet. Cauſæ ejus fuerunt non ſolùm jacta in priore periodo errorum fundamenta & quaſi ſparſa ſemina, ſed etiam irruptiones horrendæ barbararum gentium in Europam, quæ annos plus minus centum ſexaginta totum Occidentem vexârunt. Hìc dici non poteſt, quantam in hoc perturbatiſſimo rerum omnium ſtatu vera Religio, pura doctrina, pietas & eruditio in Occidentalibus Eccleſijs jacturam fecerit. In has igitur occaſiones intentus hoſtis humani generis, horribiles & pernitioſas tenebras, ceu nubes quaſdam atras, totum cœlum occupantes, in Eccleſiam Chriſti ſimul induxit, per ipſos Doctores & Eccleſiarum Antiſtites maximè, quos inter Romanus Epiſcopus Gregorius Magnus facilè primas tenet, qui duarum præcipuè rerum, quæ horribilem inclinationem & ruinam Eccleſiæ attulerunt, Invocationis nimirum hominum mortuorum & Sacrificiorum pro mortuis, auctor & quaſi fundator fuit: Ceremonijs etiam plus quàm Iudaicis & Ethnicis Eccleſiam & Religionem Chriſtianam mirum in modum oneravit, quarum ſplendore & pompâ mentes hominum mirificè captæ & faſcinatæ fuerunt.

Quæ quidem gravia ſunt, & pijs animis hanc fœdam & deturpatam faciem Eccleſiæ diligenter contemplantibus, ſuſpiria ac tantum non lachrymas movent. Verùm longè infeliciora & tenebricoſiora tempora ſequuta ſunt, rebus ſubinde juſto DEI *judicio & vindicta in pejus ruentibus. Antichriſtus enim paulò ante in utero Eccleſiæ conceptus, ſub Bonifacio Romano Epiſcopo in lucem editus, non amplius in Myſterio, ſed palàm operari cœpit. Nam cultum Deorum alienorum inſtituit, Sanctos mortuos invocatione Statuarum, Imaginum, Templorum & Altarium exſtructione*

honorari

honorari præcepit, & ſtatuas ligneas adoratione colendas eſſe pronunciavit: Synodos, iconolatriam oppugnantes, damnavit, & velut Dictator quidam ſubditis præcepit, ne ejuſmodi Magiſtratibus, venerationem & invocationem abolentibus, obedientiam ullam præſtent; Cæremonias à maioribus ſuis & prædeceſſoribus inventas non modò retinuit, ſed etiam prodigiosè accumulavit, plus quàm dimidiâ parte ſecundi huius periodi evolutâ. Baptiſmum & Cœnam Domini multis ac variis traditionibus humanis contaminavit, & in alios uſus tranſtulit, quam à Chriſto inſtituta fuerunt. Inter hæc verò Eccleſia & ſponſa Chriſti parùm præſidij habuit, ſed ab omnibus orba cæpit fieri, & quaſi ovis in medio luporum coſtituta tanquam prædæ expoſita fuit, Doctoribus ejus omnem ſuam operam Antichriſto locantibus, præmia inde ampliſſima reportantibus, & ſi qui fuerunt, qui his rebus Eccleſiæ afflictiſſimis ſuccurrere & auxilium ferre cuperent, mox vel calumniis, vel apertâ vi oppreſſi, atq; efficacia errorum & omnis generis ſuperſtitionum victi fuerunt.

Excepit hunc triſtiſſimum Eccleſiæ ſtatum tertia periodus, quæ initio Regni Henrici Quarti Imperatoris cæpit, & ſeſe ad Annum quingenteſimum ſupra milleſimum usque extendit. Hæc verò majorem mutationem Eccleſiæ & Imperijs quàm prior attulit. Nam invexit in Eccleſiam faciem prorſus novam, nec prioribus ſeculis unquam viſam, Regnum videlicet politijs ſimile, & ab eo, non dico quod in prima, ſed in ſecunda adhuc periodo fuit diverſum. In priore periodo Antichriſtus majorem Principatum ſeu dominium nactus eſt artibus ſuis, quàm ipſi conveniret, nihilominus tamen nondum adhuc arbitrio privato omnia adminiſtrare in Eccleſiis auſus fuit, in hac verò periodo tertia, non ſolùm, quod mediâ parte ſecundæ periodi circumactâ facere cœperat, caput ſuum extulit ſupra omnes alios toto orbe Chriſtiano Paſtores: ſed veluti ſummus quidam totius orbis Monarcha, ſibi ſoli arrogavit poteſtatem conſtituendi & inveſtiendi Epiſcopos, convocandi Concilia & Synodos ijſque præſidendi, & tibi pro libidine decernendi controverſias, præſcribendique certas Religionis formulas: imò quaſi nihil aut parum hoc eſſet, ſummâ audaciâ in politicum imperium irrupit, ſibique Regna hujus Mundi arrogavit: voluit etiam ipſos Imperatores, Reges ac Principes cæteros à ſeſe, Dominos ſcilicet à ſervis, Regnorum poſſeſſionem petere & accipere debere: quin leges quoque præſcripſit Imperatoribus ac Regibus, à quibus ipſe hucuſque Leges acceperat: cauſarum inſuper politicorum cognitionem & deciſionem ſibi ſoli vindicavit, gloriatuſque eſt, in ſcrinio pectoris ſui omnia jura contineri, & proinde cunctos homines debere pro Legibus habere quæcunque ipſe dixerit. Hac effreni audacia atque impudentiâ Monarchiam ex politico & Eccleſiaſtico regimine mixtam conſtituit, faciem Imperij Romani prorſus mutavit, ſeſeque ſupra omne quod dicitur DEVS *exaltavit.*

In hac eminentia conſtitutus Antichriſtus, in hoc novum ſuum regnum, ad priores idololatrias novum & prioribus ſeculis incognitum DEVM *Panaceum introduxit: quem ſacræ Literæ* DEVM *Maozim nominant, eique peculiare feſtum magna cum ſolennitate & reverentia celebrandum inſtituit. Hic novus Deus occupavit in Eccleſia omnem cultum adorationis & venerationis ſoli Deo debitum, omniumque oculos & mentes à verò Deo ad ſe pellexit: Hoc ſeſe in proceſſionibus & theatrica Miſſa oſtentante, conticuit cœleſtis doctrina.*

Et quod in primis notandum eſt DEO *regnante, prodijt etiam novum doctrinæ genus in Eccleſia, quod* Scholaſticam Doctrinam *appellant, hac occaſione. Quum Romani Pontifices non ſolùm errores ſuperioribus ſeculis introductos, ſed jam etiam portentoſum illud dogma Tranſſubſtantiationis, tanquam fontem infinitorum aliorum errorum pertinaciter defenderent, & contra ſentientes immani tyrannide perſequerentur ac opprimerent, ſicut Berengarij & aliorum exempla evidenter docent; factum eſt, ut illa Theologia, qualiſcunque tum fuit, à pleriſque negligeretur, nec ferè alij quàm*

pauci

pauci Monachi ei adhærerent, & ad juris Civilis ſtudium Italica & Germanica ingenia certatim confluerent. Hoc verò quum ingentem cladem, & tantùm non ruinam non ſolùm Theologiæ iſtius temporis, ſed etiam recenti, nec dum ſatis confirmatæ Romanorum Pontificum tyrannidi minitari videretur, GRATIANVS Monachus, ut afflictis his ſuæ partis rebus aliquam opem & auxilium ferret, legum Pontificiarum Volumen conſarcinavit & congeſsit circa annos Chriſti 1150. quod Decretorum opus nominatur, & hodiè pro prima parte juris Canonici ſeu Pontificij habetur. In eo Hierarchiam & tyrannidem Pontificum Romanorum propugnandam ſuſceperat ex Canonum Decretis. In hunc finem excerpſit. Canones in hoc volumine ex quatuor potißimum ſcriptorum generibus: alios quidem ex Concilijs & Synodis: alios ex Epiſtolis Decretalibus primorum Pontificum Romanorum, alios ex ſcriptis Patrum: alios denique ex hiſtorijs Eccleſiaſticis; ſed eâ fide, ut magno cum judicio hæc omnia legenda ſint, multa ſiquidem falſa, commentitia & notha recitat; tum vera impudenter, malitioſè fallaciter & impiè corrumpit; ſæpe numero turpiter errat in authorum & librorum inſcriptionibus, Hieronymo adſcribit quod tribuendum erat Auguſtino, aut ſimili; ex uno Concilio profert Canonem qui alterius eſt; titulum facit ex Epiſtola Decretali alicujus Pontificis in qua tamen nihil tale reperitur: & tamen tanto applauſu acceptum approbatumque fuit hoc Opus à Pontificibus Romanis, ut mox Eugenius Tertius ſecundum id in Conſiſtorijs judicare præceperit. Sequutus mox eſt Gratianum Petrus Lombardus Pariſienſis Epiſcopus, qui in Theologia verſari maluit, quàm in Forenſibus litigioſiſque quæſtionibus. Itaque Scholaſticæ Theologiæ, qualis tunc erat, fundamenta in quatuor libros, qui ſententiarum dicuntur; congeſsit. Hi quatuor libri, non ex viva verbi DEI ſcaturigine, ſed Patrum duntaxat lacunis deſumpti, fuerunt poſtea totius Scholaſticæ doctrinæ baſis & fundamentum: unde ipſe etiam vulgò in Scholis Magiſter Sententiarum appellari cæpit.

Sequitur jam media Scholaſtica priore illa longè deterior, quæ duravit ab anno Chriſti 1220. ad annum uſque 1330. & habuit Albertum M. velut parentem & authorem. Is enim Philoſophiam humanam, inprimis Ariſtotelicam in ipſa adyta Scholarum Theologicarum & penetralia Eccleſiarum intromiſit, & in ſupremo ibi controverſarum quæſtionum dijudicandarum ac decidendarum gradu & throno, ceu Reginam quandam collocavit: quo factum eſt, ut Ariſtoteli & Philoſophiæ humanæ, magna cum Religionis pernicie, Principatus in Schola Chriſti attributus, & de poſſeſsione hæreditaria Chriſtus depulſus ſit. Superior enim Scholaſtica Patrum quidem, ſed Eccleſiaſticorum duntaxat ſcripta ac dicta verbo DEI exæquavit: hæc verò ulterius progreſſa, Ariſtotelis etiam ſcripta verbo Dei in omnibus cõparavit, ut quæ veſtigia exiguæ illius erga verbũ Dei reverentiæ in Theologorũ Scholis reſtarent adhuc, ab hac penitus deleta & conculcata fuerint. Cùm enim errores & abuſus vel recepti conſuetudine, vel à Pontificibus Romanis approbati tueri defendiq; non poſſent, ſi ad verbi Dei lydium examinarentur, alia fuerunt quærenda præſidia. In hac igitur Scholaſtica non Prophetarum, non Chriſti, non Apoſtolorum, non denique Auguſtini, Hieronymi, Ambroſij & ſimilium, ſed Ariſtotelis tantum fit mentio, ejus nomen primo ſemper loco ponitur, ejuſque ſcripta pro apodicticis, verbum autem Dei pro opinione ſaltẽ probabili habetur, ut ex Occami centiloquio apparet. Hinc evenit, ut qui illis temporibus pro inſigni Theologo ſeu Doctore haberi cuperet, non in Prophetas, Evangeliſtas, vel Apoſtolorum Epiſtolas, ſed Ariſtotelis tantum libros Commentaria ſcriberet. Fecit hoc primus Albertus M. & eum deinde ſequutus Thomas Aquinas, alijque non pauci.

Intereà verò temporis non ceſſârunt Canoniſtæ etiam, ſed in evehenda Pontificum Rom. authoritate ſtrenuè laborârunt, ad imitationem Gratiani Reimundus enim Barchinonenſis Monachus Hiſpanus circa annos 1230. juſſu Gregorij IX. Decretales

les edidit, *in quibus ne verbulum quidem exstat de institutis veteris Ecclesiæ, nihil in ijs habetur ex S. Scriptura, nihil est antiquis historijs, nihil ex sanctorum Patrum libris & scriptis sed noua sunt planè omnia, nec Theologis & Ecclesiarum Ministris, Leguleis & Causidicis ad propugnandam Pontificum Rom. immanem tyrannidem accommodata. Hos etiam Decretales in Scholis publicè prælegi & explicari idem Grægorius præcepit. Vidit enim astutissimus homo, Pontificatum Rom. ægrè confirmatum iri, nisi legibus latis, ac his quoque cum authoritate promulgatis & in Scholas ac judicia introductis.*

Hinc Bonifacius VIII. *anno* 1295. *in Lugdunensi Concilio* Sextum Decretalium *confirmavit, suo jussu à tribus doctis viris, ut Platina refert, compilatum, eundémque mandavit etiam passim in Scholis prælegi & explicari.*

Clemens V. *superaddidit anno* 1308. *in Concilio Viennensi librum* Clementinarum *à se compositum, qui quartam partem juris Pontificij efficit, ac in Scholis similiter prælegendum mandavit, ut Trithemius in Chronico Hirsaugiensi indicat. In utroque opere non alia tractantur, quàm in Decretalibus explicantur, utpote quæ super addita sunt, vel quia in Decretalibus oscitanter prætermissa fuerunt, vel quòd ampliato jam foro Pontificio, usus ipse forensis digna comprobârit quæ attexerentur. Vnde liquet, in quarum rerum explicatione ista librorum congeries & moles maximè insumatur.*

Et tamen his omnibus postremò loco quasi appendix annexa est cùm à diversis Pontificibus, tum verò maximè à Ioanne XXII. circa annos 1320. *series quædam Constitutionum, quas* Extravagantes *vocant. Atque ita ex Canonum exigua scaturigine à Gratiano collectorum, in vastum quendam Oceanum jus Canonicum accessione temporis inundâsse videtur. In eo, quo longius progredimur, eò offendimus Canones à pietate & syncera Religione longius degenerantes.*

Sed quasi hoc parum, vel nihil esset, sequutum est tertium Scholasticæ *doctrinæ genus, anno Christi* 1330. *& duravit ad annum usque* 1515. *fuitque duobus prioribus longè deterrimum & impudentissimum: modestia enim, quæ in prima & media Scholastica adhuc in quadam deliberatione & quæstione posita erant, utrum scilicet Papa Rom. sit simplex homo, an quasi* DEVS? *an participet utranque naturam cum Christo? an Papa sit supra Concilium? an Virgo Maria à peccato omni sit immunis? & alijs sexcentis similibus, de his certa quædam definire & determinare in hac Scholastica cœperunt, suasq; determinationes pro articulis fidei haberi voluerunt: denique nihil tam fuit superioribus seculis visum impium, blasphemum, ineptum & erroneum, quod hæc Scholastica suâ audaciâ, subtilitatibus, argutijs, distinctionibus, sophismatis, exceptionibus & oppositionibus non ausa sit palàm propugnare ac defendere.*

Inde Quodlibeta & Quodlibetariæ quæstiones *natæ, & à Gualtero Pictavienſi Episcopo editæ sunt circa annos Christi* 1240. *magnâ omniũ admiratione. Sunt autẽ.* Quodlibeta *libri, in quibus eorum authores in utrámq; partem, Academicorum more, de quolibet etiam apice Theologico pro & contrà disputant; ut nihil sit apud eos tam certum & definitum, quod non in dubium vocari possit, contrariásque rationes habeat: & qui hoc præstare potuerunt, pro optimis & excellentissimis Doctoribus habiti fuerunt.*

Ecce igitur, Clementissime Princeps, ut obscurata fuerit prorsus in hac tertia periodo aurea primitivæ Ecclesiæ facies, & mutatus Evangelicæ dolor optimus. Versa est mihi (*inquit Dominus apud Ezechiel.*) domus Israël in scoriam, & degenerârunt Ecclesiarum Ministri in feces & excrementa sordida.

Durârunt hæ plus quàm Cimmeriæ tenebræ ab Innocentio Tertio seu ab origine & ortu Mendicantium Monachorum *maximè, hoc est, ab anno* 1215. CHRISTI *Salvatoris, ad initium quartæ periodi, & annum* CHRISTI 1515. *usque: quando* DEVS *Optimus Maximus ex immensa gratia humani generis misertus, duo illa clarissima lumina,* Luthe-

 rum *dico*

rum *dico &* Zvvinglium, *excitavit, qui primi omnium in Germania & Helvetia denſiſſimas has nebulas & obſcuriſſimas tenebras diſcuſſerunt, & Verbum* DEI *prorſus extinctum atque ſepultum in lucem revocârunt, quò toti Mundo luceret. Contra hanc verò patefactam Veritatem mox fremuit, & adhuc hodiè fremit ac frendet Satan, inſtituit Concilia, Synodos, diſputationes & Colloquia: cúmque hoc conatu nihil proficeret, ſed veritas magis magiſque emergeret, ad arma confugit, & potentiſſimos Imperatores, Reges ac Principes adverſus renaſcentem ubique terrarum Evangelij puram doctrinam excitavit, & regna paſſim omnia bellis civilibus, ſeditionibus, alijſque horrendis motibus concuſſit, & ſumma imis miſcuit.*

Verùm ne ſic quidem conatus ejus ex animi ſententia ſucceſſerunt, ſed quo magis ſævijt, eò majores vires & incrementa, DEI *benedictione, ſumpſit Veritas. Cùm igitur hoſtis humani generis animadverteret, Curiam Romanam, omnis idololatriæ officinam, labeſcere, & tantùm non fœdam ruinam minitari, ſimulque intelligeret, Clericorum & Monachorum, quantúmvis præpingues & craſſos ventres, hanc ruinam non poſſe amplius fulcire ac ſuſtentare, ut afflictis ſuis rebus maturè ſuccurreret, paulò poſt inchoatam quartam periodum novum fœtum,* IESVITAS *dico, in lucem edidit. Et hi quidem Satanæ in fulciendo ac ſuſtinendo Antichriſti Regno ſtrenuam operam locârunt. Vnde etiam auſi ſunt Pontificiam cathedram ruentem, aut ruinam certè minitantem pingere, quam ipſi ſuis humeris, densâ teſtudine conferti, ſuſtinerent. Non puduit eos nec pudet adhuc hodiè veternoſos, turpiſſimos ac pernicioſiſſimos, luce meridianâ manifeſtiores errores, & ſuperioribus ſeculis ſubintroductos, jam verò claritate doctrinæ cœleſtis in hac poſtrema Mundi ætate* DEI *beneficio detectos, palliare, tegere, verborum lenocinijs involuere, rethoriciſque coloribus pingere, maximè autem auguſtiſſimo Catholicæ & Apoſtolicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ titulo ornare: adeóque nihil eſt tam craſſum, putidum, tam impurum, tam inſulſum, tam impium, tam fabuloſum ac falſum in Pontificia lacuna & cloaca, quod novæ iſti ſectæ non benè oleat.*

Atteſtatur hoc Paulus Florenius Theologiæ Doctor & Profeſſ. in Colloquio cum Chriſtiano Franco Philoſophiæ Profeſſore in Cæſareo Ieſuitarum Gymnaſio Viennæ Auſtriæ anno 1578. 20. *Ianuarij habito. In ejus Colloquij initio hæc ſunt verba Florenij Ieſuitæ ad Francum.* Videtur mihi, Chriſtiane, rem omnem ſinceriùs & ſubtiliùs contemplanti, noſtra hæc, in qua verſamur, Religio Ieſuitica tota ex ſuperſtitione, hypocriſi, & ficta quadam, pictaque ſanctitate conflata, ultimaque hac Mundi ſenectute à Diabolo excitata: quę omnes errores, nugas & ſuperſtitiones: quæ (uno ut verbo dicam, minus honeſto quidem, & quo ſanè invitus utor, ſed huic rei aptiſſimo planéque neceſſario) quæ inquam omnia turpiſſima Papæ ſtercora (tum graviter per ſe olentia, tum verò hoc tempore, quo ab eruditis viris crebro commoventur, multò magis fœtentia) ſanctitatis jam quadam ſimulatione condita, temperatáve, mæandríſque neſcio quibus involuta orbi Chriſtiano iterum venderet, pro aromatis, atque adeò per vim fermè quandam obtruderet: ut nihil tam turpe, fœdum & falſum in Eccleſia Roman. cernatur, quòd hęc novo non artificio, vel mentis aciem pręſtringendo, vel omnem turpitudinem & falſitatem callidè tegendo pulchrum apparere faceret, atque verum. Quare optime Chriſtiane conſiderandum nobis etiam atque etiam cenſeo, in qua religione verſemur, ne hanc falſam ignorantes, & ipſi à DEO ignoremur. *Hæc Florenius.*

Et quia à ſacra Scriptura, divino Spiritûs ſancti inſtinctu edita & inſpirata, palàm repulſi ſunt, eò confugiunt, unde ſubſidium omninò nullum eis oſtenditur, ad Scripta nimirum Patrum,

Patrum, & totius orbis Christiani oculos splendore veteris Ecclesiæ luminum perstringere conantur: Vtque hoc facilius efficiant, licentia & potestas data est eis à Pontif. Roman. Gregorio XIII. Papa anno 1573. Ianuarij die 8. ut terras mariaque peragrantes, & bibliothecas omnes perlustrantes, Patrum & Historicorum, tum veterum, tum recentiorum, imò Scholasticorum quoque libros, qui non cum ijs, eorumque doctrina per omnia consentiant, interpolare, voces, sententias, quin etiam integras paginas, addere, assuere, detrahere, mutare, mutilare, nefariéque pro arbitratu & libidine sua corrumpere audeant, quod ipsi honesto, si Dijs placet, titulo seu nomine, Liberos repurgare *vocant.*

Sed quasi hoc nihil, vel parum admodum esset; hoc novum genus hominum, novâ suâ doctrinâ, tubam ac facem fuisse multorum in Europa motuum, bellorum, parricidiorum, seditionum ac turbarum, ipso facto luculenter probat. Docent enim Iesuitæ, pro invalidis & planè nullis haberi debere, pacta, conventa Imperatorum, Regum & Principum, aliorumque Ordinum, etiamsi juramento confirmata, non autem à Rom. Pontifice approbata sint. Ex hoc axiomate docent etiam, Pacem Religionis inter Principes Germaniæ, non esse obligatoriam, uti per vim extortam. Docent, hoc tempore ad laborandum Pontificijs, ut Lutheranos & Calvinianos, illorumque fautores omnibus modis opprimant. Docent, quando Pontificij Regem vel Principem suum pro Tyranno habendum in Collegij suis decreverint, tum illum abdicare: & seipsos omni obligationis vinculo ac nexu solvere posse. Docent, Imperatores, Reges aliosque Magistratus à subditis necari & interfici posse. Docent, hæreticos Magistratus (hoc est, Evangelicos) pro excommunicatis habendos, si non de facto, tamen de jure: ideoque proscribendos, obdicandos & è medio tollendos esse. Docent, Principes à Roman. Religione deficientes, vel saltem hæreticis faventes, abdicandos esse. Docent, hæreticis (Evangelicis) fidem prorsus nullam habendam esse. Docent, AEquivocationibus uti, ijsque Magistratus decipere Pontificijs permissum esse: hoc est, licere sibi aliisque Papistis, non tantum simpliciter manifestam veritatem celare, aut negare, sed piè & religiosè asserere, perque salutem æternam protestari, imò jurare in illa quæ certissimè cognoscunt falsissima esse; retinendo tantum proprium quendam & reconditum animo sensum, & ejusmodi AEquivocationes pro bona prudentia habendas.

Ac, ut progrediar ulterius quam constitueram, de Verbo Dei & Sacrasancta Scriptura, hoc est, de Prophetarum & Apostolorum scriptis, à Spiritu sancto Sanctis Dei hominibus inspiratis, docent Iesuitæ, quòd sit Cereus nasus, materia litis, liber hæreticorum, litera muta, mortua, ambigua, obscura, varia, mutabilis, insufficiens, imperfecta: & quæ propterea non ab omnibus Christianis in vernaculis linguis legi debeat. Iesuitæ Colonienses in sua Censura S. Scripturam vocant Sermonem abbreviatum, imperfectam doctrinam, quæ non omnia necessaria ad fidem, bonos mores & beatam vitam conservandam contineat: Ex Scriptura certum & ratum intellectum dari non posse, sed esse eam plumbeum instrumentum, quod & Catholicus & hæreticus suæ sententiæ aptare possit. Quidam VVolffgangus Hermannus Colonienſis blasphemè asseruit. Scripturas tantum valere, quantum valent AEsopi fabulæ, nisi accederet Ecclesiæ testimonium: & Hosius de Authoritate Scripturæ lib. 3. pag. 197, affirmat, hoc piè ab ipso dici potuisse. Docent porro, judicem controversiarum de fide & moribus Romanam Ecclesiam esse. Bellarminus lib. 4. cap. 3. asserit, Scripturam sine Traditionibus non admodùm necessariam esse: Traditiones autem simpliciter necessarias esse.

In his non negligenter observanda est Satanæ astutia, nec non Pontificiorum, inprimis Iesuitarum artes ac stratagemata. Iam ab annis aliquot non multùm laborant Iesuitæ, circa ipsa Religionis Christianæ dogmata, ut vel nostrorum scripta oppugnent, vel sua propugnent ex Scripturis sacris, quod ante hac Papatûs defensores facere conabantur, quandoqui-

dem hujus generis pugnæ jam olim infeliciter sibi cedere senserunt. Compendiosior igitur visa est ad victoriam via, si semel omnem Scripturæ sacræ authoritatem convellerent, imò totam prosternerent: cúmque palàm id facere absque summa impietate non possent, saltem eam Pontificis sui arbitrio totam subijcerent, & omne jus cognoscendi, dijudicandi & decidendi controversias Religionis non ad S. Scripturam referrent, sed ad suum Papam traducerent, & sic, si illis credimus, aut concedimus quod volunt, nihil jam Scripturæ sacræ contra Papam amplius valent, nec nobis restat aliud, nisi ut victi manus demus, & colla nostra rursus Romani Pontificis jugo subijciamus.

Hæc, Clementissime Princeps, paulò pluribus commemoro, ut orthodoxi Principes & Magistratus Christiani, Ecclesiarum item Pastores & Antistites quid faciendum sibi sit intelligant. Frendet Satan, fremit Antichristus, tumultuantur Iesuitæ & summa imis miscere conantur: ex adversa igitur parte hisce furoribus, motibus & conatibus obviam ire decet & omnes nervos contendere, ut vera Religio & doctrina Verbi DEI in Reformatis Ecclesiis pura puta conservetur, & à fermento Iesuitico strenuè defendatur.

In hunc usum ego quoque Historiam Iesuiticam conscripsi, non quidem integram, absolutam & perfectam, quod ultrò ac libenter fateor, quis enim illorum facinora, dolos ac imposturas hinc inde patratas, commemoret? sed eas tantùm, quæ ad manus meas pervenerũt, diligenter & bona cum fide annotavi: In cujus Historiæ libro primo usus sum interdum Heliæ Hasenmulleri testimonijs, qui sponte sua ad Iesuitas se contulit, & aliquot annos in eorum Collegijs hinc inde vixit, sperans quòd apud hujus sodalitij homines veram & Catholicam doctrinam invenire posset. Cùm verò apud illos nihil quàm vanas superstitiones, hypocrisim Pharisaicam, falsas opiniones ac turbulentos errores invenisset, eos deseruit, & fugâ elapsus ad gremium orthodoxæ & veræ Christi Ecclesiæ rediit. Hic scio quid Iesuitæ in promptu habeant quod respondeant, nempe, Hasenmullerum hunc apostatam, & sui Ordinis desertorem fuisse, ideóq; illi in hac causa omnem fidem ademptam esse. Si autem ad hunc modum licet argumentari, bone DEVS quot Papistarum Scriptoribus, & quidem non infimæ sortis fides omnis derogabitur? nempe, Staphylo, Rabo, Franco, Isengrinio, Flascio, Lipsio, & & præcipuè Ioanni Pistorio: hos enim & alios multos in vera doctrina inde ab ineunte ætate institutos & enutritos fuisse, negari non potest: eos autem splendore Mundi & pinguissimis præbendis illectos, ab agnita veritate defecisse, toti orbi Christiano constat: ergo, vel Iesuitarum confessione & testimonia, his ipsis omnis fides deroganda erit in omnibus quæ contra nostros nostrasque Ecclesias scripserunt.

HANC verò Historiam, Clementissime Princeps, sub felicibus auspicijs nominis V. in lucem prodire tribus potissimùm de causis volui. Prima est, quòd certò scio, pessimam me gratiam historiæ hujus evulgatione à Iesuitis reportaturum, idemque eventurum mihi, quod Propheta Isaias 59. Capite illis prædicit, qui Basiliſci ova conculcant. Si quis enim conculcaverit ova illa, erumpit ex testa vipera, & sævissimè conculcantem insequitur, Conculcat autem ova illa viperina, quicunque dolos fraudis, impostura s, practicas etiam & consilia sanguinolenta & perniciosa in lucem protrahit, (quod ego in hac Historia aliquo saltem modo facio) & propterea vindictam experiri cogitur. Cùm etiam dubium mihi non sit, quin locustæ illæ (de quibus Ioannes in Apocalypsi 9. Capite vaticinatur) de putei fumo prodeuntes, quorum caudæ similes Scorpionum, inque illis aculei, quibus nocendi hominibus potestas data est, his suis aculeis viperijsque morsibus laborem hunc meum omnibus modis sint impugnaturæ, & convitijs ac maledicis insectationibus, seu malitiosa & mendaci infamatione aliqua catervatim contra me sint, pro more suo, irruituræ: Patrono opus habeo, qui me contra viperios istos morsus & locustarum aculeos fortiter defendat ac protegat. Hunc Patronum Celsitudinem V. præ cæteris mihi delegi, quam humiliter rogo & obsecro, ut hanc historiam in suam tutelam, patrocinium ac defensionem suscipere dignetur. Altera Dedicationis hujus

causa

causa est, quòd non solùm in Marchia, seu ditione ac Dominio V. toto vèrbi divini doctrina splendidissimè lucet, eamque magna animi fortitudine, magnoque zelo ac singulari studio Celsitudo V. defendit & propagat: quod si in eo perrexerit, DEVM *omnipotentem remuneratorem largissimum experietur, neque is Vestro studio, laboribus & sanctis conatibus unquam deerit: apud cunctos autem Veritatis Evangelicæ amantes æternam laudem & gloriam consequetur. Tertia causa est, ut Historia hæc manifestum ac certum sit quasi depositum, testimonium & signum S. P. Q. Tigurini erga Celsitud. Vestram summæ observantiæ, studij & amoris singularis. Quod reliquum est,* DEVM *Opt. Max. ex animo oro rogóque, ut Celsitudini Vestræ in hac vita contingat optata longævitas: in fide Christi perennis stabilitas: in Imperio firma tranquillitas, in obitu felix immortalitas: in cœlis autem expectata beatitas: per* IESVM CHRISTVM *Dominum ac Servatorem nostrum unicum,* AMEN. *Tiguri Helvetiorum Metropoli 28. Octobris, Anno Christi Salvatoris nostri unici* 1619.

CELSITVDINIS V.

Observantissimus

Rodolphus HOSPINIANVS
Tigurinus.

INDEX PRIMVS CONTINENS CAPITA.

LIBER I.

DE Origine & authore Ieſuitarum ordinis Cap. I.
De nomine Ieſuitarum II.
De Habitu & veſtitu Ieſuitarum III.
De Regulis & conſtitutionibus Ieſuitarum IV.
De Ieſuiticæ Oeconomiæ membris, ad Reg. declarationem pertinentia, varia V.
De confirmatione ordinis, Regulæ, Conſtitutionum, totiuſque æconomiæ Ieſuitarum VI.
Privilegia à Pontificibus Rom. Ieſuitis conceſſa VII.
Examen Regularum de votis Ieſuitarum VIII.
Notæ & animadverſiones ad Regulas Ieſuiticas IX.

LIBER II.

DE Propagatione & Incrementis ordinis Ieſuitarum in Gallia Cap. I.
De Ieſuitarum in Angliam, Poloniam Tranſſylvaniam, Bavariam &c. adventu II.
De Ingreſſu Ieſuitarum in Indiam eorumque in Indijs propagatione, profectu & Miraculis III.
Catalogus Provinciarum, in quibus Ieſuitæ habitant: item Collegiorum ac Domorum, ſociorumque, qui in una quaque provincia ſunt IV.
De Collegijs Ieſuitarum, eorumque magnificis ſtructuris V.

LIBER III.

DE varijs facinoribus, dolis ac impoſturis Ieſuitarum ſanguinolentiſq; conſilijs Cap. I.
Res geſtæ Ieſuitarum in Luſitania II.
Res geſtæ Ieſuitarum in Gallia III.
De conjurationibus, turbis, ſeditionibus, parricidijs, à Ieſuitis in Anglia excitatis, alijſque horrendis & inauditis ab ijſdem ibidem perpetratis facinoribus.
item,
In Scotia & Italia quid actum à Ieſuitis.
ut &
In Bohemia, Hungaria, Moſcovia, Polonia, &c. IV.
Subjicitur Epilogi hujus lib. loco tractatus de ſtudijs Ieſuitarum abſtruſioribus.

LIBER IV.

De Doctrina IESVITARVM.

DE parricidijs & abdicationibus Regum ac Principum, Ieſuit. doctrina Cap. I.
De Aequivocationibus Ieſuitarum II.
Miſcellanea de Ieſuitis eorumque doctrina, contradictionibus &c. III.

INDEX

INDEX SECVNDVS.

AVTHORES

PRÆCIPVOS, QVI IN HIS LIBRIS citantur, continens.

ACosta *Ieſuita.*
Acta Garneti.
Æneas Sylvius.
Æſchil. *Poët.*
Alanus.
Albertus Kranzius.
Almain.
Alciſius Froës de Rebus Iapponicis.
Alphonſus de Caſtro.
Ambroſius *Epiſcopus Med.*
Ambroſius Catharinus.
Ambroſius Compſa.
Andradius.
Andreas Eudæm. Ioh.
Andreas Fabricius *Ieſ.*
Andreas Vega.
Anglo-Rhemenſes.
Anti-Cottonus.
Apologiæ aliquot Ieſuitarum.
Ariſtophanes.
Ariſtoteles.
Attornatus *Angl.*
Auguſtinus.
Author Hiſtoriæ Ieſuitarum.
Author Ieſuitæ Sicarij.
Azorius *Ieſuita.*

BAronius *Cardinalis.*
Beatus Rhenanus.
Bellarminus.
Ben. Pererius *Ieſuita.*
Bernhardus.
Bobadilla.
Bonaventura.
Botoreus *Advocatus Francicus.*

CAjetan. *Cardinalis.*
Carolus Scribanius *Ieſ.*
Catechiſmus Ieſuiticus.
Chryſoſtomus.
Cicero.
Clichtoveus.
Commonefactio Epiſcoporum quorundam ad Matthiam Archid. Auſt.
Concilia Tolet.
Concilium Conſtanti.
Concil. Lateran.
Concil Meldenſe.
Concil. Trident.
Conciliorum liber.
Conciones de Canonizat. Ignatij.
Conradus Brunus.
Conradus Deker.
Conradus Graſſerus.
Cornelius Agrippa.
Creſvvellus *Ieſ.* author Philopatris.
Cuſanus Cardinalis.
Cyrillus.

DElrius.
Driedo.
Durandus.

EDmundus Campianus *Ieſuita.*
Elienſis Epiſcopus, author Torturæ Torti.
Emmanuel Sà *Ieſuita.*
Eraſmus.
Eſpenſæus *Epiſcopus.*
Euſebius.

FAber Stapulenſis.
Fevardentius.
Franciſcus Coſterus.
Franciſ. Iunius.
Franciſ. Lucæ.
Franciſ. Petrarcha.
Franciſ. Soterius.
Franciſ. Suarez.
Franciſ. Turrian. *Ieſ.*
Franciſ. Veronus *Ieſuita.*
Franciſc. Xaverius *Ieſ.*
Fronto Ducæus.

GEllius.
Georg. Caſſander.
Gratianus.
Gregorius M.
Gregorius de Valentia *Ieſ.*
Guicciardinus.

HAſenmüllerus.
Hieronymus.
Hieron. Vendramenus.
Hilarius.
Holcotus.

Home-

Homerus.
Horatius Turſelinus.
Hoſius *Cardin.*
Hugo.

Iac. Aug. Thuanus.
Iacobus Gretſerus *Ieſ.*
Iac. Simancha.
Iac. Sylvanus, *aliàs* Keller, *Ieſ.*
Ieſuitæ Colonienſes.
Ieſuitæ Colonienſes.
Ieſuitæ Monaſterienſes.
Ieſuitæ Poſnanienſes.
Ignatius Loyola.
Ignatius Martyr.
Index Expurgatorius.
Iohan. Alvarius *Ieſ.*
Ioh. Bocatius.
Ioh. Chambilton.
Ioh. Ferus *Conc. Mogunt.*
Ioh. Gerſon.
Iohan. Lerius.
Ioh. Mariana *Ieſ.*
Ioh. Major.
Ioh. De Turre-Cremata.
Iſaacus Caſaubonus.
Iſidorus.
Ius Canonicum.
Iuſtinus.

Laurentius Valla.
Liber Æquivocationis Ieſuiticus
Liber de Abdicatione Henr. III.
Liber Titul. pro Infanta Hiſpan.
Lindanus.
Ludolphus *Carthuſ.*
Lyra.

Maffæius. *Ieſ.*
Mantuanos.
Marianus Scotus.
Marſilius.
Martinus Becanus *Ieſ.*
Martinus Navarrus.
Mart. Polonus.
Medina.
Melchior Canus.
Memor. Ligæ.
Molanus.
Montaignes *Ieſ.*

Nicethas Choniates.
Nicolaus Pimenta.
Nilus Archiep. Theſſal.

Osorius.
Otto Friſingenſis.

Pactio Caroli V. cum Clem. VIII.
Panormitanus.
Paulus Chirlandus.
Paulus Venetus.
Paulus Windek.
Petrus A-Soto.
Petrus Boquinus.
Petrus Caniſius *Ieſ.*
Petrus Ribadeneira *Ieſ.*
Philippus Callimachus *Florentinus.*
Philippus Marnixius.
Platina.
Plæotus.
Plato.
Polus *Cardinalis.*
Polydorus Vergilius.
Pomerium Sermonum.
Pontus Tyardhus Cabillonenſis Epiſcopus.

Ranolphus.
Ranzanus.
Reinardus Ieſuit. de Reip. Chriſt. authoritate in Reges impios, ſub nomine Guil. Roſſæi.
Ribera *Ieſ.*
Richeomus *Ieſ.*
Robertus Perſonius *Ieſ.*
Robertus Turnerus.
Roffenſis.
Roſephus Ste-Vánus.

Salmeron *Ieſ.*
Sanderus.
Seneca.
Sigebertus *Monachus.*
Simon Stenius.
Sixtus *Senenſis.*
Stapletonus.
Stella.
Summarium conſtitutionum Ieſuitarum.
Surius.
Sylveſter.

Theodoretus.
Theophilus Eugenius.
Toletus *Ieſ. & Card.*
Thomas Aquinas.
Thomas Bozius Eugabinus.
Toloſanus.
Tortus Bellarm.
Tractatus Æquivocationis Ioſuiticæ.

Vaſquez *Ieſ.*
Vincentius Lyrinenſis.
Virgilius.
Wilhelm. Occam.
Witakerus.

INDEX TERTIVS

RES MEMORABILES IN HOC OPERE comprehensas, continens.

ABRAHAMI *sinus quid sit, Iesuitæ &c. non consentiunt* 381. *eius exemplo abutuntur pro æquiuocatione* 373.

Academia Parisiensis Iesuitarum audaciam interpellat 143. *eos ejectos ex Gallia cupit* 148. *libellum supplicem Parlamento offert de Iesuitis eijciendis* 149.

Academia Parisiensis lis cum Iesuitis 144. *&c. suspenditur* 152. *eius rescriptum de expellendis Iesuitis* 148. *noua lis de potestate publicè profitendi* 219.120. 221. *&c.*

Academiæ Parisiensi adulantur Iesuitæ 152.

Academia Patauina de Iesuitis conqueritur & apud Magistratum eos accusat 164. 192.

Acosta Iesuita de exiguo Indorum in Christianismo profectu 230.

Actiones aduersus Iesuitas pro Academia Parisiensi 215.

Æditui Iesuitici officium 82.

Æquiuocatio à Iesuit. docetur 368. *&c. quid sit & quæ eius natura secundum Iesuitas, quando usurpanda, & quis eius finis ib.* 368. *à Iesuitis venditatur pro vtili arte & bona prudentia* 369. *omnium scelerum est pallium & porta* 171. *ab Arrio usurpata ibi. quibus argumentis à Iesuitis pallietur, & eorum refut.* 172. *impugnatur ibidem à quibusdam etiam Iesuitis & aliis Pontificiis improbatur ib.*

Æquiuocationis Iesuit. origo & antiquitas 371. *eius authores iure hodiè audiuni Iesuitæ. ib.*

Æquiuocationis effectus in Anglia exempla 371

Æquiuocationis Tractatus Iesuit. 371. *à quodam Apologista in rerum natura esse negatur ibi. Garneto probatur ib.*

Æquiuocatione vtuntur Iesuitæ cùm Principum Euangelicorum petunt jugulum, et quomodo. 371.

Æschilus Poeta ad Areopagum vocatus ob Cereris arcana cantata &c. 92.

de Agno Dei fabula Iesuitica 138.

Agnoetæ qui 374. *eorum errori an Euangelici affines ib.*

Ahodo opus esse, Commoleti Iesuitæ Parricidialis vox fuit contra Henr. IV. Gall. Reg. 171. 251.

Alaodim Assassinorum auctor. 225.

Albanus crudelis. tyrannus Iesuitis non satisfecit 367.

Albertus Austriæ, Belgij Gubernator 284.

Albertus Bauarus Iesuitis Ingolstadij & Monachij nidum concedit 226.

Albertus Brandeburgicus Crucigerorum ordinem abdicat 317. *excommunicatur ib.*

Alexander Hajus Ies. è Gallia relegatus à Parlamento 258. 354. *votum eius impium ib.*

Alfonsus Salmeron è sociis Ignatij primus 5.

Aloisij Froes fabula 230.

Ambrosius Episcopus Med. Theodosio excommunicato paruit 366.

Amphitheatrum Honoris à Iesuitico homine scriptum negat Cotton 223. *eius author quis ib.*

Andreæ Fabricij truculenta ad Cæsarem hortatio 2.

Angelos terrestres Iesuitæ suos vocant 117.

Angliæ titulus à Iesuitis prostitutus etiam non Papistis 286.

in Anglia Exploratorum & libellorum famosorum genitores sunt Iesuitæ 291. *quæ malà patrata facinora* 262. *&c. multi Iesuitæ iustas dederunt pœnas* 326. *an Religio ibi per Iesuitas sit promota* 285. *&c.*

ex Anglia proscripti Iesuitæ &c. 267. 278.

Anglorum Collegium Romæ vt à Iesuitis mutatum 286. *eorum æstimatio à Iesuitis impedita ibid.*

Anglos ad subscriptionem libri Titulorum pro Infanta Hispan. inducunt Iesuitæ 283.

Annibalis Codreti Iesuitæ figmentum de visione Ignatij 14.

Antonius Arnaldus aduocatus Paris. Academiæ contra Iesuitas 150. *eius contra eos accusatio ibid.*

Antonij Posse vini crudelis vox 2.

Apologia pro Iesuitis ex Bohemia electis 299. *contra sententiam Parlamenti in Castellum parricidiam* 252. *contra Sorbonam* 152 *Veron. Iesuitæ pro Castello* 255. *supprimitur ib.*

Aquisgrani Iesuitarum facinora 339.

Aras portatiles proditionum causa Iesuitis habere licet 105.

Archiligistarum authoritas potestas, adsectæ 246

 Arresta

Arresta Parlamenti Parisiensis exsecutioni mandari, quanti interfit 191.
Arresta Parl. Paris. contra Iesuitas &c. Vide Parlament. Paris.
Arrius hæreticus æquiuocatione vsus 371.
Assassini qui 367. *eorum author ib. præfecti eorum sedes vbi fuerit ib. eorum dogmata* 268. *seminaria ib. modus iuvenibus dogmata noxia instillandi ib. à quibus oppressi ib. Iesuitæ iis similes ib.*
Assistentes Iesuitarum 95. *eorum officium ibid. sunt numero quatuor, & cur ibid. ad eos omnia scribuntur ib. confirmant exploratores rerum Germaniæ in proposito ib.*
ἀσοργία Iesuit. 125. *eius exempla. ib. frustra palliatur Christi verbis ib.*
Augustinus de eo, quòd Manes suos vocavit viros Apostolicos 19. *de Mendacio* 375. *de exemplis Abrahami, Isaaci, &c. quibus Iesuitæ pro Æquiuocatione abutuntur* 374. *de libero arbitrio & gratia* 380. *vbi sinus Abrahæ esset, dubitâsse dicitur à Maldonato Ies. ib. de non occultandis rebus honestis* 92. *de cædibus &c.* 354. *eius dictum, Ego non crederem Evang. &c.* 389.
Augustiniani Eremitæ Romæ Iesuitis primis resistunt 103.
Augustinianorum Monasterium Monachij Iesuitis cedit 226.
Aurelius nidificare irrito conatu Iesuitæ quærunt 259.
Austriaca familia, à quibus & quando ad persequutionem pertracta 336.
Austriacorum studia Polonis suspecta 305.
Azorarum insularum vnam Hispano prodere Iesuitæ tentárunt 318.

Baptista Menilius Patronus Academiæ Paris. contra Iesuitas 147.
Baretæ, Iesuitarum pilij 21.
Barisonÿ Iesuitæ Epist. de excellentia, regimine, &c. Societatis Iesu 134. 135. 136. *&c.*
Barrier. à Iesuitis instigatus ad Henr. IV. parricidium; sed conatus fit irritus 169. 170. 251. *proditur ab Italo quodam ib. eius confessio & supplicium ib.*
Bartholomæus Alettus Valesianus quid damni à Iesuitis acceperit 340.
Barthol. Guidiccionus Cardinalis confirmationem Regulæ Ignatij Papæ dissuadet, sed frustra 103.
Battoria familia à Iesuit. in Transsyluania quo redacta 225.
è Belgio Iesuitæ proscribuntur 337. 338. *&c.*
in Belgio Iesuitarum facinora 357. *Iesuitarum negotiatio* 338. *&c.*
Belgis reformatis in Hispani ditione vltra decem vel quatuordecim dies morari non licet 338.
Bellaius Episcopus Paris. Iesuitas oppugnat 144.
Bellarminus creatur Cardinalis contra Regulam 127. *de Miraculis Xaverij* 229. *sibi & aliis Pontificiis & Iesuitis sæpe contradicit* 390. 373. 374. 375. *&c.*
Benedictus Palmius Iesuita suasor cædis Henrici quarti 169. *item Elisabethæ Angliæ Reginæ* 262.
Bezam mutum à Laynez Iesuita in Colloquio Possiaceno redditum esse, mendacium est Ribadeneiræ 93. *de eius morte, & ante eam palinodia, mendacium Iesuiticum* 392.
Bibliopolis Parisiensibus quantum a Iesuitis damnum datum 164.
Bibliotheca Iesuitarum quomodo distincta 343.
Blæsensibus Comitiis Guisij sublati 394.
Blossiana Obedientia 116.
Bobadilla ex decem Ignatij primis sociis 1. *eius de Ignatio vox. ib.*
ex Bohemia Iesuitæ proscribuntur, & quas ob causas 298.
in Bohemia Iesuitæ Cancellaria suis discipulis implêrunt 243. *quæ turbæ & calamitates à Iesuitis excitatæ* 297.
Bona Iesuitica in quem vsum conferenda, si è Polonia expellantur 321. *&c.*
Borbon. Cardinalis pro Iesuitis intercedit 152.
Bouceretus curat Iesuitas in jus vocari 149. *ab Vniuersitate Parisiensi rescriptum obtinet ib.*
Boucherus Iesui. Apologiam pro Iacobo Clemente parricida probat 180.
Broetus Iesuita Galliam Iesuitis impetrat 142.
Bruntrutenses Iesuitæ salaces & impudici 124.
Bullæ Pauli 3. quibus Iesuitis privilegia largitur maxima 103. 104. *&c.*
Bullæ Pontif. seditiosæ ad Clerum & populum Angl. 265. *in ignem conijciuntur ib.*

Cancellaria Bohemica qualib. hominibus à Iesuitis impleta. 243.
Canonistarum adulatio erga Pontificem 102.
Canonizatio Ignatij Loyolæ 11.
Carceres Iesuitarum quales & quos quáque de causa in eos conijciant 133. 134.
Cardinalis Lothar. Iesuitarum fautor 144.
Cardinales approbationem Iesuitici ordinis Papæ dissuadent 7.
Carigius Iesuita 137.
Caroli Molinæi sententia de non admittendis Iesuitis in Gallia 144. *&c.*
Casibus conscientiæ operam dare debent Iesuitæ. 121.
Caspar Hayvod Anglus supplicat Generali Iesuitico pro Iesuitarum reformatione, frustra 416. 417. *Papæ quoque supplicat: eodem eventu ib. insanum eum Iesuitæ calumniantur ib.*
Casuistæ 223.

Catalogus Missarum & Orationum Iesuitis præscriptarum 69. 70. *provinciarum & Regnorum in quibus habitant* 237. *&c.*
Catalogum ab Elisabetha Angliæ Regina occisorum ob proditiones, contexunt Iesuitæ 268.
Catalogum rerum mobilium Ecclesiarum Iesuitic. Præfectus Iesuitarum habere debet 68.
Catalogi Iesuitarum annui 65.
Catechismus Indicus 229.
Catesbey. Vide Robertus Catesbey.
Catharina Navarræ Regina coronatur 187. *à Papa cum Marito excommunicatur ib. à subditis pestifera doctrina imbutis deseritur ib. Regno pellitur ibid.*
Catonis prudens admonitio 328..
Causæ parricidiorum Iesuiticorum 398. 399.
Causæ ob quas Iesuitæ à Pontificis defenduntur. 312.
Cereris sacra apud Etnicos ἄῤῥητα 92.
Chreichtonis Iesuitæ crudelis suasio 291.
de Christo horrenda Iesuitarum blasphemia 343.
Christophorus Battor. Stephani Reg. Polon. frater 225. 226.
Christophorus Zieglerus Iesuita ingratus & crudelis erga Patriam cuculus 349.
Chrisostomus nimius est in asserendis liberi arbitrij viribus 280. 281. *locum Rom.* 13. *accipit etiam de Clericis* 167.
Claremontanæ Scholæ Sodales unde Iesuitæ dicti 18.
Claudius Aquaviva quintus Iesuitarum Generalis 93. *Ducis Atr. filius ibid. Iesuitas ditat ibid.* 113. *Generalis creatus osculandas manus præbuit salutanti ibidem ante mortem quid Papam de successore subrogando rogaverit ibid. congregat omnes ordines Romam, & quale decretum condat Iesuit.* 147. *sed hypocriticè* 183. *in Hispaniam à Papa mittitur, & cur* 416. *improbat Marianæ librum de parricidiis* 365. *decretum facit de huiusmodi libris ibidem illudit Caspari Hayvod. pro Iesuitarum Reformatione supplicanti.* 417.
Claudius Duretus Iesuitarum in Gall. advocatus 144. 150.
Claudius Iaius ex primis Ignatij sociis 5.
Clemens VIII. Pap. Cl. Aquavivam in Hispan. mittit 416. *eius gemitus de Coadiutorum Iesuitarum statu* 410. *ad eum de Iesuitarum nequitia querelæ* 282. 283. 284. *&c. in Italia ab Episcopis in absolutionibus &c. pendere vult Iesuitas* 405.
Clemens Puteanus author mendacij de Bezæ morte & relapsu ad papismum 392.
Clerus Polonicus corruptus à Iesuitis 317.
Clerus Romanus Ignatium & socios initio exagitat 102.
Cleri Anglicani de Iesuitis querela ad Pontif. 282. 283. *&c.*
Coadiutores Iesuitis conceduntur 102. *primò nulli, dein viginti* 411. 414. *post plures* 414. *eorum conditio misera & anceps* 411. *Generales Provinciales ve fieri non possunt,* 406.
Collegium Conimbricense Iesuit. 229. *in Collegio Fleßiaco quot regiorum domesticorum liberi* 243. *in quem finem ibid. in Colleg. Romano orti tumultus* 291. *quales ex eo prodeant ib.*
Collegia Iesuitica quàm sumptuosa 237. *sunt armamentaria ib. propugnacula* 327. *quot numero* 237.
in Collegia quos Iesuitæ admittant repudientve 31 239.
Commoletus Iesuita plausus in concione excitat super occasu Henrici 3. Gall. 147. *bacchatur in Henr. quoque 4. ib.* 171. 251. *eius fuga* 171. 260.
Comparatio doctorum veterum cum Iesuitis, in Polonia 323. *Crucigerorum cum Iesuitis* 328.
Concilij Tridentini exsecutio turbarum Europæarum scaturigo 304. *exsecutionis modus ibid. in Polonia quomodo instituta ibid. in Poloniam introduci citra præiudicium libertatis non potest* 305.
Concionator Iesuiticus cui rei cumprimis incumbere debeat 72. 73. *à quibus abstinere ibidem.*
Concionatoris Iesuitici gestus 74.
Concionatores Iesuitici quales 250. 313.
Concionandi modus Iesuit. 74.
Conciones in Canonizatione Ignatij Loyolæ Iesuitarchæ 11. *à quo Latinè redditæ* 223.
Confessio magna Iesuitarum machina 131. *&c. decipula* 313. *ea puellas irretiunt* 132. *arcana eruunt ibidem ratio eam adhibendi* 132. *&c.*
in Confessone singula peccata confitenda 132.
Confessarij Iesuitarum qui 100. *eorum officium ibid. omnium optimi Regum & Principum sunt exploratores* 243. *prohibentur adspicere pœnitentes* 72. *obscæna & impudica in audiendis confessionibus solent rogare* 250.
Conscientiæ rationem exigunt Rectores Iesuit. 121. *ad conscientiæ rationem reddendam instructio Iesuitica* 58.
Conspiratio contra Angliæ Reginam 264. *promovetur à Papa* 265.
Conspiratio pulveraria in Anglia 269. 270. 271. *eius authores & adsectæ* 269. *Modus agendi* 271. *contra quos instituta ibid. quando inita ibid. quo loco ibid. eius finis ibid. occultatio* 272. *dete-*

272. *detectio ibid.*
Conspirationi pulverariæ an affines fuerint Iesuitæ 269.270.
Conversio quibus modis fiat 174. *conversionis modus fabulosus, quo Iesuitæ à Xaverio conversos Indos nugantur* 226.
Cottonus Iesuita Galliam gubernare videtur 137. *Amphitheatrum honoris à Iesuit. profectũ negat* 222. *ipsa tamen exempla distribuit ibid. conscius Hispanum quendam parricidam ad Henr. 4. ducit* 259. *ad Reginam Henr. 4. viduam Iesuitas de parricidio purgat ib.*
Cottoni distichon in contemptum Henrici 3. Gall. R. 247. *speculum constellatum* 343.
Cracovia vt à Iesuit. turbata 326.
Cresvvellus Iesuita Vuintheri Anglicæ conspirationis socij internuncius est apud Hispanum Regem 265. *ad Philopatrem scripsit passim.*
Crucigerorum spurij Iesuitæ 317. *cum Iesuitis convenientia* 326.327. *eorum causa quanta calamitas* 328.
contra Crucigeros armâ sumpsêre Poloni 317.
Cucullos Iesuitæ non gestant 21.

David Sauli tyranni crudelissimi vitæ non insidiatur 366.
Dei solius est Regna mutandi, adimendi, &c. potestas 191.
Demetrius quidam à Iesuitis subornatus Basilidis Mosc. M. Ducis filium se venditans, Regnum Moscoviticum inuadit, & quo eventu 331.
Diffidentia optimum Reip. pharmacum 184.
Doctrina Iesuitarum de Regicidiis 166. *&c* 353. 354.355. *&c. à quibus approbata* 358. *multis Pontificiis damnatur* 359.360. *&c. quin ab ipso Cl. Aquaviva Generali Iesuit.* 365.
Doctrina Iesuitarum Aristocratiis periculosa 265.
Doctrina Iesuitarum contraria est tum & Pontificiis aliis, tum etiam sociis multis: vt in seqq. capit ib.
de iustificatione 373.
de Particula Sola 174.
de vera fide, an possit amitti ib.
de imaginibus, an rectè vocentur idola ib.
de Deo, an is corporea forma debeat exprimi 375.
de imaginibus, an ipsis diuinus in Papatu honor tribuatur ibid.
de Baptismo, an quæ in eo promissio, sit votum propriè ib.
de Christo, an sibi aliquid meruerit ib.
de Papa, an possit esse hæreticus & errare 376.
An Papa ab aliquo possit iudicari ib.
An vnus homo possit Ecclesiasticus & politicus simul esse, ib.
An Papa sit Monarcha 377.
An impij sint vera Ecclesiæ membra ibid.
An Ecclesia deficere possit à fide ibid.
Pontifices an ipsi debeant oves pascere ib.
Successio an vera sit Ecclesiæ nota ib.
An Papa in temporalibus summam habeat potestatem 378.
an mortui sint invocandi ib.
an pro iis, qui in purgatorio, sit orandum ib.
quis sit Catholicus ibi.
an Christus pertulerit damnatarum animarum pœnas 379.
an Christus verè fuerit in inferno ib.
an Christus ad inferos descenderit, vt animas ex limbo liberaret ibid.
an morientium animæ rectà in cœlum recipiantur 379.
de confessione auriculari ib.
de cultu & veneratione B. Mariæ ibid.
de merito B. Mariæ 380.
de Maiestate B. Mariæ ibid.
de libero arbitrio ib.
an Christus sit Patri subiectus 381.
de sinu Abrahæ ib.
de merito operum 381.
de cœlibatu clericorum ibidem. an Matrimonium sit Sacramentum 382.
de vnctione extrema ib.
de potestate Rom. Pontif. ibid. 383.
Concilium generale quis convocare debeat ib.
de Præside Conciliorum ibid.
an soli Episcopi decisivam vocem habere debeant ib.
de Rom. Pontificis decretis. 38.
de libris apocryphis 16.
de vulgata versione ib.
de sufficientia S. Scripturæ ib.
de versione & lectione Scripturæ in vulgari lingua ib.
de Purgatorio 385.
de imaginibus ib.
de aqua lustrali ibi.
de precibus in lingua ignota & peregrina ibidem.
de conceptione B. Mariæ 385.
de assumptione corporis Mariæ 385.386.
de certitudine salutis ibid.
de reprobatione ibid.
de salute gentilium ibid.
de ordinatione ibi. 387.
de ignorantia in fide ibid.
de sanctificatione diei festi 16.
de Miraculis ibid.
Roma an sit Antichristi sedes ib. & rusũ 289.
De Dicto Augustini, Ego non crederem Evangelio, nisi &c. 289.
Babylon in Apoc. an sit Roma 289.
Dogmata Assassinorum 367.
Dominicus Trevisanus Senatar Venetus de Leone X. Papa 347.

Domus Ieſuitarum probationis quot 237.
Domus Profeſſas quot Ieſuitæ habeant ib.
Don Giouan Regnum Hiberniæ occupare molitur 267.
Duaci Apologia pro Iacobo Clemente parricida, vendita palàm 180.

ECcleſiarum Ieſuiticarum cura 66. 67.
Ecſtaſis Loyolæ 103.
Edmundus Campianus Ieſuita in Angliam venit 226. *quomodo ſe inſinuârit ib.* 175 *turbas ibi excitat* 286. *quam mox mutatus ibidem ſtruit inſidias Reginæ Angl. ibid. libera eius de Ieſuitarum parricidiali in Evangelicos animo confeſsio* 239.
Edmundus Nevilſius ſubornatur ad Reginam Anglicanam perimendam 262. *Reginæ fidus rem detegit* 264.
ad Eleemoſinas in Eccleſiis Ieſuitæ nullas habent arculas.
Eliſabethæ Angliæ Reginæ cædes ſtruitur 262. 264. 356. *edictum contra Ieſuitas* 265. *mors* 267 *cõtra eã conſpiratio Garneti* 264. 265. *eã viuam libello ſupplice magno opere laudârunt Ieſuiſtæ* 282. *eam mortuam quib. conviciis ijdem lacerarint ib. de ea mendacium. Creſvvelli* 391. *in ea Creſvvell. reprehendit, quod pſeudo-Catholicis dat laudi* 392.
Epigramma de Ieſuitarum nomine 16. *ſuper reſtitutione Ieſuitarum in Gallia* 297. 298.
Epiſcopus Claromontanus pro Ieſuitis intercedit 151.
Epiſcopi Cracovienſis de Ieſuitis teſtimonium 322.
Epiſcopi olim litibus forenſibus non vacabant 376. *non ſoli habent vim deciſiuam in Conciliis* 383.
Epiſcopis Ieſuitæ inobedientes.
Epiſtola Caſauboni ad Front. Ducæum Ieſuitam 267. *Ignatij de virtute Obedientiæ Cler.* 87. *& de ea iudicium Bariſonij de excellentia Ieſuitici ſodalitij* 133. *&c.*
Eraſmi Roterod. Opera legi vetuit ſuis Ignatius Loyola Ieſ. patriarcha 92.
Eſpenſius Sorboniſta in Colloquio Poſſ. Bezæ Reſponſionem interrumpit 93.
Evangelicorum libri in Bibliothecis quo ſitu conſpiciantur 343. *iunioribus non concedunturibid.*
Evangelicorum in Polonia Miniſtri quales 318.
Evangelicis pacem, conventa, pacta fidem, non ſervanda, ſed eos igni potiùs & ferro tollendos à Pontificiis, Ieſuitarum eſt doctrina 347 348. 349.
Evangelicos ad officia publica nulla eligendos &c. Pontificiorum eſt doctrina 358.
in Evangelicos in Styria, Carinthia & Carn. exercita Ieſuit. operâ, crudelitas 332. 333. *arma in eos præ Turcis eſſe vertenda & torquenda, Ieſuitica eſt doctrina* 353.
de Evangelicis in Gallia mentiuntur Ieſuitæ, quòd contra Regem Car. IX. conſpirârint 391.
Everardus Mercurianus, quartus Ieſuitarum Generalis 93.
Eunomiani peccata nemini ad ſalutem nocere docuerunt 374 *eorum error à Bellarm. mendaciter Evangelicis tribuitur ib.*
in Europa qua in re peccatum eſſe hactenus, Ieſuitæ putent 335.
Examen Ieſuiticum ſemeſtre Novitiorum 56. *eorum, qui admittuntur in Scholaſticos approbatos* 57. *ſcholaſticorum Ieſuiticorum ſtudiis abſolutos ib.*
Examen Regularum Ieſuiticarum 111. 112. *&c.*
Examinatoris Ieſuitici officium, & ratio eo fungendi 51.
Excommunicatio an tollat iura politica 366.

FAcultas Theol. Pariſienſis. *Vide Sorbona.*
Ferdinandus Archid. Auſtriæ Concionatores Evangelicos è Styria, Carintha & Carniola pellit 332. 333 *cum Papa Romæ menſa quare & quandiu dignari nolaerit* 333.
Ferdinandus Rom. Rex Ieſuitis Viennæ Collegium concedit 225.
Ferrifodinarum incolæ miniſtros Evangelicos dimittere nolunt 333. *quomodo cogantur & multentur ib.*
den Filtzleuſen comparantur Ieſuitæ 239.
Fœminas à ſua ſocietate arcet Ignatius Loyolæ 7. *eas invifere, ad eas ſcribere, Regulis Ieſuitis prohibetur, & qua cum exceptione* 49. *eas ut circumveniant* 327.
Forcei Gubernatoris Bearnienſis fidelitas erga Henric. IV. Galliarum Regem 261.
S. Franciſcus, funiger, fuit aquivocator 369.
Franciſcus Borgia tertius Ieſuitarum Generalis 39. *Ducatum Spoletanum & Cardinalatum reſpuit ibidem ante Generalatum fuit Commiſſarius generalis bis vicarius ibidem. quot annos generalatu functus ib.*
Franciſcus Corſi Ieſ. linguam Indicam diſcit 231.
Franciſcus Coſterus Ieſuita de Collegiis Ieſuiticis quid ſcribat 145. *de Evangelicis in Gallia mentitur* 391.
Franciſcus de Victore fidem abrogat Indicis Miraculis 230.
Franc. I. Gall. Rex Henricum Albretanum Regno, Navar. reſtituere tentat 188. *Pompelone potitur ib.*
Fran. II. Gall. R. Mariam Scotiæ Regin ducit 245
Franc. Iacobi Scholaris Ieſuit. impia iactatio 259
Fran. Ravaillacus parricida Henrici IV. Gall. & Nav. Regis 260. *examinatur ib. apud eum fruſtula hoſtiolæ Miſſaticæ inventa ibid. eius ſuppliciũ ib. ad agnitionẽ & deteſtationẽ ſceleris perduci nequit, ſed in exſecranda malitia moritur ibid. in doctrina de parricidiis quàm*

diligenter imbutus ibid.
Franc. Solerius Ies. 222.
Franc. Treshamus morti propinquus ad æquivocationem mendacē adigitur à coniuge 370.
Franc. Turonius Archiepiscopus Lugdunensis 144.
Franc. Veron. Iesuitæ Apologia pro Castello parricida 253 *&c.*
Franc. Xaverius è primis Ignatij sociis 5. *in Lusitaniam vocatur* 142. *in Indiam mittitur* 228. *eius Miracula, quæ in India patrârit, fabulosa* 228. 229. *querela de ignorantia linguæ Indicæ* 139.
Franciscani Lusitani Hispano adulantur 231.
Franciscanorum Ordinis olim incrementa 237.
Fricius 323.
Fronto Ducæus Iesuita 114. *Temporisandum esse docet* 221.
Fuens Parmensis in Belgio successor 291.

GAbaonitis *Iesuit. similes* 126.
Galli erga Reges suos, etiam excommunicatos, quàm fideles olim 188. 447. *à quibus contra Henricum III. excitati* 447. *eorum obseruantia erga Principes regij sanguinis* 307. *à Iesuitis quomodo labefactata ib.*
Galliæ Regnum ad Monarchiā proximè accedit 307. *eius robur in quo situm ib.*
in Gallia Iesuitæ ægrè recepti 142. *officiis regiis discipuli Iesuitici præficiuntur* 243. *seminarium quale ad hoc habeant ib. cur pacatè nuper vixerint aliquandiu* 315.
Garnetus Vid. Henr. Garn.
Genealogia Guisianorum seditiosa à quo conscripta 245.
Generalis Iesuitarum primus Ignatius, sectæ author 92. *Consiliarios Prouincialis assignat* 30. *Rectores & Propositos Collegiorum constituit* 31. 95. *semper Romæ sedet.* 93. *vocatur Dei legatus* 95.
Generalis officium 95 *sententia Iesuitis pro oraculo ibid. potestas erga Apostatas ex ordine suo, &c.* 105.
Generali Iesuit. tanquam Christo obediendū 95
ad Generalem omnia, quæ toto faciunt orbe, Iesuitæ scribere debent ib.
Generalium Iesuiticorum, qui hactenus, omnium series 93.
Generalatus Iesuiticus perpetuus est 93.
Gentiles lege naturæ potuisse salutem consequi, docuit Maldonatus Iesuita 385.
Georgij Baderi Ies. testimonium de Iesuitarum immanitate 2. *sanguinolenta vox* 348.
Georg. Balcuuillius Iesuita clancularius, archipresbyter Angliæ creatur 289. *pro Iesuitis ad Caietanum Cardinalem mendaciter scribit ib. quæ mala eius in Anglia facinora ib.*
pro Germanis Collegium Romæ condunt Iesuitæ, quo suasore & cur 141. 142.
Græcium ducuntur captiui Ferrifodinarum incolæ, & quam ob causam 204. *Templum ibi Euangelicorum comburitur ibi.*
Gregorius 7. *Papa* 366. 375.
Gregorius XIII. Papa Priuilegia Iesuitis concedit 107. 108. *Romæ insulam dat ad Collegium* 237. *quantum iis auri ad ædificationem eius tribuerit ib.*
Grenuuellus coniurationis puluerariæ socius 273 *in Vuallia seditionem excitare studet ib.*
Gretserus Iesuita tantum tribuit Ignatio, quantum Christo 10.
Guido Fauukes de Iacob. Brit. M. Rege ad Hispanum mendacia scribit 267. *est è conspirationis pulueriariæ sociis* 269.
Gulielmus de S. Amore in Sorbona Theol. D. 108.
Guil. de Prato Episcopus Claromont. Iesuitas in Collegium Clamontanum introducit 142.
Guil. Paray Henr. IV. occidere cogitat 171. *à Iesuit. se adductum fatetur* 171.
Guil. Parrius I.C. ingeniosus Anglus 262. *profusæ vitæ ibi. à quo ad Reginam Angliæ cædendam perductus ibi. ad Reginam se confert; & quibus artibus se insinuârit ib. amittit cædis occasionem ib. rem cum Nevilsio communicat ibi. proditur; capitur, supplicio afficitur* 264.
Guisij Lotharingica familia in Gall. authoritate crescunt, & cur 244. *ad Regnum ipsum adspirant* 245. *vnde occasionem arripuerint Regnum affectandi* 245.
Guisianorum conspiratio. Vide Liga.

HÆretici *definitio Iesuitica* 308.
Hæretici à Iesuitis sunt appellati, Ligæ subscribere nolentes 149. *fuerunt nonnulli Papæ* 396.
Hæreticis fidem non esse seruandam docent Iesuitæ 395. *&c.* 345.
Hasenmullerus 7. 349. *& toto libro non rarò.*
Hamondus Iesuita coniurationis pulverariæ socios absoluit 271.
Hannibal Codretus Iesuita Parrij animum ad cædem Reginæ Angliæ confirmat 263.
Harlæus Parlamenti Paris. præses Henrico III. amicus 247. *fit inscius ἀφορμὴ ad cædem eius, ibid.*
Hebraicæ linguæ studium ante studium Theologiæ suis cur non permittant 121.
Henricus Albretanus Navarræ Rex Francisci Gall. Regi opem implorat 188.
Henricus II. Gall. Rex Iesuitis Scholam Lutetiæ concedit 142.
Henricus III. Gall. Rex Guisianorum contra se conspirationem credere non vult 245. *in cōtemtum apud populum, & quo colore adducitur ibid. Lutetia exturbatur* 246. *in odium à sacri-*

à sacrificulis & Iesuitis adducitur ib. à Iacobo Clem. Monacho occiditur 149. 247. *vulneratus cultrũ educit, parricidamque vulnerat. ib. à Iesuitis Tyrannus, rebellis, Nero, Herodes &c. vocatus* 189. 255. 353. *cur hæreticus à Iesuitis appellatus* 190. *à Iesuitis quomodo è Polonia rediens salutatus* 308. *de eius abdicatione Iesuitarum liber* 353.

Henricus IV. Gall. & Nau. Rex capit Lutetiam 148 *à Castello scholastico Iesuitico læditur* 153. 254. *exigit Iesuitas è Gallia* 153. *restituit eos, & quomodo victus* 194. *spoliatus est per Iesuitas honore antiquissimo. Ecclesiæ Romanæ primogenitura* 244. *Tyrannus, à Varada Iesuita & aliis etiam Pontificius factus vocatur* 250. *item à Guignardo vena Basilisci* 256. *cultro venato occiditur* 261. *paulò ante mortem aliæ in eum insidiæ ib. necis eius Iesuitæ conscij & approbatores* 160. 261. 262. *in eius funere Iesuitæ non apparentib.*

Henr. IV. Gall. R litteræ de Castelli parricidio 252.

Henricus Garnetus Iesuitarum in Anglia superior conspirat contra Reginam 264. *conspirationis quos habuerit socios ibid. iterum coniurationis contra Iac. R. est socius* 272. *multorum fuit nominum* 275. *magister quinque D.* 272 *Catesbeyi oraculum fuit* 273. *author audendi plerisque incendiarijs pulverariis Anglicis ib. eius confessio ib. crimina ei obiecta ibid. Æquivocatione Regem decipit ib. qua arte veri confessio ex eo elicita. ibi. audacia eius erga Magistratum* 275. *Papa Angliæ vocatus. ib. fatetur se omnium conspirationũ contra Elisabetham & Iacobum R. conscių. ibi. suppliciũ de eo sumptum, & quomodo illud subierit. ib. in Martyrum numerũ à Iesuitis relatus. ib. de Treshamo interrogatur.* 370. *de Æquiuocatione, quid sentiat, explicat.* 370. *eam defendit. ib. illudit æquiuocatione Comiti Salisburiensi, & Iudicibus. ibi. Æquivocationis librum approbat.* 371.

Henricus Guisius Galliæ Regnum adfectat. 245. *Ligæ caput est. ibid.*

Henricus Iesuita Ingolstadiensis regulas Iesuiticas sacris Biblijs præfert. 121.

Herba mala citò crescit: Prouerbium Iesuitis accommodatum 237.

Hieronymus de Paulina obiurgatione Petri quid senserit. 374.

Hieronymus Vendramenus de bonis Ecclesiasticis à Iesuitis interceptis. 291.

Hippolytus Estensis Cardinalis Legatus ad Colloquium Possiac. 93.

in Hispania quot Iesuitæ, quotq; Collegia Ies. 150

Hispanus Angliam subigere vult; sed irrito conatu 252. 264. *quantam habuerit classem, & quo nomine Papa eam insigniverit. ib. Hiberniam invasit.* 265. *à quibus impulsus.* 282. *iterum rem constituit aggredi, & à quo instigatus.* 265. 267. *Iacobo Scotiæ adhuc Regi offert auxilium contra Angliæ Reginam.* 291. *mortuâ Elizabethâ Iesuita contra Anglum auxilium denegat. ibid.* 267.

Hispano Iesuitæ sunt deuotissimi. 267. *Vid. etiam, Iesuitæ.*

Hispani sunt superstitiosissimi. 142. *Iesuitarum receptores. ibid. Regnum Navarr. invadunt & Regem ex eo expellunt, Albretanum.* 188. *partem eius hodieque tenent.* 192.

Hispanorum tibicines sunt Iesuitæ 177.

Holte Iesuita conspirat in Angliæ Reginam. 264

Honorius Papa damnatur à Concil. 376.

Horatius Turselinus Iesuita author vitæ Xaverij. 384. *fabulæ eius de Xaverij Miraculis ibi.*

Hosius Cardinalis perfidiæ Doctor. 347.

Hospitio exteros Iesuitæ non facilè excipiunt. 49

Humiliatorum ordo abolitus. 162.

ex Hungaria Iesuitæ proscripti. 299. 300 *motus ibi à Iesuitis excitati.* 330.

Hypocrisis Iesuitarum. 22.

IAcobus Clemens Monachus, *Henrici III. parricida* 248. *à Iesuitis subornatus, & quibus artibus ibi quomodo & qua fraude parricidium peregerit.* 247. *gladio confoditur, ibi quid cũ mortuo actum ibid. laudatur à Bourgoinio Priore Iacobitarum* 169. *à Ioh. Mariana* 248. *& à Francisco Veron. Const.* 255. *Iesuitico veneno imbutus hoc facinus suscepit* 180.

Iacobus Clussæus adolescens à Iesuitis vt tractatus 342.

Iacobus Crusius Iesuita ἀσοργίας est flabellum 125. *vox eius truculenta.* 1.

Iacobus Laynez è primis Ignatij sociis 5. *Ignatio in Generalatu succedit* 93. *Cardinalatiam dignitatem repudiat. ib. mittitur ad Colloquium Possiacenum ib. quibusdam Cardinalibus ad Pontificatum suffragia habet, ibid.*

Iacobus Scotiæ Rex Reginæ Angliæ succedit 268. *insidiæ eius vitæ statim structæ, & à quibus ibid. eius querelæ de conspiratione pulveraria,* 269. *proscribit Iesuitas,* 279. 280. *novæ contra eum machinæ* 276. *contra eum libri à Iesuitis scripti,* 284. *vt promerendum eum censeat clerus Anglicanus,* 291.

Ianitor Collegiorum Iesuiticorum qualis, 208.

Iarosloviæ Iesuitarum Collegium quale, 182.

Ideæ ordinis Iesuitici, 133. 134. *&c.*

Iesuita omnis homo, 55. *quisque Christi loco, iuxta Regulas eorum habendus,* 121. *Ratisbonensis classicum canit.* 351. *quidam Ligæ literas ad Hispanum perferendas recepit,* 247. *quidam in Anglia in quatuor partes cur dissectus,* 282.

Iesuita in Gallia vocati Iesuastæ &c. 18. 19. *gau-*

dent appellari Patres, & quam rectè, ibid. in Hiſpania quomodo vocentur, 142. *nolunt dici Monachi, & an ſint,* 20. 21. *in quibus cum Monachis conueniant vel ab iis differant, ibidem nec ſeculares ſunt, nec Religioſi,* 149. *ſuperiori omnimodè ſubiecti, velle ſuum & ſentire ei permittendo* 74. 228. *Ignatio diuinos honores tribuunt,* 11. *ſunt L. Flacco ſimiles,* 119. *ſpondēt paupertatē perpetuam,* 103. *ſed quàm vere,* 111. *Generalem poſſunt amouere,* 105. *à Monialium cura ſunt immunes, ibid. liberi à contributionibus, decimiſque, ib. poſſunt omnia, quæ Epiſcoporum, abſoluere, &c.* 106. 287. *ſunt Cræſi.* 111. 149. *quantos habeant redditus annuos,* 228. *opes quomodo acquirant,* 239. 328. *fœtus ruſi draconis ſunt* 110. *comparantur chartis aleatoriis, ibid. curtanta à Papis priuilegia adepti,* 108. *profiteri, & vbiuis diuerti audent,* 107. *Legatum Pontificis lauto convivio excipiunt,* 113. *à Reipubl. oneribus ſunt immunes,* 107. *quales morum ſint doctores,* 150. *Regulas ſuas Evangelio præferunt* 119. *nihil gratis dant,* 125. *non ſunt neutrales, ibi. dignitates contra regulas captant, ibi. ſunt avari,* 123. *libidinoſi,* 121. *cum Magnatibus tantum commercium habēt,* 138. *confitentibus ſunt aſperi, ibid erga fœminas procedunt minùs rigorosè, ibid. venditant ſe pro belli & pacis arbitris* 137. *gratis quomodo doceant,* 149. *ſunt ſecretorum Papæ conſcij,* 137. *vt irrepſerint in hominum gratiam,* 141. *in Theol. ſunt periculoſi,* 144. *Romæ Collegia erigunt,* 144. *ſunt homines actuales, nimis verè,* 315. *vtilitatem an litteris afferant,* 162. 163. 184. *an boni juventutis inſtituendæ magiſtri ſint,* 313. 322. *an Romanam Religionem in Anglia & alibi promouerint, promoueantque* 279. 320.

Ieſuitæ ſunt verſipelles & verſuti. 412. *Papæ exploratores, & quid priuilegij habeant, ne explorare queant,* 264. 265. 266. 404. *inobedientiæ ſeminatores,* 135. *authores & ſuaſores multarum turbarum, ſeditionum, proditionum, bellorum &c. vbicunque pedem figunt; etſi Regulis ſuis bella & contentiones ſerere vetentur* 121. 183. 239. 240. 244. 246. 248. 262. 267. 285. 295. 297. *&c.* 300. 201. 303. 325. *diſcordias etiam inter fidei ſuæ ſocios ſerūt,* 287. *ſūt parricidæ, parricidiorū inſtigatores, Doctores ſuaſores,* 405. 171. 247. 250. 251. 260. *& c.* 269. 270. *&c.* 278. 285. 337. 339. *Ligæ promotores, & quibus artibus,* 173. 180. 247. *parricidia quo fuco à ſe amoliri conentur,* 400. *parricidæ omnes ſunt, non pauci tantùm,* 401. *parricidas in Martyrum numerum referunt,* 276. 279. 325. *eoſdem laudant,* 353. *& paſſim, parricidiali doctrina Galliam infecerunt,* 180. 261. *vt & Angliam,* 267. *in Claro montano Collegio præceperunt Scholaſticis, ne pro Rege precarentur.* 274. *liberos parentibus obedientiam ſubtrahere docent,* 259. *ſunt plagiarij,* 259. 267. *in quem finem.* 264. *de arbore ſcientiæ boni & mali quoque guſtārunt,* 305. *in ſcriptis ſuis ſibi ſapè contradicunt, vt in his capitib. de ſacra ſcriptura* 390. *de Iuſtificatione hominis. ibid. de Sanctorum beatitudine ante noviſſimum diem. ibid. an Papa errare poſſit.* 391. *de actione Dei circa peccatum ibid. &c. nidificant non niſi in aulis.* 307. *quid in aulis agatur, nōrunt exquiſitiſſimè* 416 *verſantur in vtroque ſeculo* 339. *ſunt mendacij doctores* 363. 364. *pro æquivocatione Chriſti & Patriarcharum exemplo impiiſſimè abuiuntur.* 374. *multa à ſe & alijs Pontificijs dicta & facta impudenter negant: v. gr. Negant Henricum III. Gall. R à ſuis Tyrannum vocatum.* 394. *Negant à ſuis doceri hæreticis fidem non eſſe ſeruandam.* 395. *negant à Siricio Papa coniugium immunditiem vocari* 396. *Negant quoſdam Papas hæreticos fuiſſe; item Amphitheatrum à Ieſuitis prodiſſe,* 396. 397. *Negant puerperium Papiſſæ, Ioh. VIII.* 397. *Negant, Ieſuitarum quenquam conſpirationi pulverariæ immixtum,* 397. *De inſontibus multa mendaciter fingunt,* 291. 393. *ignorantiam Evangelicis doctoribus obijciunt,* 393. *calumniis religionis ſuæ ſocios etiam proſcindunt, ibi. dominium in clericos & laicos, affectant,* 222. *pædagogos Superiorum Prælatorum ſe conſtituunt,* 320. *non curant Epiſcopos, ibid. in Evangelicis multa reprehendunt, quæ faciunt ipſi & laudant in ſuis,* 353. *Tempori ſe accommodant, ibid. de perſecutione quàm verè glorientur.* 171.

Ieſuitæ in Gallia ægrè recipiuntur, 142. *prouocāt contra Sorbonam ad Hiſp. ib. recipiūtur ibi cū conditione,* 143. *cōditioni non parent. ib. quàm periculoſa eorum receptio Galliæ,* 305. *augentur in Gall. ipſorumque Regum fauorem adipiſcuntur,* 147. *Decretum condunt ne ſe immiſceant ſecularium Principum negotiis, ibid.* 120. *decreto non ſtant, ibid. omnium in Gallia turbarum authores ſunt,* 148. *quam noxij Academiæ Pariſienſi,* 162 *& toti Galliæ,* 183. *&c. in Gall. accuſati pergunt multa in regem deblaterare,* 150. *in ius vocantur, ibid. ſuſpenſionem litis cum Academia impetrant.* 151 *adulantur Academiæ Pariſ. ibi. capiuntur,* 252. *è Gallia eijciuntur,* 153. 253. *Galliæ denuò ſe intrudere conantur, mutatis nominibus, & ſimulatâ ſectæ abiectione,* 156. *prohibentur tamen ſcholas habere, Parlamenti areſto* 92. *denuò moliuntur in Gallia nidificare,* 159. *à Rege repulſam ferunt, ibid. ſponſores Regi offerunt,* 190. *Regem tandem expugnant, & per quos,* 159. *quibus argumentis, reditum*

ditum in Galliam petiuerint, 182. *quibus conditionibus recepti*, 193. *quanto cum periculo eorum receptio conjuncta*, 305. 310. *multiplicantur restituti*, 195. *pyramidis destructionem impetrant*, *ibidem*. *Sedani Scholam aperire conantur frustrà*, 200. *vt & Aureliis*, *ibid*. *frustra Trecis nidificare moliuntur*, *ibidem*. *ab omni docendi munere abstinere*, *& Priscis Vniuersitatis Paris*. *legibus se subijcere jubentur à Parlam*. *& cur*. 221. *&c*. *denuò potestatem docendi apud Regem petunt*, 225. *obtinent*, *ibidem*. *in Valesia Helvet*. *frustrà sedem quærunt*, **237.238.** *eorum ibi conatus nefarius*, 339. *Hispanum Monarcham efficere moliuntur*, 149. *eius sunt corycai*, 151. 325. *sunt nati ad Imperium Hispanicum promovendum*, 150. *Hispanicum & Catholicum pro Synonymis habent*, 279. *in Hispania religiosum quendam de aula Regis abripere moliti*, 416. *in Indiam veniunt*, 229. *parùm feliciter Indis Christianismum proponunt*, 230.231. *malè se ibi tractant*, 230.

Iesuitæ proscribuntur cum Monachis & Sacerdotibus ex Anglia, 266. *ex Anglia navigant*. 170. *denuò sub capitis supplicio proscribuntur*, 278.279. *&c*. *proscriptionem calumniati sunt*, 280. *proscribuntur à Venetis*, 327. *Venetiis discedunt*, *ibid*. *discedentes scripta comburunt*, *ibid*. *quid ab eorum discessu in Collegijs eorum repertum*, *ibid*. *restitutionem vt quæsiuerint*. 295. *proscribuntur ex Bohemia*, *& cur*, 296. *proscribuntur ex Moravia & Hungaria*, 299. 300. *proscribuntur ex Belgio* 335. 336. *proscribuntur ex Transylvania*, 231. *reditum in eam quærunt*, 232. *proscribuntur ex Silesia*, 417.

Iesuitæ Duacenses Mauritio Auriac. *Princip*. *insidias struunt*, 148.

Iesuitarum nomen & nominis etymon. 13. *eius origo*, 14. *est arrogans*, 15. *schismaticum* 16. *insolitum* 144. *vniuersale*, *vt & votum*, 160. *figmentum de commendatione Ignatij facta à Deo*, 5. *nominis periphrasis*, 15. *Conciones impiæ de Canonizatione Ignatij*, 11. *ortum antecedens portentum*, 12. *&c*. *habitus* 21. 22. *eius interpretatio spiritualis Iesuitica*, 22. *membra varia*, 92. 93. *&c*. *ordo noxius*, 160. *licentia coarctanda ibidem impostura*, *quibus à Papa ordinis sui confirmationem extorserunt*, 103. *priuilegia*, *&c*. *Constitutiones mutare solus Papa potest*, 105. *gloriatio de favore Papæ* 109. 110. *de incremento ordinis sui*, 137. *potestas supra Reges*, 119. ἀσφάλεια 125. *carceres & modus puniendi præfractos*, 133 *principia pract*. 227 *artes Synonicæ*, *quibus Principibus Religionis pacem excutere solent*, 241. *Precatio crudelis*, 272. *propagatio in Italia & Rom*. 141. *&c in Hispaniam adventus & incrementum*, 142. *in Gallia ibidem* 6. *&c*. *in Angliam*, *Poloniam Transsyl*. *adventus*, 225. *in Regno Navarræ incolatus*, 224. *propagatio in Bavar*. 225. *ingressus in Indiam*, 229. *religio contraria Canonibus conciliaribus*. 144. 227. 145. *religio contraria bono & iuri publico*, 145. *periculosa secta regno Galliæ*, *ibid*. 181. *&c* 249.250. *Perfidia erga Regem Lusitan*. 161. *ingratitudo erga benefactores*, 404. 405. 248. 295. *doli testamentarij*, 293. *Apologia contra Sarbonam*, 151. 152. *contra sententiam Parlamenti in Castellum* 251. *contra Bohemos*, 297. *rumor Pragæ & Bruxellis ante Henrici IV. trucidationem*, 262. *ædes Lutetiæ stativæ Ligæ factionis Hispanicæ tempore*, 172. *modus procedendi in rebus Ecclesiæ Anglicanæ*, 286. 287. *scriptum de pace inter Paulum V. & Venetos*, 295. *Tyrannis in eos*, *qui ab ipsis deficiunt*, *aut in defectionis suspicionem veniunt*, 83. 402. *ordo & institutum Reipubl*. *liberæ inimicum*, 302. *æraria* 307. *artificium in disponendis animis*, 190. *argumenta aurea & argentea*, 314. *dexteritas in rebus turbandis*, 345. *culpa omnium æqualis*. 319. *studia quæ nocentissima*, *ibidem hypocrisis*, 324. *multitudo discipulorum*, *ibidem mutatio*, *quantum à prima sui institutione differant*, 128. *rapacitas ibidem indulta*, *iis concessa*, *qui ab Evangelicis ad Papatum redeunt*. 337. *studia abrosiora*, 341. *&c*. *subterraneæ tragœdiæ*, 242. *mysterium & modus diabolicus*, *quo ad parricidia Regum Principúmve adductos initiare solent*, 366. 367. *Camera meditationum*, 366. *Doctrina contraria in multis tum aliis Pontificiis*, *tum etiam sociis*, 374.375. 376. *&c*.

Iesuitarum Monasterienssium mendacissimum Credo Calvini sequarum, 393.

Iesuitarum Colonensium mendacium de Euangelicis, 393.

Iesuitis valde displicet sententia in Castellum lata 254. *indulgetur absque cuculla prodire*, 104. *tribuuntur laudes maximæ à Paulo III*. *Pontifice*, 104. *conflatur odium ex Mariana & aliorum quorundam libris*, 363. *resistit Sorbona* 143. 144. *abrogatur Iesuitarum nomen à Parlamento*, 111.

Iesuitas Papa accersit peregrinationum Apostolicarum causa 6. *officium eorum*, *qui sic peregrinantur & mittuntur*, 75.

citra Iesuitas Rom. *Religionem propagari posse censent alij Pontificij* 310.

Iesuitismus cor factionis Hispanicæ in Gallia, 305.

Iesuitismi nutrix quæ, 305. *specifica differentia*, 306. *scopus*, *ibid*. *praxis ibi*. *genius legibus infestus*, 311 *inclusi anceps & periculosa custodia*, 320.

Iesuitographia Rhythmica, 400.

Ignatius Armãdus Iesuita ab Hẽrico IV. *Gall*. *R*. *ib*. *restitionem Iesuitarum in Gall*. *petit*. 191. 192. *vocatur in Curiam*, 360.361. *Ignatius Loyola Iesuitarum author & Patriarcha*, *trux & impius naturâ* 1. *etiam novum ordinem ingressus*, *ibid*. *militem agit in arce Pompeiopolitana*, 2. *vulneratur & crus ei frangitur*, 2. *militiam deserit & de novo ordine cogitat*, *& qua de causa*, *ibid*. *ingenij ad literas stupidi*, 3. *Hierosolymam proficiscitur*, *ibidem redit in Hispaniam*, *ibid*. *Barcinone literis operam dat*. *ibid*. *bis incarceratur & examinatur*, *ibidem è carcere dimittitur*, 4. *Magister creatur ibidem fit Generalis*, 6. *Generalatum hypocriticè resignat*, *ibidem quartum votum offert Papæ*, 117. *leges condit*, *& quales*, 6. *eas ad Papam*

fert 7. Febricitat. ib. moritur. ibid. in morbo à dæmonibus exagitatur ibid. canonizatur. 11. de canonizatione eius conciones Iesuitarum ib.

Ignatius & socij Turcas convertere statuunt, 5. 103. qualis proficiscentium vestitus ibidem. Romam eius gratia petunt. ibidem. potestatem impetrant à Papa ibid. sacerdotio septem inaugurantur, 103. Romæ aduersarios reperiunt, ibi.

Ignatij Loyolæ leges & societas à Papa approbantur. 6. 103. &c. qua conditione. 6. conditio illa à Papa remittitur. ibidem Epistola de virtute obedientiæ. 87. 88. 89. Ecstasis. 103. astutia ibid. Comes assiduus ad Missam, cacodæmon. 6. ossa non inventa ib. miracula 6. 7. de iis iudicium. 14.

Ignatij & sociorum, Venetiis cùm essent, mores ad se insinuandum hypocritici, 5. institutum eorum de convertendis infidelibus fit irritum, ib. 103.

Ignatio se iungunt socij, & qua esca illecti 5. resistunt, Augustin. Eremitæ, & alij, 103. diuinos honores Iesuitæ tribuunt. 11. Paulus III. facultatem 6. socios recipiendi dat. 103.

Ignatium & socios Rom. clerus initio exagitavit. 103.

Imagines primorum Ignatij sociorum cum symbolis. 5.

in Indiam Iesuitæ veniunt 129. primi Christianam Religionem non intulerunt. 11. sed S. Thomas Apostolus. 129.

in India Iesuitæ Apostoli audiunt, & quo iure. 18.

Indi quomodo Christianismum receperint. 230.

Indorum conversionis quæ impedimenta. 230. 231. eversionem non conversionem Iesuitæ quærunt. 313.

Indulgentiam plenariam consequitur Papæ egregio munere, qui visitat Iesuitarum aliquam Ecclesiam. 105.

Infanta Hispanica in matrimonium Regi Scotico qua conditione oblata, 291. repulsam fert, & cuius suasione, ib.

Infantam Hisp. titulo reginæ Angliæ insignire tentant Iesuitæ, 284.

pro Infanta Hisp. librum titulorum ad regnum Angliæ composuerunt Iesuitæ. 284.

Inquisitio Hispanica in Poloniam introduci quomodo incipiatur. 305. eius in Hispania effectus. 327. &c.

Inquisitionem Hispanicæ similem Gretserus exprobrat Angliæ Reginæ. 282.

Inquisitione Hisp. an conversio fieri queat. 174.

Inquisitione facta in Gallia in Iesuitarum Colleg. post eorum relegationem, quid repertum 352. 354.

Iohanna Albretana, Navarr. Regina Iesuitarum instinctu Chirothecis venenatis necatur: 243.

Iohannes Albretanus Navar. R. excommunicatur à Papa. 188. regno pellitur. ib.

Iohan. Alvar. Iesuita approbat Marianæ librum. 360.

Iohann. Belus scholaris Iesuiticus. 259. seducere conatur quendam adolescentem contra parentis voluntatem ib. qualia excepta apud eum inventa. ib relegatur, è Gallia. 259. 260.

Iohannes Castellus Parisiensis, discipulus Iesuiticus Henric. IV. Gall. R. cultro perimere tentat; sed conatu irrito. 151. 252. comprehensus quomodo se gesserit, 251. noluit Iesuitarum quemquam accusare. 102. examinatus de nefario molimine, quid responderit, 171. 251. contra eum processus criminalis ibid. parentes eius & sorores vt moliminis nefarij conscij in exilium eijciuntur. 257.

Iohan. Dißier. Rector. Acad. Paris. instat apud Regem, ne Iesuitis publicè docendi potestas concedatur, sed frustra 223.

Iohan. Eudæmon Cretens. mendacium, de causa mortis Garneti, 272. cõfessio de Garneti conspiratione 273

Ioh, Gerard. Iesuita, faber pulverariæ coniurationis, 351.

Ioh. Gueret. Iesuita, præceptor Castelli parricidæ 251. 354. captus ergastulo includitur. ibi.

Iohan. Guignardus Iesuita parricid. doctor, ergastulo includitur, 251. morti adiudicatus à Parlam. 177. 259. Henricum III. blaphemiis furenter impetivit. 177. 258. eius libri manuscripti in Musæo eius inventi quales 258. 259. 394. 169. 172. defletur à Iesuitis. 181.

Ioh. Metellanus Scotiæ Cancellar. 289. eius virtus, ibid. contra eum Iesuitæ cuiusdam conatus, ib.

Iohan. Moron. 141.

Iohanna Papissa, eiusque puerperium, 398. quibus testibus constet. Iesuitis negatur ib.

Iohan. Passeracius Floq. Professor, promovet Iesuitarum è Gallia eiectionem 149.

Iohann. Pratus in Concil. Constantiensi damnatus & cur, 311.

Iohan. Siliceus Archiepisc. Tolet. Iesuitarum hostis. 142

Ioannis Strigoniensis Archiepisc. facinus. 118.

Ioan. Tillesac. Doct. Theolog. Paris. 11.

Itali ad superstitiones proclives 142. facilè Iesuitas receperunt, ib.

Iudicij diem an Christus, quâ homo ignorauit. 374.

Iulia in Garmanici funere non apparet. 262.

Iulicum occupatum Iesuitarum qualibus artibus, 335.

Iulianus Cardinalis suasor rupti fœderis Ladislai Vngar. Regis cum Amurathe 345.

Iuliano Apostatæ paruerunt veteres Christiani, 374.

Iulius III. Pontifex Rom. confirmat Iesuitis & augere priuilegia, 105. 106. quis & qualis fuerit ibid. eius ad Senatum Cardinalitium vox. ib.

Iuramentum fidelitatis Anglicanum Papæ & adseclis eius sudes in oculis, 283.

in Kratzerum egredientem ex ordine Iesuitico tyrannis Iesuitarum, 401.

Ladislao, Vngariæ R. quis author fractæ fidei & pacis cum Amurathe initæ. 347.

Landspergæ Iesuitis domus Probationis erigitur, 226.

Landspergensis Novitij ἀσωτία. 125.

Lanienæ Parisiensis culpam Iesuitæ Evangelicis mendaciter affingunt, 350

Laurent. Iustinus Patriarcha Venetus de Monachorum mendicantium incrementis, 237.

Laurentius Sonnabent Parochus Græcensis, 332.

Laynez, vide Iac. Laynez.

Lectores ad mensam Iesuiticam in Collegiis, 77. quos libros & quomodo legere debeant, ibid.

Leonardus Donatus Venetorum Dux, 293.

de Leone X. Papa querela, 347.

Leopoldus Auſtr. Archid. veſtitu Ieſuitico Iuliacum aſtutè occupat. 335.
Lex Salica in Galliis, 311.
Liberius Papa à Pontificatu remotus, 376.
Libertas Religionis ſecundum Ieſuitas illicita, 347.
Liga quo tempore orta, 245. *Lutetiam occupat, contra Regem firmat, omnia in ea moderatur*, 245. 246. *Parlamentum tollit, ib. de novo Rege legendo conſulitat. ibidem. Hiſpano ſcribit. ibidem.*
Ligæ occaſio, 246. *primus author, ibid. cauſæ adiuvantes, ib. caput ibid progreſſus & modus, ibid. cauſæ promoventes ſedecemviri, ibid. ſcopus* 246. *incrementa & effecta*, 246. *litteræ ad Hiſpanum datæ interceptæ* 246.
Literæ annuæ Ieſuitarum 64. *quid in iis ſcribendum, ib. Pelvæi Cardinalis interceptæ.* 352.
in Livonia turbæ Ieſuiticæ, 325.
Locuſtæ nocentiſſimæ ſignum Ieſuitarum ortus & adventus 11.
Loyola Ieſuitarum Patriarcha dictus, Vid. Ignat.
Lublini Ieſuitarum Collegium quale, 327.
Ludovicus Brancaleonus Italus Henricum Tertium contra Barrierium parricidam præmonet, 250.
Ludovicus XII. Gall. Rex à Papa excommunicatus, 188. *Regem Reginamque Navarr. reſtituere tentat.* 188.
Ludovicus XIII. Gal. Rex Henrici IV. fil. Ieſuitis facultates quaſvis publicè docendi copiam facit, 224.
Ludovic. à Gonzaga Dux Nivern. pro Ieſuitis intercedit. 14.
Luſitaniæ Regno Hiſpanus per Ieſuitas potitus, 150. 244
Luſitaniæ ordines Hiſpanum R. admittere recuſant. 244.
Luſitani nullum externum in Indiam admittunt, 313.
Lutetia ab Henric. IV. obſeſſa. 88. *capta*, 147.

Maffæius Ieſuita, 92. 93. 94. *& ſæpè.*
Magiæ ſtudio Ieſuitæ dediti. 343.
Magiſtratuum pericula, à Ieſuitis ipſis impendentia, 215.
Magiſtratus Evangelicos pro Excommunicatis reipſa habendos, Ieſuitico-Pontificia eſt doctrina. 311.
Manes diſcipulos ſuos Apoſtolos vocauit. 19.
Marcellus, Papa 176.
Mare magnum vocant Ieſuitæ bullam Pauli III. 106.
B. Mariam ipſi Chriſto quidam Ieſuitæ & Pontificij exæquant, 380.
Maria Aaronis ſoror Moſi obmurmurans punitur. 366.
Martilieri advocati Pariſienſis actio contra Ieſuitas. 215.
Martinus Alphonſus Indiæ Præfectus, 229.
Martini Secovienſis Epiſcopi literæ de perſecutione in Styria, 335.
Matthias Hungariæ Rex Germaniam vaſtat, & quibus ſuaſoribus. 247.
Mauritio Naſſovio iugulum à Ieſuitis petitum. 148. 335.
Maximiliani I. Imperatoris program. 347.
Maximilianus Imper. Hiſpano quid conſilij dederit, 335.
in Mediolani arcem Galli dificulter intromittuntur. 180.
Mendacia ſibi non conſonani, 374.
Miraculum de Mauro Benedicti diſcipulo fictum 91.
Miracula quæ vera, 10. *doctrinam an veram reddant, ibidem, an nota ſint demonſtrans certò, & ſemper Eccleſiam; contrariæ de eo Ieſuitarum opiniones*, 386.
Miracula Ignatij Patriarchæ Ieſuitici 6. 7. *&c. de iis iudicium* 10.
de Miraculis iudicandum ex doctrinæ veritate, 10.
Miſſæ & orationes quot & quæ Ieſuitis præſcribantur, 69. 70.
Modeſtiæ religioſæ Ieſuiticæ quantum fidendum. 315.
Monachi alij coguntur Ieſuitas peregrinantes hoſpitio excipere, 108.
Monachorum nomen Ieſuitis invitum, 11. *relinquorum exploratores Ieſuitæ*, 128.
de Monachis dictum Iohannis Epiſcopi Miſnenſis, 21. *ad Ieſuitas applicatum, ibidem de eiſdem proverb.* 328.
Monachij Ieſuitis Collegium exſtruitur. 226. *magnificum eſt* 237. *de eo Phil. Marnixij dictum, ibid.*
Monachienſes ciues quomodo initio erga Ieſuitas affecti, 226.
Monſtrum marinum in Norvegia, præcedens ſignum Ieſuitarum aduentum 11. *eius deſcriptio, ibidem.*
Montaigna Ieſuita ab aliis diſſentit de origine nominis Ieſuitarum, 14.
in Moſcovia quales & quàm turbulenti Ieſuitæ, 314. 330
Mutius vel Marius Vitelleſius, ſextus Generalis Ieſuitarum. 93.
Myſterium diabolicum, quo Ieſuitæ parricidas initiare ſolent. 207. 208.

Navarreni ſeditioſa doctrina imbuti Regi excommunicato infideles facti. 188.
Negotiatio Ieſuitica in Belgio, &c. 335.
Nicolaus Bobadilla ex primis Ignatij ſociis, 5. *eius de Ignatio vox.* 1.
Nobiles multi ex Hungaria. Styria & Carinthia, ob Ieſuitas pelluntur. 313.
Noe Bruslardus procurator Regis Galliæ Ieſuitas oppugnat. 143.
Nomen Chriſtiani Italis ſtupidum ſolet ſignificare 14. *Ieſuitarum*, 13. *&c.* 143.
Novitij Ieſuitarum ſeorſum ſunt à Collegialibus, 32. *probantur per biennium, ibidem, eo tempore de receptione ſunt incerti* 405. *poſſunt rurſum dimitti*, 450. *vt doceantur obedire*, 117.
Novitiorum inſtitutio & regimen, 54. 55. *examen ſemeſtre*, 55. *probatio prima*, 54. *ſecunda*, 54. *officium.* 101. *conſtantiam vt Ieſuitæ aliquando probent*, 343. *libri* 53.
Novitiorum magiſtri officium, 51. 53. *&c.* 111.
Novitiis Magiæ deſtinatis quos libros explicent Ieſuitæ, 34.
Novitios vt ſibi obſtrictos Ieſuitæ reddant. 111.

Obedientia Ieſuitica cæca. 89. *volũtatem ſuperioris pro ſua debet habere, ibi.* 115. *quinẽ intelligẽtiã*, 89

ambigere vetat, expediátne facessere iussa : imò & quærere, ibidem, & 90. in Superiorem vt Christum respicit. ibid. defendere semper debet quod Superior mandat, 90. quod Superior præcipit, perinde haberi vult ac si à Deo præceptum esset, ibidem. Si quid à sententia Superioris diversum accurrit, indicare iubetur, sed tamen animo approbandi sententiam Superioris quamcunque, ibidem, ficto miraculo suadetur, ibid. confertur obedientiæ Blosij, 117.

Obedientiæ Iesuiticæ egregia exempla. 115. de Obedientiæ virtute Epistola Ignatij 87. &c.

Obedientiam Iesuitæ vovent non Magistratibus, sed tantùm Superiori & Papæ. 117. 120.

ad Obedientiam cæcã Poloniæ Nobilitas non apta, 305.

contra Obedientiam cæcam delinquentes quæ pœna statuatur, 117.

Oeconomus Iesuiticus. 58. eius officium, 98. 99.

in Officinam Iesuiticam Epigramma, 401.

Oldcornus Iesuita, aliâs Hallus, pulverariæ coniurationis defensor, 269.

Oratio Gallo-Francorum φιλοπαλείδων ad Henricum IV. contra Iesuitarum receptionem. 162. 163. &c. Equitis cuiusdam Poloni contra Iesuitas, 221. 222. &c. Petri Hardevilarij contra Iesuitas pro Academia Par. 215. 216.

Orichovius, 324.

Origenes bono viro mendacium quod & quale permiserit, 374.

Ordo domus probationis, 56. 58. Iesuiticus confirmatur, 103. quàm noxius Galliæ regno, 160. in perniciem rerum publicarum institutus, 303. 323.

Ordo novus in Anglia à Iesuitis cœptus, 288. A clero Anglicano non acceptus, ib.

Osorij vaticinium de Iesuitarum ortu moribus, &c. 216.

Osvvald Tesmond Iesuita è fabris pulverariæ coniurationis, 350. 269.

PApa suis donat Evangelicorum regna, de alieno liberalis, 265. conspirationem Anglicanam Bullis promovet, 265. benedicit classem Hispanicam, 264. an deponendi Reges, &c. potestatem habeat, Iesuitarum sententia, 354. 355. an posśit esse hæreticus; contrariæ Pontificiorum sententiæ, 376. an iudicari posśit, 168. 376.

Papæ authoritate abutuntur Iesuitæ ad suas machinationes, 287. &c. corrumpunt Iesuitæ subditorum animos. 265. potestas in Temporalibus à quibus impugnata Venetiis, 294. de ea contrariæ Pontificiorum opiniones, 377. dicta qualia Pontificiis habeantur. 412.

Papæ nonnulli hæretici fuere, 396.

Papam Reges posse excommunicare, & subditos à fidelitatis iuramento absoluere, regna transferre, impia Iesuitarum est doctrina, 164. 395.

Parcius Ies. in Anglia captus & examinatus, 382.

Paris. Acad. vide Acad Paris.

Parlamentum Parisiense dexterum Regis Gall. brachium 191.

Parlamenti Parisiensis decretum de Pyramide, 157. arestum contra Ioh. Castellum parricidam 157. arestum de non recipiendis Iesuitis 159. contra Iesuitas Lugdunenses, 160. contra Dominum Teuronensem, Iesuitas foventem, ibidem Oratio contra Iesuitarum restitutionem, 158. 159. &c. Arestum super lite Academiæ cum Iesuitis de potestate publicè profitendi, 220. &c. contra Iohannem Castellum & Iesuitas, 251. 252. contra Guignardum Iesuitam 257. contra Gueretum Iesuitam & Castelli parricidæ parentes & sorores, 257. Iohannem Bellum, scholarem Iesuiticum, 259. decretum contra Suarezij librum, 361. de eo Iesuitarum quærelæ. 177.

Parlamento Anglicano vicinas ædes conducunt coniuratores pulverarij, 271.

Parmensis Belgij gubernator nobilem quendam in Scotiam mittit, & cur, 291.

Paschasius Broëtus è primis Loyolæ sociis, 5.

Patakius Cullem cædem Elizabethæ Angliæ Reginæ tentat, & cuius instinctu, 264.

Paulus tertius Papa Ignatij & sociorum operam acceptat, pecuniis eos iuvat, 5. Regulam Ignatianam examinandam tradit Bartholomæo Guidicciono Cardinali, 103. probat societatem Iesu, sed quali cum conditione, 407. eam tamen mox relaxat, ibidem. ægrè fert à Iesuitis primis majorem promitti obedientiam Generali, quàm sibi 103. approbato ordini Iesuitico concedit priuilegia, 103. 104. &c. suscipit votum Iesuitarum quartum 117. 118. eius de non evulgandis Iesuitarum regulis Bulla, 92. de voto item Professionis. 95. &c. scelera eius fœdissima, 106. novæ religiones ipsi dissuadentur à Cardinalibus, & quo eventu, 110.

Paulus Quartus Papa Generalatum Iesuitarum certis annorum spaciis definire, vult : sed nihil apud Iesuitas obtinet, 93.

Paulus Quintus Venetos excommunicat. 293. eius iniustitia, ibidem.

Paulus Venetus oppugnator potestatis Pontificis in temporalibus 292. quàm indigni tractatus, ibid.

Paulus Vvindeck de pace Religionis. 337.

Peregrinantium Iesuitarum regulæ & officium, 74. 75.

Periculum Prævidere & non submovere impietas est, 161.

Persecutio in Styria, Carinthia & Carniola. 332. &c.

Personius Iesuita quantum Romæ, queat, 137. librum edit de conversionibus tribus Angliæ, 283. Cardinalis creatus, 285.

Petrus Boquinus. 14, 15. &c.

Petrus de Alliaco Cameracens. Episcopus novas Religiones noxias censet, 108.

Petrus de Onna approbator Marianæ libri, 360.

Petrus Faber primus Ignatij socius, 5.

Petrus Laynez. 93.

Petrus Martyr; 93. de eo Mendacium Iesuit. quod elinguis sit à Laynizio redditus, ibidem.

Petrus Ortizius Hispan. Ignatium & socios eius ad Papam introducit. 5.

Philippus Hispan. Rex ambitiosus 191. à moderatis consiliis à quibus aversus, 269. Regnum Portugalliæ vi occupat, 149. Regnum Galliæ affectat, & quo prætextu, 244.

Philippi Macedonis dictum, 121.

Pius Quintus abolet Humiliatorum ordinem, 163. *contra Reginam Angliæ Bullam edit*,264.
Pij IV. & V. privilegia Ieſuitis data 10.
Pœnitentiarij Ieſuitici qui 109. *eorum officium in Evangelicos inquirere*,&c.*ibid.*
Pœnitentiæ eorum, qui circa obedientiam cæcam delinquunt,115.
Politici Ieſuitis qui vocentur, 347. *quam ſanguinolenta Ieſuitarum contra eos doctrina*,*ibid.*&c.
Poloniæ inutilis Ieſuitica fides, 315. *Proceribus de electione Ieſuitarum datum fidele conſilium*, 303.304. &c.
in Poloniam an ſalva ſtante libertate Tridentini Concilij exſecutio poſsit introduci, 305. *Inquiſitio Hiſpanica quibus artibus introducatur*,*ibidem.*
in Polonia Ieſuitarum turbæ, proditiones, & mala facinora, 303.304. &c. *Ieſuitæ cur non in ordinem, redigendi, ſed ejiciendi potius*.319.320. *expulſi non revocandi*, 322. *vt ibi dominentur*,328.
Polonicæ libertatis fundamentum à Ieſuitis arroſum, 312.
Poloni falſum Demetrium adiuvant in Regni Moſcovitici occupatione,330.
Polonorum in fouendis Ieſuitis præcipuum peccatum, 307. *Lex de Peregrinis*,327.
Polonis quantum metuenda Hiſpani offenſio ex Ieſuitarum expulſione. 316.
Poſnaniæ in Polonia Ieſuitæ quale habeant Collegium, 338. *ibidem à Ieſuitarum diſcipulis templum igne deletur* 299.
Poſſevinus Ieſuita,293.324.
Pontus Tycardæus Epiſcopus Cabyllonenſis Ieſuitarum initio benefactor,248. *in conſpirationem contra Henricum Tertium Gall. Regem pertrahi ſe non patitur, ibidem*,*à Ieſuitis ob id proſciſſus ſe defendit*,*ibidem.*
Præceptores Ieſuitici qui,110. *duo eorum ſunt genera*,& *eorum officium, ibidem* 111.
Præfectus Bibliothecæ Ieſuiticæ,81. *Sanitatis, ibi.*
Præfecti Ieſuitici rerum ſpiritualium Regulæ 66.
Præfecti Eccleſiæ Ieſ. Regulæ,*ibid.*
Præpoſiti domus Profeſsæ Ieſuiticæ officium in adminiſtratione domus, 40. *eius in adminiſtratione adjumenta*, 41. *in cura ſuorum in ſpiritu*, 41. *de auxilio animarum, prædicatione, confeſsione, admiſsione ad ſacros ordines; ſacramenta adminiſtrandi ratione*, &c. 42. &c. *de ordine domeſtico ibidem de iis, quæ circa res temporales, vt eſt cura victus, ægrorum*,&c. 42. 43. *de communicatione cum exteris & gratitudine erga fundatores*, &c. 43. *de iis, qui admitti petunt, domum divertunt; & foras mittuntur*,43.
Pragæ quale Collegium Ieſuitæ habeant, 341. *à diabolo Ieſuita larvatus vt exceptus*, 341. *quos arma militaria in Ieſuitico Collegio ab eorum expulſione reperta*,238.239.
Praxis Ieſuitica.188. *Ordini Politico fatalis*,308.
Principes Evangelicos quomodo abalienare quærant à ſe invicem Ieſuitæ.344.345.
Priſcillianiſtæ Æquivocationis primi authores. 373.
Privilegium circà, mutationem, interpretationem &c. *librorum, Ieſuitis tribuit Gregorius Decimus tertius*, 108. *voti immutandi habent Ieſuitæ*.126.
Privilegia Ieſuitarum, conceſsa à Paulo Tertio, 112. 113.114. &c. *eorum cenſura* 126. 127. *confirmantur à Iulio Tertio*, 106. *amplificantur, ibidem. eorum cenſura*, 128 *à Pio Quarto conceſsa*,107. *à Gregorio item XIII*.107. *eorum cenſura*, 127.128.
Probationis domus ordo,56.
Procurator Generalis Ieſuiticus, 75. *eſt tributi Papæ axactor*. 124. *domus profeſsæ*, 76. *Collegij & domus probationis*.75.
Profeſsi Ieſuitici, qui,96. *qui admittantur in Profeſsos*, 97. *quid eorum admiſsionem antecedat, ibidem quos Romæ, & cuius ſumptu alantur, ibidem, in quo à reliquis Ieſuitis diſtinguantur, ibidem*,118. *vovent, Generali honorum Cardinalitiorum & Epiſcopalium abnegationem*; 118. *toti à Papæ nutu pendent*, 118. *ſunt exploratores, ibidem. è ſocietate expelli non poſſunt; poſſunt Generales & Provinciales fieri; jus ſuffragij habent*,&c.406.
Profeſsi trium votorum, 97. *Profeſsis reliquis minores ſunt*, 406. *non poſſunt expelli è Collegiis, ibidem. quomodo ſe obligare, in quos item Canones iurare debeant*, 93.99. *quomodo iis ſit iurandum, ſi ad altiora, vt ſacerdotium, Rectoratum* &c. *adſpirent*.99
Provinciæ Ieſuiticæ quot vivo Ignatio fuerint, 6. *quot hodiè*, 137. & *quæ illæ omnes*. 231.232.233. &c.
Provincialis Ieſuiticus, 31. *eius Regulæ* 32.33. *diſpenſare poteſt*, 31. *officium eius*, 95. *conſultores habet quatuor*, 31. *conſtituit Magiſtros Novitiorum*, 32. *creat confeſsarios, Lectores*, &c. *ibidem. admittit in Collegia, & quos, ibidem* 8. *dimittit è Collegio, ibidem. Generalem colere debet*, &c.35. *idem in Provincia ſua eſt, quod Romæ generalis*, 93. *eius poteſtas eſt triennis*,*ibid. eius examen*,343. 344.
Provinciales primi ab Ignatianis conſtituti,93.
Pyramis Pariſienſis in loco dirutarum ædium Petri Caſtelli erigitur, teſtimonium Ieſuitas homines eſſe maleficos, 155.158. *mordet. Ieſuitas, in Galliam reductos*, 195. *deſtruitur ibidem, querula eius Proſopopœia*,*ibid.*
Pythagoricorum in Italia excidium,182.

Quæſtiones in Gallia de regicidiis à Ieſuitis motæ; deciſæ,308.
Querela Cleri Anglicani de Ieſuitis in quâ.
Ieſuitarum geſta ad Eliſabetham Reginam ſpectantia,282.
*Ieſuitarum geſta, ad Iacobum Magnæ Britanniæ Regem ſpectantia, ibid.*283.
Ieſuitarum modus procedendi in rebus Eccleſiæ, 286. 287. &c.
Querelarum multarum in Polonia cauſæ Ieſuitæ, 328.
Querelis de Ieſuitarum perfidia, tota ferè Europa perſonat, 315.

Rector Ieſuiticus, 49. *eius Regulæ*, 49. 50. 59. *eius poteſtas triennis eſt plerumque*, 93. *liberam & abſolutam poteſtatem habet*, 58. *rariſsimè debet iubere*, 50.120. *quas mulctas ſeu pœnitentias imponere poſsit*.50. *conſtituit miniſtros domeſticos*,*ibidem*,

conſcientiarum eſt exactor. 121. *inſpicere debet literas ad domeſticos ſcriptas*, 52. *inſpector eſt Profeſſorum, ibidem, lites forenſes fugere debet*, 50. *ſervat arcana in Muſæo ſuo*, 109.
Rectores qui eligantur, & cur 109.
contra Recuſantes Anglicanos Regis edictum 280.
Reformatio Ieſuitarum ſuadetur Imperatori, Regibus, &c. à Theophilo Eugenio, &c. 414. 415. *&c. pro eadē Papæ ſuppl icat* 403. 404. 406. 408. *ab Equite quoque Polono itidem ſuadetur*, 30. *pro eadem ſupplicatio Caſpari Hayvodi, ad Aquavivam Generalem*, 417. *à Polono quodam incommodis diſſuadetur*, 319.
Reformationes Ieſuiticæ quales, 332. 334. 335.
Regentes Ieſuitici 99. *eorum poteſtas, ibi.*
Reges à Papa excommunicari, & regnis privari poſſe, Ieſuitarum eſt doctrina, 164. 165 *&c.*
Reges & Principes excommunicatos, à Romaniſtis deficientes, aut Evangelicorum fautores, non amplius eſſe Reges & Principes, ſed Tyrannos, Ieſuitarum eſt doctrina. 167. 179. 395. *poſſe à ſubditis deponi, ab iis & aliis occidi ſine conſcientiæ vulnere, imò meritoriè* 170. 254. 260. 263.
Regum & Principum aulas Ieſuitæ occupant & infeſtant, & cur. 240. 241. 243.
Regum Pontificiorum vnio & eius effectus, 302.
Regibus & Principibus Ieſuitæ ſubiecti eſſe nolunt, 169. 348. *id tamen aſtutè, cum ſe inſinuant primum, tegunt*, 176. *impugnatur hæc eorum protervia*, 168. *Poriſma egregium huius Ieſuiticæ protervia* 170.
de Regimine Societatis Ieſuiticæ epiſtola, 133. *&c.*
Regulæ Societatis Ieſuiticæ, 22. *de interiori homine*, 24. *de paupertate, ibidem. Caſtitate, ibidem. Obedientia, ibidem.* 25. *Communes*, 267. *de ſeruandis erga domeſticos, ib. erga extraneos. ibid. Conſultorum Ieſuiticorum*, 36. *Provincialis*, 30. *de admittendis & dimittendis*, 31. 32. *de ſtudiis* 32. *de Promovendis ad gradus & ordines, ibidem ad Profeſſos & S. cholares, ibidem* 34. *de rebus Collegiorū & domorum*, 34. *de iis, qui bonis ſuis ſe nondum abdicârunt, ibidem. de ratione iuvandi proximos*, 36. *de Miſſionibus & mutationibus è Collegiis*, 36. *de viſitatione*, 37. *Modeſtiæ Ieſuiticæ*, 58. *Rectoris; de iis, quæ in eo in Collegij adminiſtratione requiruntur*, 45. 46. *de iis, quæ in adminiſtratione ipſum adiuvant*, 46 *de cura in ſpiritu, ibidem. de literarum ſtudiis*, 48. *de ordine domeſtico, ibidem de pertinentibus ad res temporales, ibidem de auxilio animarum, communione cum externis, gratitudine erga fundatores, & benefactores.* 49. *de admittendis, divertentibus, forâs mittendis*, 49. *Admonitoris Ieſuitici*, 62. *Examinatoris*, 51. *Magiſtri Novitiorum, ibidem. Miniſtri Ieſuitici*, 61. *Peregrinorum* 60. *Sacerdotum*, 71. 72. *Præfecti rerum ſpiritualium*, 66. *Præfecti Eccleſiæ ibidem* 69. *Sacerdotum*, 71. 72. *Concionatorum*, 72. 73. *cum cenſura*, 74. *Procuratoris Generalis*, 124. *Procuratoris Domus Profeſſæ*, 77. *Procuratoris Collegii & domus probationis*, 78. *Præfecti lectorum ad menſam*, 80. *Præfecti ſanitatis; ibidem Præfecti Bibliothecæ, ibidem. Subminiſtri*, 81. *Æditui, ibidem Infirmarij*, 83. *Ianitoris, ibidem. Custodis veſtium* 85. *Emptoris, ibidem. Diſpenſatoris*, 85. *Præfecti Refectorij, ibidem. Coqui* 86. *Excitatoris, ibid Cubicula noctu viſitantis, ibid.*
Regulæ Ieſuiticæ non ſunt evulgandæ & quæ evulgantis pœna 92. *ab ipſis tamenmet evulgantur, ibidem quales ſint, ibidem errorum pleniſſimæ à Parlamento Pariſienſi iudicantur* 160. *à Ieſuitis Evangelio præferantur*, 119.
Regularum Ieſuiticarum examen. 111. 112.
contra Regulas Ieſuiticas peccans, peccat mortaliter 119.
Religionis libertatis & pacis hoſtes infenſiſſimi Ieſuitæ, 240. 307.
Religionis Romanæ tolerantia in Anglia quantorum malorum cauſa 266.
Reſidentiæ Ieſuitarum quot, 238.
Rhetorica Ieſuitarum, 187.
Ribadeneira Ieſuita 1. 13. 144. *eius mendacium de Beza*, 93. *eius excuſatio calva, quòd Ieſuitæ dignitates Eccleſiaſt. captent.* 125.
Richardus Walſōdt Ieſuit. veneno inſtruit Eduardum Squirreum, ad Angliæ Reginā necandā, 147. 148. 264
Richeomus Ieſuita quomodo ſtatum Democraticum appellet, 390.
Rigæ in Livonia turbæ à Ieſuitis excitatæ, 324.
Robertus Bruſſeus Scotus à Parmienſi in Scotiam mittitur, 290. *non vult eſſe miniſter cædis Cancellarij Scotici, ib. à Ieſuita accuſatur capitur, ib.*
Robert. Catesbey conſpirat contra Angliæ Reginam, 264. *contra Iacobum item Regem*, 269. *author primarius coniurationis pulverariæ, ib.*
Robertus Parſonius Ieſuita in Angliam venit, 226. *quomodo ſe ibi inſinuârit, & mox mutârit, ib.*
Rochus Blondus Pariſienſis primus Ligiſta, 245.
Rodolphi Botorei cenſura de Apologia Ieſuitica contra Parlamenti in Caſtellum & Ieſuitas ſententiam, 255
Romæ Ieſuitarum Generalis ſemper reſidet, 93. *quod Collegia Ieſuitæ habeant.* 141. *Collegium Germanicum quàm magnificum*, 330. *quot alantur in eo, & quem in finem ib.*

SAcerdotes Ieſuitici deputantur à Generali, 72. *Confeßiones, dum concio vel lectio habetur, audire non debent, ibidem. Pœnitentium aſpectum vitare debent, ibidem. breviter expedire confitentes crebriùs ibidem. Vide in Regulis Sacerdotum.*
Sacerdotum Anglicanorum literæ Romam miſſæ, à Ieſuitis interceptæ, 287. *Ieſuiticorum officium.* 110.
Sacerdotes Anglicanos ſchiſmaticos pronunciant Ieſuitæ, 288.
Sacrificuli ex Anglia proſcribuntur, 279.
Salmanaſſaris Ieſuitæ Neapolitani de Ignatio iudicium 1.
Scargæ Ieſuitæ cum Rege Poloniæ expoſtulatio. 312.
Scholaſticus Ieſuiticus poteſt è Societate amandari & ſecularis fieri, etiam docens. 406. *quandiu Scholaſticus, profiteri ſe patrem non audet, ibid.*
Scholaſticorum Ieſuiticorum officium, 111.
Scotiæ Regina, 325. *Regi auxilia offeruntur & pecunia contra Reginam Angliæ*, 290. *eidem Infanta Hiſpanica in matrimonium offertur, & qua conditione*, 290. *ab*

290. *ab eo non acceptatur, ibidem.*
in Scotia Ieſuitarum molimina, 290.
inter Scotum & Hiſpanum fœdus impediunt Ieſuitæ, 285.
Scribere frequenter debent Ieſuitæ. 62. 339. *quid & quomodo ſcribere debeant, ibid.*
Scriptio Ieſuitica qualis à quodam cenſeatur, 314.
Sebaſtianus Luſitaniæ Rex doloſè à Ieſuitis funeſto implicatus bello, à Mauris occiditur, 244. 150.
Secularia tractare Ieſuitis per Regulas non licet, 31.
Sedani Ieſuitæ nidum fruſtra quærunt, 199.
Sedecemviri Ligæ, cur ſic dicti, 245. *eorum nomina, ibi.*
Seminaria Anglicana quæ & qualia olim, 288 *qualia nunc ſub Ieſuitis. ibid.*
Senatus Romanus lupanar everit, 341.
Serui Ieſuitici ſpirituales, & eorum munus 111.
Servi Ieſuitici Temporales qui, 111. *cur ſic dicti. ibidem. eorum officium, ibidem. omnia ad nutum Rectorum facere coguntur, ibidem.*
Sibillina arcana apud Ethnicos non effutiebantur. 92.
Sigillum Ieſuiticum quis penes ſe habeat, 62.
Sigiſmundi Bathorij Tranſſylvaniæ Ducis interitus cauſa fuêre Ieſuitæ, 332.
Sigiſmundus Poloniæ modernus Rex qualis naturâ, 299. *à Ieſuitis vt corruptus, ib.*
Simon Rodericus è primis Ignatij ſociis, 5. *in Luſitaniam mittitur*, 142. *Apoſtolus Indicus deſignatus ab Ignatio Loyola retinetur*, 284.
Sixtus V. Pap. laudat Henr. III. parricidium. 249.
in Scotiam Epiſcopum mittit, & cur. 290.
Societas Ieſu indies in peius ruit 403. *non amplius prima eſt, ſed ab ea multum defecit ib. eius finis & vivendi ratio, ſecundùm Regulas* 22. *Coadiutoribus ſe non obligat* 403.
è Societate Eſavitica exeuntes ſine venia & contra Superiorum voluntatem, quomodo excipiantur 107.
Societas San. Mariæ à Ieſuitis Aquiſgrani erecta 340.
Socij Ieſuitici in omnibus Collegiis quot 238.
Sorbona damnat conciones Ieſuiticas de Canonizatione Ignatij 11. *abrogat Ignatij ſodalitio Ieſuitarum nomen* 13. 144. *damnat doctrinam de parricidiis Regum.* 360.
Sorbonæ decretum contra Ieſuitas 85. 86. *annihilatur ab Inquiſitione Hiſpanica* 143.
contra Sorbonam edunt Ieſuitæ Apologiam 152.
Sorbonianum collegium hodie Ieſuitis favet, & quomodo lucrifactum 143. 164.
Stephanus Battor. Poloniæ Rex pacem cum Moſcovitico Duce pangit Ieſuitarum opera 328. *Ieſuitas amplectitur, & cur* 226. 311. *ejus iuramentum* 328.
Stephanus Hojeda Ieſuita approbat parricidialem Marianæ librum 159.
Stephanus Paſquierius pro Academia Pariſienſi contra Ieſuitas 147. 148.
Stephanus Potſcaius Tranſſylvaniæ Princeps Ieſuitis reſiſtit 332. *veneno necatur. ib.*
Stipendiariæ ædes 111.
Studia Ieſuitarum abſtruſiora 208. 343. *&c.*
Stylus Ieſuitarum 339.
in Styria, Carinthia, &c. perſecutio à Ieſuitis excitata 332. 333. 335.
Suazetij Ieſuitæ liber contra Angl. errores comburitur à Parlamento Pariſienſi 363. *&c.*
Subditos ſtatuere de Principe, an ſit Tyrannus, eum deponere, in eo caſu interimere, &c. docent Eſavitæ 352.
Suecia amiſſa 304.
Superiorum Ieſuiticorum tyrannis 367. *in eorum facta & iuſſa inquirere nefas* 400.
Supplicatio pro Ieſuitarum Reformatione Theophili Eugenij ad Papam, Imperatorem, Regem, 403. & 415. *&c. pro eadem, Caſpari Hayvodi Ieſuitæ ad Generalem* 416. *eſt fruſtranea ib.*
Suuikardus de Helfenſtein, comes, Ieſuitarum in Bavaria fautor 226.
Symbola addita imaginibus Ignatij primorum ſociorum 5.

TEmplarij quomodo olim accepti 342.
Templa Ieſuitarum vt inſtructa armis ib. ab eorum diſcipulis cremantur 299.
Temporiſandum, ſeu tempori indulgendum an Pontificis hodie ſit, &c. diverſa Pontificiorum doctrina 352.
Theophili Eugen. Supplicatio pro Ieſuitis reformandis, 402. *querela de tyrannica Generalis, Rectorum, Provincialium poteſtate*, 414. 415. *&c.*
Thomæ Peltani Auguſtani Ieſuitæ conſilium ſanguinolentum, 2.
Thomas Merganus Parrium parricidam confirmat. 262.
Thomas Winter conſpirationis Anglicanæ contra Reginam ſocius 264. *in Hiſpaniam mittitur; & à quibus ib. ſpe plenus in Angliam redit* 265.
Thoruniæ in Boruſſia templum parochiale Ieſuitæ occupant, collegium conſtituere incipiunt 303. *cedere ab ordinibus coguntur ibid.*
Thuanus hiſtoricus de Ieſuitarum in Anglia turbis 264. *eius de eorum parricidiis Elegia* 362. *&c. eius teſtimonium de Ieſuitarum doctrina ſanguinolenta* 353. *de cauſa laniena Pariſienſis* 392.
Tiberius in funere Germanici non apparet, & cur 262.
Toletanus Cardinalis ſuperbè Niuern. Duci reſpondet 150. *quando Cardinalis factus* 125. *doctor mendaciorum* 370. 371.
Tranſſylvaniæ gubernatur aliquando Carigius Ieſuita venditatus 137.
in Tranſſyluaniam Ieſuitæ veniunt 226.
in Tranſſylvania Ieſuitarum turbæ 331. 332. *ex ea proſcribuntur* 331.
Turſelinus Ieſuita 19.
Turcis deteriores habentur Evangelici à manſuetis Ieſuitis 348.
Typographis frenum inijciendum, Poloni cujuſdam conſilium 321.
Tyrannis an tollat iura politica 366. *Ieſuitarum in eos, qui ab eorum ſocietate deficiunt* 400.
Tyrannus ſecundùm Ieſuitas quis 308. 359. *& quarto libro paſſim, ſecundùm Sorbonam quis* 359.

VAleſiæ ſtatus liber, democraticus 227. *cetera qualis ibid.*

in Valesia nidificare conantur Iesuitæ, sed hactenus frustra, & causæ cur 226.227.228. eorum conatus scelestus & veneficus 339.
Varades Gymnasiarcha Iesuiticus Barreriam ad parricidium incitavit 169.
Venefici quàm boni Iesuitæ, 343.
Veneti Iesuitarum artes & dolos testamentarios frenant 292 306. à Papa ea de re compellantur ib. iure cedere nolunt ib. excommunicantur ib. Excommunicationem nullam decernunt ibid. decreto huic subscribunt omnes Clerici, exceptis Iesuitis Capuzinis, &c. 294. proscribunt Iesuitas, ib. à Iesuitis hæretici vocantur, & cur. 311.
Venetorũ controuersia cum Papa 292. &c. prudẽtia 242. inter Venetos & Pontificem pax facta & qualis 295. deque ea scriptum Iesuitarum ib.
Venetiarum Dux nuperus intra quot annos & cur, non confessus 242.
Venetiis prædicare cœperunt Iesuitæ 112. quæ turbæ à Iesuitis excitatæ 292. 293. &c.
Verallus Archiepiscopus Rosnan. Ignatianæ causæ favet, 112.
Vestitus Iesuitarum 20. 21. sæpe permutatur ab iis, & quem in finem 343.
Viceprovincialem quis & quando Iesuitis creet 31.
Viennæ Austriacorum obtinent Iesuitæ Collegium 226.
Vilna in Lithuania à Iesuitis turbata 325.
Visio fabulosa Ignatij 13. nomen dedit Societati ib.
Visitatio Iesuitarum 37. fit singulis annis & quomodo ib. à Provinciali fieri debet ib. quæ in ea interrogentur ib. de omnibus 38. de scholasticis ib. de Novitiis ib. de infirmis. Confessariis, peccatis &c. 37.
Vita Iesuitarum quantum ab Apostolorum vita distet 19.
Vivonæus Marchio Pisanus Legatus Gall. Pelvæi Cardinalis literas intercepit 352.
Votum continentiæ quàm verè profiteantur Iesuitæ 117.
Votum paupertatis quàm verè profiteantur Iesuitæ 111. perpetuæ obedientiæ Iesuitici ordinis tertium ib. de eo Ignat. Epist. 88. 89. eius examen 115. 116.
Votum Professionis quid 96. Probatum à Paulo III. Pontifice ib. qui ad votum admittantur, & quid admissionem antecedat ibid.
Votum Iesuitarum quartum 118. 119. eo Iesuitæ se peculiariter mancipant 118. hoc à reliquis Clericis differunt ib. eius formula ib.
Votorum trium Professores qua formula obligentur 96.
Vrbani II. Papæ decretum 358.
Vrsula Dorothea Principis Wirtenbergici coniunx 350.
Vuarsoviæ in Polonia Comitia Iesuitarum causa habentur 303.
Vuatelius sacerdos Anglic. in Reginæ Angliæ cædem consentire non vult. 263.
Vuatsonus sacerdos Anglic. Iacobo Britanniæ Magnæ Regi cædem machinatur 268.
Vuilhelmus Auriacus Princeps à quo interfectus, & cuius instinctu 335.
in Vuilhelmum Zimmermãnum Theologum defunctum Pontificiorum crudelitas 333.
Vuilliam adversus Angliæ Reginam conspirat 264.

Xaverius. Vide Franciscus Xaverius,

Yorke quidam ad Elisabethæ Reginæ cædem accingitur 264.

FINIS.

DE ORI-

Ignatius Loiola miles Author Iesuiticæ Sectæ: natura fuis truculentus.

DE ORIGINE ET PROGRESSV IESVITARVM ORDINIS

LIBER PRIMVS.

CAPVT PRIMVM.

Ignatius Loiola miles Author Iesuiticæ Sectæ: natura fuis truculentus.

CIRCA annos reparatę ſalutis humanæ M, D, XL. IGNATIVS LOIOLA Cantaber, *Societatis Ieſu* fratribus initium dedit. Fuit is tam truculentâ animi ferocitate præditus, ut, cùm ex ephebis egreſſus eſſet, quemvis obviam ſibi vel leves ob cauſas reſiſtentem percuteret & ferro tranſverberaret: nec veritus fuit dicere, *ſe manu ſuâ dextrâ*, quâ gladium vibrabat, aëremque percutiebat, *vel in vitis Diis hoſtes ſuos omnes proſtraturum.* Bobadilla, unus ex decem Loiolæ Socijs & Ieſuitarum Patribus, ingenuè fatetur, *eum fuiſſe hominem militiæ caſtriſque aſſuetum.*

Hanc feritatem, immanitatem & inſolentiam Ieſuita factus adeò non depoſuit, ut Hoffæus, Haſenmullero referente, Romæ in domo Ieſuitarum profeſſa Aſſiſtens, teſtatus ſit, *eum nonnullos Societatis ſuæ fratres flagellorum ictibus ita confeciſſe, ut præmaturâ morte interierint.* Similiter Salmanaſſar Neapolitanus Ieſuita confitetur, *Loiolam naturâ ferocem fuiſſe, durum ac truculentum.* Ribadeneira etiam in vita Ignatij ſcribit, *In leuibus erratis grauia interdum exempla eum ſtatuiſſe*, quod ab ęqualitate & ratione conſentanea alienum prorſus eſt.

Et qualis per univerſam vitam fuerit, propria ipſius conſcientia ei dictavit, dum ſub finem vitæ, Ribadeneirâ teſte, ſeipſum deteſtabilem dixerit, & profeſſus fuerit, ſe indignum qui honeſtè ſepeliretur.

Ignatius ferax naturâ in totâ ejus ſectam derivata eſt.

Hæc ejus immanis, belluina & truculenta natura in omnes ejus diſcipulos & Sectatores derivata eſt, ut qui nihil aliud quàm cædem, ſanguinem & interitum piorum & orthodoxorum omnium, quin etiam Regum ac Principum Papiſticorum, ſpirant, ſicut in ſequentibus indicabitur, hoc autem loco pauca ſaltem exempla referam. Iacobus Cruſius, novitiorum Landſpergenſium Ieſuitarum Rector, *Miles*, dicebat, *eſſe debuit noſtræ Societatis Pater: quia, ut militis eſt totis viribus in hoſtem irruere, nec deſiſtere, donec victor euadat: ita noſtrum eſt in omnes irruere, qui Pontifici Romano reſiſtunt, illoſque conſiliis, dictis & ſcriptis, invocato etiam ſeculari brachio*, hoc eſt, igne & ferro, *tollere & abolere: ſicut Pontifex, & noſtra vota contra Lutheranos ſuſcepta, volunt & mandant.* Gregorius Baderus in Bavaria Ieſuitarum Provincialis Landſpergæ Haſenmüllero dixit: *In vrbe Auguſta noſtri pacem non ſunt habituri, niſi curaverimus Evangelicos concionatores eijci ac tolli.* Item, *No-*

ſtrorum conſilijs Evangelici concionatores Viennâ expulſi ſunt, ideò etiam noſtri iam ibi in pace docent, & rebus pro animi votis potiuntur. Ieſuitæ Colonienſes in Cenſura ſua inquiunt : *Niſi Lutherana Religio ferro & igne tollatur, Eccleſia Romana pacem & tranquillitatem habere non poteſt.* Rurſus Cruſius pro concione aliquoties dixit : *Non potiſsimùm ob hunc finem in Germaniam miſſi ſumus, ut Doctores : Concionatores & Præceptores in ſcholis & templis agamus, ſed ut operam demus, ne Lutherani & Evangelici Proteſtantes majora incrementa ſumant, ſed excindantur. Si id noſtrates ab ortu Lutheri feciſſent, jam Eccleſia Romana in pace viveret. Verùm causâ nondum cecidimus : conjugamus mutuas operas, vires & arma, tunc facilè poterimus illos exſtirpare. Ad hunc finem niſi omnia noſtra conſilia & actiones direxerimus, periculum eſt ne nobis idem quod incendimus faciant, & in foveam, quam paramus hæreticis, ipſi noſtrâ negligentiâ incidamus.* Ad eundem modum magnus ille Ieſuitarum fautor Andræas Fabricius Cęſarem hortatur, *ut femur ſuum gladio accingat, neque patiatur hæreticos viuere. Quid enim,* inquit, *faciat urſus in vinea, lupus in ovili ?* Pater Th. Peltanus Auguſtæ inter ſuos familiares dixiſſe fertur : *Nos tot tantaque patimur à civibus Auguſtanis: Si jam mihi Catholici, quorum in urbe major numerus eſt quàm hæreticorum, obedirent, ſuaderem, ut omnes occiderent : Sic enim pacem habituri eſſemus, & Papæ in novo Calendario propagando ſatisfacere poſſemus: quod nunquam fiet quamdiu in medio noſtri proteſtantes vivere paſsi fuerimus.* Antonius Poſſevinus Ieſuitarum per Germaniam Inquiſitor in libello, quem inſcripſit, *Il Soldato Chriſtiano, Miles Chriſtianus*, edito cùm Pius V. exercitum in Galliam mitteret auxilio ſuis, ut adverſarios Pontificiæ ſedis de medio tollerent, ſcribit : *Omnes Chriſtianos jure obligatos, ut Romanam Religionem contra Evangelicorum doctrinam totis viribus & proprij ſanguinis effuſione tueantur : Pacem & publicum bonum in Eccleſia Romana conſervari non poſſe* affirmans, *niſi hoſtes ejus exterminentur.* Quibus addit : *Niſi expuleritis eos, patriam, uxores, liberos, parentes, amicos & opes in tuto poſsidere non poteritis.* Tandem hortatur Duces exercitûs iſtius, *ut nihil omnino hæreticis permittant, nec fidem datam ſervent : Inquiſitores clandeſtinos in eos ſubornent, domeſtica & inteſtina bella inter illos excitari curent : Proditores ac ſicarios omnibus locis contra illos inſtituant: Duces aliter facientes, in Eccleſiam Romanam peccare, inexcuſabiles reddi & damnari* aſſerens. In his paucis vides Loiolæ naturam immanem & ſanguinolentam in ſectatoribus ſuis.

Contulit autem ſeſe Ignatius cum alijs multis ſui ſimilibus truculentis, & ſanguinem humanum ſitientibus Hiſpanis, in aream Pompeiopolitanam munitiſſimam, eo tempore, quo eam Galli obſederunt, vehementiſſimeque oppugnârunt. Cùm autem nimis ferociret in obſidione illâ, divinâ vindictâ in ipſum exardeſcente, factum eſt, ut æneæ bombardæ pilâ à Gallis immiſsâ, crus ejus dextrum frangeretur : ſiniſtrum quóq; lapide de muro excuſſo graviter circa inguina vulneraretur, & à Gallis caperetur. Noluit tamen divina juſtitia mundo irata peſtilentiſſimum hominem tunc temporis è medio tollere, ſed quorundam clementiâ curatus eſt, ita tamen, ut in utrumque latus claudicaret, domumque rediret.

Loiolæ ſe cum aliis Hiſpanis in arcem Pŏpeiopolit. confert.

Hoc modo juſto Dei judicio punitus, militiam deſeruit, & lectioni profanorum librorum, temporis fallendi causâ, totum ſe tradidit. Cùm verò ob claudicationem deformem ab omnibus rideretur, ipſéque ad res politicas tractandas ſe ineptum intelligeret, militaris & politicæ vitæ, cui hucuſque plus ſatis addictus fuerat, pertæſus, vitæ priſtinæ genus mutare & aliud inſtituere propoſuit. Contigit autem ut in manus ejus venirent *Legendæ*, mendaciornm pleniſſimæ, quas *Vitas* ſeu *flores Sanctorum* vulgò nominant : tam enim obtuſi ingenij erat, ut altiora nec intelligere nec percipere poſſet. Has tamen, pro more ſuperſtitioſorum hominum, avidiſſimè legit, & legentem tanta inceſſit Religio, ut de novo Ordine inſtituendo cogitare inciperet : Vt rectiſſimè dixerit ille, *Deſperatio facit Monachum.*

Ignatius vitę genus priſtinum mutat.

Vt autem perſuaderent Ieſuitæ hominibus, non caſu aut fortuitò cogitationes has in animo Loiolæ de novo inſtituendo Ordine ortas fuiſſe, fingunt, ut res in majore admiratione & authoritate eſſet, B. Mariam Deiparam, portantem in ulnis puerulum Ieſum, apparuiſſe Ignatio, eumque ut in Filij Ieſu honorem, Societatem ſeu Ordinem inſtitueret, hortatam eſſe, ſimulque promiſiſſe, ſe illi & Socijs indulgentiſſimam Matrem, adjutricem & promotricem futuram.

Ignatius cogitat de novo Ordine inſtituẽdo.

Ignatius Hieroſolymam conceſſit.

Anno igitur ætatis ſuæ 26. domo patriâ ac proprijs laribus relictis, ita ſe comparat Ignatius, tanquam ad Ducem Nagera ſeu Najaræ profecturus eſſet, re autem verâ ad Templum Deiparæ virgini dedica-

Loiola patrios lares relinquit: Ignatius rigidem viuere cœpit.

dedicatum, quod *Montem ferratum* vocant, conceſſit, ibique veſtibus preciſioribus exutus, laceras ac viles induit, in quibus rigidiſſimam aliquãdiu vitam egit. Delituit etiam per tempus aliquod ſolitarius in ſpecu quodam ad littus fluvij per campum Maureſanum decurrentis: ibique de aſperiore vita ineunda, & de peregrinatione Hieroſolymitana ſecum ipſe deliberans, viatorium & pauperis peregrini habitum tandem coëmit, ſparteos nimirum calceos, talarem è ſacco tunicam, funémque pro baltheo, tornatilem baculum, & in uſum aquæ cucurbitam. Vt igitur Minoreſſam acceſſit, Oppidúmque hoc amictu ingreſſus eſt, ad publicum infimæ plebis hoſpitium precariò ſe contulit, ibique paupertatis & pœnitentiæ ſtudio inter egentes ac ſordidos vitam exorſus eſt. *Ita quidem* Maffæius & Ribadeneira; quorum tamen hic alibi de eodem ſcribit, *eum delectatum fuiſſe cultu corporis mundo, & alienum fuiſſe à ſordibus.* Hanc autem contradictionem Ignatiani tollere conantur diſtinguendo tempora: quo tamen ipſi prę clarè arguunt hypocriſin Ignatij. Vir bonus ſemper ſui ſimilis eſt & eſſe debet, tum in alijs, tum in victu & cultu corporis. Ignatius igitur ut homines in ſuam naſſam pelliceret, primùm uſus eſt veſtitu ſordido, poſt nactus id quod voluerat, abjecit laceram penulam, ut Monachus ille rete, quo ſe aliquandiu texerat, Pontificatum adeptus, quòd diceret, *captum à ſe piſcem, cui diu inſidiatus eſſet.*

Victum quoque oſtiatim emendicavit quotidiè: totam hebdomadam, excepto die Dominico, jejunavit, in ipſo cibatu ſimplici pane contentus: humo nuda cubavit, auctoque ſupplicio ſingulis diebus ter ſe flagellis quàm acerrimè cecidit: ſacrificio quoque matutino, veſperarum item & Completorij officijs interfuit aſſiduè. Vexatus autem diuturnâ & periculosâ ęgrotatione, demùm ita convaluit, ut ex reliquijs morbi dolore ſtomachi cruciaretur, ob eamque cauſam calceos induit, & panni craſſioris tunicâ cinereâ, & capitis tegumento contra hyemem ſeſe munivit.

Ignatius Hieroſolymam conceſſit.

In hac palæſtra cùm ſeſe ad tempus exercuiſſet, inde in pauperis peregrini habitu. Hieroſolymam proficiſci conſtituit, Chriſti ſepulchri adorandi & cætera loca viſendi gratiâ. Hoc igitur mentis propoſito ſub initium anni 1523. Minoreſsâ profectus Barcinonem; indéque Romam, ac tandem Venetias pervenit. Venetijs in Cyprum inſulam, ac deinde in Palęſtinam vectus, demùm Hieroſolymam acceſſit, & loca illa, quæ vocant ſacra, inviſit, iiſque locis uſque adeò delectatus fuit, ut conſtitueret omnem ætatem ſuam reliquam illic conſumere: quia verò multi eum ab hoc inſtituto dehortabantur; cum reliquis peregrinis naves aſcendit, & in Hiſpaniam rediit.

Ignatius Studiis Literarum ſe dedit.

Quia verò intelligebat ad eam vitæ rationem; quam animo propoſuerat, literatum cognitionem, quarum hactenus nullam prorſus habuerat, imò ne ſcribere quidem nôrat, plurimùm valere, animum ad eam rem appulit. Vt igitur Barcinonem revertit, anno Chriſti 1524. ætatis autem 33. repueraſcere & elementarius fieri cœpit. Tam autem obtuſi & ſtupidi ingenij erat, ut rudimenta Grammaticæ, verborum item ac nominum inflexiones vix ediſcere poſſet: ex quo fiebat, non ſolùm ut nihil novi mandare memoriæ poſſet, ſed etiam vt ſi quid antea impreſſum eſſet, id ipſum confeſtim deleretur. Nihilominus tamen in Grammaticalibus præceptis addiſcendis ſtrenuè perrexit, & fructum mediocrem inde percepit, Complutumque ad graviora ſtudia ſeſe contulit. Ibi artium curriculum inijt non admodum felici ſucceſſu: nam præproperâ feſtinatione, ſine omni judicio & delectu, nullo ſervato vel ordine vel diſcrimine diſciplinæ, multa & varia uno eodémque tempore adgreſſus eſt: in Logicis terminos, quos vocant, in Phyſicis Albertum, in Theologia Magiſtrum ſententiarum, qui libri tum in Hiſpania prælegebantur, evoluere, & plurès quotidiè in Scholis audire cœpit interpretes, quod tamen ei ad id, quod cupiebat aſſequi, maximo impedimento fuit: nam cùm avidè ſequeretur omnia, nihil propemodum aſſequebatur: juxta tritum proverbium, *In omnibus aliquid, in toto nihil.*

Ignatius in carcerem conijcitur.

Cùm autem in vili ſuo habitu coopertus ſacco, publicè homines ad pœnitentiam hortaretur, nullâ acceptâ ab Epiſcopis concionandi licentia; nec eruditione ſufficiente præditus eſſet, bis in carcerem conjectus fuit, ſemel Compluti, deinde Salmanticæ, quò Compluto relicto conceſſerat, & ab Inquiſitoribus, de doctrina & novo quodam vitę genere ſuſpectus, examinatus fuit.

Interrogationes autem Inquiſitorum, Ignatio in carcere propoſitæ, hæ fuerint.

Ignatius in carcere examinatus.

I. *Virum credat, ſacram Scripturam eſſe doctrinam imperfectam, mutilam, mancam, quæ non contineat omnia, ad ſalutem, fidem, mores piè vivendi pertinentia.* Affirma-

vit Ignatius. II. *Vtrum credat, defectum illum ſarciendum eſſe aſſumendo traditiones.* Affirmavit Ignatius. III. *Vtrum credat, ſacram ſcripturam in illis quæ continet & proponit, eſſe veluti naſum cereum, non præbentem certam aliquam & immotam ſententiam, ſed quæ in quamvis interpretationem flecti poſſit.* Affirmavit Ignatius. IV. *Vtrum rectè fiat, quòd in univerſum Laici à lectione ſacrarum literarum arceantur.* Affirmavit Ignatius. V. *Vtrum lectio S. Scripturæ non tantùm non ſit utilis, ſed multis modis pernicioſa.* Affirmavit Ignatius. VI. *Vtrum credat, quòd poſt ſuſceptum Baptiſmum peccatum in renatis nullum remaneat, ſive quod apertum ſit, ſive quod tegatur vel aperiatur.* Affirmavit Ignatius. VII. *Vtrum credat, quòd concupiſcentia, quæ reliqua eſt in renatis, etſi repugnet legi Dei, tamen non ſit propriè, verè, in ſe vel ex ſe, & ſuâ naturâ, peccatum.* Affirmavit Ieſuita. VIII. *Vtrum credat, falſum eſſe, quod peccatum ſit, quicquid legi Dei repugnet,* Affirmavit Ignatius. IX. *Vtrum graviùs peccent homines violantes Eccleſiæ præcepta quàm committentes ea, quæ legi Dei repugnant.* Affirmavit Ieſuita. X. *Vtrum renati in hac vita poſſint ſuis operibus legis perfectionem conſequi.* Affirmavit Ignatius XI. *Vtrum doctrina Evangelii propriè ſit, Si vis ad vitam ingredi, ſerva mandata.* Affirmavit Ignatius. XII. *Vtrum in rebus ad ſalutem pertinentibus, liberum arbitrium tantum valeat, ut nihil homo agere poſſit quicquam ipſomet non annuente, & ad divinæ gratiæ ſuſceptionem non parato & prompto.* Affirmavit Ignatius. XIII. *Vtrum fides ſit firmiſſima aſſenſio non tantum eorum, quæ in ſcriptura patefacta ſunt, verùm etiam illorum, quæ ſine ſcripto in manus tradita ſunt.* Affirmavit Ieſuita. XIV. *Vtrum credat, quòd, juſtus ex fide vivens non habeat illud in Chriſto, ſed ex operationibus ſuis.* Affirmavit Ignatius. XV. *Vtrum credat, quòd fides juſtificans illam formam ſeu vim non habeat ex Chriſto, quem apprehendit & poſſidet, ſed ex charitate.* Affirmavit Ignatius. XVI. *Vtrum credat, juſtificationem nihil aliud eſſe quàm juſtitiæ acquiſitionem, vel, ſi philoſophicè loquendum ſit, motum ad juſtitiam.* Affirmavit Ignatius. XVII. *Vtrum credat, quod miſericordia Dei in Chriſto, in quâ noſtra ſalus conſiſtit, hæc ſit, quòd Deus rectè operantibus, hoc eſt, legem implentibus vitam æternam promiſerit.* Affirmavit Ignatius. XVIII. *Vtrum homo poſſit ſatisfacere pro peccatis Deo, ſecundùm menſuram proportionis,* etiamſi offenſio ſit infinita & *ſatisfactio noſtra finita.* Affirmavit Ieſuita. XIX. *Vtrum Sancti invocandi ſint, ut pro nobis apud Deum intercedant.* Affirmavit Ignatius. XX. *Vtrum invocatio Sanctorum recipienda & concedenda, etiamſi nuſquam de eâ ſcriptura docet.* Affirmavit. XXI. *Vtrum traditiones Eccleſiæ, etſi ex ſcripturâ probari non poſſunt, parem tamen authoritatem habeant, & eâdem fide ſint credenda, ſicut illa, quæ manifeſta habent in ſcripturâ, teſtimonia.* Affirmavit Ignatius. XXII. *Vtrum rectè adorentur imagines.* Affirmavit Ieſuita. XXIII. *Vtrum matrimonii doctrina impudicitiæ januam aperiat, ac animis libidinis faces ſubminiſtret.* Affirmavit Ignatius. XXIV. *Vtrum eorum qui voverint cælibatum, & ſe continere non poſſint, legitimæ nuptiæ appellandæ ſint, an contrà fornicatio, inceſtus, ſummum nefas ac adulterium?* Affirmavit Ignatius. XXV. *Vtrum credat purgatorium?* Affirmavit Ieſuita. XXVI. *Vtrum credat, Pontificum Romanorum perpetuam ſucceſſionem apertum indictum eſſe Catholicæ Eccleſiæ, & fidei Apoſtolicæ.* Affirmavit Ignatius XXVII. *Vtrum credat, penes Eccleſiam eſſe quædam etiam in ſactis literis expreſſa commutandi authoritatem, nonnulla inſtituendi parem facultatem, ideóque non minorem illi quàm expreſſo Dei verbo vindicandam eſſe authoritatem.* Affirmavit Ieſuita. XXVIII. *Vtrum credat, panem Cœnæ in verum Chriſti corpus tranſſubſtantiari vi conſecrationis.* Affirmavit. XXIX. *Vtrum tota quantitas dimenſiva corporis Chriſti ſit in ſacramento.* Affirmavit Ignatius.

Vtrobique igitur, tam Compluti, quàm Salmanticæ, Pontificiæ doctrinæ addictiſſimus inventus, extra omnem noxam è cuſtodia dimiſſus fuit.

In reſponſione Sim Steuëi ad Apologiam Gretſeri pro Vita Ignatii Loiolæ pag. 243

Ignatius Pariſiis Magiſter Artium creatur.

Salmanticâ relictâ Lutetiam Pariſiorum ſe contulit ſub initium anni 1528. ibi ſeſe totum literis dedit, ac tandem Magiſter artium creatus eſt.

Ignatio Socii iunguntur

Quia verò illic loci paupertatem ſectabatur, ſtipem oſtiatim colligebat, pueros gratis erudiebat, omnibus ultrò, nullâ petitâ mercede, ſua obſequia, labores & ſtudia offerebat, ſicque aliquam apud populum rudem exiſtimationem ſibi comparabat: factum eſt, vt nonnulli ſtudioſi, amore ejus incenſi, illi ſe ſocios & imitatores adjunxerint. Primus fuit *Petrus Faber* Allobrox, pago Villareto Gebennenſis diœceſis humili loco natus, qui jam antea ſeſe in ſolitudines abdere, ibique radicibus herbarum victitare decreverat. Secundus fuit *Franciſcus Xaverius* nobilis Cantaber, qui jam antea Ignatii hypocriticam vitam vehementer irriſit.

Hos

Hos deinde imitati sunt *Iacobus Laines* Seguntinus, *Alfonsus Salmeron* Toletanus, Græcis & Latinis literis mediocriter eruditus. *Nicolaus Bobadilla* Placentinus, *Simon Rotorigius* Lusitanus, & post aliquanto *Claudius Iaius* Gebennensis, & *Ioannes Coducius* Ebredunensis, *Paschasiúsque Broetus* Ambianensis, Fabri præcipuè monitis permoti.

In responsione Sim Stenij ad Apologiam Gretseri pro Vita Ignatii Loiola pag. 243

Progressu temporis Imagines aliquot horum Patrum scitè ære expressæ, & ad imitationem Symboli Apostolorum, unicuique symbolum additum est. Ex his picturis prima plena impiatatis est, in qua visuntur nescio qui Principes vel Reges à sinistra parte, unà cum Pontifice Romano à dextra & Cardinalibus, ac universo clero genibus flexis & manibus sublatis nescio quid adorare. Neque enim puto preces fundi ad literas in luce coruscа cum crucis imaguncula effictas. Etsi autem infra scriptum est, *In nomine Iesu omne genu flectatur cœlestium, terrestrium & infernorum*: Mysterium tamen hujus dicti non omnibus notum est. Hoc enim volunt dicere, Quòd Papa major sit omni aliâ creaturâ, ac illius potestas se extendat ad cœlestia, terrestria ac infernalia, ut apud Antoninum Florentinum in Summa ejus videre est. Vnde etiam prope Papam ignis purgatorius conspicitur, in quo excoquuntur nescio qui miseri homines. Nam animas quis esse putet, cùm faciem, barba & ora intueatur? Ignatii symbolum est *Ad majorem Dei gloriam*: quo ipso indicatur, ab hoc milite Ordinem institutum & introductum, qui gloriam Dei antè à Lutheranis obscuratam illustret. Deum autem intellige non illum, quem adorant omnes fideles, sed Felini Deum, id est, Papam, qui possit secundùm Decium & Gomesium facere omnia, quæ Deus facit. Symbolum Iacobi Laynesii est, *Apprehendite disciplinam*, à Iesuitis scilicet præscriptam. Franciscus Borgia usurpavit, *A te quid volui super terram*: nihil videlicet aliud voluit quàm superstitionum multarum confirmationem & idololatriæ horrendæ propagationem. Quartus Pater Everhardus Mercurianus hoc sibi adscribi voluit, *In nomine tuo saluum me fac*. Si de Iesu solo loquitur, sociis suis hæreticus est: si Mariam intelligit, Calvinianis idololatra est. Francisci Xaverii symbolum mirificum est, *Satis est, Domine, satis est*, deceptionem scilicet & hypocriseos, vel linctûs ulcerum. Alfonsi Salmeronis est, *Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua*. Fortasse Pontificem Romanum compellat: nam eloquia Dei sordes sunt Iesuitis, eloquia autem Paparum non tantùm faucibus, sed etiam stomachis melle dulciora sunt. Nicolai Bobadillæ symbolum est, *Non confundar in æternam*. Sed confunduntur magis magísque ob sua tetra facinora, dolos, fraudes & mendacia, &c.

Ignatius Parisiis Magister Artium. creatur. Ignatio Socii iunguntur

Hos socios nactus Loyola, quod jam diu moliebatur & agitabat animo, reipsâ aggredi primo quoque tempore statuit: videlicet, ut Hierosolymam, cum Papæ venia, repeteret, gentésque Turcicas ad Pontificios errores converteret etiam cum mortis periculo, & in eandem sententiam socios suos, superstitiosos homines, facilè adduxit. Cùm igitur singuli peccata sua confessi essent & Eucharistiam sumpsissent, in æde suburbana, quæ *Mons martyrum* dicitur, voto sese obstrinxerunt, emensis Theologiæ spaciis, Mundo renunciare, & in paupertate perpetua vivere: ac nominatim ad constitutam diem, Hierosolymam propter infidelium conversionem navigare: hoc verò propositum si non succederet, Romam redirent, suamque operam Papę in convertendis hæreticis offerrent. Votum hoc ediderunt in dicto templo Anno 1534. 18. Calend. Septemb.

Maffaius. lib. 1. c. 1. Ignatius cũ Socijs itineri Hierosolymitano se accingit

Sub finem anni 1536. itineri sese accingunt, & Venetias proficisci statuunt. Viam igitur capessunt suo quisque baculo innixi pedites. Vestitus erat omnium ut peregrinorum & pauperum: pendebat è scapulis mantica ex corio, in qua Biblia & Breviarium asservabantur. Rosaria palàm gestabant è collo suspensa. Hoc habitu ad tertium Idus Ianuarias anni 1537. Venetias pervenerunt: ibi valetudinariis seu nosodochiis inter se distributis, ægrotos & pauperes curarunt, Confessiones audiverunt, Eucharistiam ministrarunt, quibus id per Sacerdotium licebat. Imò ne vilissima quidem & servilia corporibus pauperum curandis defugerunt ministeria: straverunt lectulos, everterunt sordes, purgarunt scaphia, cadavera mortuorum sepelierunt, interdiu noctuque omnibus prętò erant, & his officiis mirificè apud quoscunq; Venetijs sese insinuarunt.

Ignatius & Socij ut Venetijs se insinuârint.

Interea etiam de profectione Hierosolymitana deliberantes, primò omnium Romam ire constituunt, & à Papa jus tum ad sacros, quos vocant, Ordines, titulo voluntariæ paupertatis, tum ad mansionem Hierosolymitanam petere.

Ignatius & Socij Romam proficiscuntur.

Deus Pater cõmendat Filio suo Ignatiũ & Socios

Nugantur hîc Ieſuitæ, Ignatio non procul ab urbe Templum ingreſſo, Deum Patrem illi ſeſe oſtendiſſe, & Ieſu filio ſuo bajulanti crucem, & crudeliſſimis affecto ſuppliciis, præſentem Ignatium ſocioſque commendâſſe: cúmq; ille, eos in fidem ac patrocinium recepiſſet, ad Ignatium dixiſſe: *Ego vobis Romæ propitius ero:* atque hoc ipſum vel inprimis fuiſſe cauſæ, ob quam Ignatius poſtea confirmatæ ſocietati nomen Ieſu indiderit: de quo paulò poſt plura.

Ignatius & Socij Romæ benignè excipiuntur

Vrbem ingreſſi à Petro Ortizio Hiſpano Cæſaris Legato ad Paulum III. Papam introducuntur, ab eoque poſtpedum oſcula, omnia quæ volebant de ſacerdotio, déque Hieroſolymitana Provincia à Papa impetrârunt: obſequia etiam, quæ Pontifici offerebant in Apoſtolicis functionibus, non aſpernatus eſt, inſtructos inſuper pecuniâ eos à ſe dimiſit.

Ignatius & Socij de ſtabilienda Societate deliberant.

Quia verò navigationis & peregrinationis Hieroſolymitanæ conſilia in irritum cecidiſſent, ſubinde autem aliqui ad Loyolæ inſtitutum aggregarentur, aliquid etiam à Papa varias in urbes mitterentur, viſum eſt eis, ut de ſtabilienda Societate primo quoque tempore inter ſe conſulerent. In unum igitur congregati locum, quæſitum inter alia eſt, placerétne ad vota duo, paupertatis & caſtitatis, tertium quoque perpetuæ obedientiæ adjungere, & è ſuo numero aliquem eligere, qui cæteris ampla cum poteſtate præeſſet: & omnes unanimiter cenſuerunt, deligendum unum eſſe, cui omnes in terris, tanquam Chriſto, parerent, cujus in verba jurarent, & cujus denique nutum ac voluntatem ſibi inſtar divini oraculi ducerent: placuerunt hęc omnibus ac paulò pòſt Ignatium elegerunt, eúmque Generalem Præpoſitum appellârunt: Additum adhæc in eodem Conventu, ut Societatis canditati, cùm aliis experimentis, tum verò pręcipuè peregrinatione, & infirmis publici alicujus valetudinarii probarentur. In hoc quoque Conventu tribus communibus votis quartum quoque additum eſt, ut paulò infra indicabitur.

Ignatius Generalis Societatis

Leges pro Ordine Ieſuitico condũntur.

Hæc & alia plura tum quidem ab eis decreta ſunt, & Ignatio mandatum, ut ea in ſummam redacta, Papæ Apoſtolicâ auctoritate ſancienda atque approbanda proponeret: deinde ut eadem ipſe poſtea fuſiùs explicaret ordinarétque, & quàm accommodatiſſimas ad Societatis vocationem & ſpiritum leges canoneſque perſcriberet.

Poſt decem annos, quibus Generalatum adminiſtrauit Ignatius, ſub ſpecie & prætextu humilitatis & modeſtiæ cujuſdam ſeſe Generalatu ſuo omninò abdicare conſtituit. Sociis igitur Romam evocatis, cùm in conſilium conveniſſent, expoſuit, ſe, qui vitia ſua nôſſet, & initio invitum, atque adeò coactum, Societatis gubernacula recepiſſe, perque Chriſti ſanguinem petere atque obteſtari ſeſe, ut ſine vllo ſui reſpectu communi utilitati conſulant, & quàm primùm ſibi ſufficiant virum & animo & corpore firmiorem: Et ut hoc liberè faciatis, inquit: Ego in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti depono Generalatum meum ſimpliciter & abſolutè, méque abdico hoc munere privóque: & omnibus animæ meæ viribus obſecro tum Profeſſos, tum ſi quos Profeſſi adhibere ad hanc deliberationem volent, ut huic meo tam juſto deſiderio faveant, piamque oblationem libenter admittant. Cùm autem quiſque metueret, ne fortè alius ſibi præferretur, ut ventum eſt ad ſuffragia, omnium conſenſus in eo retinendo exſtitit, qui olim in eligendo fuerat, modò publicam rem ordinaret, & leges Ordini vel Societati pręſcriberet. Ignatius, ne minùs dicto audiens videretur, precibus Sociorum non invitus ceſſit, & hoc onus in ſe recepit: & ſcripſit libellum *Exercitiorum ſpiritualium*, itemque librum decem in partes diſtributum, in quo leges dedit Societati, & formam gubernationis præſcripſit.

Ignatius Generalatũ hypocritice reſignat.

Cùm hæc ſcriberem, venit mihi in mentem Auguſti Cæſaris factum, cui præſens fraus ac dolus Ignatii Loyolæ non abſimilis videtur, ſi parva magnis componere licet. Auguſtus enim bis térve de reddenda Republica Senatui Romano cogitavit, ut hoc pacto invidiam & ſuſpicionem Monarchiæ à ſe declinaret. Cúmque in Senatu ſententiam ſuam expoſuiſſet, Ratiocinarium Imperii tanquam illud reſtituturus, Conſulibus tradidit. Senatoribus autem ſive per ſimulationem, ſive metu, vel etiam ex compoſito, ut Ignatiani Socii, reclamantibus, variâſque rationes, afferentibus, cur Reipublicæ Monarchia pręſtaret, in principatu perſeveravit, Deos quoque, ut Ignatius, hominesque teſtatus, intra decennium ſe omnem adminiſtrationem depoſiturum. Sed cùm ea tempora elapſa eſſent, rurſúſque ejurare velle Imperium ſimularet, Senatus alios decem annos, quibus in eodem Magiſtratu eſſet, decrevit: atque iterum alios decem annos, quibus mortuus eſt, prorogavit.

Sub

Papæ p tit aliquos è Socijs ſibi mitti.

Ignatius ſui inſtituti formulam cõcipit, & ut à Papa approbaretur petit & impetrat.

Ignatius Fœminas a Societate ſua depellit.

Ignatius honoribus in Societate adi-ũm obſtruit. Ignatius moritur

Papa petit aliquos è Socijs sibi mitti.

Sub idem tempus Papa Socios aliquot ab Ignatio postulavit quos hinc inde mitteret: Idque peregrinationis Apostolicæ fuit exordium: de quo, capite de propagatione Ordinis Iesuitici, infra plura dicentur.

Ignatius sui instituti formulam cõcipit, & ut à Papa approbaretur petit & imperat.

Interea cùm Societas magis magisque creseeret, Ignatius, ut erat illi jam antea à Socijs injunctum, totius instituti formulam, latiùs postea explicandam, ad certa capita breviter redegit. Deinde nactus opportunitatem, quòd Papa Tibur se receperat, eam formulam auctoritate Apostolicâ eidem Papæ obtulit per Contareum Cardinalem. Eam vbi perlegit Papa, non improbavit quidem: sed tamen ne minus inconsultè aliquid statuisse videretur, totum negotium tribus Cardinalibus delegavit. Hi etsi approbationem dissuaderent Pontifici, & potiùs numerum Religionum minuendum, quàm augendum censerent, pervicerunt tamen Socij: nam Papa Societatem approbavit 5. Non. Octobr. anno 1540. hac tamen conditione, ut in universum non plures quàm sexaginta numerarentur Socij. Triennio tamen post liberum reliquit Pontifex Paulus III. Ignatio & successoribus, quotquot vellent in Societatem adsciscere.

Ignatius Fœminas a Societate sua depellit.

Regimen quoque & curam fœminarum à Societate sua prorsus depulit Loiola. Cùm enim Elisabetha Rosella Barcinonensis, quæ ejus prima literarum studia foverat, sese Romam ex Hispania contulisset, ut cum alijs fœminis ad normam & præscriptum illius viveret, ille curam fœminarum suscipere sese posse negavit: Papam quoque adijt, ac petijt, ut non ab illis modò, sed ab omnibus in perpetuum fœminarum collegijs gubernandis immunem Societatem esse jubeat. Annuit Papa, & Societati ab ejusmodi munere vacationem in perpetuum dedit, eaque postea trinis Bullis testata & confirmata est.

Ignatius honoribus in Societate aditum obstruit.

Præterea Prælaturis & alijs honoribus Ecclesiasticis in Societatem suam Loiola prorsus omnem aditum obstruere conatus est, sed frustra, ut suo loco indicabitur.

Ignatius moritur

Febri autem ardente correptus, ut intima urerentur ejus præcordia, obijt Ignatius Iesuitarum Patriarcha horâ post Solis ortum primâ, feriâ sextâ, prid. Calend. August. anno post Christum natum 1556. anno ætatis 65. suæ conversionis 35. confirmatæ verò Societatis 16. quo tempore iam tum ab ipso constitutæ numerabantur Provinciæ 12. & in ijs varia Ordinis domicilia ferè centum.

De genere mortis Ignatij.

Maffæius, qui Ignatij Loiolæ vitam descripsit, libro secundo cap. 23. placidè ipsum defunctum refert. At Hasenmüllerus, qui aliquot annis & ipse Iesuita fuit, & in multis Iesuitarum Collegijs vixit, in fine Iesuiticæ suę historiæ sanctè testatur, Turrianum Iesuitam sępè dixisse sibi, Ignatium in cœna, prandio, Missa, in recreationibus etiam ita à dęmonibus exagitatum, ut magnâ copiâ frigidissimum mortis sudorem fuderit. Bobadillam quoque Iesuitam sæpè fassum, Loiolam sæpiùs conquestum, se nunquam & nullibi à Dæmonibus tutum esse posse. Octavianum Iesuitam, Romæ Ministrum, seu Novitiorum Oeconomum, dixisse sibi, Sanctus erat pater noster Ignatius: sed circa agonem mortis ita premebatur, quasi febri correptus esset, & suspirans dixit: *Multa bona contuli in Ecclesiam Romanam: multas nostrorum Provincias, Collegia multa, domus, residentias & opes Societatis nostræ vidi: sed hæc omnia me deserunt, & quò me vertam nescio.* Turrianum insuper dixisse, ipsius comitem assiduum usque ad Missę aram fuisse Dæmonem: tandem verò cum tremore ipsum obijsse: mortuúmque nigerrimo vultu conspectum fuisse, eundem affirmâsse. Cùm etiam, inquit Hasenmüllerus, corpus ipsius ad Templum, quod Cardinalis Farnesius extruxit, transferre vellent, testibus omnibus Iesuitarum professis, cadaveris ejus ossa non sunt inventa, Iesuitis jam fingentibus, ea forsan per Angelos translata esse.

Pag. 320

Miracula quæ falsò Ignatio tribuũtur. In Responsione altera Stenij ad Resp. alteram Iac Gretseri Apologiam pag. 1. 3 4.

Vt autem Ignatio suo, militi truculento & Ordinis Iesuitici Auctori, nec non doctrinæ, dolis, impostoris & nefarij facinoribus Iesuiticis majorem authoritatem concilient, multa & quidem stupenda Miracula ex Ribadeneira & Maffæio recenset Gretserus in Responsione altera ad alteram Cl. V. Simonis Stenij Apologiam pro Scholijs suis ad Ignatij vitam, quæ ordine ex Stenio cum Notationibus ejus adscribere placuit.

1. *Graviter ægrotanti sanctus Petrus apparens sanitatem reddit.* (Frontispicium sanè egregium, quippe idololatricum, huic ordini pulchrè conveniens, quo nihil est pugnacius in idololatria asserenda & defendenda.

2. *Septem diebus in perpetua Ecstasi persistit. Sæpe interorandum à sensibus abstrahitur.* Cùm autem sensus sint & interiores & exteriores, de utris loquatur Iesui-

ta, indicare debebat. Nam si exteriores intelligit, facilis & expedita de somno conjectura est: si utroſq;, miror unde habeant hoc Iesuitæ nisi fortè stupidis suis discipulis persuasit Ignatius, se in tertium cœlum fuisse raptum.

3. *Maximarum rerum scientia momento penè temporis divinitus infunditur.* Huic ne fidem derogem, exemplis Apostatarum adducor. Qui enim cùm Lutherani essent, indulgentiarum nomen vix noverant, jam in sinum Romanæ Ecclesiæ recepti integra volumina de iisdem magno labore descripta ediderunt. Ad quod sanè argumentum necessitas credo eos impulit. Abnegatio enim veritatis copiosâ veniâ indiget. Cæterùm olim Anabaptistis vitio vertebatur, quòd gloriarentur, copiam scientiæ sibi divinitus conferri universis. Alia ratio Iesuitarum modò est. Pontificis privilegio quidvis & fingere & dicere illis licet.

4. *Aliquoties à terra sublimis miro splendore radiat.*

Ergo Iesuitæ nobis fingunt nova μετέωρα. Si enim Ignatius à terra miro splendore radiavit, inter μετέωρα eum referri posse quis neget? Præsertim cùm neque ex planetis neque ex stellis fixis fuerit. Superavit autem Ignatius ipsum Mosen, cuius cutem faciei legimus radiâsse & splenduisse, non tamen à terra sublimis. Etsi Hieronymus vertit cornutam fuisse Mosis faciem. Ac credo multò rectiùs facerent pictores, si Ignatij fronti cornua appingerent, quàm Mosis. Huic Miraculo adjungitur appendix. *Matre cum puero* IESV *adveniente castitatis dono ornatur.* O sanctum hominem Ignatium, ad quem castitatis dono ornandum non simplex Mariæ descensus de cœlo requiritur, se etiam pueri IESV apparitio matrem comitantis. Germanię me miseret, quæ cogitur magnis sumptibus alere ejusmodi θαυματοποιές.

5. *Senator Venetus cœlesti jussu admonitus in publico cubantem* (Ignatium) *noctu conquirit, & in domum suam adducit.* Nomen Senatoris Veneti aveo scire, ut & modum cœlestis mandati.

6. *Quendam, qui se præ desperatione suspenderat, ad dolendum de peccatis suscitat.* Ambiguè hæc dicuntur. Possit enim aliquis suspicari, suscitatum fuisse ab Ignatio mortuum, de quo Lutherani & Calviniani valdè dubitant: aliud fortasse hoc cogitabit, ab Ignatio fuisse interpellatum conatum suspendij, quod si Iesuitis Miraculum est, scire velim, quo pacto ipsi definiant Miraculum.

7. *Mulierem arido à multis annis brachio ipsius abluantem pannos sanat, alia Dæmonum spectra fugat.* Quo in loco asservantur panni illi Ignatiani, non facilè prodent Iesuitæ ante Patris sui ἀποθέωσιν, hâc publicatâ proferentur in multorum salutem, & in Iesuitarum quæstum. De fugatis spectris res certa. Ex Ribadeneira enim pridem cognovimus, & ex sequentibus intelligemus, solitum fuisse Ignatium baculo abigere Dæmonem.

8. *Morbo caduco à multis annis laborantem suo contactu sanat.*

9. *Diuturnam à fœmina tabem precibus abigit.* Felicem Italiam hoc Medico, cujus contactus si tantum valuit, cur non ipsi claudicationem ademit? idem dico de precibus.

10. *Moribundos à morte revocat.* Cautè, neque enim audebat ponere mortuos.

11. *Multos energumenos à Dæmonibus, ægros ab incurabilibus morbis liberat.* De primo nulli litem movemus, cogitantes de vi baculi Ignatiani: de altero viderint Medici Itali.

12. *Dum febri quotidianâ laborans sæpè in campo concionatur, ejus verba ultra trecentos passus distinctè audiuntur.* Vento nimirum secundo, hoc addi debebat. Sic enim ἔπεα Ignatij πτερόεντα facilius ad auditores advolare vel deferri potuerunt.

13. *Multa futura prædicit, multa occulta & absentia divinitùs cognoscit.* Προγνώσεις illa cur non diuulgantur. Fortasse enim plures emptores invenirent, quàm Astrologorum.

14. *Obscurum ejus ægrotantis cubiculum divinus splendor illustrat.* Additur (*diuinus*) aliàs enim obscura illatis luminibus illustrari scimus.

15. *A Deo Patre cum sociis commendatum Iesus in tutelam recipit.* O beatos Iesuitas, hoc commendatore & tutore, utinam asscriptum fuisset, quibus verbis, quo gestu, quo habitu, quibus præsentibus, quibus audientibus, quo in loco, quo tempore hæc facta fuerint.

16. *Animam Beati Hozij luce clarissimâ circumfusam cœlum intrantem videt.* Præcedens Miraculum si verum est, de præsente nemo dubitaverit. Cur enim non videat animam Hozij qui DEVM Patrem vidit, quem nemo vidit unquam.

17. *Iudæum obstinato animo Christiana sacra respuentem, tribus tantùm verbis repentè convertit.* Fortasse ex Hebræorum Cabala desumpta fuerunt hæc verba,

de

de quibus iudicent ipsi Iudæi, qui, vt puto, difficulter credent hoc, quod hîc narratur factum fuisse.

18. *In S.S. Eucharistia* IESVM *aliquoties videt.* Maffęus enim sic scribit lib. 1. cap. 8. in eius vita: *Dum à Sacerdote de more salutaris hostia attollitur, vidit Ignatius illâ specie Christum, Deum eundem, & hominem verissimè contineri.* Videmus & animo & oculis: de utro videndi modo loquatur, nos ignoramus. Potuit fieri, vt neutro viderit. Christum enim fide intuentur Christiani fideles, in quorum numero Ignatius idololatra non fuit: oculis non cernunt, nisi vt Stephano, cœli aperti fuerint. Idem dico de cœlesti Sanctorum choro.

19. *Eius facies diuino lumine splendens sæpè à diuersis cernitur.* Si splenduit, tam ab vno, quàm à diuersis cerni potuit, & quidem sæpè. In antecedente difficultas est. Sed si, vt est apud Liuium, L. Martio equiti Romano flamma concionanti fusa è capite sine ipsius sensu, cum magno pauore circumstantium militum: fieri fortasse potuit, vt etiam in hoc Hispano equite nobili simile quid exiterit.

20. Cœlestes sæpenumero voces, sacrificans audit. (Sacrificavit in terris, vnde igitur nouerat è cœlo istas voces esse? quasi verò princeps aëris ludificare Ignatium non potuerit voculis aliquibus conformatis, quæ artolatriam & idololatriam, quibus Ignatium immersum videbat, confirmarent. Addit, multa de Sanctissimæ Trinitatis Mysterio, Deo reuelante, cognouit. Hæc si communicasset cum suis Ignatius, felicius & minore, credo, cum labore refutarent Arianos in Polonia Iesuitæ.

21. Orans, sacrificans, iter faciens, grauibus de rebus disserens, Christum ac Beatam Virginem sæpissimè videt. (De duplici modo videndi paulò ante monuimus. Neutrum in Ignatium cecidisse asserimus.)

22. Dæmonem ad tentandum venientem frequenter baculo per contemptum abigit. (Si Apostolum legisset Ignatius, alia se armatura instruxisset aduersus tentationes Diaboli. Nam baculo puto, non magis abigitur, quàm thure, vel aqua lustrali.

23. Suæ splendore faciei grauiter ægrotantem sanat, & cubiculum obscurum illustrat. (Plus hoc Pseudo miraculum tribuit Hispano militi, quàm filio Dei Scriptura. Neque enim uspiam legimus Filium Dei sanâsse ægrotantes splendore faciei. Atqui ἔλαμψε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὡς ὁ ἥλιος. Quod idem de suo patre pronunciauit satis impiè Iesuitæ. Quid enim præter solem obscura illustrat?

24. Dæmones sæpè Laureti apparentes post multa remedia frustrà ab illis suscepta, per Epistolam fugat. (Apparet valdè familiarem fuisse Diabolum Ignatio, cum quo etiam per Epistolam egerit. Notet hîc lector nouum genus fugandi Dæmones.)

25. Quidam incendium ei per iniuriam imprecatus, subitò ipse incendio extinguitur. Duorum mortem ei intentantium, vnus repentè obrigescit: alter diuinâ voce terretur. Multiplex hoc est miraculum. (Puerum aliquem incendio perire, fidem non superat. Sed repente obrigescere hominem, illud ad μεταμόρφωσιν Ouidianam relegandum. De diuinâ voce etiam quęstio moueri possit à curiosis.)

26. Multis se post mortem sæpè ostendit, & deinceps, quo obijt temporis momento magnâ colluces gloriâ apparet: (Diabolus, credo, assumptâ specie Ignatij Iesuitis illudit interdum. Nam quòd magnâ colluces gloriâ apparuerit eodem momento, quo obijt, suspicionem nobis non minuit, scientibus etiam Diabolum se posse transformare in Angelum lucis.

27. Corpus illius effossum multis luminibus fulget (appositis illis pro more à Iesuitis:) addit, Cœlestis harmoniæ concentus sæpè audiuntur (ad sepulchrum, credo, Ignatij.) O stolidos nostros Germanos, qui Romæ aliquandiu commorantes Symphoniam illam angelicam barbarè aspernantur.

28. Multas à partu, à vitæ discrimine, multos à pestilentia & grauibus morbis, tentationibusque eripit. (Hac ratione numerum Diuorum imminuent Iesuitæ: Surrogabitur Rocho Ignatius, itemque Cosmæ & Damiano ac Christophoro, imò ei etiam, quæ in Papatu Iunoni Lucinæ successerit.

29. Dæmoniacos liberat, cæcis visum, surdis auditum, moribundis vitam & salutem reddit.

Iudicia de miraculis Ignatij.

Has visiones & similia Miracula plura Iesuitæ referunt, vt Ignatij sui doctrinam, instituta, Regulas & alia ijs confirment, & pro veris hominibus obtrudant. Vnde verò, vel à quo illa habent? A Iesuitis, præsertim à Maffæo & Ribodeneira, qui vitam Ignatij conscripserunt.

pserunt. Maffæus authorem nullum nominat: Ribadeneira dicit, se illa habere à quodam Vuilhelmo Consalvo, Consalvus autem ab Ignatio Loyola, qui ei annum ferè antè suum obitum hæc omnia communicârit. Nemo autem hæc Miracula vidit, nec ijs interfuit: solus Ignatius narrauit, Petrum, itemque Virginem Mariam sibi apparuisse: bis se à Diabolo in visibili specie tentatum esse: se Sacro Sanctam Trinitatem in cœlis: Christum etiam corporaliter in hostia, animam quoque Hosij in cœlum ascendere vidisse. Deum insuper sibi monstrâsse modum, quo vniuersum mundum creârit: Iesum Christum deniq; promisisse, quòd ei populus esse velit Romæ. Hæc omnia solus Ignatius communicauit Consaluo. Quis autem Loyolæ, homini superstitioso, idololatræ credat, præsertim in propria causa?

An doctrina pro vera habenda sit quæ Miraculis cõprobatur.

Quæritur etiam, si maximè talia Miracula edidisset Ignatius, An propterea ea doctrina, instituta, &c. pro veris suscipienda sint, quæ videmus multis & magnis Miraculis comprobâri? Iesuitæ aiunt, nos negamus. Ratio negationis est: quòd Deus propter peccata hominum permittit interdum etiam per falsos Doctores, perq; malos & impios homines Miracula edi, Exod. 7. & à Paulo 2. Thess. 2. Antichristi aduentus describitur secundùm operationem Satanæ cùm signis & prodigijs mendacibus. Vnde Cyrillus quoque lib. 7. cap. 13. in Euang. Ioh. *Miracula*, inquit, *nihil adijciunt sanctitatis homini, cum malis & reprobis id etiam competat, dicente Domino apud Matth. Multi dicent mihi in die illa, Domine, &c.* Ergò vt possimus vera Miracula, quibus credendum, à falsis discernere, oportet definire quænam sint Miracula vera: externa scilicet quædam opera & facta in admiratione apud homines habita, & talia reuera, qualia apparent diuinâ virtute, & ad declarandam doctrinam fidei, vel promissionum diuinarum, vel potentiæ Dei veritatem & certitudinem, & ad Dei gloriam edita. Hæc definitio ex causis collecta est, atque ex ea intelligi potest, quomodo vera Miracula à falsis sint distinguenda. Vera habent Deum authorem, cuius vi atq; virtute fiunt præter naturæ ordinem, nec ibi est aliqua impostura, in eum quoque finem eduntur, vt Deum ritè colamus, eiusque verbo, missis erroribus, fidem habeamus. Falsorum author est Satanas, qui illa vel per seipsum, vel per impostores, tanquam organa edit, idque varijs modis. Non igitur negamus, multa in Papatu fieri, quæ pro Miraculis habeantur, cum nihil sint minùs, sed impostura, doli & fraudes Monachorum, sacrificulorum & similium superstitiosorum hominum: de quibus Nicolaus Lyra in cap. 14. Danielis etiam conqueritur, dicens: *In Ecclesia Dei populus sæpè decipitur à sacerdotibus fictis Miraculis lucri causâ.* Huius generis plurima apud Gentes quoque accidisse legimus, vt est videre apud Eusebium lib. 3. de uita Constantini: & lib. 9. Ecclesiast. hist. cap. 3. & alibi. Secundò concedimus multa in Papatu verè fieri, minimè tamen pro veris Miraculis habenda sunt, cum reliquæ causæ, quas in veris & propriè dictis Miraculis spectari oportet, desiderentur, imprimisque cùm abducant homines à Deo ad idola, & à veritate Religionis ad superstitiones.

Quæ Miracula vera sint, & quomodo à falsis distinguëda.

De Miraculis iudicãdum ex veritate doctrinæ non contra.

Tutissimum igitur semper fuerit, ex doctrinæ veritate de Miraculis iudicium facere, non de doctrina ex Miraculis. Et hoc consilium Deus ipse Deut. 13. dedit nobis, & Chrysostomus in Oratione 5. aduersus Iudæos docet, Miraculis credendum non esse aduersus sacram Scripturam. In hanc sententiam Augustinus quoque contra Faustum Manichæum lib. 13. cap. 4. scribit: *Si faceretis maximè Miracula, ea tamen ipsa in vobis caveremus per instruentem nos Dominum, & dicentem: Exurgent multi Pseudochristi & Pseudoprophetæ, & facient signa & prodigia multa, vt fallant, si fieri potest, etiam electos*, &c. Vsque adeò nihil credi voluit aduersus confirmatam Scripturarum authoritatem, quæ fidem suam in rebus ipsis probat, &c.

Nec illud omittendum videtur, quod in diligenti authorum lectione obseruaui, à nullo fide digno authore veteri eiusmodi falsa & mendacia signa, ad confirmandum cultum Deorum alienorum, variasque superstitiones, excogitata, referri, qualia post Gregorij Magni demum tempora, cùm omnis generis superstitiones cateruatim in Ecclesiam irruerent, & hodiè à Iesuitis de suo Ignatio referuntur.

Iesuita suo Ignatio diuinos honores tribuit.

Frustra igitur Richeomus Iesuita in Expostulatione sua Apologetica cap. 74. pag. 522. grauissimè accusat nostros, inprimis autem Stephanum Pasquierium nobilem Aduocatum in Parlamento Parisino, quòd summè contemnat & deridеat in suo Cathechismo Iesuitico lib. 1. cap. 17. pag. 187. Miracula & visiones Loyolæ: *Horribile*, inquit, *dictu cogitatuque est, quàm profana maledicta Diagoras Francus*, (Pasquierium intelligit) *effundat in Mirscula, quæ rerum omnium præpotens Deus per Ignatium*

Ignatius canonizatur.

Tres Conciones à Iesuitis in canonizatione Ignatij habitæ ac editæ.

Ignatium de Loyola edidit, vt Iesuitarum Ordinem prorsus euerteret, eorum institutum perderet, famam profligaret, pacem affligeret, &c.

Et Gretserus contra Stenium, *Caluinianos Ignatij Loyolæ Miracula ridentes, similes esse dicit Iudæis, fidem Christi Miraculis derogantibus.* Ita claudo & truculento Marano ac profano militi tantundem tribuit, quantum omnipotenti Dei Filio, blasphemiâ inter Christianos non ferendâ.

Ignatius canonizatur.

Tandem ob hæc Miracula, & fidelem operam, sedi Rom. iam nutanti & vacillanti præstitam, canonizatus & in numerum Papisticorum Deorum à Papa relatus est Loyola.

Tres Conciones à Iesuitis in canonizatione Ignatij habitæ ac editæ.

Ediderunt autem Iesuitæ tres conciones in die festo solenni Canonizationis seu Beatificationis Ignatij Loyolæ, tanquam à Dominicanis Hispanis habitæ fuissent, & in Gallicum Idioma translatæ. Titulus namque earum hic erat: *Tres eximiæ Conciones in solenni festo Canonizationis, siue Beatificationis, glorioſi Patriarchæ Beati Ignatij, Fundatoris Societatis Iesu: quarum prima est per Reuerend. Patrem & Doctorem Petrum de Valderanna, Priorem Conuentus S. Augustini Hispalensis: Altera per Reuerend. Patrem & Doctorem Fr. Petrum Dozam, Ordinis Sancti Dominici in Conuentu Valentiæ: Tertia per Reuerendum Patrem Præsentatum, Fr. Iacobum Rebulosam, prædicti Ordinis S. Dominici in vrbe Barcelonensi*, &c. *Excusæ Pictavij per Antonium Menierum impressorem & Bibliopolam ordinarium Regium Academiæ Pictau. anno* 1611. Sed fraus suboluit tandem, & deprehensum est tres has conciones à Iesuitis conscriptas, habitas & publicatas fuisse.

De Miraculis iudicandum ex veritate doctrinæ non contra.

Iesuitæ suo Ignatio diuinos honores tribuūt.

In his Concionibus Iesuitæ Ignatio suo Loyolæ tantum non diuinos honores tribuunt, quales Sancta Scriptura nulli vel Prophetarum vel Apostolorum tribuit, ac Deum faciunt: id quod ex 4. his exerptis artic. harum concionum facilè intelligetur. In prima concione Petrus de Vualderanna sic inter alia ait pag. 54. & 55. *Scimus equidem Moysen virgâ sua, quam manu ferebat, Miracula in aëre, in terra, in aqua, in petris & passim, vbi consultum illi visum fuit stupenda edidisse & admiranda, adeò quidem vt ipsum Pharaonem cum vniuerso exercitu in mare rubrum præcipitârit & submerserit, verùm ineffabilis divini nominis, quod virgæ isti seu baculo insculptum fuisse Doctus ille testatus Episcopus Avillanus asserit, virtute, ista Miracula edita fuêre. Quòd autem creaturæ, agnoscentes supremi Regis & Domini sui ordinationes, nomine eius signatas & subscriptas, obedientiam illi præstiterint, hoc non tanti erat faciendum: nec etiam magis mirum vobis videri debet, per Apostolos tot tantaq; contigisse Miracula, siquidem ea omnia in nomine Dei fiebant, operante videlicet virtute eius & potentiâ, quam illis concesserat, & tanquam sigillo suo consignârat, cùm ait: In nomine meo Dæmonia ejcient, linguis loquentur nouis*, &c.. *Quod autem Ignatius suomet ipsius proprio nomine chartæ inscripto, plura quàm ipse Moyses, Miracula; & totidem edat, quot Apostoli: quòd sigillum eius tantæ authoritatis penes creaturas obtineat, vt subitò illi obediant, Hoc, hoc ipsum est, quod in summam eius adorationem nos inducat.*

Secundus artic. est pag. 81. eiusdem concionis: *Quoadùsque Ignatio viuere hîc contigit, vita eius & mores tàm graues, tàm sublimes, ipso etiam cælo sic statuente, extiterunt, vt nemini nisi Pontificibus, Diuo scilicet Petro Imperatricibus, Deiparæ videlicet Virgini: denique Monarchæ supremo, Deo Patri, eiusque sanctissimo Filio, eos intueri & videre, tanquam ex singulari gratiâ fuerit concessum.*

Tertius est in Concione Fr. Petr. Doz. pag. 111. & p. 112. *Extrà dubium est, reliquis religiosorum Ordinum fundatores in fauorem Ecclesiæ missos fuisse*, &c. NOVISSIME AVTEM DIEBVS ISTIS LOCVTVS EST NOBIS IN FILIO SVO IGNATIO, QVEM CONSTITVIT HÆREDEM VNIVERSORVM, &c. *Nec ei quicquam in hoc genere laudationis deesse videtur, quàm* PER QVEM FECIT ET SECVLA.

Quartus articulus est in Concione Fr. Iacobi Rebulosæ pag. 207. *Ignatius*, inquit, *Martyr tam singulari affectu erga Sanctum Patrem Pontificem Romanum, tanquam legitimum successorem Iesu Christi, eiusque vicarium in terris*, &c. *deuotus erat.*

Censuræ Sorbonæ super his tribus Concionibus.

Cùm autem hæ Conciones in Galliam importatæ essent anno Domini 1161. & sacra Theologiæ Facultas Parisiensis die primâ Octob. eiusdem anni, post solennem Missam sua ordinaria haberet Comitia in Aula Collegij Sorbonæ, tum Magister Ioannes Tilesac, Doctor eiusdem Facultatis, Curio S. Ioannis, Ecclesiastes Parisiensis Ecclesiæ, retulit, aliquos Parisinæ Vrbis Viros, ad se has tres Conciones detulisse, & scire percupere, vtrum Facultas Parisiensis gratam ratamque earundem approbationem habeat, factam

à Fr. M. Matthæo Le Heurs Doctore eiusdem Facultatis,& quid præsertim sentiat de quatuor istis articulis quos modo recensuimus, qui permultis Catholicis offendiculum præbeant. Quâ auditâ supplicatione, & præfatis quatuor articulis maturè & diligenter examinatis:Facultas attendens, ex verbis etiam malè prolatis hæreses nasci, vt apud Magistrum Sententiarum docet Hieronymus (non obstante intercessione Magistri Andreæ Ducal, asserentis, prædicta omnia benignis interpretationibus approbari posse) censuit: Quod ad primum, istam loquendi formulam, qua nomen Creaturæ nomini Dei omnipotentis æquari videtur: præterea extenuantur Miracula, eo, quòd Dei nomine edita fuerint: denique Miracula non ita certa, Miraculis indubitatâ fide catholicâ tenendis præferuntur, esse scandalosam, erroneam, blasphemam atq; impiam. Quoad secundum,istam assertionem, quæ fingit, aliquid boni Deo accessisse ex visione creaturæ, scandalosam esse, ac manifestam hæresin præ se ferre. Quoad tertium,accommodationem huius textûs literalis D. Pauli: Nouissimè autem locutus est nobis in filio Ignatio, &c.alteri quàm Christo, esse scandalosam, erroneam,& meram blasphemiam & impietatem redolere. Quoad vltimum articulum, duas habere partes inter se pugnantes, quarum altera alteram destruat: & posterior quidem, Papam esse Vicarium in terris, Catholica est: prior verò,Papam esse legitimum successorem Christi, modum loquendi omninò hæreticum continet.

Quæ signa aduentum IESVITARVM *portenderint.*

Monstrum marinum.

CIrca aduentum Ignatij & Iesuitarum Monstrum marinum in Noruegia captum est mari procelloso: cui viso, Monachi nomen imposuerunt. Humanâ.n. facie videbatur, sed rusticâ, capite raso & læui, humeros contegebat veluti Monachorum cucullus. Pars infima in caudam latam desinebat: media multò erat latior, sagi militaris figura. Hanc effigiem D. Conrado Gesnero Tigurino dono misit illustriss. Margaretha Navarræ Regina.Ea à viro nobili hanc effigiem acceperat, qui similem ad Carolum V. Imperat. in Hispania tum agentem deferebat: Ille Reginæ affirmauit, se monstrum hoc in Noruegia captum vidisse post graviss imas tempestates vndis & fructibus in littus eiectum: locumque designabat Diezum iuxta Oppidum Den Eloph. Eiusdem monstri figuram D. Gesnero retulit Gisbertus, Medicus ex eadem Noruegia Romam ad se missam esse. Georgius Fabricius eandem imaginem ad Gesnerum misit cum descriptione huiusmodi: Piscis hic captus est in mari Balthico iuxta Elboæam Oppidum,quod miliaribus quatuor distat à Coppenhaga,Danici Regni Metropoli. Caput collum, humeri, thorax humana specie: caput rasum vt Monachi: de collo humeris, thorace cucullus quasi pependit, qui nigris & rubeis maculis fuit variatus. Cucullus desijt in fimbriam, quali perizomate lumbos & femora tegere solemus. Brachiorum loco pinnæ fuerunt, pedum quoque cauda piscis. Totius monstri longitudo quatuor cubitorum: ad Regem delatum & totum ob raritatem & Miraculum asseruatum est: captum anno salutis 1546. Bellonius addit; nullam vocem edidisse, præterquam suspiria quædam, summum mœrorem ac luctum referentia. Huic simile Monstrum in Gallico etiam Oceano propè Burdegalas, eodem ferè tempore captum, quidam Gallus eidem Gesnero scripsit. Homines in littore ambulantes hoc Monstrum libenter allicit, & coram eis super aquas ludit: quod si hominem ad mirantem appropinquare viderit, appropinquat etiam ipsum: & si quâ potest ratione, hominem capit, & trahit in profundum, vt carnibus eius satietur. Hoc Monstro marino, Monachum referente, clementissimus Deus Mundo significare voluit, emersisse in terris duo Monachorum Monstra, Iesuitas videlicet & Capucinos: qui Monstri illius ingenium egregiè referentes, doctrinâ & eruditione; item verbis & hypocriticâ suâ sanctitate, alijsque miris artibus ad se pelliciant homines, & in sui admirationem adducant. quosque sic illaqueatos teneant, hos in profundum barathrum errorum ac superstitionum horribilium demergant, & tandem in abyssum infernalem precipitent, proindeque sibi ab istis diligentissimè caueant, qui æternum perire nolint.

Ingentes locustæ.

Referunt etiam historici, an. 1541. qui eum, quo confirmatus fuit Iesuitarum Ordo, secuutus est, in plurimis Europæ prouincijs incredibilem ingentium locustarum multitudinem subitò exortam fuisse. Hæ primò nullas habebant alas, sed magnos dabant saltus:paulò post quatuor adeptæ sunt,tantâq; multitudine prouolârunt,

vt

vt duo milliaria in longum & latum cubito tenus ita occuparent, vt solis quoque splendorem à toto illo terræ spacio suâ densitate excluderent. Dici non posse affirmant earum Regionum incolæ, quantum damni dederint rebus humi nascentibus, vastantes & depascentes omnia ad radices vsque. Transuolâsse aiunt aquas, arbores, ędes & obuia quæq;: cùmq; earum alæ succreuissent, fuisse humani digiti magnitudine, & tunc atrociùs multò grassatas in fruges, & ea, quæ in vsus hominum necessarios gignit terra: totâ æstate nullâ vel vi vel arte earum sæuitiam retardari potuisse, sed in autumno demum cœlo frigescente, extinctas esse, atro post se relicto semine, vnde sequenti anno alij vermes orti sint. Mortuos pecudes edisse auidissimè, porcos imprimis, vt Lauren. Surius testatur in comment. suis hist. qui se illis mirè farserint: creditumque tum fuit, non absimiles extitisse illis Ægyptiacis, quarum in Exodo fit mentio.

Hoc prodigio Deus absque dubio Iesuitas & Capucinos nuper natos significare voluit. Locustas enim Monachorum greges denotare, ita manifestum est ex Apoc. 9. vt longâ probatione non egeat. Et sanè hæc locustarum istarum descriptio, quæ non à me conficta, sed ex Pontificiorum Comentarijs desumpta est, Iesuitis & Capucinis egregiè conuenit. Nam isti quoque ab initio nullos habuêre alas, hoc est, in nulla existimatione fuerunt, quum author eorum fuisset aliquandiu miles & literarum omnium prorsus rudis atque ignarus. Literarum autem cum aliquam notitiam acquisiuisset, & Discipulos nactus esset, pauci tamen erant numero, illique ipsi à clero Rom. valdè exagitabantur, multisque molestijs afficiebantur. Mox tamen ac alas nacti sunt, id est quum in authoritate & existimatione aliqua haberi cœpissent, mirum in modum creuerunt, & longè latéque dispersi sunt per totam Europam, florentissimis pascuis, hoc est, Ecclesiæ Dei maximum inferentes damnum. Quemadmodum verò istæ locustæ breui extinctę, & suauissimus cibus porcis factæ sunt, ita sperârim ego, nouorum istorum Prophetarum interitum præ foribus esse, quum iam videamus, ob deprehensam eorum hypocriticam seu fucatam sanctitatem, dolos fraudes & impostura, authoritati ipsorum plurimùm in dies decedere. Quid verò in vltimo illo & vniuersali totius Mundi iudicio, quod propè est, Dominus & Servator noster cum illis acturus sit, iustus ille Iudex & Ecclesiæ suæ fidelissimus vindex solus nouit: quem ego rogo supplex, vt citò veniat, Amen.

CAPVT II.

De Nomine IESVITARVM.

De etymologia nominis Iesuitarum varia sententia.

QVia res & appellatio seu nomen ordinis Iesuitarum nouum est, ideò etiam, vt fieri solet, variæ ortæ sunt de Etymologia nominis Iesuitarum disputationes. Nolim autem, ego tantam Grammaticorum litem meam facere, sed solummodo varias opiniones recensebo, & deinde lectori liberum permittam iudicium. Quidam igitur Romano more quæsiuerunt etymologiam: Sicut enim olim Rom. Imperatores dicebantur Africani, Germanici, Asiatici, &c. non quòd amici & socij illorum populorum essent: ita dictos Iesuitas putant, quasi professos & iuratos hostes IESV. Alij ex hist. Vet. Testamenti παρανομασίας quæsierunt, dictosque putant Iesuitas, quasi Giezitas, vel Esauitas, aut certè Iebusitas. Et historiæ sanè illæ non malè ad Iesuitarum sectam quadrant. Sunt qui arbitrant ex Germanica lingua rationem appellationis posse commodiùs & meliùs inueniri: nec immeritò, quum debeant esse Germanorum Apostoli. Sunt autem duo potissimum in Germanica lingua idiomata. Si itaque iuxta idioma Germaniæ inferioris vocabulum examinetur, etymologia erit Jesuweit/ quasi qui & ipse longè sit à Iesu, & procul abducat à Iesu. In idiomate verò Germaniæ superioris dicitur Jesuweitter quasi Jesu wieder. Est enim inter t. & d. symbolismus vsitatus, vt Tummherr & Dummherr. Et sicut nomina sunt fatalia, ita Iesuitæ ipsâ appellatione præ se ferunt characterem bestiæ Apocalypseos. Vocatur autem homo ille peccati à Paulo ἀντιχείμενος, à Ioh. Antichristus. Sicut igitur Germanicè ad verbum diceretur Gottswider vnd Christowider/ ita hæc secta vocatur Jesuwider: oppugnat enim præcipuè nomen Iesu, *quod ipse saluum faciat populum suum à peccatis eorum*, Matth. 1. & Act. 4. *Non est aliud nomen datum hominibus, in quo oporteat saluari.* Sunt præterea Grammatici quidam, qui per vsitatas in Scholis figuras προσθεσιν scilic. ἀφαίρεσιν etymologiam quærunt, & disputant primam syllabam superfluè additam: vero autem nomine sine figurâ appellandos esse *Suitas*, quos Horatius

vocat *Epicuri de grege porcos.* Et durior sanè videri potest hæc deriuatio, sed ipsi ostendunt tales etymologias in Pontificiæ Religionis sectatores esse vsitatas. Qui enim vocantur Canonici Regulares vitâ & factis demonstrant se primâ syllabâ demptâ esse *Gulares.*

Cùm autem Romæ vel nata, vel certè confirmata sit hæc secta Iesuitarum, volunt nonnulli, non quærendam esse vel Hebraicam, vel Germanicam, sed Romanam, seu Latinam etymologiam, & concedunt, dictos esse Iesuitas, quod symbolum, Regula & summa professionis ac vitę ipsorum sit IESVS seu IESVVITA. Sic etiam Gretserus contra Simonem Stenium Iessæos Iudæorum ὁμωνύμους contendit esse Iesuitis, vt qui à Iesu Iessæi dicti sint. At verò si hoc verum esset; Philo & Iosephus Iudæi, & propterea Christi ac Iesu nominis hostes, non tam exquisitis laudibus Iessæos extulissent.

Rectè ne autẽ, vel secus hoc nomen Ordini illorum tributũ sit, postea videbimus.

Nunc inquirendum à quo hunc titulum satis superbum habeant, & quis eum tribuerit illis. De hoc Ioannes Petrus Maffæius lib. 2. cap. 5. Vitæ Ignatij Loyolæ sic ferè scribit: *Cùm nauigationis Hierosolimitanæ consilia Ignatio & socijs in irritum cecidissent circa annum* 1537. *Romam Ignatium contendisse. Orandi autem causâ non longè ab Vrbe Templo ingresso, statimque abstracto à sensibus clarissima in luce per speciem illi sese Deum Patrem ostendisse, & Iesu filio, baiulanti crucem, & crudelissimis affecto supplicijs, præsentem Ignatium, socioque absentes commendâsse: quos ille cùm in fidem ac patrocinium recepisset, ad Ignatium, socioque placido ac sereno vultu conuersus, hæc verba locutus sit:* EGO VOBIS ROMÆ PROPITIVS ERO: *atque hoc ipsum vel inprimis fuisse causæ, quòd Ignatius confirmatæ postmodum Societati salutare potissimùm nomen* IESV *indiderit.* Refert idem Ribadeneira in Vita Ignatij lib. 2. c. 12. P. Annibal Codretus quoque Iesuita hunc titulum ad eandem Originem refert: scribit enim, *Societatem suam hoc nomen assumpsisse, quòd cœlestis Pater, omnes qui in ea sunt, tanquam Socios adiunxerit & commendârit filio suo Iesu, qui eos etiam pro talibus agnouerit & receperit.*

Ignatiani Vnde & à quo Iesuitarum nomen habeant.

Quâ fide autem hæc illorum narratio digna sit, Lector, quæso, attendat. Maffæius dicit, hanc visionem vel imprimis causæ fuisse, cur Ignatius confirmatæ postmodum Societati nomen Iesu indiderit. Si hoc verum est, Ignatius titulum hunc Societati suæ dedit, non ante sed post confirmationem demùm. Atqui hunc titulum ante confirmationẽ vsupârunt, vt in supplicatione sua ad Paulum III. Prpam pro confirmatione impetranda his verbis indicant: *Quicunque in Societate nostra, quam Iesu nomine insigniri cupimus, sub crucis vexillo militare vult, &c.*

Quæro etiam, si hæc visio verè facta est, & Ignatius, cùm primùm Romam venit, illam Petro Leinez, qui post eum Generalis creatus est, ordine exposuit, vt Maffæius & Ribadeneira referunt, cur occultauit eam Leinez, ijs maximè temporibus, quibus summa necessitas postulabat, vt eam manifestaret? Cur eam non Parlamento & facultati Theologiæ Parisiensi opposuit, cùm interdicerent eis, ne hunc titulum vsurparent? In promptu causa est: Quia de hac visione tum adhuc nihil nôrant, vel tam pudendæ fabulæ eos tunc adhuc temporis puderet.

Dicant etiam Iesuitæ quo in loco post Christi ascensionem in cœlos, à quibus & quo tempore vnquam audita sit vox Patris cœlestis. Quis etiam credat Filium Dei cœlo descendisse, vt ferocem ac truculentum militem Hispanum, & insignem idololatram alloqueretur, & propitium se Iesuitis futurum diceret Romæ; quæ Antichristi seu filij perditionis sedes est, quæ, vt Abbas Vrspergensis testatus est, per malitiam hominum, non per Religionem orbem vicit: ad quam trahit homines non ipsorum devotio aut pura conscientia, sed scelerum multiplicium perpetratio, & litium decisio pretio comparata. Annon Christus ipse dixit: *Si quis vobis dixerit, Ecce, hîc est Christus, ecce illic est, nolite credere.* Ab eo igitur tempore, quo Monachatus exortus est; vix crediderim crassius mendacium inter tot myriades fabularum monasticarum à quoquam publicatum fuisse, & tamen eiusmodi homines orthodoxos mendaciorum subinde insimulant.

Cùm igitur hoc mendacium olfaceret Montaignes Iesuita, & vanitatem huius fabulæ intelligeret, noluit illam defendere, sed alio dolo ac fraude vsus est, asseruitque *Papam & Concilium hoc titulo Iesuitarum Ordinem coronâsse.* Idem asserit etiam de la Fon. c. 35. inquiens: *Populum sic ordinis huius viros appellâsse, quòd eorum Societas à sancta Sede de nomine Iesu appellata sit.* Et paulò post ait: *Iesuitæ non se Iesuitas nominârunt sed S. Sedes eos Societatem Iesu appellauit.* Ex quo intelligitur, ne hunc quidem de la Fon. fidem aliquam huic fabulæ

c. 66. de la verité defend.

fabulæ tribuisse, cûm mentionem eius mentionem eius nullam prorsus faciat, nec titulum hunc ad visionem istam, sed alium authorem referat. Si autem & ipse primam saltem Pauli III. Bullam legisset, facilè intellexisset, neque sanctam Sedem, hoc est, Papam, sed Ignatium cum Socijs hunc titulum iam tum in supplicatione ad Pontificem sibi tribuisse. Sed demus hoc maximè Iesuitis, visionem hanc verè factam fuisse, modò illi hoc nobis vicissim dent, Ignatium Loyolam, vel alium nomen hoc Societati huic indidisse, à Iesu quidem, sed non à verò illo Iesu Filio Dei, sed ab illo mirabili Iesu, qui Ignatio vertigine correpto, dum Romam proficiscitur, secus viam apparuit, os habitumque gerens Monachi, qualem hodiè Iesuitæ circumferunt.

Quemadmodum autem, vt P. Boquinus in Assertione contra Iesuitas docet, vehementer probandum, quòd noui isti socij per hanc à se confictam appellationem non obscurè significant, se improbare atque adeò damnare antecedentium Ordinum authores, qui his cognomina ab hominum nominibus petita indiderunt, suosque discipulos Franciscanos à Francisco, Dominicanos à Dominico, Benedictinos à Benedicto, Augustinianos ab Augustino, &c. nominârunt (quâ re ipsos non exigua schismatum atque superstitionum sparsisse semina constat) & eos reuocant ad Iesum Christum, vt vnicum verè Religionis fontem & caput (à quo illos desciuisse sibique effodisse cisternas, quæ aquas non continent, illa cognomina testificantur) ita quoque vehementer improbandum, & hæc ipsorum audacia atque temeritas reprehendenda, quod repudiato omnium, qui Christo nomen dedêre communi titulo iam olim recepto, cuius author est Spiritus Sanctus, & quod apud omnes pios maiores summo in honore semper habitum fuit, alium hactenus in auditum miniméque ipsis conuenientem, & cum non parua Christi omnium piorum Seruatoris, contumelia coniunctum, confingere, sibique priuatâ authoritate indere ausi sint. Nouum esse Iesuitarum cognomentum nemo est qui nesciat. Nouitatem autem cùm in omnibus rebus, tum maximè in Religionis causa omnes pij & docti vehementer fugiendam esse rectè præcipiunt, quòd & suo exemplo Apostoli confirmârunt. Nam cum Euangelicâ doctrina nouitatis nomine infamaretur initio ab hostibus, ipsos & inprimis Paulum sedulò dedisse operam, vt istam calumniam depellerent, ex ipsorum scriptis manifestè cognoscimus. Et sanè noua nomina cur nisi nouis rebus significandis inueniantur? Vocabula quidem noua fingere rebus nouis, non improbatur ipsi quoque Hieronymo in ca. 1. Epist. ad Gal. sed tum id faciendum esse idem existimat, dum vel vtilitas, vel necessitas suadent vel potiùs vrgent. At cum Iesuitæ ad hoc coisse & prodijsse videri velint, vt antiquam pietatem restituant, quæ ipsos vel vtilitas inducere, vel necessitas cogere potuit ad hoc cognomentum cõfingendum? Primùm novo nomine diuersum ab eo quod instituerunt, promittunt atque ita fit: vt ipsi à seipsis dissideant. Deinde vetustæ doctrinæ atque Religioni quî conuenit noua appellatio? Nihil certè magis quàm veteri vestimento, iuxta sententiam Christi, particula rudis panni. Præterea si Propheticam doctrinam pariter & Religionem tradere instituerunt, quæ stultitia est, rem vt verissimam ita & vetustissimam nouâ ac fictâ appellatione suspectam odiosamque reddere?

Iesuitarum nomen schismaticum.

Videamus etiam num recens fabricata hæc appellatio Sectę huic schismatis notam manifestè inurat: vt hoc pacto ipsi criminis rei fiant, de quo nos tamen perpetuo hodiè accusant. Deus concordiam & vnitatem Ecclesiæ suæ omnibus modis commendauit: vnde etiam eiusdem Patris voluntate & consilio effectum est, vt omnes vno Christianorum nomine dicti notatique fuerint, iam inde ab initio istius per Euangelij prædicationem aggregationis? Ideoque hanc appellationem vnitatis illius velut Sacramentum quoddam atque vinculum constat esse. Apparet etiam in eodem cognomine esse inclusam Religionis professionem. Hoc igitur vinculum vnitatis dissoluit quisquis aliam sibi ascisit appellationem, quod etiam Paulus manifestè docet 1. Cor. 1. Abnegationis quoque & defectionis species est, aliud sibi sine vlla necessitate affingere nomen. Extat enim in Gratiano II. quæst. 3. Paragraphus ex Augustino citatus, qui docet, *Eum qui se Christianum esse negat, negati simul Christi convinci.* Ac mirabile sanè est, quòd Iesuitæ sic coisse videri volunt, vt dispersa Ecclesiæ membra colligant, interque se coagmentent, cùm ipsi interim sine authore, sine causa, malo pernicioso que exemplo separationem in Ecclesia instituerint.

C. 66. de la verité defend.

At fortasse dicturi sunt, id se finxisse & assumpsisse cognominis, quo significarent, nomine-

nomineque ipſo profiterentur ſe eſſe Ieſu cultores, hoc eſt, in eum ſe credere, ipſi fidere, omnemque ſuam ſalutem ab eo expectare. Sed quæ non eſt curioſitas aut vanitas tantum, verum etiam iniquitas, id quod omnibus pijs eſt commune & Chriſtiano cognomine continetur, ac cœleſti ſpiritu authore ſignificatur, paucos ſibi vindicare, ejuſq; rei cauſa privatâ authoritate novum ſibi confingere & aſciſcere titulum? Aut ſi quid privilegij & prærogativæ obtendit novus hic Ordo, diploma proferant verè Apoſtolicum, id eſt, non â Romana ſeu Babylonica, ſed cœleſti curia profectum, & omnibus examinandum iudicandumque exhibeant. Sed niſi me animus vehementer fallit, ſcio quam ob cauſam Chriſtianorum cognomine repudiato, novum & prioribus ſeculis incognitum, Ieſuitarum ſcilicet confinxerint ſibiq; elegerint iſtiuſmodi in Italia nati homines: nimirum ne viderentur ſtupidi & ſtolidi, quod Italico idiomate per hominem Chriſtianum ſtolidum ac ſtupidum ſignificare ac intelligere ſoleant, vt Chriſtianus Franken, in Ieſuiticis caſtris educatus, in Colloquio ſuo Ieſuitico teſtatur.

Objcit etiam Gretſerus contra Stenium, *Si fideles rectè à Chriſto nominentur Chriſtiani, ſe quoq; & ſui Ordinis homines ac Socios non minus rectè nominari Ieſuitas à nomine Ieſu.* Reſpondeo Filius Dei Ieſus appellatur ideò quod nos ſalvet ab omnibus peccatis noſtris, & quòd aliunde ſalus nec peti debeat, nec alibi reperiri poſſit. Chriſtus autem vocat ideò, quòd à Patre ordinatus & à Spiritu Sancto vnctus ſit Propheta ac Doctor, qui nobis arcanum conſilium & omnem voluntatem Patris de redemptione noſtra patefecit: & ſummus Pontifex, qui nos unico ſacrificio ſui corporis redemit & aſſiduè pro nobis apud Patrem deprecatur: & Rex, qui nos ſuo verbo & Spiritu gubernat & partam nobis ſalutem tuetur & conſervat. Ab hoc Chriſto nos rectè Chriſtiani vocamur, quia per fidem ſumus membra Chriſti & vnctionis ipſius participes. Ieſuitæ autem perperam à Ieſu ſic nominantur: non enim ſalutem hominibus dant, ſed potius auferunt, homines à Ieſu Servatore abducendo ad neſcio quos tutelares Divos. Adde quod Chriſtiani vocamur expreſſè & diſertè in ſcriptura, ut Act 11. 26. quum Ieſuitæ nullibi vocemur vel in Veteris vel in Novi Teſtamenti libris.

Nomine mutato de Societate Ieſu appellarũt.

Ad has igitur abſurditates, quantum conjicio, leniendas, difficultatesque quas hactenus enumeravimus, tollendas, inventa eſt ab ipſis cognominis huius Periphraſis, & à quibuſdam in ipſorum ſcriptis præfixa, nimirum *Societas Ieſu* (omiſſo Ieſuitarum nomine) imò etiam Domini de Societate Ieſu: vel quòd ipſos Ieſus nuper admodum allegerit in collegas & ſocios ad ſalutem miſeris hominibus impertienda: quod prorſus impium ac blaſphemum eſſet dicere: hoc enim Ieſu Chriſto ſic proprium eſſe, Apoſtolica teſtatur doctrina, ut ſocium nullum admittat: vel quòd (quæ mitior eſt interpretatio, & pauciora incommoda ſecum trahit) talem cum Ieſu ſocietatem habeant, ut ab eo ſalutem quam omnibus in ipſum credentibus ſacræ literę promittunt, conſequantur. Primus autem gradus ad ineundam cum Ieſu ſocietatem neceſſarius, eſt fides. Deinde ad retinendâ cum eo ſocietatem, opus eſt vitâ Chriſtiano nomine dignâ. Tertius gradus quo ſocietas vera Ieſu confirmatur, eſt tolerantia crucis. Novitium verò Ieſu ſodalitium verâ Chriſti fide præditum non eſſe: nec in eo apparere ſanctæ vitæ ſtudium: nullum deniq; conſpici in eo crucis Chriſti veſtigium P. Boquinus in prędicta Aſſertione ca. 9. & 11. & 13. ita doctè & ſolidè probat, ut neque hic titulus ipſis convenire videatur. Et quidam comparatione Ieſu & Ieſuitarum ſequenti Epigrammate, hiſtoricâ planè fide, demonſtravitque, eos falſo ſeſe vel Ieſuitas, vel Socios, vel de Societate Ieſu nominare. Id Epigramma autem ſic habet.

Ieſuitæ non ſequuntur Ieſu vitam.

Presbyteri, à ſocio geritis qui nomina IESV,
Diſpeream ſi vos IESVS *amare poteſt.*
Humano generi fons & dator ille ſalutis,
Vos contra innocuis omnibus exitio.
Cauponantum agmen flagris Templo expulit illè,
Et dixit: Precibus eſt ſacer ille locus.
Templa dicata DEO *per vos* SPELVNCA LATRONVM,
Per vos facta DEI *eſt, magna taberna, domus.*
Fraternum paſſim Lex Chriſti inculcat amorem:
Exultat à veſtris quam procul ille choris.

Non

Non Vstor Christus, non Sector: vos dare flammis
Corpora, vos Christi membra secare juvat.
Plebem jussa Patrum, natos servare parentum
Exemplis Christi nos monet ordo suis:
Contra in honore Magistratus, vel habere parentes,
Ignatij patris vos documenta vetant.
Ignatij, in cujus juratos verba Magistri
Spernere vos homines hinc juvat, inde Deum.
Ignatij, cui dote viros fraudare, parentes
Prole suâ, voti summa caputque fuit.
Quisquis obit, vobis cedant Legata necesse est,
Nec refert, orbus, an pater ille cluat:
Exhæredantur nati quoque quàm procul absunt
A IESV *hæc? Hæres nullius ille fuit.*
Vos censu patrio dites spoliatis alumnos:
Restitui dominis res iubet ille suis.
Discipulos sine re paucos sibi junxit IESVS:
Cœtibus in vestris pauper ubique jacet.
Nil habuit Christus, vos omnia nulla suppellex,
Nulla domus Christo, culcitra nulla fuit:
Vos urbem vestris domibus completis, & orbem
Suffulti plumâ versicolore caput,
Vos uncti capitis Tonsura coronat IESVS
Nulla nisi è spinis plexa corona fuit.
Personæ fucique expers agitavit IESVS,
Ore nihil vestro pictius esse potest.
Vobis larga cavi spirant mendacia folles:
At Christus doctus nonnisi vera loqui.
Plurima sunt Christi Miracula, qualia narrant
Nulla domi à nobis edita multa foris.
Orbe procul nostro: credat Marænus Appella,
Non ego: & Autores sit penes ista fides.
Fibula cum Christo nil convenit, omnia pugnant.
Quid confine Polo scilicet Orcus habet?
Aut vobis IESVS? *quos usu instructa Magistro*
Natura haud Agnos, sed probat esse Lupos.

Nomine mutato de Societate Iesu appellarũt.

Iesuita non sequuntur Iesu vitam.

Sed hanc discreparionem decidamus verbis Ludolphi Carthusiani, qui ducentis annis ante adventum Iesuitarum vixit. Hic Ludolphus de vita Christi part. prima, capite decimo edita anno millesimo quingentesimo vigesimo nono, sic inter alia scribit: *Christus est nomen gratiæ. Iesus est nomen gloriæ, honoris & sanctitatis. Sicut enim in hac vita per gratiam Baptismi à Christo dicimur Christiani, sic in cœlesti gloria in Domino Iesu dicemur Iesuitæ, id est, à Salvatore salvati Sancti qui in cœlis sunt. & fruuntur æterna gloriâ, veri sunt Iesuitæ, triumphantes & sancti servi Dei: qui verò adhuc in terris degunt, & militant pugnantque in multis periculis, militiæ suæ nomen retinere & gerere debent, quod est verum Christianorum nomen. Si verò ita se gerunt ut sancti, qui in æterna gloria sedent super throno salutis, nomen Iesuitarum tum obtinere possunt. Quia verò haberi volunt in numero militantium & pugnantium sub Christi vexillo, Christi quoque nomine contenti sint.* Huic Ludolpho jungamus adhuc alium, eum videlicet, qui scripsit Pomerium Sermonum, in parte æstivali de Circumcisione Sermone quarto. Is de nomine Iesu sic scribit: *Iesus est nomen Divinum & æternæ salutis: Christus autem dicitur Vnctus, & sic est nomen militiæ Christianæ, hoc nomen Christianus, quô nôrunt se tanquam pugiles unctos in pugna contra Mundum, Carnem Diabolum. Vnde in præsenti competit nobis no-*

Iesuitarum nomen nemini competit in hac vita.

men Christi propter militiam salvificam, sed in futuro, quum erimus in salute, competet nobis nomen Iesu, id est salutis. Liber hic scriptus est anno millesimo quadringentesimo septimo.

Hæc cùm ita sint, non iniuriâ interdictum est Iesuitis in celeberrimo Conventu Poissiacensi, totius Ecclesiæ Gallicanæ nomine, ut ab appellatione IESV & IESVITARVM, atque etiam SOCIETATIS IESV deinceps prorsus abstinerent. Factum hoc anno millesimo quingentesimo sexagesimo primo. Decemb. 15. die.

Quicquid sit, quadrant in eos Serapionis Episcopi verba: *Pro pellibus*, inquit, *ovium, Christum induti, dicunt se quidem, quod non sunt, quod autem sunt, dici nolunt, sed suam improbitatem amictu nominis tegunt, qui commune quidem debent nomen, studeant verò vt nomen Christi funditùs deleant, qui contra Iesum militant, & Iesum invocant.*

Iesuitæ in Gallia ab initio Iesuastæ & Iesuistæ nominati sũt

In Gallia ramen multis in locis à vulgò non Iesuitæ, sed IESVASTÆ nominati sunt: Imò anno 1564. in controversia, quam cum Vniversitate Parisiensi habuerunt, ab Advocatis tantùm Iesuistæ appellati sunt. Hunc titulum etiam eis tribuit Clarissimus Iurisperitus Carolus Molinæus in suo Consilio, de Receptione eorum in Regnum Galliæ: & titulus eius sic quidem habet: *An Iesuistæ sint recipiendi in Regno Franciæ, & admittendi in Vniuersitate Parisiensi.* Sic etiam versoris, Advocatus Iesuitarum, vocat eos indefensione illorum, quam in lucem edidit, pag. 30. Et retinuerunt hoc nomen Lutetię Parisiorum, usque ad id tempus quo ex tota Gallia ejecti sunt.

Dicti sunt etiam Claremontani Sodales.

Ab eodem etiam tempore, Guilielmus Pratensis Claremontanus Episcopus Cardinalis Pratensis F. cum novis Sodalibus supra modum faveret, eis Claremontanam scholam Lutetię attribuit, inde Claremontanę scholę Sodales, suppresso Iesuitarum superbo & ambitioso, sicut jam tum multis videbatur, nomine aliquandiu nominati fuerunt, Thuano auctore Historiarum lib. 35. pag. 735.

Iesuitæ Patres etiam nominantur.

Patres quoque appellari gaudent. Qui verò tales haberi volunt, etiam Patrum officium faciant oportet. Id verò est, per Evangelium gignere liberos in Christo Iesu, hoc est, multos ad fidem Christi adducere, & quasi infantes procreare. Hoc qui prestiterunt Doctores & Pastores in primitiva Ecclesia, meritò Patres dicuntur. Quod si officium hoc fideliter facerent etiam hodiè Iesuitę, Patrum titulum illis nemo invideret. Atqui pro Evangelio Christi nil nisi commenta humana docent atque tuentur, & pro lacte venena filijs suis instillant. Dum igitur plurimos suis artibus & technis ad fidem Pontificiam pertrahunt, liberos illi quidem gignunt, sed Antichristo, non Christo: & Patres quidem dici possunt, at non filiorum Dei, sed Antichristi & gehennę, ut Christus de hypocritis talibus verè pronunciavit Matth. 23.

Iesuitæ Clerici Societatis Iesu etiam dicti.

In Concil. Trident. CLERICI Societatis Iesu appellantur, & Religio eorum, ORDO *Clericorum Societatis Iesu.* Κλῆρος autem. unde Clerus, sortem vel hęreditatem significat. Hoc igitur nomine Iesuitę & rasi omnes in Papatu appellari gaudent, quasi ipsi soli sint hęredes Dei & Regni eius. Divus Petrus autem quoscunque sic fideles appellat. *1. Petri 5.*

Canonici etiam Regulares dici cupiunt, quòd Regulę certę vivendi, non quidem Christi, quâ omnes obligamur, quęque una nobis ad benè beatéque vivendum, & ad salutem ęternam consequendam sufficere debebat, sed sui Ignatij Loyolæ addicti sint.

Iesuitarum vita diuersa à vita Apostolorum.

Dicit etiam Horat. Turselin. in vita Xaverij lib. 2. c. 3. Iesuitas vocatos fuisse in Lusitania & India *Apostolos & Apostolicos*, sive ex pari numero, sive ex quadam vitę similitudine. Quasi verò omnes duodecim Socij semper Apostoli vocandi sint propter parem numerum Apostolorum. Deinde ex nulla vitę similitudine sic vocandi fuerunt, cùm nulla vitę similitudo inter Apostolos Christi & Iesuitas demonstrari possit, nam δὶς διὰ πασῶν discrepant. Apostoli evitatis Magnatum alis, spretoque Mundi hujus supercilio, apud plebem & ignobile vulgus diverterunt: Iesuitę verò Regnum domos & Gynęcea rectà petunt. Apostoli Scholas & Synagogas frequentârunt; Iesuitę Prętoria & Curias scrutantur. Apostoli in Aulis Cęsarum, si quando eò abrepti fuerunt, mactati & feris objecti sunt: Iesuitæ Reges Principesque ipsos vel mactandos curant, vel subditis apud eos perniciem machinantur.

Apostoli Christi Evangelium cum omni patientia ac lenitate prędicârunt: Iesuitę nil nisi omnis generis idolomanias & doctrinas hominum populis obtrudunt, & eos vel denunciatâ, ni pareant, suprema Magistratûs indignatione territant, vel prędicatâ *Cruciata* in Magistrum concitant. Apostoli Christi cor Patrum ad filios & filiorum ad Patres, quantum in ipsis fuit, converterunt: Iesuitę liberos contra parentes, & hos contra illos concitant.

Iesuitæ non primi Christianam religionem in India prædicârunt.

tant. Apostoli Christi dulcissimum jugum, & per hoc conscientię libertatem ac pacem prædicârunt: Iesuitæ Hispanicæ Inquisitionis tyrannicum jugum fidelium cervicibus intentant. Apostoli Christi omni humanâ commendatione propriæ conscientiæ testimonio, legationisque suæ authoritate contenti fuerunt: Iesuitæ supremi Magistratûs mandatis ac severissimis edictis, imò militum cohortibus sese muniunt, ut horum præsidio tuti pernicioſas suas artes securius exercere queant. Apostoli Christi quocunque venerunt, nemini molesti fuerunt aut graves: Iesuitæ homines innocentes ex avitis suis sedibus varijs technis & artibus expellunt, & easdem sibi occupant. Apostoli sentientes se cũ Evangelio suo doctrina Christi contemptui haberi nullam graviorem pœnam expetierunt, quam ut excusso pedum pulvere abierint, ab omni vindictæ cupiditate alieniſſimi: Iesuitas verò si semel receperis, vel ipsi semel per angustum foramen intruserint, per patentissimas deinceps valvas frustra conaberis ejicere: expulsi etiam aut vel leviter læsi omnes vindictæ rationes tentabunt.

Iesuitæ Clerici Societatis Iesu etiam dicti.

1. Petri 5.

Iesuitarum vita diuersa à vita Apostolorum.

Iesuita non primi Christianam religionem in India prædicârunt.

Putant alij Apostolorum nomen Iesuitis inditum, quòd primi in Indiam fidem ac Christianam Religionem importârint. At verò Iesuitas non primò Religionem Christianam in Indiam importâsse, ideoque illorum Apostolos non fuisse, ex Osorij hist. lib. 1. intelligitur, ubi testatur, *in India* nuper *inventa esse antiqua hominum Christianorum millia.* Et Stapletonus libro primo de authoritate Script. capite 14. 5. refert, *In India Orientali Lusitanos Christianorum reliquias invenisse.* Xaverius etiam Iesuita libro primo, Epistola prima, & libro secundo, Epistola decima scribit: *Socotorium Insulam, in circuitu millia passuum fermè centum, totam incoli ab ijs Christianis, qui multis ab hinc annis Papisticis sacerdotibus orbati, nihil habeant præter nomen: hos Christianos se esse gloriari, & Sanctum Thomam Apost. sanctè colere, quod se oriundos prædicent ab eis, quos ille in his locis peperit. Et lib. 2. Epist. 3. Non desunt,* inquit, *qui S. Thomam Apost. in Sinas penetrâsse confirment, magnumque eorum numerum ad Christi fidem convertisse. Priusquam Lusitani Indiam in suam redegissent ditionem, Græca Ecclesia eò mittebat Episcopos: qui Christianos, S. Thomæ, ejusque discipulorum operâ propagatos, tuerentur. Cùm primùm igitur Lusitani Indiâ potiri cœperunt, unus ex Græcis Episcopis, quos dixi, affirmâsse fertur, se cognovisse ab alijs Episcopis, quos in India invenerit, S. Thomam Sinarum fines ingressum Evangelio divulgato indegenas plurimos Christo peperisse.* Hæc ille. Ioannes Lerius quoque in historia navigationis in Brasiliam scribit, *esse sibi à senibus ejus insulæ relatum, eundem Christum, quem ipse annunciet, fuisse antiquis temporibus in eadem Insula prædicatum, & de salute ab ipso consequenda esse à majoribus traditum, idque se à parentibus suis audivisse.* Putat autem traditionem illam inde à Thoma Apostolo quasi à manu in manum traditam fuisse. Apostolorum igitur nomen, & conversionis hanc gloriam vel Thomas, vel alij Iesuitis præripiunt.

Manes suos discipulos Apostolos nominauit.

Quicquid sit, hoc cognomine Manetis hæresis ab inferis revocatur, à quo Manichæi orti sunt. Nam Manes Paracletum se, & duodecim suos discipulos Apostojos nominavit, eosque in diversas Provincias ad venenum suum hominibus instillandum dimisit. Reprehendit igitur non injuriâ hoc tanquam superbissimum cognomen in Apotacticis Augustin. libro primo ad Quod vult Deum de Hæres. *Apostolici*, inquit, *qui se isto nomine arroganter vocaverunt, eò quòd in suam communionem non reciperent utentes conjugibus, & res proprias possidentes, &c.* Quod dicturum fuisse putas sanctissimum virum, si ejus tempore fuissent, qui se vel Apostolos, vel de Societate, vel etiam Socios Iesu, aut Iesuitas appellassent?

Iesuitæ nolunt vocari Monachi.

Monachorum nomen horrent Iesuitæ, nec immeritò, non enim illis hoc tempore verè & propriè competit, licet Monachis annumerentur, Μοναχός enim Græca vox, vnde Monachus, significat hominem solitarium, qui solus vivit, & solitariæ vitæ genus elegit. Iesuitæ autem non in solitudinibus, nec extra hominum consortia vivunt, sed in medijs urbibus, in foro, in vicis, in compitis, in curijs Senatorum & Aulis Regum ac Principum versantur, in castris quoque & inter armatorum acies circumvolitant, denique in ipsa quoque gynæcea & penetralia mulierum vsque perreptant: Vt non minus illis dici possit, quàm quod olim Hieronymus Paulino dixit: *Si cupis esse quod diceris Monachus, id est, solus, quid facis in urbibus, quæ utique, non sunt solorum habitacula, sed multorum.* Et ad Rusticum in eandem sententiam ait: *Quid desideramus urbium frequentiam, qui de singularitate censemur?* his significare voluit, Monachum in urbibus commorantem, & inter homines viventem, nequaquam suo nomine respondere. Et Antonium Eremitam dixisse accepimus: *Lethalem esse*

piscibus extra undas conversationem: neq; minùs Monachum in periculum cœlestis vitæ & professionis sanctioris amittendæ venire, si nomini suo non satisfaciens, moras in urbibus trahat.

IESVITÆ *sint-ne* Monachi, *an* Episcopi *vel* Sacerdotes.

QVemadmodum autem Iesuitæ, ut diximus, ægrè ferunt, se in idem album cum alijs Monachis referri: sic indignantur quoq; Monachi, privilegia sua Iesuitis communicari, à quibus ceu majorum gentium Episcopis in infimum ordinem amandantur, nec enim in Trident. Synodo, cum de proedria lis inter partes controverteretur, assignatum sibi inter Monachos locum, suæ dignitati parem existimârunt. Itaque Iesuitas aiunt fluvialis cujusdam avis esse similes, quæ indicto avium conventu piscem se profitebatur, indicto piscium concilio, avis se nomine tuebatur. Vrgent igitur ut depositâ tandem personâ se Monachis aut Episcopis ascribant. Illis neutris se adjungunt, se modò ad hos, modò ad illos divertunt, amborum, ut lubet, participes. Nam cum Monachum solitudo juvet & otium, ipsi quoque se à populo segregant, ne curarum terrenarum contagione afficiantur, sed in umbra soli per spacioſas porticus inambulantes cogitationibus suis indulgeant. E diverso, cùm Episcopi munus actione contineatur, ipsi quoque animi gratia ad populum declamant, sacramenta sua sanis, ægris, publinè & privatim ingerentes. Sed quoniam languida nimis videbantur Monachorum conditio, si se toti meditationi dederint, aut odiosa, si rerum gerendarum satagent: è diverso ærumnosum nimis & anxium Episcoporum manus esset: ideò medium quoddam & ad felicitatem propensius vivendi genus placuit, quod laboris civilioris & meditationis vicibus temperaretur. Itaq; id eatenus attingentes, quatenus commodum visum est, libera ad meditationem & otium sibi tempora reservârunt; sicque rem gesserũt, ut inter Episcopos sesquimonachi inter Monachos sumiepiscopi, utrisq; meritò suspecti habeantur. Adde quod non inertem navant operam erudiendis pueris, & ad suam rationem informandis, atq; inter has curas non pauca alia moliuntur. Vnde non immeritò Monachismo praxis adjungitur, id est, πολυπραγμοσύνη cujus cum Monachismo fermentatura artem substituit Iesuiticam, medullamq; doctrinæ Papæ continet. Vt enim medulla alimentum est ultimum perfectissimè elaboratum, ita hæc ultima Monachorum natio una omnium reliquarum instar est, ipsiusque doctrina subtilior quidam succus ex omnium antiquorum Monachorum Regulis delibatus & expressus. Etenim Monachorum triplex est genus, ut item triplex animarum gradus, alij tantum vivunt ut frutices, alij vivunt & sentiunt ut bestiæ: primi sensu carentes, secundi sensu & ratione simul: tertij ad humanitatem propiùs accedunt quidem, & rationantur, sed non emendatè. Tres hos gradus arte suâ Iesuitæ eximiè complexi sunt, Nam vivunt ut primi, & vitam longè vitaliorem: sentiunt ut secundi, & sensu multò liberiore: ex secundis enim hi se aspectu formarum, hi se gustu ciborum orbârunt: utramq; licentiam Iesuitæ sibi indulserunt, ultimorumq; paralogismis correctis, ex ipsis quod utile visum est decerpserunt, sibi Monachos & Episcopos tanquam Regulas Lesbias accommodaverunt. Differunt igitur Iesuitæ à Monachis, non magis quàm species à genere: aut testudo exerto capite hinc inde prædam captans à testitudine intra suam cochleam victitanti.

Hujus artis repertor & princeps est Loyola Hispanus, ut diximus, qui præceptionibus omnibus, quæ ad hanc artem pertinent collectis, turbam quandam hominum colligit, jurejurandoque astrictam ex artis hujus præscripto & formula vivere coegit. Is primum miles, mox perfossâ tibiâ, belli pertæsus, ad scholas literarias, à scholis deinde ad peregrinandum se contulit, semper suum finem animo versans, quod erat cum dignitate otium. Quem finem licet multi Monachi viderent, eo tamen pertingere non poterant, quin monasticam desinerent, hoc est, è finibus suis in Episcopatum exilirent. Vnus Loyola ita callidè circumspexit, ut neque ab eo fine aberrârit, neque finem suum transilierit. Namque Episcopatu ad leve quoddam exercitij genus restricto, simulque Monachatu ex certis illis legibus relaxato, fecit ut intra Monachatum consistens Episcopalium commoditatum potitus sit, hinc oneris expers, illinc severioris disciplinæ. Itaque sicut nonnullis authoribus nonnullarum artium inventionem acceptam ferimus, quod primi earum usum vagantem & dubium certis Regulis circumscripserunt: ita Loyolam ars Iesuitica laudat authorem, è multis illa quidem Monachorum rivulis deducta, sed ab ipso Loyola ad summum adducta.

Iesuitæ in quo à reliquis Monachis differant.

Ostendam tamen breviter, quibus in rebus Iesuitæ à reliquis Monachis differant

rant maximè. Monachis ex teſtamento ſuorum aut ab ieteſtato legati capio nulla erat, ideo neque querela de inofficioſo competebat. Ieſuitæ verò id juris ſibi reſervârunt, ut hæreditates ad ſe devolutas, nomine quiſque privato adire, ac præteritione teſtamenta rumpere poſſent. Et quamvis dona grandia Monachi à caducis & moribundis hominibus aucuparentur, negari tamen non poteſt, quin id ipſum uel accuratiùs, Ieſuitæ præſtent. Sed illud tamen intereſt, quod non ad recitandas manè & veſperè nænias ſe adſtringunt, neque cadaveribus divorum delubra funeſtant, ſed quicquid id eſt quod donatur putum purum ſibi habere volunt. Reformârunt item eam Monachorum turpitudinem, qui manticâ per vicos onuſti ſtipem & annonam oſtiatim mendicabant: in templis verò ſicut in foro, vinum, polentas, ova gratijs, mercabantur. At Ieſuitę domi & foris nil niſi nitorem & lautitiam præ ſe ferunt. Suppreſſerunt præterea quaſdam mei & tui appellationes, quæ jam inter Monachos gliſcebant, magnamque incommodorum caudam ſecum trahebant. Simul etiam ac rerum proprietates diſtinctæ eſſe cœperunt, deſertâ cauſâ publicâ, ad ſuum commodum quiſque collimavit. Vnde ſi ab uno collegio in aliud commigrandum erat, colligendæ ſimul omnes erant Sarcinulæ, alioqui nuda omnia & inania reperturis. Ieſuitæ ſoli reperêre modum, quo nihil poſſidentes omnia poſſideant: nam & depoſitis omnibus impedimentis ſecuri paſſim ambulant, & quocunque gentium proficiſcuntur; omnem ſupellectilem & corporis cultum inter ſuos oportunum nanciſcuntur. Præterea informi quodam habitu Monachi incedentes, tetricum quiddam & inhumanum ſapiunt: hi nudis pedibus, hi feneſtratis calceis, hi turbinato vertice & capucio, hi cuculla vel nigra, vel alba, vel cinericia, &c. aut contortis funibus horrendi. At Ieſuitæ formam communem & uſitatam tenent, ut ſe turbis hominum ultro citroque miſceant, rumuſculos impunè captent, ſuumque vigilum & ſpeculatorum, ſeu potiùs proditorum munus exequantur. Inde eſt quòd ad extremas oras nullo penè ſumptu abeunt, & graviſſimas Papæ juſſu Legationes obeunt, quæ Cardinalibus antea demandari ſolebant. Tantum etiam inter Monachos & Ieſuitas, quod ad habitûs victûſque formam attinet, intereſt quantum inter veteres meretrices aulicas & recentiores: ille pulchritudinem ſuam in jejuna quadam corporis exilitate conſtituebant, unde miſerè genium ſuum affligebant: hæ verò veterem illam hæreſim damnantes, corpus ſuum intus & in cute ſplendidè curandum, neque quicquam in fraudem genij de demenſo detrahendum cenſent.

Ieſuitæ in quo à reliquis Monachis differant.

CAPVT III.

De Habitu & Veſtitu IESVITARVM.

AB initio, cùm ſimularent peregrinationem Hieroſolymitanam, Venetias proficiſcebantur baculo innixi pedites: veſtitus eorum omnium erat ut peregrinorum pauperum: pendebat è ſcapulis mantica ex corio: Roſaria palàm geſtabant de collo ſuſpenſa, ut ſupra quoque diximus. Sed audi quæſo quantum hodie Ignatiani mutati ſint ab illis. Nam cùm hinc inde peregrinantur, *galeris* utuntur ſeu pileis turritis: *Baretam* autem ſuam conſecratam apud ſe nihilominus reſervant: Et ſi Collegium vel domum Ieſuiticam ingrediantur, *pileo turrito* remoto, *Baretas*, ut agnoſcantur, recipiunt, quâ re neſcio quam exiſtimationem ſibi creari putant, Hæ Baretæ quadrangulares, & in formam crucis ex pretioſa materia formatæ ſunt: expendunt enim pro qualibet ut nimirùm coronatum. Perhibent Ioannem ſextum Minenſem Epiſcopum viſo Monacho, dicere ſolitum fuiſſe: *Nullum animal audacius eſſe eo quod è cucullo proſpiceret.* Si quis noſtrâ ætate aſſereret, Nullum animal impudentius eſſe eo, quod caput pileolo quadrato, ſeu quadricornuto, tegit, à vero opinor non aberraverit.

Pro Cucullis, quod ſanctiſſimum tamen hactenus Monachorum indumentum habitum fuit utuntur *pallijs philoſophicis*, hoc eſt, oblongis & quidem nigris.

Sub his pallijs *tuniculas* habent, quas *Solannas* dicunt, ad plantam uſque pedis ferè dependentes, quas Canabe holoſerica ſtringunt.

Sub tuniculis thoraces, caligas & tibialia geſtant de optimo pannorum genere, quo etiam dum ſeculares erant, utebantur.

Calceos habent corrigijs conſtrictos.

Regula enim præcipit, *habitum illorum conformem eſſe debere veſtimentis quibus Clerici & Sacerdotes utuntur: ne novo & peregrino habitu hominibus quibus cum verſantur & agunt, moleſtiam vel averſionem creent.* Ideò in Regula additur. *Paupertatem illorum non debere eſſe veſtium immunditiâ, ſor-*

dibus vel pannositate sordidatam : sed puram, mundam, elegantem & hominibus gratam.

Cum igitur reliquorum Monachorum incedant alij nudis pedibus, alij fenestratis calceis, alij turbinato vertice, alij cucullâ aut contortis funibus ipso aspectu horrendi, Iesuitæ soli formam communem tenuerunt, ut se turbis hominum ultro citroque misceant, rumusculos impunè captent, suumque vigilum & speculatorum munus solertiùs exequantur.

Iesuitæ vestibus suis spirituale interpretationem affingit.

His suis vestimentis spiritualem interpretationem affingunt. *Pilei* enim Mysterium est signum crucis; significat etiam Trinitatis unitatem, & cum eadem Beatæ Virginis Mariæ conjunctionem. Eorum præterea hoc volunt Mysterium esse, ut quatuor cornua vel anguli quatuor Mundi plagas designent, ad quas vel à Pontifice ipso, vel à suo Generali etiam non accepto viatico, ablegantur. *Tunicula* interior Albam, quâ Iesum Herodes derisit, designat. *Thoracem*, *caligas*, *calceos*, *cingulum vel zonam*, *fascias crurales* ex Pauli Epistola ad Ephesios 6. cap. interpretantur. *Indusium* volunt esse perpetuæ castitatis devotæ memoriam. Si etiam se induunt, vel vestibus exuunt, certas preculas recitant. Exempli gratiâ, si Calceos claudunt, dicunt: *Domine non sum dignus, solvam corrigiam calceamenti tui.* Si se constringunt: *Cinge Domine femora mea castitatis cingulo* &c.

Hunc verò habitum, cûm peregrinantur, interdum deponunt, & alium induunt, pura mercatorum, nobilium, opificum, &c. ut sic eò tutiùs inter Evangelicos latere, & omnia facilius expiscari & explorare possint.

Sed in quascunque tandem sese formas flexerint, & sive cucullati, sive palliati vel quocunque alio habitu induti sint; unicus tamen salutis portus nobis omnibus est propositus, ad quem syncerâ & rectâ fide nisi quis collimet, quocunque tandem pallio, aut cucullâ, aut veste exornatus fuerit, naufragium patiatur oportet.

Iesuitarum hypocrisis.

Quod si ab hoc illorum externo habitu oculos ad mores illorum & gestus externos avertas, ita sunt ad speciem humanitatis, pietatis omniumque virtutum compositi, ut opinari possit aliquis, Ioannem Baptistam, in severo isto cultu non fuisse sanctiorem. Fingite enim, Lectores vos jam videre ex Iesuitarum grege aliquem: Hominem oculis videbitis humanissimum, si vultui: pientissimum & humilimum, si gestui creditis: caput eleganter comptum & in unam partem habet inclinatum, ut videatur ejus similis, qui nostri causâ in cruce dependit: cruces etiam pictas & sculptas in manibus habet. At enim verò gestuum hic apparatus nihil aliud est, nisi pellis ovina, & larva virtutum, ad decipiendos & fallendos homines comparata. Nec mentior, si dico, sub isto vestitu, gestu & habitu latere lupinum animum, imò antiquum serpentem, auctorem dissidiorum, turbarum, bellorum, cædium atq; adeò omnium malorum à quibus usquâ Ecclesiæ & Reipubl. periculum esse potest.

Finis & ratio vivendi Societatis.

CAPVT IV.

Quod continet

REGVLAS *ET* CONSTITVTIONES IESVITARVM.

SVMMARIVM CONSTITVTIONVM, QVÆ AD Spiritualem Nostrorum Institutionem *pertinent, & ab omnibus observandæ sunt.*

Constitutionũ necessitas

QVamvis summa sapientia, & bonitas Dei Creatoris nostri ac Domini sit, „ quæ conservatura est, gubernatura, atque promotura in suo sancto servitio „ hanc minimam Societatem Iesu, ut „ eam dignata est inchoare: ex parte verò *In præm. Const. §. 2.*

„rò noſtra interna charitatis, & amoris „illius lex, quam Sanctus Spiritus ſcri- „bere, & in cordibus imprimere ſolet, „potiùs quàm ullæ externę Conſtitutio- „nes, ad id adjutura ſit: Quia tamen „ſuavis diſpoſitio divinæ providentiæ ſua- „rum creaturarum cooperationem exigit, „& quia Chriſti Domini noſtri Vicarius „ita ſtatuit, & Sanctorum exempla, & ra- „tio ipſa nos docet in Domino: neceſſa- „rium eſſe arbitramur, Conſtitutiones „conſcribi quæ juvent ad melius in via „incepta divini obſequij procedendum, „juxta inſtituti noſtri rationem.

Ieſuitarum hypocriſis.

Finis & ratio vivendi Societatis.

2. Finis hujus Societatis eſt, non ſolùm ſa- „luti & perfectioni propriarum animarum, „cum divina gratia vacare: ſed cum ea- „dem impensè in ſalutem, & perfectio- „nem proximorum incumbere.

3. Noſtræ vocationis eſt, diverſa loca „peragrare & vitam agere in quavis Mun- „di plaga, ubi majus Dei obſequium, & „animarum auxilium ſperatur.

4. Ratio vivendi in exterioribus juſtas ob „cauſas, majus Dei obſequium ſemper in- „tuendo, communis eſt; nec ullas ordina- „rias pœnitentias, vel corporis afflictiones „ex obligatione ſubeundas habet, ſed illas „aſſumere quivis poterit, quæ ſibi vide- „buntur, cum approbatione Superioris, „ad majorem ſui ſpiritus profectum con- „venire & quas propter eundem finem „Superiores poterunt imponere.

5. Ipſo initio ſui in Societatem ingreſſus, „debet quiſq; generalem totius vitæ con- „feſſionem apud aliquem Sacerdotem à „ſuperiore aſſignatum facere, & poſt eam „ſacratiſſimum Chriſti Domini noſtri cor- „pus ſumere: & ſic ſexto quoq; menſe eodē „modo generaliter ab ultima inchoando „confitebitur. Et omnes tam Profeſſi quàm „formati Coadjutores ſemel ſingulis annis „parati eſſe debebunt ad confeſſionem „generalem, quæ ab ultima generali in- „choetur, ei, quem Superior ſibi ſubſti- „tuerit faciendam.

6. Vtantur quotidie omnes conſciētiæ ſuę „examinatione conſueta: Si ſacerdotes nō „fuerint, confiteantur oportet, & ſanctiſſi- „mum Sacramentum Euchariſtiæ ſumant „octavo quoque die: & unus omnium ſit „Confeſſarius à Superiore conſtitutus: „quod ſi fieri non poterit, quiſque certè „ſuum ſtabilem habeat Confeſſarium, cui „ipſius conſcientia prorſus aperta ſit.

7. Qui autem alij, quam ſuo Confeſſario „deſignato confiteretur, debet poſtmodum „(quantum recordari poterit) eidem ſuo „Confeſſario totam ſuam conſcientiam „aperire, ut nihil ignorando quod ad eam „pertineat melius in Domino poſſit eun- „dem juvare.

8. Vnuſquiſq; eorum, qui Societatem in- „grediuntur, conſilium illud Chriſti ſequē- „do, Qui dimiſerit patrem, &c. exiſtimet „ſibi Patrem, Matrem, Fratres, & So- „rores, & quicquid in Mundo habebat, „relinquendum: imo ſibi dictum exiſti- „met verbum illud: Qui non odit Pa- „trem, & Matrem, inſuper & animam „ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus. „Et ita curandum ei eſt, ut omnem carnis „affectum erga ſanguine junctos exuat, „ac illum in ſpiritualem convertat, eoſque „diligat eo ſolùm amore, quem ordinata „charitas exigit, ut qui Mundo, ac pro- „prio amori mortuus, Chriſto Domino „noſtro ſoli vivit, eumque loco paren- „tum Fratrum, & rerum omnium ha- „bet.

9 Ad majorem in ſpiritu profectum, „& præcipuè ad majorem ſubmiſſionem, „& humilitatem propriam, contentus „eſſe quiſque debet, ut omnes errores, „& defectus ipſius, & res quæcunque, „quæ notatæ in eo, & obſervatæ fue- „rint, Superioribus per quemvis, qui ex- „tra confeſſionem eas acceperit, mani- „feſtentur.

10. Boni etiam omnes conſulant, ab „alijs corrigi, & ad aliorum correctio- „nem juvare, ac manifeſtare ſeſe invi- „cem ſint parati debito cum amore, & „charitate, ad majorem ſpiritus profe- „ctum: præſertim ubi à Superiore, qui „illorum curam gerit, fuerit ita præſcri- „ptum, aut interrogatum ad majorem „Dei gloriam.

In præm. Conſt. §. 2.

11. Diligenter animadvertant oportet „(magnificiendo ſummique momenti id „eſſe ducendo in conſpectu Creatoris ac „Domini noſtri, quantopere juvet, ac con- „ferat ad vitæ ſpiritualis profectū omninò, „& non ex parte abhorrere, ab omnibus) „quæ Mundus amat, & amplectitur, & ad- „mittere & cōcupiſcere totis viribus quic- „quid Chriſtus Dominus noſter amavit, & „amplexus eſt. Quemadmodū enim mun- „dani homines, qui ea, quæ Mundi ſunt, „ſequuntur, diligunt, & quærunt magna „cum diligentia: honores ſcilicet, fa- „mam, magni nominis exiſtimationem „in terra, ſicut Mundus eos docet: ſic qui „procedunt in ſpiritu, & ſeriò Chriſtum „Dominum noſtrum ſequuntur, amant, & „ardenter exoptant, quæ ijs omninò con- „traria ſunt, indui nimirum eadem veſte, ac „inſignibus Domini ſui pro ipſius amore, ac

reverentia,

„ reverentia,adeò vt si sine offensione vlla
„ divinæ majestatis , & absque proximi
„ peccato foret,vellent contumelias, falsa
„ testimonia, & injurias pati, ac stulti ha-
„ beri & existimari (nulla tamen ad id
„ per eos data occasione) eò quod exo-
„ ptant assimilari, ac imitari aliquo modo
„ creatorem , ac Dominum nostrum Ie-
„ sum Christum, ejusque vestibus & insi-
„ gnibus indui : quandoquidem illa ipse
„ propter majorem profectum nostrum
„ spiritualem induit, nobisque exemplum
„ dedit,ut in omnibus,quoad ejus fieri po-
„ terit, divina gratia aspirante,eum imita-
„ ri, & sequi, cum vera sit via, quæ ducit
„ homines ad vitam, velimns.

„ 12. Vt melius ad hunc perfectionis
„ gradum in spirituali vita tam precio sum
„ perveniatur , majus, ac impensius stu-
„ dium cujusque sit, quærere in Domino
„ maiorem sui abnegationem , & conti-
„ nuam in rebus omnibus, quoad poterit,
„ mortificationem.

„ 13. In exercendis officijs abjectis,&
„ humilibus , promptius ea suscipi conve-
„ nit,à quibus sensus magis abhorrebit : si
„ quidem injunctum fuerit,vt in eis se ex-
„ erceat.

„ 14. Antevertere oportet tentatio-
„ nes, adhibitis earum contrariis, vt eum
„ quis animadvertitur ad superbiam esse
„ propensus , exerceri is debet in rebus
„ abjectioribus , ad humiliandum ipsum
„ vtiles futuræ videantur : & sic de aliis
„ pravis animæ propensionibus.

„ 15. Omnes constanti animo incum-
„ bamus,vt nihil perfectionis,quod divina
„ gratia consequi possimus , in absoluta o-
„ mnium Constitutionum observatione,
„ nostrique instituti peculiari ratione ad-
„ implenda prætermittamus.

„ 16. Omnes,qui se Societati addixe-
„ runt , in virtutum solidarum , ac perfe-
„ ctarum , & spiritualium rerum studium
„ incumbant: ac in hujusmodi majus mo-
„ mentum , quàm in doctrina , vel alijs
„ donis naturalibus , & humanis constitu-
„ tum esse ducant:Illa enim interiora sunt,
„ ex quibus efficaciam ad exteriora per-
„ manare ad finem nobis propositum o-
„ portet.

„ 17. Omnes rectam habere intentio-
„ nem studeant non solum circa vitę suæ
„ statum verùm etiam circa res omnes
„ particulares:id semper in eis sincere spe-
„ ctantes, vt serviant , & placeant divinæ
„ bonitati propter seipsam,& propter cha-
„ ritatem , & eximia beneficia , quibus
„ prevenit nos, potius quàm ob timorem
„ pœnarum,vel spem præmiorum (quam-
„ vis hinc etiam juvari debeant) & in o-
„ mnibus quærant Deum , exuentes se,
„ quantum fieri potest , amore omnium
„ creaturarum, vt affectum vniversum in
„ ipsarum Creatorem conferant, eum in
„ omnibus creaturis amando, & omnes in
„ eo,juxta sanctissimam,ac divinam ipsius
„ voluntatem.

„ 18. In concionibus domesticis de iis
„ crebrò tractent, quæ ad sui abnegatio-
„ nem, & in virtutibus profectum , & o-
„ mnimodam perfectionem attinent, ad
„ ea se invicem exhortando , & præci-
„ puè ad vnionem & charitatem frater-
„ nam.

„ 19. Magnopere conferet , devote,
„ quoad fieri poterit, ea munera obire , in
„ quibus magis exercetur humilitas &
„ charitas. Et in vniversum loquendo,
„ quanto aliquis se arctiùs Deo adstrinxe-
„ rit, & liberaliorem erga summam maje-
„ statem se præstiterit, tanto eum in se li-
„ beraliorem etiam experietur , & ipse
„ in dies magis idoneus erit ad gratias,
„ & dona spiritualia vberiora recipien-
„ da.

„ 20. Postquam aliquis in corpus So-
„ cietatis cooptatus fuerit in aliquo gra-
„ du ad alium progredi curare non debet:
„ sed in suo perfici , & obsequio Dei , &
„ gloriæ sese impendere.

Cura interioris.

„ 21. Omnes suum tempus rebus spi-
„ ritualibus impendant,& devotioni quæ-
„ rendę pro mensura gratię Dei ipsis com-
„ municatæ insistant.

„ 22. Ab illusionibus Dæmonis in suis
„ spiritualibus exercitationibus caveant,
„ & se contra omnes tentationes tueân-
„ tur : simul rationes sciant, quæ adhi-
„ beri possint , vt eas superent : & ad ve-
„ ras,solidasque virtutes consequendas in-
„ sistant:sive plures adsint visitationes spi-
„ rituales , sive pauciores : curent verò
„ semper in via diuini seruitii progressum
„ facere.

Paupertas.

„ 23. Paupertas,vt murus religionis sir-
„ mus,diligenda,& in sua purirate conser-
„ uanda est , quantum divina gratia aspi-
„ rante fieri poterit.

„ 24. Diligant omnes paupertatem,ut
„ matrem , & juxta mensuram sanctæ di-
„ scretionis suis temporibus ejus effectus
„ aliquos experiantur : nullâque re tan-
„ quam propria utantur , paratique sint ad
„ mendicandum ostiatim,quando vel obe-
„ dientia vel necessitas id exiget.

Obedientia.

„ 25. Victus,vestitus, & lecti ratio erit
„ vt pauperibus accommodata : & vnus-
quisque

„ quisque sibi persuadeat, quod quæ vilis-
„ sima erunt ex ijs, quæ domi sunt, ei tri-
„ buentur propter ipsius majorem abnega-
„ tionem, & spiritualem profectum.

26. Intelligant omnes, quod mutuo da-
„ re, vel accipere, vel dispensare quid-
„ quam de iijs, quæ domi sunt, minimè
„ possunt, nisi Superior conscius consen-
„ sum præstiterit.

27. Omnes, qui sub obedientia sunt
„ Societatis, meminerint se gratis dare de-
„ bere quę gratis acceperunt, nec postulan-
„ do, nec admittendo stipendium, vel ele-
„ emosynas ullas, quibus Missæ, vel Con-
„ fessiones, vel Prædicationes, vel quod-
„ vis aliud officium ex ijs, quæ Societas,
„ juxta nostrum institutum exercere po-
„ test, compensari videatur: ut sic majo-
„ ri cùm libertate possit, & proximorum
„ ædificatione in divino servitio procedere.

Castitas. 28. Quæ ad votum castitatis pertinent,
„ interpretatione non indigent, cum con-
„ stet, quàm si perfectè observanda, nem-
„ pe enitendo anglicam puritatem imitari,
„ & corporis, & mentis nostræ munditia.

29. Omnes diligentissimè curent por-
„ tas sensuum suorum (oculorum præcipuè,
„ aurium, & linguæ) ab omni inordina-
„ tione custodire, ac se in pace, & vera
„ humilitate interna conservare, & eam in
„ silentio, cùm id observandum est, cùm
„ autem loquendum in circumspectione,
„ & ædificatione verborum, & modestia
„ vultus, ac maturitate incessus, motuum-
„ que omnium, sine ullo impatientiæ, aut
„ superbiæ signo exhibere: in omnibus
„ procurando atque optando potiores par-
„ tes aliis deferre, omnes in animo suo
„ tanquam sibi superiores ducendo, &
„ exterius honorem, ac reverentiam, quam
„ exigit cujusque status, cum simplicita-
„ te & moderatione religiosa exhibendo:
„ atque ita fiat, ut se mutuo considéran-
„ tes in devotione crescant, Deumque
„ Dominum nostrum laudent, quem quis-
„ que in alio, ut in illius imagine, agno-
„ scere studeat.

Cura interioris.

Paupertas.

30. In refectione corporis curandum
„ est, ut temperantia, modestia, & de-
„ centia interius, & exterius in omnibus
„ observetur. Præmittatur benedictio, &
„ sequatur actio gratiarum: quas omnes
„ agere debent, cum ea, qua par est, de-
„ votione, & reverentia. Et dum cor-
„ pus edendo reficitur, sua etiam animæ
„ refectio præbeatur.

Obedientia. 31. Expedit in primis ad profectum, &
„ valdè necessarium est, ut omnes perfe-
„ ctæ obedientiæ se dedant: superiorem
„ (quicunque ille sit) loco Christi Domini
„ nostri agnoscentes, & interna reveren-
„ tia & amore eum prosequentes, nec so-
lùm in executione externa eorum, quæ
„ injungit integrè, promptè, fortiter, &
„ cum humilitate debita, sine excusatio-
„ nibus, & obmurmurationibus obediant,
„ licet difficilia, & secundum sensualita-
„ tem repugnantia jubeat; verumetiam
„ conentur interius resignationem, & ve-
„ ram abnegationem propriæ voluntatis,
„ & judicij habere, voluntatem, ac ju-
„ dicium suum cum eo, quod Superior
„ vult & sentit, in omnibus rebus (ubi
„ peccatum non cerneretur) omnino con-
„ formantes, proposita sibi voluntate, ac
„ judicio Superioris pro Regula suæ volun-
„ tatis, & judicij, quo exactius confor-
„ mentur primæ, ac summæ Regulæ o-
„ mnis bonæ voluntatis, & judicij, quæ est
„ æterna bonitas, & sapientia.

32. Liberam sui ipsorum, rerumquo
„ suarum dispositionem omnes cum vera
„ obedientia Superiori relinquant, nihil
„ ei clausum, ne conscientiam quidem
„ propriam tenendo, non repugnando,
„ non contradicendo, nec ulla ratione ju-
„ cium proprium ipsius judicio contrarium
„ demonstrando: ut per unionem ejusdem
„ sententiæ & voluntatis, atque per debi-
„ tam submissionem melius in divino obse-
„ quio conserventur, & progrediantur.

33. Omnes obedientiam plurimùm ob-
„ servare, & in ea excellere studeant: nec
„ solùm in rebus obligatorijs, sed etiam in
„ alijs: licet nihil aliud quàm signum volun-
„ tatis Superioris sine ullo expresso præce-
„ pto videretur. Versari autem debet ob o-
„ culos Deus creator ac Dominus noster,
„ propter quem homini obedientia præsta-
„ tur, & ut in spiritu amoris, & non cum
„ perturbatione timoris procedatur, cu-
„ randum est.

34. Ad Superioris vocem perinde, ac si à
„ Christo Domino egrederetur, quàm pro-
„ ptissimi simus, re quavis, atq; adeò litera à
„ nobis inchoata, nec dum perfecta relicta.

35. Ad eum scopum vires omnes, ac inten-
„ tionem in Domino convertamus, ut san-
„ cta obedientia tum in executione, tum
„ in intellectu, sit in nobis semper omni
„ ex parte perfecta: cum magnâ celeritate,
„ spirituali gaudio & perseverantiâ, quic-
„ quid nobis injunctum fuerit obeundo, o-
„ mnia justa esse nobis persuadendo, omnẽ
„ sententiam, ac judicium nostrum contra-
„ rium cęca quadam obedientia abnegádo.

36. Quisque sibi persuadeat, quod qui
„ sub obedientia vivunt, se ferri, ac regi à

„ divina providentia per Superiores ſuos,
„ ſinere debent perinde, ac ſi cadaver eſ-
„ ſent, quod quoquo verſus ferri, & qua-
„ cunque ratione tractari ſe ſinit: vel ſi-
„ militer, atq; ſenis baculus, qui vbicunq;
„ & quacunque in re velit eo vti, qui eum
„ manu tenet, ei inſeruit.

„ 37. Adimplere quiſque debet quaſvis
„ pœnitentias, quę propter defectus, & ne-
„ gligentiam ſuam, vel quidvis aliud fue-
„ rint injunctæ. Pœnitentias verò hujuſ-
„ modi prompta voluntate admittere de-
„ beret, cum vero emendationis, & ſpiri-
„ tualis profectus deſiderio, etiam ſi pro-
„ pter defectū nō culpabilem injungerētur.

„ 38. Cum aliquis ad miniſteria culinę
„ obeunda ingreditur vel ad eum juvandū,
„ qui coquus eſt, eidem obedire cum ma-
„ gna humilitate, in rebus ad ipſius officiū
„ pertinentibus debet. Atq; valde neceſſa-
„ rium eſt, vt omnes non ſolùm Superiori
„ Societatis, vel Domus, ſed etiam ſubor-
„ dinatis officialibus, qui ex illo auctorita-
„ tem acceperunt, obediant: & aſſueſcant
„ non intueri, quis ille ſit cui obediunt, ſed
„ potiùs quis ille, propter quem & cui in
„ omnibus obediunt, qui eſt Chriſtus Do-
„ minus.

„ 39. Si aliquis ex iis qui domi ſunt, cui-
„ quam ſcriberet, non niſi obtenta facilita-
„ te, & literis ei oſtenſis, quem ſuperior de-
„ ſtinaverit, id faciat. Si ad eundem literæ
„ mitterentur, ei primo reddentur, qui à
„ Superiore fuerit conſtitutus: qui eas le-
„ ctas reddet, aut non reddet illi, ad quem
„ ſunt deſtinatæ, provt in Domino expe-
„ dire ad majus ipſius bonum & Dei glo-
„ riam exiſtimabit.

„ 40. Quicunque hanc Societatem in
„ Domino ſequi volet, & in eadem ad ma-
„ jorem Dei gloriam manere, ſub ſigillo
„ confeſſionis, vel ſecreti, vel quacunq; ra-
„ tione ei placuerit, & ad majorem ipſius
„ conſolationem fuerit; debet conſcien-
„ tiam ſuam magna cū humilitate, purita-
„ te, & charitate manifeſtare, re nulla, qua
„ Dominum vniuerſorum offenderit, cela-
„ ta, & totius anteactę vitę rationem inte-
„ gram, vel certè rerum majoris momenti
„ Superiori, qui tum fuerit Societatis, vel
„ cui ex Præpoſitis, vel aliis ex inferioribus
„ ille injungeret, prout magis conuenire
„ videretur, reddat: & ſexto quoq; menſe
„ rationem hanc ſui, ab vltima, quam red-
„ diderit, incipiendo quiſque reddet. Sic
„ etiam videtur, quod Coadjutores forma-
„ ti, & Profeſſii ſingulis annis, vel crebrius,
„ ſi Superiori videbitur, ſuæ conſcientiæ
„ rationem dicto modo ei reddant.

„ 41. Nullam debent celare tentationē,
„ quam Præfecto rerum ſpiritualium, vel
„ Confeſſario, vel Superiori non aperiant:
„ imò verò totā animam ſuam illis integrè
„ manifeſtam eſſe, pergratum habeant: nec
„ ſolùm defectus aperiāt, ſed etiam pœni-
„ tētias, vel mortificationes, & devotiones,
„ ac virtutes omnes, voluntate pura optan-
„ tes ab illis dirigi, ſicubi à rectitudine de-
„ flecterent, nolentes ſuo proprio ſenſu du-
„ ci, niſi conveniat cum judicio illorum,
„ quos Chriſti Domini noſtri loco habent.

„ 42. Idem ſapiamus, idem, quoad ejus
„ fieri poſſit, dicamus omnes, juxta Apoſto-
„ lum. Doctrinæ igitur differentes non ad-
„ mittantur, nec verbo in concionibus, vel
„ lectionibus publicis, nec ſcriptis libris
„ (qui quidem edi non poterunt in lucem
„ ſine approbatione, atq; conſenſu Præpo-
„ ſiti Generalis) Imò & judiciorum de re-
„ bus agendis diverſitas, quæ mater eſſe ſo-
„ let diſcordiæ, & inimica vnionis volun-
„ tatum, quantum fieri poteſt, euitari de-
„ bet. Vnio verò, & conformitas mutua di-
„ ligentiſſimè curanda eſt, nec quæ ei ad-
„ verſantur, permittenda: quo juncti invi-
„ cem fraternæ charitatis vinculo, melius
„ & efficacius poſſint ſe divino obſequio,
„ & auxilio proximorum impendere.

„ 43. In Societate, nec ſit, nec ſentia-
„ tur animorum propenſio ad partem alte-
„ rutram factionis, quæ eſſet fortaſſis inter
„ Principes, vel Dominos Chriſtianos: ſed
„ ſit potiùs quidam vniuerſalis amor, qui
„ partes omnes (licet ſibi inuicē contrariæ
„ ſint) in Domino noſtro amplectatur.

Otium & ſecularia negotia vitanda

„ 44. Omnes quādiù corpore benè va-
„ lent in ſpiritualibus, vel exterioribus re-
„ bus habeant, in quo occupentur, ne otiū
„ malorum omnium origo, quoad ejus fie-
„ ri poſſit, domi noſtræ locum habeat.

„ 45. Vt plenius poſſit Societas rebus
„ ſpiritualibus juxta ſuum inſtitutum va-
„ care, quoad ejus fieri poterit, à negotiis
„ ſecularibus abſtineat: [qualia ſunt teſta-
„ mentariorum, vel executorum, vel pro-
„ curatorum rerum ciuilium, aut id genus
„ officia] nec ea vllis precibus adducti ob-
„ eunda ſuſcipiant, vel in illis ſe occupari
„ ſinant.

Ratio habenda valetudinis.

„ 46. Vt nimia ſolitudo in iis, quæ ad
„ corpus pertinent, reprehenſibilis eſt: ita
„ cura moderata tuendæ ad divinū obſe-
„ quiū valetudinis, ac viriū corporis laude
„ digna, & ab omnibus adhibenda eſt: & ea
„ de cauſa cum animadverterint aliquid
„ ſibi nocere, vel aliquid aliud neceſſa-

rium

„ tium esse circa victum, vestitum, habi-
„ tationem, officium, aut exercitationem,
„ & sic de aliis rebus, admoneant omnes ea
„ de re Superiorem, vel quem ad id Supe-
„ rior constituerit, duo interim observan-
„ tes: Primum, ut antequam ad eum quid
„ referant, se ad orandum recipiant, & post
„ orationem si senserint rem deferendam
„ ad Superiorem, id faciant: Alterum, vt
„ cum verbo, aut scripto brevi [ne excidat
„ memoria] Superiori rem exposuerint, ei
„ totam curam rei expositæ relinquant: &
„ quicquid ille statuerit, optimum ducant:
„ nec contendere, aut vrgere per se, vel
„ alium [siue concedatur quod petitur, siue
„ non] pergant: quandoquidem sibi per-
„ suadere debent, id magis expedire ad di-
„ vinum obsequium ac suum majus bo-
„ num, quod Superiori, re intellecta, in
„ Domino visum fuerit.

„ 47. Vt non expedit tanto labore
„ corporali quendam onerari, vt spiritus
„ obruatur, & corpus detrimentum patia-
„ tur: ita aliqua corporalis exercitatio, quę
„ vtrumque juvet: omnibus communi-
„ ter convenit, etiam illis, qui mentali-
„ bus exercitiis debent insistere: quæ qui-
„ dem externis interrumpi deberent, &
„ non continuari, nec sine mensura discre-
„ tionis assumi.

„ 48. Corporis castigatio immodera-
„ ta esse non debet, nec indiscreta in vigi-
„ liis, & abstinentiis, & aliis pœnitentiis
„ externis, ac laboribus, quæ & nocumen-
„ tum afferre, & majora bona impedire
„ solent. Ideo suo Confessario detegi ab
„ vnoquoque convenit, quidquid in hac
„ parte faciat.

„ 49. Ægritudinis tempore non solùm
„ observare vnusquisq; obedientiam ma-
„ gna cum puritate debet erga Superiores
„ spirituales, vt ipsius animam regant: sed
„ cum eadem humilitate erga Medicos
„ corporales, & infirmarios, vt corpus ejus
„ regnant.

„ 50. Qui ægrotat, humilitatem &
„ patientiam suam præ se ferendo, non
„ minorem ædificationem, dum morbo
„ laborat, iis qui ipsum inuisent, & cum eo
„ versabuntur & agent, quàm dum valebat
„ corpore, ad majorem Dei gloriam præ-
„ stare curet, verbis piis, & ædificationem
„ facientibus vtendo, quæ ostendunt æ-
„ gritudinem acceptari, vt donum de ma-
„ nu Creatoris, ac Domini nostri, quan-
„ doquidem non minus domum est, quam
„ sanitas.

„ 51. Aliquoties singulis annis omnes
„ à Superiore sibi pœnitentias iniungi
„ propter defectum observationis Regu-
„ larum petant: vt hæc cura indicium sit
„ illius, quam de suo profectu spirituali in
„ via Dei quisque habet.

„ 52. Omnes demum observationi
„ Constitutionum studeant: ad quam eas-
„ dem scire, saltem quæ ad quemlibet per-
„ tinent, necesse est. Quare legere, vel au-
„ dire easdem singulis mensibus oportebit.

REGVLÆ Communes.

„ SInguli præfinitum sibi tempus suæ
„ conscientiæ bis quotidiè examinan-
„ dæ, orationi, meditationi, lectioniq; im-
„ pendant, cum omni diligentia in Domi-
„ no.

„ 2. Omnes quotidie sacro decenter
„ interfint: & concionem, lectionemve sa-
„ cram cum in Templo nostro habebitur,
„ audiant.

„ 3. Singuli statuto die, & assignato si-
„ bi Confessario confiteantur, & non alte-
„ ri sine Superioris facultate.

„ 4. Omnes (qui Professi, aut formati
„ Coadjutores non sunt) bis in anno sua
„ vota renovabunt, præmissa confessione
„ generali: quo tempore rationem suæ
„ conscientiæ reddent, & quoties etiam
„ Superiori visum fuerit, juxta morem So-
„ cietatis.

„ 5. In abstinentia sextæ feriæ, Socie-
„ tatis consuetudo servetur.

„ 6. Nullus mortificationem publicè
„ faciat, nec concionetur, nisi Superiore
„ approbante.

„ 7. Nemo pecuniam apud se habeat:
„ apud alium verò, nec pecuniam, nec
„ quicquam aliud.

„ 8. Libros nemo habeat sine facultate:
„ in iis verò quibus vti licet, nec scribat
„ quicquam, nec notam ullam imprimat.

„ 9. Nemo rem vllam ex domo, vel ex
„ alterius cubiculo sibi Vsurpet, aut ab ex-
„ terno, quovis modo sibi, aut alii accipiat,
„ sine Superioris licentia.

„ 10. Ad majorem Vnionem eorum,
„ qui in Societate viuunt, majusque auxi-
„ lium eorum, apud quos habitant, singuli
„ addiscant ejus Regionis linguam, in qua
„ resident, nisi fortè ipsorum nativa il-
„ lic esset vtilior: salua tamen Latini
„ sermonis lege in iis, qui literis dant ope-
„ ram.

„ 11. Nullus ita cubiculum suum
„ claudat, quin aperiri extrinsecus possit:
„ aut arcam seu quicquam aliud habeat
„ observatum absque Superioris facul-
„ tate.

Otium & secularia negotia vitanda

Ratio habenda valetudinis.

„ 12. Aperta feneſtra nemo noctu dor-
„ miat,nec ſine induſio , aut non cooper-
„ tus.

„ 13. Nemo cubiculo egrediatur , niſi
„ decenter veſtitus.

„ 14. Nemo eorum , qui ad domeſtica
„ Miniſteria admittuntur aut legere di-
„ ſcat,aut ſcribere, aut ſi aliquid ſcit , plus
„ literarum addiſcat : nec quiſquam eum
„ doceat ſine Præpoſiti Generalis facilita-
„ te:ſed ſatis ei erit ſancta cum ſimplicita-
„ te,& humilitate Chriſto Domino noſtro
„ ſervire.

„ 15. Signo campanæ conſtitutis ho-
„ tis audito , omnes ſtatim vel imperfecta
„ litera relicta,ad id, ad quod vocantur, ſe
„ conferant.

„ 16. Vt conſulatur valetudini , nemo
„ extra conſueta tempora bibat,nec extra
„ domum cibum ſumat abſque facultate
„ Superioris.

„ 17. Qui malè ſe habere præter ſoli-
„ tum ſenſerit, id Infirmario, vel Præfecto
„ ſanitatis aut Superiori referat.Nemo ve-
„ rò medicinam vllam accipiat , aut Me-
„ dicum eligat,vel conſulat,niſi approban-
„ te Superiore.

„ 18. Singuli etiam ſi Sacerdotes ſint,
„ cum primum ſurgunt,lectum operiant,
„ eumq; & reliqua componant hora con-
„ ſueta , & ſcopis cubiculum vertant, ter-
„ tio ſaltem quoque die, exceptis ijs , qui
„ ob occupationes majoris momenti , aut
„ valetudinis cauſa , judicio Superioris
„ ſublevandi ſunt.

„ 19. Mundities , quæ & ad valetudi-
„ nem & ad ædificationem confert,omni-
„ bus curæ ſit,tam circa ſeipſos quàm circa
„ alia omnia.

„ 20. Qui gravem tentationem alicu-
„ jus nouerit,Superiorem admoneat , vt ei
„ ipſe pro paterna in ſuos cura , ac provi-
„ dentia , convenienti remedio poſſit oc-
„ currere.

„ 21. Quæ à Superioribus circa admi-
„ niſtrationem agenda ſunt, nemo curiosè
„ ab aliis exquirat , aut conjecturam fa-
„ ciendo de iis ſermonem miſceat, ſed v-
„ nuſquiſque ſibi ac muneri ſuo atten-
„ dens , quicquid de ſe , atque aliis conſti-
„ tuendum erit,tanquam de manu Dei ex-
„ pectet.

„ 22. Omnes caput aperiant ſuis Su-
„ perioribus , & Sacerdotibus ii , qui Sa-
„ cerdotes non ſunt : diſcipuli etiam ſuis
„ præceptoribus. Vnuſquiſque autem Su-
„ periores alloquatur magna cum reve-
„ rentia : is verò , quem Superior alloqui-
„ tur,aut reprehendit,humiliter & ſine in-
„ terpellatione audiat.

„ 23. Si cui à Superiore denegatum a-
„ liquid fuerit , alium Superiorem ne ad-
„ eat ſuper ea re:quin ei aperiat , quid ſibi
„ ab alio fuerit reſponſum,& quas ob cau-
„ ſas negatum.

„ 24. Cui fuerit alicujus rei cura com-
„ miſſa , ſi impedimentum aliquod inter-
„ venerit , maturè admoneat aliquem ex
„ Superioribus,vt pro videat.

„ 25. Nemo cum ex uno loco in alium
„ proficiſcitur , quicquam ſecum aſportet
„ ſine facultate Superioris,

„ 26. Extra tempora recreationi aſſi- *Seruãda erga domeſticos.*
„ gnata, hac ratione ſilentium ſervandum
„ eſt,ut nemo loquatur , niſi obiter & per-
„ paucis, aut de rebus neceſſariis , præſer-
„ tim in Eccleſia , Sacriſtia, & Refectorio:
„ in miſſa verò,concione,menſa, lectioni-
„ bus , & diſputationibus ſi quid privatim
„ dicere neceſſe erit,breviſſimè,& ſubmiſ-
„ ſa voce ſuggeratur.

Seruanda erga extraneos & cum foras eundum eſt.

„ 27. Nemo præter eos , qui à Supe-
„ riore deputati fuerint, loquatur cum iis,
„ qui in prima probatione verſantur : ex-
„ cipiuntur tamen vſitatæ ſalutationes ,
„ quas cum alii aliis obvii fiunt , charitas
„ religioſa exigit.

„ 28. Omnes demiſſa voce,vt religio-
„ ſos decet , loquantur : nulluſque cum a-
„ lio contendat : ſed ſi qua in re nobis eſt
„ diverſa ſententia , eaque videtur mani-
„ feſtanda,rationes modeſtæ,& cum cha-
„ ritate afferantur,eo animo, vt ſuus veri-
„ tati ſit locus , non vt in ea re ſuperiores
„ videantur.

„ 29. Qui facultate accepta ægrotos
„ inuiſent , non ſolùm demiſſa voce lo-
„ quantur , ſed tanta etiam moderatione,
„ vt illis moleſti non ſint,atq; de iis agant,
„ quæ & exhilarare, & conſolari ægrotos,
„ circumſtanteſque ædificare in Domino
„ poſſint.

„ 30. Caveant ſibi omnes ab illo affe-
„ ctu , quo aliæ de aliis nationibus ſiniſtrè
„ ſentire aut loqui ſolent , quin potiùs &
„ bene ſentiant, & peculiari affectu diver-
„ ſas à ſua nationes proſequantur in Do-
„ mino, ac proinde nemo bella, conten-
„ tionéſve inter Chriſtianos Principes in
„ colloquium inducat.

„ 31. Nemo præter eos,quibus per Su-
„ periorem licet, quicquam aliis jubeat,a-
„ lioſve reprehendat.

„ 32. In alterius officium nemo ſe in-
„ gerat: in locum verò alieno miniſterio
„ deputatam nullus ingrediatur ſine fa-
„ cultate Supetioris,aut Præfecti illius lo-
„ ci,in rebus neceſſariis.

33. Nemo

„ 33. Nemo in alienum cubiculum ingrediatur ſine generali aut ſpeciali Superioris facultate : quod ſi aliquis intus ſit, non prius aperiat oſtium, quàm poſt pulſum audiat, Ingredere: & tamdiu aperta ſit janua, quamdiu intus vnâ fuerint.

„ 34. Vt ea, quæ religioſos decet, gravitas, & modeſtia retineatur, nemo alium etiam joco tangat, præterquam in ſignum charitatis amplexando cum quis aut abit, aut redit peregre.

„ 35. Nemo dum menſæ accumbit, cuiquam ex noſtris præterquam ei Superiori, qui præeſt toti Domui aut Collegio, caput aperiat. Et cum aliquid in menſa cuiquam deeſt, is, qui illi aſſidet, admoneat eum, qui miniſtrat.

Seruanda erga extraneos & cum foras eundum eſt.

„ 36. Domi nemo loquatur cum externis, aut alios ad id vocet ſine facultate Generali, aut particulari Superioris.

„ 37. Nemo cujuſquam externi ad domeſticum, aut domeſtici ad externum mandata deferat, aut literas, inſcio Superiore: ſeculares autem rumores, qui foris audiuntur, ne temerè, & ſine fructu narrentur.

„ 38. Nemo quæ domi acta, vel agenda ſunt, externis referat: niſi Superiori id probari intelligat. Conſtitutiones verò, alioſve hujuſmodi libros, aut ſcripta quibus Societatis inſtitutum, vel privilegia continentur, non niſi ex Superioris expreſſo conſenſu, iis communicet.

„ 39. Nemo ſcriptas dabit, aut mittet cuiquam externo, vel domeſtico inſtructiones ſpirituales: aut meditationes, nec exercitia ſpiritualia Societatis alicui communicabit, niſi à Superiore id approbetur.

„ 40. Nemo ab externis conſilium petat ſine facultate Superioris.

„ 41. Nemo cujuſquam negotii, etiam piis, ſine facultate Superioris curam ſuſcipiat, nec ad id operam ſuam promittat, aut ſe propenſum oſtendat: ſecularia verò negotia, ut quæ ſunt à noſtro inſtituto aliena, & vehementer à ſpiritualibus avocant, multò magis averſari convenit.

„ 42. Omnes, pro ratione ſui gradus, data commoda occaſione, enitantur piis colloquiis proximum ad meliora promouere: & conſilio, ac exhortatione ad bona opera, præſertim ad confeſſionem excitare.

„ 43. Nullus domo egrediatur, niſi quando, & cum quo Socio Superiori viſum fuerit.

„ 44. Cum quis facultatem à Superiore petit aliquò eundi, ſimul etiam aperiat, quò, & cujus rei cauſa iri velit, præſertim ſi Prælatus, aut alius vir primarius conveniendus ſit: eademque die referat eidem, quid egerit ſicuti ipſum velle intelliget, & res poſtulaverit.

„ 45. Ingreſſuri, egreſſuriue domo, tintinnabulum nec vehementiùs, nec creb̃riùs pulſent, quàm par eſt. Nemo autem niſi conſueta domus janua egrediatur, vel ingrediatur.

„ 46. Qui domo egrediuntur, ſignabunt ſua nomina, quæ propè oſtium domus in tabula deſcripta ſunt, & admonebunt janitorem, quò ſint profecturi.

„ 47. Omnes ante noctem, qui foris ſunt, ſe domum recipiant: nec egredientur ante lucem ſine facultate Præpoſiti, vel Rectoris.

„ 48. Cùm quis iter faciens tranſit per locum, vbi Domus aut Collegium Societatis ſit, ad aliud hoſpitium ne diuertat, ejuſque, qui illic præeſt, obedientiæ ſubſit in omnibus, ſicut & reliqui, qui in eadem Domo, vel Collegio commorantur. Quod ſi quis etiam ad negotia tractanda venerit ea non niſi ex ejuſdem conſilio, ac directione tractabit.

„ 49. Singuli has Regulas, & officiorum ſuorum habeant atque intelligant, ſibique faciant familiares, ac earum memoriam menſibus ſingulis eis legendis, vel audiendis renouent: qui tamen peculiaria Miniſteria Coadjutorum obeunt, eas, quæ ad ipſorum officia pertinent, ſingulis hebdomadis repetant.

REGVLÆ PROVINCIALIS.

DE IIS,

QVÆ AD EIVS PERSONAM, ET COMMVMEM totius Provinciæ administrationem spectant; Quæ pluribus Capitibus continentur.

CAP. I.

QVæ Præpositis domorum, & Rectoribus, quod ad eorum personas attinet, in Regulis præscribuntur, eò diligentiùs servare enitatur Provincialis, quo pluribus pro ratione officij sui, vitæ spiritualis studio præire debet.

2. Finem officij sui (quem ante oculos habebit) in eo positum esse intelligat, vt provinciam sibi commissam in acquirenda perfectione, juxta proprij instituti rationem, & Regulas ipsi datas promoveat.

In Bullis Instituti Societatis.

3. Imitetur in gubernatione charitatem, mansuetudinem, & benignitatem Christi Domini nostri, ut juxta eam normam, quam tradiderunt Apostoli, non dominus, sed forma factus gregis ex animo, exemplo magis, quàm verbo subditos ad perfectionem dirigat.

4. Seueritatem suo tempore cum benignitate misceat, suamque auctoritatem per solidas virtutes tueatur, ac dilectionem & curam suorum præ se ferendo modestè, & circumspectè præcipiendo, ita amabilem se reddat, vt omnes fidenter ad illum recurrere possint.

5. Solicitè animum ad gubernationem applicet, neque tamen in ea ita distrahatur, vt in studio orationis, & sanctis desiderijs, quibus totam sustentare debet Provinciam, intepescat: quamvis autem ordinariè concionari non debet, si quando tamen per occupationes officij sui commodè licebit, & hoc, & alia Societatis Ministeria exercere poterit.

6. Nullas Regulas, aut ordinationes, aut consuetudines toti Provinciæ communes abroget, vel nouas inducat inconsulto Generali: sed secundum eas quas habet, gubernet Prouinciam.

7. Sicut provincialis, quando necesse est in Regulis, Ordinationibus, Decretis, & in ipsis etiam Constitutionibus cum particularibus dispensare potest: sic cùm dispensauerit in rebus majoris momenti, quæ videantur Vrgere, & in quibus sine graui incommodo Generalis responsum expectari nequeat, debet eum primo quoque tempore de hujusmodi dispensatione, & ejus causa admonere.

8. Præter facultates, quæ in his Regulis conceduntur, habet etiam eas omnes, quæ in compendio facultatum Societatis Provincialibus concessæ sunt, quæ ex compendio ipso intelliget.

9. Omnes facultates eorum Superiorum, qui Provinciali subordinati sunt, ad ipsum quoque pertinent, ab ipsoque etiam suspendi poterunt, quando ei expedire in Domino videbitur.

10. Potest Provincialis in absentia, vel in periculo vitæ constitutus, nominare Viceprovincialem, si Generalis neminem designasset: quocunque autem modo constituatur, eadem omnino facultates habeat quas Prouincialis, nisi à Generali, vel Provinciali limitentur: rationem tamen administrationis non immutabit.

De iis quæ illum ad Bonam Provinciæ administrationem juvabunt. CAP. II.

11. COnsultores quatuor habebit à Generali designatos in iis locis, vbi frequentiùs residet, quoad fieri poterit, cum quibus res grauiores communicabit: quod si absentes sint, per transmissas literas: quorum Vnus ab eodem Generali constitutus, erit ejus Admonitor, & socius. In quauis autem Domo, vel Collegio opera Superioris, & ejus Consultorum, quos ad consultationem adhibendos judicauerit, vtatur in rebus iis, de quibus ordinariè consultandum erit.

12. Si expediret præter Consultores, alios etiam nonnunquam ad Consultationem vocare poterit, & eos quidem, quos de rebus propositis meliùs judicare posse existimauerit: vel si absentes sint, jubere, vt de rebus iisdem sententiam suam ad se transmittant.

13. Literas, & scripta, quæ pertinent ad rem, de qua consultatio habenda est, ostendat Consultoribus (nisi quid obstet) vt bene

CAP. III.

bene informati ſententiam ſuam melius dicere poſſint.

14. *Cum ordinationes aliquas communes à Generali acceperit, illas Superioribus ſuæ Prouinciæ & Conſultoribus manifeſtari faciat. Et quæ alicujus momenti fuerint, ad gubernationem vel inſtructionem pertinentes, in libro ad id deſignato deſcribendas curet.*

15. *In proponenda re, de qua deliberandum eſt, in neutram partem animi ſui propenſionem oſtendat, ne conſultoribus declinandi in eam partem detur occaſio, ſed quiſque liberiùs in Domino ſuam ſententiam aperiat.*

16. *Si quando aliquid occurrerit, de quo liceat cum Conſultoribus agere, poterit juxta primum, & ſecundum modum in exercitijs ad electionem faciendam traditum, quid agendum ſit, deliberare.*

17. *Libenter ſe ab alijs admoneri patiatur de iis, quæ ad officium, & perſonam ſuam pertinent, & eum præcipuè, qui Admonitoris officio fungitur, benignè audiat.*

18. *Habeat ſecum literas Apoſtolicas authenticas, & compendium facultatum Societatis, conſtitutiones, Decreta, Regulas omnes, & quæ à Generali ordinantur, eaque bene intelligat, & obſeruari faciat.*

19. *In loco, in quo diutiùs ei reſidendum eſt, habebit Archivum, in quo aſſervabit inſtrumenta authentica, libros, & cætera quæ ad officium Provincialis, & communem vſum Prouinciæ pertinent, quæ omnia ex catalogo à ſe ſubſcripto ſucceſſori tradet.*

20. *Habeat libellum, in quem referat ea, quæ conſultanda, providenda, vel ad generalem ſcribenda ſunt, ne memoria excidant.*

21. *Orationes, & Miſſas ad tempus indicere poterit, etiam in tota Provincia pro cauſis, quæ videbuntur id exigere: modum tamen in ea re non excedat.*

CAP. III. De SVPERIORIBVS ei ſubordinatis & eorum officialibus.

22. *ETſi Propoſitos domorum, & Rectores Collegiorum, & Domorum Probationis ſuæ Prouincia conſtituere non poteſt: ſi tamen neceſſe eſſet aliquando mutationem facere Superioris alicujus, & periculum eſſet in mora, vel ſi is moreretur, poterit aliquem, qui vices Superioris gerat, interim conſtituere, donec Generalis admonitus pro videat. Miniſtros autem, Procuratores & Præfectos ſtudiorum ipſe deſignabit, ac etiam ſubminiſtros, & Præfectos ſanitatis, vbi opus eſſe judicauerit.*

23. *Conſtituat Magiſtros nouitiorum in locis probationem non ſeparatis: à Generali tamen confirmandos, & eos quidem, qui in rebus ſpiritualibus exercitati ſint, & in modo procedendi Societatis noſtræ benè probati.*

24. *Deſignabit Præfectos rerum ſpiritualium in omnibus Collegijs, & domibus profeſſis, quales in prima Regula officii illorum præſcribuntur: itemque ordinarios noſtrorum Confeſſarios; ex quibus ferè conveniret Præfectos rerum ſpiritualium deligere.*

25. *Deligere poterit Conſultores, Admonitorem eorum, qui præſunt in Prouincia, ita vt ſtatim ſuo officio fungi poſſint: ſcribet tamen de iis ad Generalem, vt ab eo confirmentur.*

26. *Prædicatores, & Confeſſarios ipſe conſtituet: præmiſſo tamen domeſtico examine, & approbationes Ordinariorum juxta formam Concilii Tridentini.*

27. *Lectores ordinarios in omnibus claſſibus, & primarios Officiales, præter Rectorem, & Cancellarium in Vniuerſitatibus deligat: novas tamen lectiones non addat, nec ſcholas vſquam vllas, & præſertim eas, in quibus pueri legendo & ſcribendo inſtituantur, (quod nec privatim licebit) ſine facultate Generalis aperiat.*

28. *Tueatur auctoritatem Superum immediatorum in ſubditos: ita tamen, vt conſtet poſſe omnes ad mediatos recurrere: ideo quicquid agendum, vel immutandum erit, quod ad Immediatorum officium pertineat, per eoſdem fieri curabit.*

26. *Si quos ad gubernationem idoneos judicabit, curet de illis paulatim & negotijs tractandis, & domeſticis Miniſterijs obeundis experimentum ſumere, vt & ipſi talenti accepti ſpecimen dare, & Societatis officia eis tuto committi poſſint.*

30. *Obſervet, ſi qui detineantur in Miniſterijs aliquibus, qui magis idonei eſſent ad alia, eam tamen habeat cujuſque rationem, vt Vniuerſale bonum ſemper præferatur.*

31. *Neminem ab obedientia Superiorum immediatorum inconſulto Ganerali eximat, niſi periculum eſſet in mora, & tunc certiorem faciat Generalem de perſona, & de cauſis propter quas eam exemerit.*

CAP. IV. De ADMITTENDIS.

32. *EOs ad probationem per ſe, vel per alios admittere poterit, quos ad inſtitutum noſtrum idoneos in Domino judicauerit: cauebit tamen ne cujuſquam admiſſio juſtam aliquam externorum offenſionem aut Societatis nocumentum pariat, quod cum ijs potiſſimùm*

simùm observandum erit, qui in scholis nostris instituuntur.

33. Attendat, ne nimij sint nostri in hominibus ad Societatem alliciendis, sed per virtutes, & bonæ vitæ odorem omnes ad Christum trahere studiosè curent.

34. Meminerit, quod inepta turba ad institutum nostrum admitti non debet, & observari faciat in hoc diligenter Regulas officij Examinatoris.

35. Quod ad prima quinque impedimenta attinet, etsi Societas in nullo eorum dispensare potest, si tamen in eo, qui admitti petit, dona aliqua Dei illustriora cernerentur, Generalem admoneat: quod si de ejusmodi impedimentis dubitaret, ad eundem recurrat.

36. In secundarijs impedimentis dispensandi facultatem habebit, præterquam in deformitate magnâ aut defectu insigni, qualem habent Eunuchi, & in ætate infrà 15. & vltra 50. expletos annos, & in conjugatis etiam in casu, in quo non impedimentum essentiale.

37. Poterit in casu aliquo anteponere, & postponere aliqua ex sex experimentis, eâque moderari, & alia in alia permutare, dummodo biennio, & benè probentur Novitij: quod etiam tempus prorogare poterit, si opus esse judicauerit.

38. Poterit etiam cum Nouitijs in secundo anno probationis circa studia dispensare, habita ratione personarum, locorum, & temporum, prout expedire in Domino judicabit. Ii verò cum quibus dispensauerit, extra domum probationis, & seorsum à Collegialibus esse debebunt, sub cura alicujus Sacerdotis ab ipso constituti, qui vicem Magistri novitiorum gerat: ejusque Regulas & examinatoris habeat: ex quibus ea seruabuntur, quæ commodè seruari possunt. Cujusmodi erit, vt per dimidiam horam vesperi orent: sed ijs tantum diebus, quibus à studijs vacaverint.

39. Coadjutores temporales plures esse non debent, quàm qui necessarii sint ad subleuandas domos, vel Collegia in rebus, quibus occupari Sacerdotes, & Scholastici non possunt, sine detrimento majoris boni.

De Dimittendis. Cap. V.

40. Facultatem habet dimittendi eos, qui in prima, & secunda probatione ante & post emissa vota versantur: nisi à Præposito Generali in illius Provinciam destinati, vel de Societate ipsi tam benè meriti essent, vt eorum esset particularis ratio habenda. In his enim casibus inconsulto Generali dimittere non debet: nisi causæ admomodum vrgentes & graves essent, ita vt minimè dubitaretur Generalis mentem hujusmodi futuram esse.

41. Scholasticos verò approbatos, & Coadjutores non formatos, qui probationem absolverunt, inconsulto Generali non dimittat, nisi in gravibus & vrgentibus casibus, & qui ejusmodi sint, vt sine graui periculo, Generalis responsum expectari nequeat: quem tamen post dimissionem certiorem faciat, adjunctis causis dimissionis. Et in vniuersum diligenter Provinciali dispiciendum est, vt qui minùs idonei ad nostrum institutum, & tandem aliquando dimittendi videntur, eos ipsos intra biennium probationis dimittat, quòd si peracto etiam probationis tempore aliqui hujusmodi deprehendantur, tempestiuè Generalis moneatur, ne cum Societatis jacturâ diutius, quàm par est, retineantur.

42. Provincialis erit, juxta commissam sibi facultatem, auditis suis Consultoribus vel si necessitas vrgeat, Superiore, & Consultoribus eius loci, vbi tunc erit, qui ipsi videbuntur adhibitis iudicare de causis sufficientibus ad dimissionem: curabit tamen, ne ad hæc extrema, nisi quàm consultissimè, & alijs tentatis remedijs veniatur.

43. Coadiutores formatos siue spirituales, siue temporales, & Professos nullo modo dimittet.

44. Circa modum dimittendi obseruet ea, quæ in secunda parte Constitutionum capite tertio dicuntur: & intelligat, an is qui dimittitur, aliquid Societati dederit, & si quid ei reddi oporteat, iuxta eiusdem capitis declarationem. Scripta verò an secum asportare debeat, consideret ipse diligenter.

45. Declaretur ijs qui dimittuntur, quod liberi maneant à votis simplicibus, si ea iuxta formulam Societatis consuetam emiserint.

46. Circa dimissos aut egressos è Societate, & postea reductos, vel sponte redeuntes, obseruentur ea quæ in Constitutionibus & Decretis dicuntur: & si admittantur, denuò examinentur & probentur, prout ipsi videbitur, si quis autem semel egressus erit, poterit quidem iterum admitti, sed aduertatur, huiusmodi homines rarò idoneos ad instituti nostri disciplinam inueniri.

De Literarvm Stvdiis. Cap. VI.

47. IN Vniversitatibus, & Collegiis, in quibus nostri literas profitentur, idoneos, & eruditos Professores pro ratione loci, & debiti constituat. Et si aliquis Lector extraordinarius adiiciendus videretur, Generalem consultat:

48. Peculiari cura videat, num Lectiones in scholis nostris, & scholasticæ exercitationes diligenter, assiduè, atque ordine habeantur: num Magistri, & Discipuli suum in Domino officium faciant: & si quid opus esse judicaverit, prouideat

prouideat juxta ea, quæ in quarta parte Constitutionum, & Regulis habentur.

49. *Ipsius prudentiæ relinquitur, quid hi, aut illi addiscere debeant juxta ætatem & ingenium vniuscujusq; ad majorem gloriam Dei: eos autem quos non esse aptos ad studia inueniet, ab illis remouere poterit.*

50. *In addiscendis disciplinis ordinem seruari faciat: efficietque, vt prius Scholastici in lingua Latina solidum jaciant fundamentum, quàm ad alia majora studia transeant: curabit verò humaniorum literarum studia magni fieri, & eorum, qui eas profitentur, peculiarem curam haberi: & ne in his Professores idonei desint, illorum seminaria & instituet, & conseruabit.*

51. *Aliarum linguarum studium valdè commendatum habeat. Hebraicæ verò ijs tantum concedat, qui in Theologia facultate, mediocriter eruditi jam sint, aut certè tam humiles, vt sperandum merito sit, hoc studium sine illorum detrimento vtile valdè futurum.*

52. *Designet aliquos, qui & probatæ virtutis in primis sint, & ingenio polleant, vt absolutis studijs Philosophiæ, & Theologiæ ad ea repetenda priuatum, & quietum studium habeant & positiuæ, ac S. Scripturæ se dedant: quo etiam tempore in disputationibus publicis rationem suorum studiorum reddant, vt eas facultates priuatim, vel publicè ad suam, vel aliorum vtilitatem profiteri possint.*

53. *Diligenter studeat, vt Præceptores Philosophiæ, cum magno delectu eos Aristotelis interpretes legant, qui contra Christiana dogmata impiè scripserunt, & ita Philosophiam interpretentur, vt Theologiæ scholasticæ, quam nobis commendant Constitutiones, subseruire faciant.*

54. *Cum opinionum nouitas vel diuersitas non modò finem ipsum, quem Societas ad Dei gloriam propositum habet, impedire possit, sed etiam ipsum Societatis statum maximè labefactare: necesse est ingeniorum licentiam in opinionibus vel introducendis vel sectandis, omnibus certa aliqua lege coërcere. Quare diligentissimè curent Prouinciales juxta mentrm Constitutionum ea exactè ab omnibus nostris, & præcipuè à Professoribus obseruari, quæ in ratione studiorum præcipiuntur.*

CAP. VI.

55. *Curet, vt ij, qui propensum animum habent ad aliquam facultatem, in qua possunt insignes euadere, in ea diutiùs versentur, habita tamen spiritualis profectus ratione, & de talibus Generalem admoneat.*

56. *Qui propter ætatem provectiorem, aut alias causas in facultatibus Superioribus & Scholasticis studijs progressum facere non possunt, curabit, ne in illis tempus insumant, sed casibus conscentiæ discendis dent operam, sintque semper aliqui ex nostris, qui huic studio diligenter incumbant, vt Societas copiam habere possit operariorum, qui confessionibus audiendis sint idonei.*

57. *In singulis domibus, & Collegijs aliquem constituat, qui in casibus conscientiæ benè versatus sit, vt difficultatibus domi, & foris occurrentibus satisfacere possit.*

58. *Comœdias, & Tragœdias rarissimè agi permittat, & non nisi Latinas, ac decentes, & priùs aut ipse eas examinandas committat: eas verò, atque alias id genus actiones in Ecclesia fieri omnino prohibeat.*

59. *Sub finem studiorum Generalem de vniuscujusque talento admoneat, & quantum singuli profecerint, ei referat.*

60. *Curet, vt nullus ex nostris librum aliquem ex vna in alteram linguam transferat, aut imprimat: absque Præpositi generalis facultate.*

De Promovendis ad Ordines, & Gradus LITERARIOS. CAP. VII.

61. *Potest per se, vel per alios præsentare ex nostris eos, quos idoneos iuxta institutionem à Generali traditam censuerit, ad ordines Ecclesiasticos recipiendos.*

62. *Quamvis in actibus Scholasticorum communibus exercendi sunt nostri juxta Constitutiones: nullus tamen ad Philosophiæ, vel Theologiæ gradus, etiamsi idoneus sit, promoueatur sine Præpositi Generalis facultate.*

63. *Cum nostri de Generalis facultate in Vniuersitatibus Societatis promouendi sunt ad gradus literarios, si qua in re necessaria ad promotionem erit dispensandum (quod rarissimè faciendum est, ne huiusmodi gradus veniant in contemptum) vbi id fecerit, tam de persona quàm causa dispensandi admoueat Generalem.*

64. *Et si Doctoratus, & Magisterii gradus juxta Constitutiones prædicto modo nostri accipere possunt, nomine tamen Doctoris, vel Magistri ratione gradus, inter se non vtantur.*

De Promovendis in Professos, & Coadjutores Formatos, ac Scholares. CAP. VIII.

65. *Potest admittere post biennium ad vota simplicia Scholasticorum approbatorum, & Coadjutorum non formatorum, quos in Domino idoneos judicauerit juxta Regulas & Constitutiones.*

66. *Curet autem, vt quam primùm aliquis biennium Novitiatus expleuerit (nisi iusta de causa differendus videretur) peractis ijs,*

quæ in examine habentur, hæc vota in sacro antequam communicet, emittat coram aliquibus domesticis tantum, non tamen inter eos, qui tunc fortè vota renouarent, etiam si ea priùs ex devotione edidisset.

67. *Si quos, vt indifferentes admiserit (quod rarò fieri debet) potest eos applicare ad gradum Coadjutorum, vel Scholasticorum, sicut magis in Domino conuenire judicabit. In hac verò classe indifferentium vltra tempus biennij probationis nemo maneat.*

68. *Scholastici simulatque Superiorum arbitrio studia absoluerint, tertium probationis annum in Domibus Probationum, peragant: quòd si commodè fieri non possint in Domibus Professorum, vel in Collegijs probari eos faciat juxta Regulas nouitiatus.*

69. *Finita visitatione consideret, qui sint idonei in sua Prouincia, vt in Coadjutores formatos spirituales, vel temporales, aut in Professos juxta Constitutiones, & instructionem à Generali traditam admitti possint, & secundum eandem accuratè Generalem informari curet.*

70. *Antequam admittat eos, qui cum Generalis facultate professionem, vel vota Coadiutorum formatorum emissuri sunt, ea seruari curet, quæ ab ipsis erunt facienda: ejusmodi sunt, dispositio bonorum temporalium, si quæ adhuc habuerint, exercitia spiritualia, confessio generalis, & alia, quæ in Constitutionibus, & Decretis congregationum dicuntur, in professione etiam & ijs votis emittendis seruetur, & ut publicè fiant, & in cæteris omnibus quæ constitutiones præscribunt.*

71. *Qui professionem fecerint, etiam trium votorum, emittant vota illa simplicia, quæ post professionem emittenda sunt, idque juxta formulam primæ congregationis, vt à tertia recognita est: & doctrinam Christianam tam ipsi, quàm Coadjutores formati spirituales per quadraginta dies intra annum doceant.*

72. *Habeat librum, in quo eorum nomina scribantur, qui vota solemnia, vel simplicia post biennium in Domibus, vel Collegijs suæ prouinciæ emittunt, juxta ordinem Præpositis Domorum, & Rectoribus traditum.*

73. *Cum aliqui professionem, vel vota Coadiutorum formatorum fecerint, exempla huiusmodi votorum, & aliorum quinque, quæ professi post emissam professionem faciunt, nomine ipsorum subscripta, ad Generalem quàm primùm transmittat.*

74. *Constituat iuxta Constitutiones, vt professi, & Coadiutores spirituales formati suæ prouinciæ in Domibus Professis, quantum fieri potest, commorentur.*

De Rebus COLLEGIORVM & DOMORVM. CAP. IX.

75. *ÆDificia conseruari, & si opus erit, instaurari curet: quòd si quæ ædificanda majoris momenti fuerint, vt esset Templum, dormitorium, vel aliquid hujusmodi, nisi approbante Generali non fiant, ad quem pertinet formam, & modum nostrorum ædificiorum præscribere.*

76. *Redditus, & reliqua stabilia conseruari curet, & an crescant, vel minuantur, intelligat: si quis autẽ huiusmodi bona augere vellet, vel aliquid donare, poterit id admittere: si tamen conditiones aliquæ exigerentur, non nisi approbante Generali, vllam admittat, & eodem modo, quæ dantur Domui professæ accipere, & si quid stabile donatum fuerit, etiam vendere poterit: si tamen domui necessarium pretium non esset, & trecentorum ducatorum valorem excederet, consulat Generalem, vt de eo juxta ipsius præscriptum disponat.*

77. *Cum lites, pro rebus præsertim temporalibus, diligenter nostris fugiendæ sint, non intendat quisquam è nostris omnino litem aliquam absq; consensu Generalis, aut eius, cui expressè suas vices ad hanc rem ille commiserit, nisi in re adeò necessaria, vt eius responsum expectari nequeat, de quo tamen postea ipsum admoneat. Quo circa nitatur Prouincialis primum rem compromissione componere. Nostris autem si lis intendatur, curandum etiam diligenter, nisi de iure nostro manifestè constaret, vt aliqua transactione vel concordia res tota componatur: id si commodè fieri non valeat, poterunt in judicio se defendere, cum Prouincialis potestatem habeat conseruandi & defendendi res Collegiorum etiam in judicio, cum facultate alios substituendi, si id necessarium vel conveniens aliquando fuerit.*

78. *Intelligat, an exempla authentica contractuum maioris momenti, præsertim rerum perpetuarum ad Archiuium, quod est in vrbe penes Præpositum Generalem, missa sint, aliqui mittenda curabit.*

79. *Videat computa inter Superiorem, & Procuratorem transacta, rationemque exigat accepti & expensi, & resolutionem vltimi sui computi summatim scribi faciat, quam ipse subscribet in libro designato: in hoc autem scripto simul constet tam de summa accepti, & expensi ab vltima visitatione, quàm de eo, quod residuum fuerit, vel etiam si quid debiti maneat.*

80. *Visitet bona stabilia extra domum, quæ sine magno incommodo visitari possint, vt videat, num qua instauratione, vel cultura egeant, & quid ad eorum conseruationem opus sit.*

81. *Si*

CAP. X.

81. *Si Domus vel Collegia cum commoda fundatione offerentur, expendat, quid ad commune bonum ex ijs speretur, & an aliquæ conditiones exigantur, & an locus sit salubris, & omnia ad Generalem referat, nihil interim certi promittendo.*

82. *Magnum æs alienum Collegia vel Domos conflare non sinat si solvendo fore probabiliter non speret, habita ratione redditum, & eleemosynarum, quæ ordinariè dari solent: nec in iis plures habitare permittat, quàm ali possint.*

83. *Quando contribuendum erit ad sumptus communes Provinciæ statuat ipse quid cuique Collegio, vel Domui, seruata proportione debita, imponi debeat.*

84. *In vestitus ratione tria observari faciat: Primum, vt honestus ille sit: Alterum, vt ad vsum communem, & approbatum honestorum Sacerdotum ejus loci in quo viuitur accommodatus Tertium, vt professioni paupertatis non repugnet.*

85. *Habitationem, officinas, vestes & reliquam supellectilem, omnia deniq; diligenter inspiciat: nec necessaria deesse, aut superflua expendi permittat: & rerum mobilium inventarium conferri faciat cum inventario in præcedenti visitatione, vel Prouinciali subscripto. Obseruet etiam quæ teneatur œconomiæ ratio.*

CAP. X. De iis, qui Bonis suis nondum se abdicarunt.

86. NOn permittat nostros abdicare se possessione bonorum „ suorum, nisi quos constantes, & stabiles „ in sua vocatione cognouerit, atq; in ea re „ maturo semper consilio procedat.

87. Non sinat pactiones inire nostros „ cum parentibus suis, & quibuscunq; aliis „ de legitima parte, & aliis bonis ad se per„ tinentibus, nisi illi prius admoneantur, „ Societatem ipsam ad ea bona nullum jus „ habere, & Generalis de tota re prius in„ formetur.

„ 88. Cum quis ex nostris est dispositu„ rus de bonis suis in auxilium Societatis, „ admoneatur Generalis de eorum valore, „ & de animo relinquentis, & necessitate „ etiam Domorum, & Collegiorum Pro„ vinciæ, si in ea huiusmodi bona sint.

„ 89. Si aliqua bona applicabuntur So„ cietati cum facultate Generalis, magno„ pere curet Provincialis vt cum ædifica„ tione, & charitate, & non cum rigore „ exigantur, potiusque per Procuratores „ externos, quàm per nostros: expediet „ quoque, vt ex his eleemosynæ aliquæ in „ pauperes ejus oppidi, vbi sunt bona, di„ stribuantur: & ratio dati, & accepti ta„ lium bonorum scripto constet, vt ipse „ aut superior illius Domus, vel Collegii, „ cui applicata fuerunt, eam reddere possit „ ei qui à Generali fuerit designatus.

„ 90. Non ferat, nostros quicquam pe„ tere à parentibus, cognatis, vel amicis: „ sed omnia eis necessaria à Societate pro„ videantur: intelligatque etiam si quibus„ dam ad tempus proprietas bonorum „ temporalium permittitur vsum tamen „ eorum ad propriam vtilitatem nulli esse „ concedendum.

CAP. XI. De Modo, quo cum Generali, & aliis Prouinciis, ac externis se habere debeat.

91. OBedientem, reverentem, ac fidelem, se Præposito Gene„ rali exhibeat, & hac re subditis inprimis „ exemplum præbeat: idque potissimum „ curet, vt omnes de suis Superioribus be„ nè sentiant, ejusque peculiari devotione „ afficiantur.

„ 92. Perspecta Generali esse cupiat „ omnia, quæ ad suam Provinciam perti„ nent, eaque per se, & Superiores Domo„ rum, & Collegiorum, & Consultores suæ „ Provinciæ juxta formulam scribendi „ manifestari diligenter curet.

„ 93. Cogitet de communi bono So„ cietatis, illudque juvet, Congregationes „ Provinciales suo tempore juxta formu„ lam traditam cogat: si quis annotaverit „ circa Decreta & Constitutiones, vel „ quid aliud, quod Congregationem gene„ ralem exposcat, Præposito Generali scri„ bat, vel Procuratori tertio quoque anno „ ad eundem venturo tradat.

„ 94. Si occasio se obtulerit juvandi a„ lias Provincias, non desit charitatis offi„ cio, & literarum communicatione juxta „ formulam scribendi, mutuam concor„ diam & charitatem foveat.

„ 95. Benevolos, & devotos conser„ vet, curetque vt benefactoribus se gra„ tos nostri exhibeant si qui autem adver„ santur Societati, studeat, vt melius infor„ mati reconcilientur.

„ 96. Quæ eleemosynę externis paupe„ ribus, sive ordinariæ, sive extraordinariæ „ dari debeant, ipse Superioribus præscri„ bet, auditis Consultoribus, pro Collegii „ vel Domus facultate: Vbi verò habentur „ bona Ecclesiastica, eleemosynas aliquas „ fieri providebit in locis præcipuè, vbi „ hujusmodi redditus percipiuntur.

CAP. XII.

De communi ratione juvandi Proximos.

97. INtelligat, præsertim sub finem studiorum, qui ex nostris, & „ quousque, quibusque rationibus domi, & „ foris externis se communicare debeant: „ quod tamen nisi probatis & in vocatio- „ ne stabilibus, discretis, & benè instructis, „ quique alios ædificare possint, conce- „ dendum erit.

„ 98. Consideret, num Missæ celebren- „ tur, & Sacramenta alia ministrentur jux- „ ta usum Romanæ Ecclesiæ: concionan- „ di etiam, & doctrinæ Christianæ docēdę „ motum obseruet: curetque: vt in his o- „ mnibus nostri vniformes sint, & vt finem „ quem Societas intendit, assequantur. „ Præcipuè verò circa Concionatores in- „ vigilet, ut si quis ex iis ad suas se Regulas „ fortè non accommodaverit, à concio- „ nandi munere amoueatur, & in aliis „ Societatis nostræ ministeriis occupe- „ tur.

„ 99. Videat, num & domibus, in „ Collegiis Concionatores, & Confessa- „ rii ad sua munera idonei sint, & statuat „ pro ratione instituti & loci, quàm fre- „ quenter domi, vel foris concionandum „ vel publicè legendum sit, vel doctrina „ Christiana tradenda: & tempore pestis „ aliqui ab eo designentur, qui separati ab „ aliis, proximis juvandis vacent.

„ 100. Det operam, vt Confessarii ma- „ turioris sint ætatis quantum fieri potest, „ præsertim qui ad confessiones Mulie- „ rum audiendas mittuntur, curetque vt „ nostri gratis, & privilegiis Apostolicis „ prudenter, & moderatè vtantur.

„ 101. In iis locis, in quibus simul Do- „ mus Professorum, & Collegium fuerit, „ Societatis ministeria in domo exercen- „ da curabit: In Collegiis verò ea; quæ „ ad studia literarum, & auxilium spiritua- „ le Scholasticorum pertinent, tractanda „ sunt.

„ 102. Efficiet, vt in festis, quæ à nostris „ præcipuè celebrari solent, ornatus no- „ strarum Ecclesiarum sit moderatus ac „ religiosus, & quoad fieri potest, sine ni- „ mia distractione nostrorum, & molestia „ externorum.

„ 103. Non permittat, vt eum Con- „ gregationibus externorum, quæ Con- „ fraternitates dicuntur, nostri misceant- „ tur, nec in Domibus vel Collegiis vlli „ earum coventus agantur, nisi qui ad fi- „ nem earundem Domorum & Collegio- „ rum in divino obsequio fiant.

„ 104. Si examinandi ministerium ab „ Ordinario injunctum effugere nostri „ nulla ratione possint, quamvis de do- „ ctrinæ sufficientia judicium ferre va- „ leant, illud tamen retineant, ne de „ admittendis vel non admittendis fe- „ rant, sed illud omnino Prælatis relin- „ quatur.

CAP. XIII.

De Missionibus & Mutationibus Nostrorum.

105. PRovincialis non abeat à sua Provincia sine Generalis, „ nec Præpositus, aut Rector à sua Domo, „ vel Collegio, absque Provincialis facul- „ tate, nisi locus esset vicinus, aut sine „ graui incommodo Superioris responsum „ expectari non posset. Reliquorum verò „ mutationes intra Provinciam Prouincia- „ lis ipse ne faciat sine causa alicujus mo- „ menti.

„ 106. In mittendis operariis per Pro- „ vinciam extra Domos, & Collegia, vt in „ vinea Domini laborent, obseruet, quæ in „ Constitutionibus, & Regulis missionum „ dicuntur: videat tamen, ne Domus, & „ Collegia necessariis Ministris destituan- „ tur.

„ 107. Quocunque mittat aliquem, „ eum per se, vel alium plenè instruat, & „ ordinariè in scriptis tam de modo pro- „ cedendi, quàm de mediis, quibus eum „ vti velit ad finem, quem in animo „ habet.

„ 108. Per crebram literarum com- „ municationem juxta formulam scriben- „ di totius successus certior factus ex eo „ loco, vbi ipse commoratur, consilio & „ orationibus, & aliis rationibus eum „ juvabit, vt persona, & negotium postula- „ verit.

„ 109. Optimi quique, & maturio- „ res ad proximos juvandos, quantum „ commode fieri poterit, mittantur: & „ si ei videbitur expedire, alicui Supe- „ riori vicinioris Domus, vel Collegii sub- „ jiciantur.

„ 110. Cum mutari aliquem oporte- „ bit, animaduertat, vt ad eum revocan- „ dum, quoad fieri poterit, iis mediis vta- „ tur, vt ii, à quibus evocatur, potius bene- „ voli omnino maneant, quàm offensi, vel „ malè affecti.

„ 111. Si missum à Superiore, vel à sum- „ mo Pontifice minus vtiliter occupari vi- „ deret, Generalem admoneat.

„ 112. Extra Provinciam suam nemi- nem

CAP. XIV.

„ nem mittat, nec etiam ad laborandum
„ in vinea Domini, nisi negotii alicujus,
„ aut peregrinationis causa, aut nisi ei con-
„ staret de Generalis voluntate, vel con-
„ ueniret cum Provinciali illius Provin-
„ ciæ, ad quam mittere aliquem voluerit:
„ ad Provincias tamen extra Europam, &
„ inter ipsasmet, hæ transmutationes sine
„ facultate Generalis ne fiant.

„ 113. Post cognitam Generalis mor-
„ tem Provincialis neminem ex iis, qui
„ jus suffragii habent ex sua Provincia in
„ aliam mittat ante congregationem Pro-
„ vincialem, nisi causa sit adeò vrgens, vt
„ ipse & major pars consultorum ipsius e-
„ xistimet esse mittendum.

„ 114. Cum peregrè erit nostris profici-
„ scendum, aliquem, cui maximè confidat
„ præficiet, cui toto itineris tempore cæ-
„ teri tanquam Superiori in omnibus obe-
„ diant.

„ 115. Ad retinendam religiosam di-
„ sciplinam, & paupertatis rationem, det
„ operam, vt nostri in profectionibus, quos
„ ipsorum Superiores id præstare posse ju-
„ dicaverint, in toto, vel in parte pedestri
„ itinere vtantur & in equitando solius ne-
„ cessitatis, siue personæ, siue negotiorum
„ ratio habeatur.

„ 116. Expensas itinerum soluere ejus
„ erit Provinciæ, aut Collegii, aut Domus,
„ in cujus bonum & vtilitatem cedit pro-
„ fectio: quod si in ea re dubium esset, ar-
„ bitrio ipsius auditis Consultoribus sta-
„ tuendum relinquitur: si aliquando ta-
„ men inter aliquos Provinciales non con-
„ veniret, recurrant ad Generalem.

„ 117. Quando quis ab vno loco ad
„ alienum transfertur, Superior, ad quem
„ talis mittitur, informandus est, quan-
„ tum ad cognoscendum, & juvandum
„ eum sit satis. Neminem autem ex vno in
„ alium locum ire permittat, sine literis
„ patentibus.

CAP. XIV.

De VISITATIONE.

118. *Singulis annis per se ipsum singula loca suæ Provinciæ visitet, cum hoc sit valdè proprium sui officii, & ibi diutiùs immoretur, vbi magis erit opus, præsertim in loco ad communicationem cum inferioribus & Generali Præposito magis commodo.*

119. *Si quando ob causas graviores visitare omnia loca suæ Provinciæ ipse non posit, re cum suis Consultoribus collata, ad ea, quæ non potest, sibi alium substituat. Quamvis omnino curandum sit, vt Domos probationis & scholasticorum seminaria peculiari cura, & per se visitet.*

120. *Cùm ad Domum, vel Collegium aliquod peruenerit, Superiorem interroget, num aliquid vrgeat, cui statim necessariò sit remedium adhibendum: & Visitationes præteritas petat, deinde omnes simul benignè alloquatur, eosque ad renovationem in spiritu, & studium perfectionis hortetur.*

121. *Incipiat Visitationem à templo, cujus ostio clauso, videat, quomodo custodiatur sanctiss. Eucharistiæ Sacramentum: mox visitet sacrum infirmorum oleum, & sanctorum reliquias, ex quibus nihil vlla ratione auferatur, altaria, sedesque Confessariorum, atq; alia, quæ tam in Templo, quàm in Sacristia ad diuinum cultum pertinent.*

122. *Postea ad visitationem personarum accedat, & curet, vt omnibus benevolum se exhibeat, ne alicujus mentem subeat suspicio, quod ob sinistras aliquas informationes minus hilarem vultum ipsis ostendat.*

123. *Petat à Superiore, & consequenter à Consultoribus & aliquibus Patribus antiquioribus, vel præcipuis Officialibus, vt ea quæ sciunt alicujus momenti de statu Collegii, vel domus, aut de personis referant: quòd si judicaverit expedire, jubere poterit, vt informationes hujusmodi, vel partem earum breuiter scribant, & sibi tradant: scripta autem quæ secretum continent, clausa ipse diligentissimè seruet, caveatque ne minimo quidem indicio eos, qui sibi aliquid referunt, prodat.*

124. *Hujusmodi informationibus acceptis & consideratis, percurrat cum Superiore catalogum personarum domus, vel Collegij, brevemque de singulis ab eo capiat informationem.*

125. *Deinde vocet sigillatim omnes eo ordine qui ei magis convenire videbitur, & singulos seorsum juxta instructionem sequenti capite positam memoriter potiùs, quàm ex scripto interroget, & quæ ad vertenda judicauerit sibi memoriæ causa scribat: quid verò à quoque interrogandum sit, illius prudentiæ relinquitur.*

126. *Hortetur omnes ad veritatem sincerè dicendam, ne ipsis imputetur, si morbi propter eorum silentium incogniti, & latentes curari non possint: admoneatque teneri eos servare sub secreto quicquid cum eo, quod secretum requirit: transegerint licet à quouis alio, qui ipso sit inferior, de ea re interrogentur.*

127. *Non facilè credat; si quæ forsan contra alios, præsertim Superiores dicentur, sed ea notet, & expendat, vt veritatem assequatur: Caveatque, ne dum subditos consolari studet, illi debiliores in obedientia, & reverentia erga suos immediatos Superiores reddantur.*

128. *Si quis divisionis, aut dissensionis*

eorum,qui vnâ viuunt,inter se,vel cum suo capite auctor esse inveniretur, diligentissimè ab ea congregatione, velut pestis, quæ eam potest inficere,si præsens remedium non adhibeatur,separandus est.

129. *Visitatio rerum, aut partium domus, juxta ea,quæ in præcedentibus Regulis, præsertim in 9. capite hujus officii dicta sunt, fieri debet: in qua simul examinandæ sunt Regulæ Officialium,qui ejusmodi rerum curam habent: si quid autem non solùm informationem, sed inspectionem requirat,ipse per se,aut socium id præstabit.*

130. *Summarium Constitutionum,& Regulas communes coram Superiore, Consultoribus,& Ministro examinabit, & si quas non observari intellexerit, consideratis causis remedia adhibebit,vt observari possint. Regulas autem Ministri, Consultorum, & Admonitoris, Concionatorum, & Sacerdotum, itemque præcipuorum Officialium poterit socio, aut alteri coram singulis eorum examinandas committere.*

131. *Provincialis integram rationem totius anteactæ vitæ, juxta Constitutiones ab aliis exigat,qui Societatem ingrediuntur: & ab eo tempore, quo ad studia missi sunt ab ijs, qui illis absolutis ad tertium probationis annum peragendum mittuntur. Quod si id aliquando per se præstare non poterit, substituat ad id ordinariè Superiorem Domus,vel Collegij. Singulis verò annis in quacunque Domo,vel Collegio suæ Provinciæ absoluta rerum domesticarum visitatione, aut in ipso visitationis decursu (si id opportunius in aliquibus fore judicaret) rationem conscientiæ ab omnibus accipiat ab vltima, quam reddiderunt juxta modum inferius præscriptum. Quòd si visitatio circa renouationem votorum inciderit, (quam extra statutum tempus ratione sui aduentus in domum aliquam, vel Collegium,præsertim magnum, per vnum aut alterum mensem prætermittere, aut differre poterit) ipse ad excipiendas confessiones generales nostrorum,aliquos Patres probatos,& maturiores designabit:eosque, qui sibi confiteri volent,benignè audiet.*

132. *Postremum omnium visitet Superiorem Domus, vel Collegij circa ea,quæ ad personam,& officium ejus attinent, iuxta officij eius Regulas,& ea, quæ ex acceptis informationibus collegerit.*

133. *Visitatione cujusque Domus, vel Collegij absoluta, & rebus omnibus perspectis, vt laboris sui fructum capiat, denuò omnia, quæ accepit in visitatione, consideret, & ea, quæ majoris momenti sunt, diligentiùs expendat: quid item clarum, quidque tantum probabile videatur,& de quibus Generalis consulendus est,& quæ cum solo Superiore Domus, vel Collegij, quæ etiam cum Consultoribus, & quæ cum alijs particularibus sint transigenda, diligenter discernat.*

134. *Quæ ad gubernationem spectantia ipsi ordinanda videbuntur hæc vel illa ijs etiam expendenda tradat, quos de vnaquaque re melius judicare posse confidat. Et antequam vltimam executionis manum rebus imponat,omnia in orationibus,& Missarum sacrificijs Deo commendet, vt juxta ipsius divinum beneplacitum dirigantur.*

135. *Postquam autem apud se omnia constituerit ex præteritæ visitationis memoriali, vbi rerum quæ temporariæ sunt, ordinationes scribuntur, eas quæ executioni mandatæ fuerint, expungat. In libro verò,in qua non nisi majoris momenti ordinationes scribendæ erunt, ipse ea tantùm scribet, suaque manu subscribet,quæ cum Generali communicaverit, & ab ipso fuerint approbata.*

Instructio de iis,quæ in VISITATIONE *interroganda sunt.* CAP. XV.

Quæ ad GVBERNATIONEM *pertinent à* SVPERIORIBVS, & CONSVLTORIBVS, & aliis, *quibus videbitur, petenda.*

1. INterroget, si quid gravius in ea Domo,vel Collegio accidisse extra confessionem intellexerit, & quod remedium sit adhibitum.

2. Quomodo serventur Regulæ,quę ad Novitios pertinent.

3. An aliqui, præsertim pueri, aut Mulieres ad vota emittenda inducantur,vel ad consilia alia observanda indiscretè trahantur.

4. An aliquis domi nimis affectus videatur ad consanguineos, vel ad eorum subventionem teneatur.

5. De numero, & sufficientia Confessariorum, & de frequentia, & fructu confitentium.

6. Quomodo literarum studia vigeant,& quàm exactè serventur, quæ de opinionum novitate & diversitate statuta sunt. Et an aliqui videantur finitis jam studiis educendi è Collegiis.

7. An infirmi,hospitalia,carceres,& triremes (vbi essent) visitentur, & adjuventur à nostris.

8. Ex quibus operibus piis juxta nostrum institutum,major fructus percipiatur.

9. De cura in tradendis spiritualibus

„ bus exercitiis, & quam exactè illa fiant.
„ Et de vigilantia in puerorum ac rudium
„ in doctrina Christiana institutione.
„ 10. De modo conversandi juxta ra-
„ tionem,& finem nostri instituti.
„ 11. De Missionibus & earum fructu,
„ & modo procedendi eorum,qui mittun-
„ tur.
„ 12. An aliqui prætextu valetudinis
„ juvandæ à spiritus perfectione degene-
„ rent , & à laboribus nostri instituti ab-
„ horreant,atque ad otium aspirent.
„ 13. An erga nostros infirmos,& ho-
„ spites debita Societatis charitas, & cura
„ exerceatur.
„ 14. An aliqua ambitionis & proprie-
„ tatis indicia in aliquo appareant.
„ 15. Quæ eleemosynæ externis pau-
„ peribus dentur.

Quæ ab omnibus peti possunt.

16. QVomodo valeat corpore, & viribus , & quomodo ei
„ conveniat ratio victus,vestitus,cubiculi,
„ & exercitationis corporalis,qua vtitur.
„ 17. Si quid dubitationis,aut difficul-
„ tatis , si quid etiam ad suam consolatio-
„ nem, instructionem , aut profectum fore
„ putat,confidenter proponat.
„ 18. Quod ad alios attinet , interro-
„ getur , quomodo tractetur à suis Supe-
„ rioribus , & quid sentiat de illis, tam de
„ personis , quàm de officiis eorum.
„ 19. An aliquis Superior impedierit
„ libertatem subditorum scribendi ad Su-
„ periores mediatos , aut quouis modo si-
„ gnificauerit,sibi non placere,vt nostri de
„ ipso , aut ejus gubernatione , ad eosdem
„ scribant.
„ 20. An noverit extra confessionem
„ aliquid de quauis persona , quod non ei
„ probetur, vt de inobedientia,murmura-
„ tione,conspirationibus,præsertim contra
„ Superiores , & si quid parum honestum,
„ & incautum in familiaritate nimia cum
„ aliqua persona accidisset , vel contra de
„ dissensione.
„ 21. Quomodo seruentur Domi Con-
„ stitutiones,Decreta,Regulæ,communis
„ ordo, & ordinationes, quæ à Præposito
„ Generali, & aliis Superioribus emanant.
„ 22. Quomodo exerceantur Mini-
„ steria Societatis erga externos,quod ad
„ modum,& fructum attinet.
„ 23. Quis sit profectus nostrorum in
„ rebus spiritualibus , & quod omnium
„ in solidis virtutibus acquirendis stu-
„ dium.
„ 24. Si de iis etiam, quę pertinent ad
„ alias Domus,& Collegia totius Provin-
„ cię aliquid habet,quod alicujus momen-
„ ti videatur,liberè proponat.

Pro SCHOLASTICIS *addatur.*

25. QVid ingenii , memoriæ, vi-
rium, & propensionis ad li-
„ teras in se experiatur.
„ 26. An occupatione exteriore , vel
„ studiis removeatur, vel distrahatur à re-
„ bus spiritualibus.
„ 27. An habeat libros necessarios , &
„ an scribat,legat,disputet.
„ 28. De suo profectu in literis quid
„ sentiat.
„ 29. An omnia experimenta Socie-
„ tatis fecerit, & quo fructu.

Pro iis , qui in Probatione *versantur.*

30. AN firmus sit in proposito vi-
vendi,& moriendi in Socie-
„ tate.
„ 31. An sit indifferens ad quemlibet
„ gradum,Ministeria,& exercitia Societa-
„ tis,provt obedientia constituerit.
„ 32. An exercitia spiritualia , vel ali-
„ qua alia experimenta fecerit , & in qui-
„ bus plus profecerit , & alia , si videbitur,
„ ex Examine.

Modus accipiendæ rationis Conscientiæ.

QVod in summario Constitutionum, præscribitur de manifestanda conscientia, id magni momenti ad Dei gloriam & Societatis nostræ bonum Pater noster sanctæ memoriæ Ignatius existimauit : quare , vt omni diligentia & animi sinceritate seruetur : Provinciali curandum erit. Et cum quisque dixerit , quæ dicere voluerit, juxta instructionem datam , poterit Provincialis , si qua existimauerit amplius interroganda , id etiam facere : quamvis , quæ hominem pudore multum afficerent , ea extra confessionem interroganda non essent. Nec à singulis singula petet , sed prudenter & circumspectè pro ratione personarum. Denique eam suauitatem teneat , vt illa omnia non tanquam judex exigere, sed vt benignus parens ob subditi consolationem cognoscere velle videatur.

REGVLÆ

REGVLÆ PRÆPOSITI DOMVS PROFESSÆ.

De iis,

QVÆ AD EIVS PERSONAM, ET TOTIVS DOMVS administrationem pertinent ; Quæ pluribus Capitibus *continentur.*

CAP. I.

OMni ſtudio enitatur, vt talis ſit, qualis optatur Rector in noſtris conſtitutionibus, atque eò magis, quod illis præſit, quos viros ſpirituales ; & perfectionis ſtudioſos eſſe oportet.

2. Primam officii ſui curam in eo poſitam eſſe intelligat, vt oratione, & ſanctis deſideriis totam domum velut humeris ſuis, ſuſtineat, & quæcunque in iis, quibus præeſt, ad ipſorum, aliorumq; ædificationem, juxta inſtituti noſtri rationem, optare debet, prius in ſeipſo præſtare ſtudeat.

3. Communes Regulas ipſe ſeruet, & particularia in cibo, indumentis & aliarum rerum vſu quantum fieri poteſt, vitet : familiaritate, atque indulgentia cum quibuſdam, alios ne offendat.

4. Intra annum, poſtquam officium Præpoſiti prima vice inierit, quadraginta diebus Chriſtianam doctrinam eo modo, quo in ſecunda Congregatione de Rectore expoſitum eſt, legat, aut doceat : ſed ex cauſa per alium id munus cum facultate Provincialis obire poterit.

5. Conſuetudines receptas, & à Generali, vel Prouinciali approbatas ſeruet, ac ſeruari faciat : ſi tamen aliqua alia à Præcedenti Præpoſito inducta fuerit, non mutet inconſulto Provinciali : ipſe verò, niſi ſuo Superiore approbante, nullam introducat.

6. Eos, qui domeſtica obeunt Miniſteria [exceptis quibuſdam, quorum electio ad Provincialem pertinet] prudenter conſtituat, ſuas cuique Regulas tradat, aliquando viſitet, & prout in Domino conuenire judicabit, vel in eiſdem Miniſteriis detineat, vel ab eis remoueat. Quia verò officia quædam, vt benè fiant, experientiam requirunt, qui ad ea idonei inueniuntur, non facilè mutari debebunt.

7. Vt proſpicere Officialibus de ſubſidio, ſi neceſſarium id fuerit, ne labore graventur, debebit : ita cum tempus vacuum illis fuerit, vt illud Vtiliter impendant divino ſeruitio, curabit.

8. Et ſi poteſtatem habet deſignandi Confeſſarios ſuis ſubditis, ordinarium tamen Confeſſarium Domus non confeſſarios ſuis ſubditis, ordinarium tamen Confeſſarium Domus non conſtituet ſine approbatione Provincialis.

9. Quamvis in virtute obedientiæ jubere poſſit, non niſi rariſſimè, & ex gravi ac vrgenti cauſa id faciat.

10. Ordinarias tantum pœnitentias imponat, quales ſunt parva menſa, publica reprehenſio, concluſio in circulo, edere ſub menſa, oſculari aliorum pedes, orare in refectorio, dicere culpam ſuam, ſubtractio cibi vſq; ad panem, & aquam, ſi res poſtulaverit, diſciplina publica in refectorio, & alia exercitia humilia, & domeſtica.

11. Sicut ad Præpoſitum pertinet diſpenſare in Regulis, & Conſtitutionibus, & decretis Congregationum generalium cum particularibus, quando neceſſe erit : ſic & cum diſpenſauerit in rebus majoris momenti, quæ videntur vrgere, & in quibus ſine graui incommodo Provincials reſponſum expectari non poteſt, cum primò quoque tempore de hujuſmodi diſpenſatione, ac ejus cauſa admonere.

12. Nomina eorum, qui vota ſolemnia,

„mnia, vel ſimplicia emiſerunt, in libro „ad hoc parato notentur, in Profeſſis „quidem, & Coadjutoribus formatis cum „nominibus admittendum, in reliquis ve„rò poſt biennium cum nominibus cele„brantium, adnotato loco, & tempore, „juxta Conſtitutiones.

13. Quas habeat facultates partim ex „ijs, quæ ipſi in his Regulis concedun„tur, partim ex compendio facultatum „Societatis intelligat, ut in ijs, quas „non habet, ſciat ad Superiorem re„currere.

De ijs, quæ PRÆPOSITVM *ad bonam Adminiſtrationem juvabunt.*

Cap. II. 14. *SIt ſolicitus, ne Miniſter, & reliqui Officiales ſuo deſint officio, omiſſis alijs, quæ poſſent impedire.*

15. *Singulis vel ſaltem alternis hebdomadis cum ſuis Conſultoribus conveniat, (niſi pro re nata aliquid extraordinarie eſſet conſultandum) deque rebus majoris momenti, quæ pro temporum, & negotiorum varietate occurrunt, cum illis agat: quanquam ijs auditis, penes ipſum erit de ſingulis ſtatuendi facultas.*

16. *Conſultores, alioſque omnes, cum ei aliquid proponunt: libenter, & benignè excipiat, & præcipuè eum, cui Monitoris officium commiſſum eſt: efficiatque, ut in ſua Domo, quæ in formula ſcribendi præſcripta ſunt, ſerventur.*

17. *Habeat librum, in quo ſcribantur viſitationes Domus à Generali approbata: in quo etiam ordinationes aliæ alicujus momenti, quæ à Generali mittuntur: & quæ perpetuæ fuerint, ab ijs, quæ temporariæ ſunt, ſeparatim notentur: alia verò, quæ viſitator, & Provincialis præſcripſerint: in alio libro ſcribantur.*

18. *Inſtitutum Societatis cognoſcat ex lectione literarum Apoſtolicarum, Conſtitutionum, Decretorum generalium Congregationum: magis autem particularia ex lectione Regularum tam communionum, quàm officij ſui, & aliorum, qui ſub ipſius cura fuit, ac Provincialis, & compendij facultatum Societatis, atque ex obſervatione conſuetudinum receptarum, ac demum ex recurſu ad Superiorem in ijs, de quibus dubitabit.*

19. *Libellum habeat, in quem referat quæcunque ſibi ad bonum Domum ſtatum ſubinde occurrent, ne memoria excidant, præcipuè illa, de quibus ad Generalem, vel Provincialem ſcribendum putat.*

20. *Pro occurrentibus neceſſitatibus communibus, & privatis, Miſſas, & orationes ſuorum (moderatè tamen) juxta conſuetudinem Societatis applicare poterit.*

De Cura *Noſtrorum* in Spiritu.

Cap. III. 21. *CVret, ut unicuique in ſuo officio integram obedientiam cæteri præſtent, & officiales Miniſtro, & ſibi etiam omnes: ſtudeatque eiſdem exemplo obedientiæ præire, quem ipſe ſuis Superioribus, quos Chriſti loco habet, præſtare debet.*

22. *Det operam, ut Conſtitutiones, & Regulæ obſerventur: omnibus domeſticis cum omni ſolicitudine invigilet, eoſdemque ab iis, quæ nocere poſſint domi: & foris defendat, cum præveniendo, tum etiam, ſi quid mali acciderit: remedium adhibendo.*

23. *Efficiat, ut ſibi, vel alijs ab ipſo deputatis ſtatis temporibus ratio conſcientiæ reddatur, juxta modum, qui in officio Provincialis præſcribitur, & inſtructionem reddendam conſcientiæ rationem, à Profeſſis quidem, & Coadiutoribus formatis ſemel in anno, ab alijs verò bis: & aliquos præterea maturiores Patres aſſignet, qui eorum confeſſiones generales excipiant, niſi Provincialis tunc adſit.*

24. *Meminerit, ut Scholaſtici, ſi qui erunt, & Coadiutores non formati, bis ſingulis annis circa feſta circumciſionis Domini noſtri, & Apoſtolorum Petri & Pauli vota ſua renovent, præmiſſis ijs, que fieri ſolent.*

25. *Singulis, vel alternis diebus Veneris exhortationem noſtris vel ipſe faciat, vel aliquis alius, qui rationem noſtri inſtituti benè teneat, in qua agatur de obſervatione Conſtitutionum, & Regularum, de fraterna charitate, humilitate, patientia, mortificatione, & alijs virtutibus, præſertim de obedientia: tametſi exhortationis loco ſpiritualis collatio eiſdem de rebus aliquando haberi poteſt.*

26. *Crebrò, & magna charitatis ſignificatione alloquatur ſubditos, eorumque neceſſitatibus non corporis tantum, ſed multò etiam magis animæ, paterno affectu proſpiciat. Si quem verò intelligat aliqua tentatione pulſari, præſertim gravi, ejus peculiarem curam & ſolicitudinem non ſolùm per ſe, ſed etiam, ſi neceſſe fuerit, per alios gerat: nec remedium longiùs differendo, difficiliorem morbi curationem reddat.*

27. *In correctionibus, & pœnitentijs injungendis rationem habebit diſpoſitionis perſonarum, & ædificationis univerſalis, & particularis earum, ad gloriam Dei.*

28. *Niſi prudentia rebus particularibus*

adhibita aliter procedendum dictaverit, illud in correctionibus observet, ut ij, qui peccant, primò in charitate, & dulcedine admoneantur: secundò in charitate quidem, sed eo tamen modo, ut eis confusio, & rubor injiciatur: tertiò amori, ea quæ timorem incutiant, si opus erit, adjiciantur.

29. *De publicis defectibus, publica debet esse pœnitentia, ijs tantum, quæ ad omnium ædificationem faciunt, declaratis.*

30. *Poterit mittere interdum aliquem ex suis, ut ostiatim petat eleemosynam, aut ut inserviat hospitali, aut comitetur emptorem, aut in plateis concionetur, Christianamve doctrinam doceat, prout magis in Domino expedire videbitur, habita ratione ædificatione & spiritualis utilitatis nostrorum.*

31. *Delegare poterit Confessario, vel alijs vices suas, ut eas pœnitentias approbent vel improbent, quas ad majores sui spiritus profectum, assumere quisque volet. Et, ut nostris, qui Sacerdotes non sunt, facultatem dare possint frequentius quàm octavo quoque die communicandi, quos ea ratione magis in spiritu juvari in Domino judicaverint.*

32. *In danda facultate jejunandi, sicut & in alijs pœnitentijs concedendis, videat, ne mensuram rectæ rationis excedat: detque operam, ut omnes intelligant, ad singularitatem non pertinere, si quis jejunet alijs non jejunantibus, dummodo ordinaria consuetudo jejunandi, quæ juxta Constitutiones non sit non introducatur.*

33. *Vnio, & conformitas mutua diligentissimè curanda est, nec ferenda inter ullos domesticorum perturbatio, vel ira mutua: si quid autem hujusmodi accideret, curet, ut statim cum satisfactione debita in gratiam invicem redeant.*

34. *Tam ipse, quàm omnes alij Sacerdotes, qui ei videbuntur, juxta Constitutiones, aliquando intra annum officium, vel officia eorum, qui domi inserviunt, ad tempus aliquod obibunt.*

35. *Videat scripta, & literas omnes, quæ scribuntur ad domesticos, & quas ipsi alijs scribunt, aut aliquem virum fidelem, & qui donum discretionis habeat, domi constituat, qui eas lectas reddat, aut non reddat, prout in Domino magis expedire judicabit, sibique referat, si quid invenerit, quod tanti momenti sit, ut de eo Superior monendus videatur. Res autem vanas, aut qua alia ratione offendere possint, neminem scribere permittat: nec sigillum quenquam habere sinat sine Provincialis facultate.*

36. *Non sint domi arma, nec instrumenta musica, nec libri lascivi, aut vani, nec novæ ullæ recreationes introducantur.*

De Auxilio ANIMARVM.

37. *MEminerit hoc pertinere ad scopum totius Societatis, ut ad animarum salutem, & perfectionem cum divina gratia promovendam incumbat, & nostri instituti puritatem in Domibus professis præcipuè elucescere debere, quæ non tam circa media ad hunc finem præparanda (quemadmodum Collegia) quàm circa finem ipsum & usum mediorum ad eum conferentium versantur.* Cap. IV.

38. *Videat, an nostri zelum habeant animarum, & an strenuè, ac diligenter earum salutem procurent, ut ij solent, quos sanctus Dei amor impellit, nec solùm immoderatos pro ratione virium labores suscipi non sinat, sed multo etiam minus in proximis juvandis negligentiam coleret.*

39. *Proponatur populo assiduè in Ecclesia verbum Dei in prædicationibus, & sacræ Scripturæ vel doctrinæ Christianæ lectionibus, quod etiam in alijs Ecclesijs, plateis, & locis præstari potest, quando ad majorem Dei gloriam conferre videbitur: nominatim verò puerorum, ac rudium personarum in Christianismo institutionem tanquam proprium nostræ vocationis Ministerium valdè commendatum habeat: intelligatque Christianam doctrinam cancndo doceri posse, ubi ad majorem ædificationem id fore observabitur. Modus autem sive id canendo, sive secus fiat, pro locorum ratione ad ædificationem & majorem utilitatem exigatur.*

40. *Procuret diligenter nec desint designati Confessarij, qui domi in administratione Sacramentarum confessionis & communionis cum fructu exerceantur: quique extra domum ægrotorum confessiones audire, morientibus opem ferre, & eos, qui in carceribus, & hospitibus inveniuntur, visitare, & consolari possint, & reliquis pietatis operibus, quæ in literis Apostolicis instituti nostri, & constitutionibus proponuntur, incumbere: sed hæc omnia ipse juxta ordinem à Provinciali præscriptum exequatur, qui pro ratione loci, & copia nostrorum metietur, quantum in hujusmodi rebus operæ sit ponendum.* Cap. V.

41. *Curet, ut nostri in spiritualibus exercitijs tradendis accuratè exerceantur, postquam ea in se fuerint experti: nullus tamen deberet ea tradere, nisi prudentia, ac rerum spiritualium usu satis probatus esset.*

42. *Si operariorum copia suppetet, poterit suos mittere ad alia loca vicina habito consensu Provincialis, ne similibus operibus charitatis functi, domum, constituto tempore redeant.*

43. *Non permittat eodem tempore omnes Sacerdotes abesse, sed semper domi, aut in Ecclesia aliqui maneant, qui occurrentibus necessitatibus proximorum satisfacere possint.*

44. *Cum quis prædicationi, lectioni sacræ, aut confessionibus audiendis vocat, provideat, ne studij tempus, aliave necessaria illi desint.*

45. *Si quis ad Sacros ordines promovendus, aut in Confessarium, vel concionatorem esse eligendus videbitur, Provincialem admoneat.*

46. *Si quem ex ijs, qui in Ecclesia nostra assidué ad Sacramenta accedunt, intelligeret vitæ suæ exemplo alios offendere, quantum in ipso est, remedium per confessarium, vel aliquem alium convenienti ratione adhibere curet.*

47. *Non permittat, ut nostri curam Mulierum religiosarum, & aliarum quarumcunque suscipiant, ut ordinariè illarum confessiones audiant vel ipsas regant: quamvis nihil repugnet aliquando apud eas concionari, aut semel unius Monasterij confessiones speciales ob causas audire, quod tamen non fiet, nisi postulent ij, qui eis præsunt.*

48. *Et si proprium Præpositi officium est, Domum sibi commissam diligenter, ac fideliter gubernare, neque is propter aliud quidquam huic muneri deesse debet: si quando tamen per officij sui occupationes licebit, & concionari, & confessiones audire, & alia Societatis ministeria exercere poterit, ac debebit.*

De Ordine Domestico.

Cap. V.

49. *Quotidiè post orationem matutinam fiat sacrum, cui intersint omnes, qui Sacerdotes non sunt: nisi aliquibus propter peculiares causas aliud tempus ad sacrum audiendum concessum sit.*

50. *Tempore orationi, & examini assignato, si aliquis, qui observet, num omnes ijs vacent, quod & Minister ipse aliquando faciat, & Præpositus huic rei diligenter invigilet.*

51. *Syndicum domi constituat, ubi Ministri aut Subministri opera ad id non vteretur, cujus officium erit observare in omnibus quod ad honestatem, & decentiam externam pertinet, Ecclesiam, & domum in locis publicis perlustrando, & si quid, quod non conveniat, annotaverit, Superiori referendo.*

52. *A posteriore prandij signo ad cœnam, octo ut minimum horæ intersint; aliquid verò amplius usque ad refectiunculam vespertinam diebus Veneris, & jejuniorum juxta morem Regionis, à tempore autem, quo se nostri cubitum receperunt usque ad signum, quo excitantur, septem.*

53. *Benedictio, & gratiarum actio in refectorio juxta usum breviarij Romani in prima mensa fiant: in secunda verò & privata, teneri possunt antiqua benedictio, & gratiarum actio, quæ à singulis submisse, & stando fieri debent.*

54. *In mensa Sacerdotes præcedant alios ad eum gradum non promotos: sed nec inter Sacerdotes, nec inter eos, qui Sacerdotes non sunt, ullus ordo constituatur.*

55. *Si aliqua de causa Præpositus primæ mensæ adesse non poterit, curet, ut Minister adsit.*

56. *A prandio & à cœna hora una: diebus autem Veneris post collationem vespertinam dimidia recreationi religiosè impendantur, idque in uno loco, si commodè fieri poterit: sed neque extra hujusmodi horas labores nimiùm continuari, sine aliqua convenienti relaxatione, sinat.*

57. *Conferentiæ casuum conscientiæ bis singulis hebdomadis habeantur, quibus Sacerdotes omnes, qui commodè poterunt, interesse debent: Præside docto aliquo, qui ea, de quibus agetur, luculentiùs explicare, ac definire possit.*

De ijs, quæ pertinent ad Res Temporales.

Cap. VI.

58. MAgno, & constanti animo speret à divina bonitate suæ Domui subsidia temporalia adijcienda, si & nostri ad quærendum Dei Regnum sibi, & proximis seriò incumbant, & ipse ratione indigentiæ, instituti nostri integritatem violari numquam permittat.

59. Habeat procuratorem, qui eleemosynas petat, cui alios ad eam rem substituere poterit, si necessarium judicabit, ita tamen, ut quam pauciſſimi in mendicando occupentur.

60. Singulis mensibus à Procuratore rationem accepti, & expensi præsente Ministro exigat, ut totius Domus administrationis ratio ipsi constet, eamq; reddere possit cui, & quando per Superiorem constituetur: caveat autem, ne Dominus alieno ære gravetur.

61. In ijs, quæ ad rationem victus, &

„ aliarum rerum vitæ neceſſarium, aut con-
„ venientium ſpectant, quamvis curandum
„ eſt, ut communis illa ſit, & valetudini
„ noſtrorum accomodata: habenda ta-
„ men ſemper eſt ratio humilitatis, pau-
„ pertatis, ac ſpiritualibus ædificationis in
„ Domino.

62. Vt curare debet, ne ij, qui in
„ vinea Domini magno cum proximorum
„ fructu ſe exercent, neceſſario ſubſidio
„ privati majora bona relinquere cogan-
„ tur, neve morbo, aut ætate debiles mi-
„ niſterio fraternæ charitatis deſtituan-
„ tur: ita ijs, qui neutra ratione alio-
„ rum indigent opera, adjutores aſſignare
„ non debet.

63. Ægrotorum verò cura habeatur
„ magna, & obſervetur diligenter tam in
„ victus ratione, quàm in cæteris quod
„ Medicus præſcripſerit.

64. Si cui particulari quidpiam ab
„ externo aliquo mittatur, id in com-
„ munem uſum accipiatur, ac diſpenſetur.

65. Caveat, ne Domus ipſa, aliquisve
„ Profeſſorum, aut Coadjutorum redditi-
„ bus Collegiorum, præterquam in rebus
„ minimis utatur.

66. Si quid ſtabile donatum, legatum-
„ ve Domui fuerit, Provincialem admo-
„ neat, ut quam primùm vendatur, &
„ pretium in uſus neceſſarios juxta il-
„ lius judicium expendatur: temporis ta-
„ men opportunitas ad vendendum non
„ excludenda.

67. Lites forenſes fugiat, nec ul-
„ lam inconſulto Provinciali intentet, nec
„ intentæ reſpondeat, niſi cogatur.

68. Si bona alicujus ex noſtris diſtri-
„ buenda eſſent, ſi ineundi contractus, ſi
„ fabrica alicujus momenti, & expenſæ
„ extraordinariæ faciendæ, aut ſi bona
„ offerantur cum aliqua obligatione, rem
„ ad Provincialem deferat.

69. Depoſitum pecuniæ nullum pror-
„ ſus admittat: aliarum verò rerum non
„ niſi cautiſſimè, dummodo ſint eorum,
quibus multum debeamus, aut alioqui id
„ officij ſine magna offenſione, denegari
„ non poſſit.

70. Neminem ex noſtris in cauſis ci-
„ vilibus, nedum criminalibus examinari
„ (niſi, qui ad peccatum obligare poteſt,
„ compelleret) permittat abſque licentia,
„ quam minimè dabit, niſi in cauſis, quæ
„ ad Religionem Catholicam pertinent,
„ aut alioqui piæ ſint, & ita uni fa-
„ veant, ut non in alterius detrimentum
„ cedant.

71. Nullum domi jumentum equi-
„ tandi cauſa ad uſum alicujus de ipſa
„ Societate ordinariè habeatur, niſi aut
„ propter continenter infirmam alicujus
„ valetudinem, aut propter publica nego-
„ tia, id neceſſarium, & urgens iudicaret
„ Generalis.

De Communicatione cum Externis *& Gratitudine erga* Fundatores & Benefactores.

72. MVlieres inviſere, aut ad eas Cap. VII.
ſcribere, niſi in neceſſitate,
„ aut cum ſpe magni fructus, noſtros non
„ ſinat, nec hoc quidem permittat, ni-
„ ſi viris valdè probatis, & prudenti-
„ bus.

73. Non permittat fœminas domum
„ noſtram ingredi.

74. Curet, ne primarios viros in-
„ viſere noſtri conſueſcant, niſi ſancto ſtu-
„ dio piorum operum ducerentur, vel
„ quando intima benevolentia in Domi-
„ no conjuncti eſſent.

75. Non ſinat offerri munuſcula, quæ
„ Magnatibus ad res majores obtinendas
„ offerri ſolent.

76. Non permittat, ut noſtri cibum
„ capiant apud externos: aut ab eis, cùm
„ ægrotant, viſitentur, niſi cauſa non le-
„ vis momenti ad id concedendum move-
„ ret, quam eandem eſſe oportebit: ſi
„ quando externus aliquis, ad menſam
„ præſertim refectorij, invitandus vide-
„ retur.

77. Amicos conſervare, & eos, qui
„ malè erga nos affecti ſunt, præcipuè ſi
„ homines ſint non vulgaris auctoritatis,
„ orationibus & rationibus convenienti-
„ bus in amicitiam revocare, aut ſaltem
„ ne adverſarij ſint efficere ſtudeat.

78. Obſervet, quæ erga Fundatores,
„ & Benefactores, tam vivos, quàm mor-
„ tuos obſervanda ſunt, eiſque gratitudi-
„ nem exhibeat, & ſi quam aliam obli-
„ gationem habet ei ſatisfieri curet. Cap. I.

De ijs qui admitti petunt, ad Domum *divertunt, aut* foras *mittuntur.*

79. IN Societatem neminem admittat, Cap.
niſi è Generali, vel Provinciali VIII.

id

„id ipſi committatur, ſed de ijs, qui „admitti petunt, ad Provincialem referat, „vel ſcribat, quales illi ſint, & quibus „donis Dei pręditi.

80. Si is, qui admitti petit, ad in„ſtitutum Societatis valdè idoneus vi„debitur, & neceſſitas urgeret, poterit „eum tanquam hoſpitem domi recipe„re, donec reſponſum à Provinciali ac„cipiat, vel ad eundem mittere, ſi expe„dire judicaverit.

81. Recedentem ſine licentia ab alio „loco Societatis, vel ab ea dimiſſum „non admittat, ſed ſi expedire videa„tur ad Provincialem de eo ſcribat, & „ejus ordinationem expectet, illo domi „ut hoſpite, vel in alio pio loco, ſi vi„debitur detento.

82. Charitatem magnam exhibeat „erga alios de Societate per domum „tranſeuntes, eoſque amanter hoſpitio „excipiat, ac meminerit, ſe aliquo via„tico, aut eleemoſyna eos, ſi indigerent, „juvare poſſe: curet item diligenter di„rigere, ac juvare expeditiones hoſpi„tum, qui negotiorum cauſa domi ver„ſantur.

83. Externi ne accipiantur hoſpitio, „ut domi pernoctent, niſi ij ſint, qui„bus multum debeatur, aut id officij „ſine magna offenſione prætermitti non „poſſit: qua in re habeatur præcipua ra„tio Religioſorum, cum neceſſitatis cau„ſa ad nos divertunt.

84. Cum quis domo egredietur, det „ei ſocium convenientem: ſi quando au„tem aliquis ſolus foras mittitur, is ſit, „cui meritò poſſit confidere.

85. Neminem ex ſua Domo in a„lium locum mittat ſine literis paten„tibus.

86. Si quis experimento comperire„tur ferre non poſſe domus cœlum, & „malè habere continenter cerneretur, „vel alia ratione videretur mutandus, „Provincialem admoneat, an alio mitti „debeat.

87. Profecturi ad alia loca ea, quàm „*ſottanam* vocant, & in alijs interio„ribus indumentis, quibus utuntur, pri„vari non debent, niſi fortè ratio tem„poris, aut alioqui charitas ſuaderet me„lioribus eſſe commutanda. Reliqua ve„rò omnia, quæ ad iter neceſſaria erunt, „magna charitatis ſignificatione ab eo lo„co, unde mittuntur, ſubminiſtrentur, „ſumptibus tamen eorum, quorum erit „expenſas itineris ſolvere.

REGVLÆ RECTORIS,

Quæ pluribus Capitibus continentur.

De ijs, quæ ad ejus PERSONAM, *& totius* COLLEGII *Adminiſtrationem pertinent.*

Cap. I.

OMni ſtudio enitatur, ut talis ſit, qualis optatur in noſtris Conſtitu„tionibus, primamque officij curam in „eo poſitam eſſe intelligat, ut oratione, „& ſanctis deſiderijs totum Collegium ve„lut humeris ſuis ſuſtineat.

2. Communes Regulas ipſe ſervet, „& particularia in cibo, indumentis, & „aliarum uſu, quantum fieri poteſt, vi„tet: & familiaritate, atque indulgen„tia cum quibuſdam, alios ne offendat,

3. Intra annum poſtquam officium „Rectoris prima vice inierit, quadragin„ta diebus Chriſtianam doctrinam eo mo„do, quo in ſecunda congregatione ex„poſitum eſt, legat, aut doceat: ſed ex „cauſa per alium id munus cum facul„tate Provincialis obire poterit.

4. Conſuetudines receptas, & à Ge„nerali, vel Provinciali approbatas ſer„vet, ac ſervari faciat: Si tamen ali„qua alia à prędecenti Rectore inducta

„ fuerit, non mutet inconsulto Provinciali „ ipse verò, nisi suo Superiore approban„ te, nullam introducat.

5. Eos, qui domestica obeunt mini„ steria (exceptis quibusdam, quorum ele„ ctio ad Provincialem pertinet) pru„ denter constituat, suas cuique Regulas „ tradat, aliquando visitet, & prout in „ Domino convenire judicabit, vel in eis„ dem ministerijs detineat, vel ab eis re„ moveat. Quia verò officia quædam, „ ut benè fiant, experientiam requirunt, qui „ ad ea idonei inveniuntur, non facilè mu„ tari debebunt.

6. Vt prospicere Officialibus de sub„ sidio, si necessarium id fuerit, ne labore „ graventur, debebit: ita cum tempus va„ cuum illis fuerit, ut utiliter illud impen„ dant divino servitio curabit.

7. Etsi potestatem habet designandi „ Confessarios suis subditis, osdinarium „ tamen Confessarium Collegij non con„ stituet sine approbatione Provincialis.

8. Quamvis in virtute obedientiæ ju„ bere possit, non nisi rarissimè, & ex gravi, „ ac urgenti causa id faciat.

9. Ordinarias tantum pœnitentias im„ ponat, quales sunt parva mensa, publi„ ca reprehensio, conclusio in circulo, e„ dere sub mensa, osculari aliorum pe„ des, orare in refectorio, dicere culpam „ suam, subtractio cibi usque ad panem „ & aquam, si res postulaverit, disciplina „ publica in refectorio, & alia exercitia hu„ milia & domestica.

10. Sicut ad Rectorem pertinet di„ spensare in Regulis, Constitutionibus, „ & Decretis congregationum generalium „ cum particularibus quando necesse erit: „ sic & cum dispensaverit in rebus majo„ ris momenti, quæ videntur urgere, & „ in quibus sine gravi incommodo Pro„ vincialis responsum expectari non po„ test eum primo quoque tempore de hu„ jusmodi dispensatione, ac ejus causa ad„ monere.

11. Nomina eorum, qui vota solemnia, „ vel simplicia emiserunt, in libro ad hoc „ parato notentur: in Professis quidem „ & Coadjutoribus formatis cum nomi„ nibus admittentium: in reliquis verò „ post biennium cum nominibus celebran„ tium adnotato loco, & tempore, juxta „ Constitutiones.

12. Quas habeat facultates, partim „ ex ijs, quæ ipsi, in his Regulis conce„ duntur, partim ex compendio facul„ tatum Societatis intelligat, ut in ijs, „ quas non habet sciat ad Superiorem re„ currere.

De ijs, quæ RECTOREM *ad* bonam Administrationem *juvabunt.*

Cap. III.

13. SIt solicitus, ne Minister, & reli- Cap. qui Officiales suo desint officio, omis- II. „ sis alijs, quæ possent impedire.

14. Singulis vel saltem alternis heb„ domadis cum suis Consultoribus con„ veniat, (nisi pro re nata aliquid extra„ ordinariè esset consultandum) deque re„ bus majoris momenti, quæ pro tempo„ rum, & negotiorum varietate occur„ runt, cum illis agat: quanquam ijs „ auditis penes ipsum erit de singulis sta„ tuendi facultas.

15. Consultores alioque omnes, cum „ ei aliquid proponunt, libenter ac beni„ gnè excipiat, & præcipuè eum, cui Mo„ nitoris officium commissum est, effi„ ciatque ut in suo Collegio, quæ in for„ mula scribendi præscripta sunt, accura„ tè serventur.

16. Habeat librum, in quo scriban„ tur visitationes Collegij à Generali ap„ probatæ, in quo etiam scribantur ordi„ nationes aliæ cujus momenti, quæ â Ge„ nerali mittuntur: & quæ perpetuæ fue„ rint, ab ijs, quæ temporariæ sunt, se„ paratim notentur: alia verò quæ Visita„ tor & Provincialis præscripserint, in alio „ libro scribantur.

17. Institutum Societatis cognoscat ex „ lectione literarum Apostolicarum, Con„ stitutionum, & Decretorum generalium „ Congregationum: magis autem parti„ cularia ex lectione Regularum, tam „ communem, quàm officij sui, & alio„ rum, qui sub ipsius cura sunt, ac Pro„ vincialis, & Compendij facultatum So„ cietatis, atque ex observatione consue„ tudinum receptarum ac demùm ex re„ cursu ad Superiorem in ijs, de quibus „ dubitabit.

18. Libellum habeat, ut quem refe„ rat quæcunque sibi ad bonum Collegij „ statum subinde occurrent, ne memoria „ excidant, præcipuè illa de quibus ad „ generalem scribendum putat.

19. Pro occurrentibus necessitatibus „ communibus & privatis, Missas & ora„ tiones suorum, moderatè tamen, jux„ ta consuetudinem Societatis applicare „ poterit.

De

De Cura Nostrorum in Spiritu.

Cap. III.

20. CVret, ut cuique in suo officio integram obedientiam Collegiales præstent, & officiales Ministro, & sibi etiam omnes, studeatque eisdem exemplo obedientiæ præire quam ipse suis Superioribus, quos Christi loco habet, præstare debet.

21. Det operam, ut Constitutiones, & Regulæ observentur: omnibus Collegialibus cum omni sollicitudine invigilet, eosdemque ab ijs, quæ nocere possint, domi & foris defendat, cùm prævenienndo tum etiam, si quid mali acciderit, remedium adhibendo, ita ut in virtutibus & literis proficiant.

22. Efficiat, ut sibi, vel alijs ab ipso deputatis statis temporibus ratio conscientiæ reddatur à suis, juxta modum, qui in officio Provincialis præscribitur, & instructionem ad reddendam conscientiæ rationem: & aliquos prætereà maturiores Patres assignet, qui eorum confessiones generales excipiant, nisi Provincialis tunc adsit.

23. Meminerit, ut Scholastici, & Coadjutores non formati bis singulis annis circa festa Circumcisionis Domini nostri & Apostolorum Petri & Pauli, vota sua renovent, præmissis ijs, quæ fieri solent.

24. Singulis, vel alternis diebus Veneris exhortationem nostris vel ipse faciat, vel aliquis alius, qui rationem nostri instituti bene teneat, in qua agatur de observatione Constitutionum & Regularum, de fraterna charitate, humilitate, patientia, mortificatione, & alijs virtutibus, præsertim de obedientia, tametsi exhortationis loco spiritualis collatio eisdem de rebus aliquando haberi potest.

25. Crebrò, & magna charitatis significatione alloquatur subditos, eorumque necessitatibus non corporis tantum, sed multò etiam magis animæ, paterno affectu prospiciat. Si quem verò intelligat aliqua tentatione pulsari, præsertim gravi. ejus peculiarem curam & solicitudinem, non solùm per se, sed etiam, si necesse fuerit, per alios gerat: nec remedium longiùs differendo, difficiliorem morbi curationem reddat.

26. In correctionibus, & pœnitentijs injungendis rationem habebit dispositionis personarum, & ædificationis universalis, & particularis earum ad gloriam Dei

27. Nisi prudentia rebus particularibus adhibita aliter procedendum dictaverit, illud in correctionibus observet; ut ij, qui peccant, primo in charitate, & dulcedine admoneantur: secundò in charitate quidem, sed ea tamen modo, ut eis confusio, & rubor injiciatur: tertiò amori ea, quæ timorem incutiant, si opus erit, adijciant.

28. De publicis defectibus publica debet esse pœnitentia, in tantum, quæ ad omnium ædificationem faciunt, declaratis.

29. Poterit mittere interdum aliquem ex suis, ut ostiatim petat eleemosynam, aut ut inserviat hospitali, aut comitetur emptorem, aut in plateis concionetur, Christianamve doctrinam doceat, prout magis in Domino expedire videbitur, habita ratione, ædificationis, & spiritualis utilitatis nostrorum.

30. Delegare poterit, Confessario, vel alijs vices suas, ut eas pœnitentias approbent, vel improbent, quas, ad majorem sui spiritus profectum assumere quisq; volet.

31. In danda facultate jejunandi, sicut & in alijs pœnitentijs concedendis, videat, ne mensuram rectæ rationis excedat: detque operam, ut omnes intelligant ad singularitatem non pertinere, si quis jejunet alijs non jejunantibus: dummodo ordinaria consuetudo jejunandi, quæ juxta Constitutiones non sit, non introducatur.

32. Vnio & conformitas mutua diligentissimè curanda est, nec ferenda inter ullos domesticorum perturbatio, vel ira mutua: si quid autem huiusmodi accideret, curet, ut statim cum satisfactione debita in gratiam invicem redeant.

33. Tam ipse, quàm omnes alii Sacerdotes, quiei videbuntur, iuxta Constitutiones, aliquando intra annum, officium vel officia eorum; qui domi inserviunt, ad tempus aliquod obibunt.

34. Non permittat nostros Scholasticos frequentiùs quàm octavo quoque die communicare, nisi particulares ob causas, habita magis ratione necessitatis quàm devotionis: diebus tamen solemnibus in hac re dispensare poterit. Coadiutoribus verò, & in iis, qui literis non dant operam, longè facilius concedi potest, ut etiam intra hebdomadam communicent, & Præfecto rerum spiritualium aut Confessario delegari, ut id concedat iis, quos ea ratione magis in spiritu iuvari in Domino iudicabit.

35.

35. Videat ſcripta, & literas omnes „quæ ſcribuntur ad domeſticos, & quas „ipſi alijs ſcribunt, aut aliquem virum fi„delem, & qui donum diſcretionis ha„beat, Domi conſtituat, qui eas lectas „reddat, aut non reddat, prout in Do„mino magis expedire judicabit, ſibique „referat, ſi quid invenerit, quod tanti mo„menti ſit, ut de eo Superior monendus „videatur: res autem vanas, aut quæ alia „ratione offendere poſſint, neminem „ſcribere permittat: nec ſigillum quem„quam habere ſinat ſine Provincialis fa„cultate.

36. Non ſint in Collegio arma, nec „inſtrumenta muſica, nec libri laſcivi, „aut vani, nec novæ ullæ recreationes „introducantur.

De LITERARVM Studijs.

Cap. IV.

37. NEminem ad inchoanda ſtudia admittat, nec eos, qui ad illa „ex Provincialis commiſſione admiſſi fue„rint, ad aliam facultatem promoveat, ab„ſque ejuſdem Provincialis approbatione, „cui poſt maturam conſiderationem, & „examen, de unoquoque ſuo tempore ſi„gnificabit, quid ſentiat.

38. Impedimenta removeat, quæ à „ſtudijs animos Scholaſticorum avocant, „qualia ſunt nimiæ mortificationes, vel „deuotiones, vel externæ occupationes, „Et circa illorum valetudinem peculiari „cura animadvertat, ut & in laboribus „mentis, modum ſervent, & in iis, quæ „ad corpus pertinent, religioſa commodi„tate tractentur, ut diutiùs in ſtudijs per„ſeverare tam in literis addiſcendis, quàm „in eiſdem exercendis ad Dei gloriam „poſſint.

39. Videat, quomodo Profeſſores o„mnes ſuo munere fungantur, curetque „diligenter à Philoſophiæ & Theologiæ „Profeſſoribus ea ſervari circa opinionum „diverſitatem, quæ in Conſtitutionibus, „& ratione ſtudiorum præſcripta ſunt. In„telligat etiam per ſe, vel per alios, quo„modo Scholaſtici in ſuis ſtudijs proficiant: „quod ſi animadverteret aliquem in ijs „inutiliter tempus terere, ad Provincia„lem referat.

40. Singulis hebdomadis dies unus ſal„tem à prandio Scholaſticis ad quietem „deſtinatus ſit, in quo eos ad hortum, aut „prædium Collegij, vel alio exercitij cor„poris, vel recreandi animi gratia mittere „poterit: In reliquis autem ſtudiorum in„termiſſionibus ſequatur ordinem à Ge„nerali, vel Provinciali conſtitutum.

41. Etſi præceptorem publicum in „ſcholis inſtituere non poteſt abſque „Provincialis facultate, ad tempus tamen „neceſſitatis gratia id facere poterit.

42. In actibus promovendorum ad „gradus literarios (ad quos noſtri ſine fa„cultate Generalis promoveri non poſ„ſunt) ſi qua in re alicujus momenti di„ſpenſationis opus eſſet, Provincialem „admoneat.

43. Conſtitutiones, ſive Regulæ, quæ „ad Scholaſticos Societatis pertinent, pu„blicè in Refectorio bis, aut ter ſingulis „annis legantur.

44. Sub finem ſtudiorum cujuſque, „ſuarum eſſe partium Rector intelligat, „auditis Conſultoribus Provincialem de „uniuſcuiuſq; talento admonere: & quan„tum ſinguli profecerint, referre, & „num aliqui ad ſacros Ordines pro„movendi ſint, aut in Confeſſarios, aut „in Concionatores, aut Lectores eligen„di, proponere.

De Ordine Domeſtico.

Cap. V.

45. *QVotidiè poſt orationem matutinam fiat ſacrum, cui interſint omnes, qui Sacerdotes non ſunt: niſi aliquibus propter peculiares cauſas aliud tempus ad ſacrum audiendum conceſſum ſit.*

46. *Quando noſtri ad ſacram communio- acceſſuri ſunt, præſertim diebus Dominicis, curet, ut in Eccleſia (ſi commodè fieri poteſt) id faciant, ſeparati tamen ab externis, quantum locus feret.*

47. *Tempore orationi, & reliquis exercitijs aſſignato ſi aliquis, qui obſervet, num omnes ijs vacent, quod etiam Miniſter & ipſemet Rector aliquando faciat.*

48. *Syndicum domi conſtituat, ubi Miniſtri aut Subminiſtri opera ad id non vteretur, cujus officium erit obſervare in omnibus quod ad honeſtatem, & decentiam externam pertinet, Eccleſiam, & domum in locis publicis perluſtrando, & ſi quid, quod non conveniat, annotaverit, Superiori referendo. Præter hunc alios particulares Syndicos in claſſibus ſingulis habeat, qui, quantum fieri poterit, ex prudentioribus, & maturioribus deligantur.*

Cap. VI.

49. *Omnes præter illos, quos ipſe judicaverit excipiendos, horæ quadrantem ante prandium, vel cœnam corporis exercitationi tribuant.*

50. *A poſteriore prandij ſigno ad cœnam, octo ut minimùm horæ interſint: aliquid verò*

verò ampliùs usque ad refectiunculam vespertinam diebus Veneris, & jejuniorum, juxta morem Regionis, à tempore autem, quo se nostri cubitum receperunt usque ad signum, quo excitantur, septem.

51. *Benedictio, & gratiarum actio in refectorio juxta usum breviarij Romani in prima mensa fiant: in secunda verò & privata, reteneri possunt antiqua benedictio, & gratiarum actio, quæ à singulis submissè, & stando fieri debent.*

52. *In mensa Sacerdotes præcedant alios ad eum gradum non promotos: sed nec inter Sacerdotes, nec inter eos, qui Sacerdotes non sunt, ullus ordo constituatur.*

53. *Si aliqua de causa Rector primæ mensæ adesse non poterit, curet, ut Minister adsit.*

54. *Dominicis diebus, & festis, si commodè fieri potest, & alijs etiam, si Superiori videatur, sint aliqui pro multitudine Scholarium à Superiore delecti, qui inter cœnandum pro lectione concionem habeant, quibus conveniens aliquod tempus eodem die ad separandum pro Superioris arbitrio dandum erit.*

55. *A prandio & à cœna hora una: diebus autem Veneris post collationem vespertinam dimidia recreationi religiosè impendantur, idque in uno loco, si commodè fieri poterit: sed neque extra hujusmodi horas labores nimiùm continuari, sine aliqua convenienti relaxatione sinat.*

56. *Scholastici omnes, ubi aliqua fuerit eorum copia, pro more Societatis (nisi quis eximendus videretur) diebus saltem Dominicis ad finem recreationis post prandium in tonis, seu ratione concionandi exerceantur, de ijs crebrò tractantes, quæ ad sui abnegationem, & in virtutibus profectum, & fraternam charitatem spectant.*

De ijs, quæ pertinent ad Res Temporales.

Cap. VI.

„ 57. SIngulis mensibus à Procuratore ra-
„ tionem accepti, & expensi præsente
„ Ministro exigat, ut totius Domus ad-
„ ministrationis ratio ipsi constet, eamq;
„ reddere possit cui, & quando per Supe-
„ riorem constituetur: caveat autem, ne
„ Collegium ære alieno gravetur.

„ 58 In ijs, quæ ad victum, vestitum, & ha-
„ bitationem, & alia corpori necessaria
„ pertinent, curet, ut quamvis sit, in quo
„ probetur virtus, & sui ipsius abnegatio,
„ non desit tamen, quo sustentetur natura,
„ habita convenienti ratione personarum
„ in Domino. Cum Scholasticis verò in
„ ijs, quæ ad vestitum attinent, magis
„ quàm cum ijs, qui probantur, exterioris
„ decentiæ ratio habeatur.

„ 59. Ægrotorum cura habeatur ma-
„ gna, & observetur diligenter tam in
„ victus ratione, quàm in cæteris quod
„ Medicus præscripserit.

„ 60. Si cui particulari quidpiam ab
„ externo aliquo mittatur, id in com-
„ munem usum accipiatur, ac dispensetur.

„ 61. Caveat, ne qua Domus Professo-
„ rum, aut aliquis eorum, vel Coadjutorum
„ formatorum rdditibus Collegii sui, præ-
„ terquam in rebus minimis utatur, nisi is,
„ eidem Collegio necessarius sit, aut conve-
„ niens, ut in eo commoretur.

„ 62. Lites forenses fugiat, nec ul-
„ lam inconsulto Provinciali intentet, nec
„ intentæ respondeat, nisi cogatur.

„ 63. Si bona alicujus ex nostris distri-
„ buenda essent, si ineundi contractus, si
„ fabrica alicujus momenti & expensæ ex-
„ traordinariæ faciendæ, aut si bona offe-
„ rantur Collegio cum aliqua obligatione,
„ rem ad Provincialem deferat.

„ 64. Depositum pecuniæ nullum pror-
„ sus admittat: aliarum verò rerum non
„ nisi cautissimè, dummodo sint eorum,
„ quibus multum debeamus, aut alioqui id
„ officij sine magna offensione, denegari
„ non possit.

„ 65. Neminem ex nostris in causis ci-
„ vilibus, nedum criminalibus examinari
„ (nisi, qui ad peccatum obligare potest,
„ compelleret) permittat absque licentia,
„ quam minimè dabit, nisi in causis, quæ
„ ad Religionem Catholicam pertinent,
„ aut alioqui piæ sint, & ita uni fa-
„ veant, ut non in alterius detrimentum
„ cedant.

De Auxilio Animarum, *Communicatione cum* Externis, *& Gratitudine erga* Fundatores & Benefactores.

„ 66. DEt operam, ut à nostris Mini- Cap. VII.
„ steria Societatis juxta Provin-
„ cialis præscriptum, & cuiusq; talentum
„ exerceantur non solum in nostra, sed e-
„ tiam in aliis Ecclesiis, Carceribus & aliis
„ locis, quantum commodè fieri poterit,
„ nominatimque Ministerium doctrinæ
„ Christianæ commendatum habeat.

„ 67. Curet, ut nostri spiritualibus exer-
„ citijs tradendis accuratè exerceantur,
„ postquam ea in se fuerint experti: nullus
„ tamen deberet ea tradere, nisi prudentia,
„ ac rerũ spiritualiũ usu satis probatus esset.

„ 68. Non permittat, ut noſtri curam „ Mulierum religioſarum ſuſcipiant, & alia„ rum quarumcunque ut ordinariè illarum „ confeſſiones audiant, vel ipſas regant, „ quamvis nihil repugnet aliquando apud „ eas concionari, ſemel aut unius Monaſte„ rii confeſſiones ſpeciales ob cauſas audi„ re : quod tamen non fiet, niſi poſtulent „ ii, qui eis præſunt.

„ 69. Etſi proprium Rectoris offi„ cium eſt, Collegium ſibi commiſ„ ſum diligenter, ac fideliter gubernare, „ neque is propter aliud quicquam huic „ muneri deeſſe debet : ſi quando tamen „ per officii ſui occupationes licebit, & „ concionari, & confeſſiones audire, & „ alia Societatis Miniſteria exercere poterit.

„ 70. Mulieres inviſere, aut ad eas ſcri„ bere, niſi in neceſſitate, aut cum ſpe „ magni fructus, noſtros non ſinat, nec „ hoc quidem permittat, niſi viris valdè „ probatis, & prudentibus.

„ 71. Non permittat fœminas Colle„ gium noſtrum ingredi.

„ 72. Curet, ne primarios viros in„ viſere noſtri conſueſcant, niſi ſancto ſtu„ dio piorum operum ducerentur, vel „ quando intima benevolentia in Domi„ no conjuncti eſſent.

„ 73. Non ſinat offerri munuſcula, quæ „ Magnatibus ad res majores obtinendas „ offerri ſolent.

„ 74. Non permittat, ut noſtri cibum „ capiant apud externos : aut ab eis, cùm „ ægrotant, viſitentur, niſi cauſa non le„ vis momenti ad id concedendum move„ ret, quam eandem eſſe oportebit : ſi „ quando externus aliquis, ad menſam „ præſertim refectorij, invitandus vide„ retur.

„ 75. Amicos conſervare, & eos, qui „ malè erga nos affecti ſunt, præcipuè ſi „ homines ſint non vulgaris auctoritatis, „ orationibus & rationibus convenienti„ bus in amicitiam revocare, aut ſaltem „ ne adverſarij ſint efficere ſtudeat.

76. Obſervet, quæ erga Fundatores, „ & Benefactores, tam vivos, quàm mor„ tuos obſervanda ſunt, eiſque gratitudi„ nem exhibeat, & ſi quam aliam obli„ gationem habet ei ſatisfieri curet.

De ijs qui admitti petunt, ad Collegium *divertunt, aut* foras *mittuntur.*

Cap. VIII. „ 77. IN Societatem neminem admittat, „ niſi à Generali, vel Provinciali „ id ipſi committatur, ſed de ijs, qui „ admitti petunt, ad Provincialem referat, „ vel ſcribat, quales illi ſint, & quibus „ donis Dei prediti.

„ 78. Si is, qui admitti petit, ad in„ ſtitutum Societatis valdè idoneus vi„ debitur, & neceſſitas urgeret, poterit „ eum tanquam hoſpitem domi recipe„ re, donec reſponſum à Provinciali ac„ cipiat, vel ad eundem mittere, ſi expe„ dire judicaverit.

„ 79. Recedentem ſine licentia ab alio „ loco Societatis, vel ab ea dimiſſum „ non admittat, ſed ſi expedire videa„ tur ad Provincialem de eo ſcribat, & „ ejus ordinationem expectet, illo domi „ ut hoſpite, vel in alio pio loco, ſi vi„ debitur detento.

„ 80. Charitatem magnam exhibeat „ erga alios de Societate per domum „ tranſeuntes, eoſque amanter hoſpitio „ excipiat, ac meminerit, ſe aliquo via„ tico, aut eleemoſyna eos, ſi indigerent, „ juvare poſſe : curet item diligenter di„ rigere, ac juvare expeditiones hoſpi„ tum, qui negotiorum cauſa domi ver„ ſantur.

„ 81. Externi ne accipiantur hoſpitio, „ ut domi pernoctent, niſi ij ſint, qui„ bus multum debeatur, aut id officij „ ſine magna offenſione prætermitti non „ poſſit : qua in re habeatur præcipua ra„ tio Religioſorum, cum neceſſitatis cau„ ſa ad nos divertunt.

„ 82. Cum quis domo egredietur, det „ ei ſocium convenientem : ſi quando au„ tem aliquis ſolus foras mittitur, is ſit, „ cui meritò poſſit confidere.

„ 83. Neminem ex ſuo Collegio in a„ lium locum mittat ſine literis paten„ tibus.

„ 84. Si quis experimento comperire„ tur ferre non poſſe domus cœlum, & „ malè habere continenter cerneretur, „ vel alia ratione videretur mutandus, „ Provincialem admoneat, an alio mitti „ debeat.

„ 85. Profecturi ad alia loca ea, quàm „ *ſottanam* vocant, & in alijs interio„ ribus indumentis, quibus utuntur, pri„ vari non debent, niſi fortè ratio tem„ poris, aut alioqui charitas ſuaderet me„ lioribus eſſe commutanda. Reliqua ve„ rò omnia, quæ ad iter neceſſaria erunt, „ magna charitatis ſignificatione ab eo lo„ co, unde mittuntur, ſubminiſtrentur, „ ſumptibus tamen eorum, quorum ſit „ expenſas itineris ſolvere.

REGV-

REGVLÆ EXAMINATORIS,

Quæ pluribus CAPITIBVS continentur.

Quæ in Examinatore requirantur, & quid præstare debeat.

Cap. I.

„ 1. QVi examinat eos, qui Societatem ingredi petunt, habeat oportet cognitionem rerum ejusdē Societatis, ac zelum boni progressus ipsius, ut nulla ratione dimoveri ab eo possit, quod magis in Domino convenire judicaverit.

„ 2. Moderatus admodum sit in admittendi desiderio: nam ut par est solicitè cooperari vocationi divinæ, ut augeatur in Societate numerus operariorum vineę Christi: ita diligenter curandum est, ne quis admittatur, nisi qui illis Dei donis præditus sit: quæ ad ipsius gloriam hoc institutum exigit.

„ 3. Quando aliquis Societatem ingredi petit, primus ipse aget cum eo, ut intelligat quæ sint ejus dotes, & vocatio: si quis autem clarè deprehenderetur ineptus ad institutum Societatis, Superiori significat, & accepta ab eo facultate, illum consilio, & si quid aliud charitas suggerit, adjutum, statim admittat: alios verò ad eos mittat, qui à Superiore designati fuerint, ut cum illis colloquantur.

„ 4. Postquam omnes designati, cum, qui admitti desiderat, allocuti fuerint, curet examinator, ut à Superiore vocentur, & referant, quid de eo sentiant: Superior autem, quid facto opus sit, constituet.

„ 5. Si ille, qui ingredi cupit, nullifuerit domi satis notus, intellecto ejus nomine, eorum, quibus cognitus est, extra domum inquiri poterit, cujusmodi homo ille sit: juvabit etiam ad hoc ipsum si ad Sacramenta in Ecclesia nostra frequenter accedat. Quod si adhuc de eo dubitaretur, non parum confert, si in spiritualibus exercitijs constituatur: quibus peractis, si res nondum constaret, intelligat à Superiore utrum diferendum responsum; aut omninò dimittendus sit.

Breve Examen, *quo uti debet cum ijs qui* ingredi petunt.

Cap. II.

6. *IN primis qui admitti vult, interrogetur decenter de quinque impedimentis essentialibus, prudenter tamen, ut ea impedimenta esse, quæ à Societate excludunt, ille non intelligat, ne verum occultandi occasionem accipiat.*

7. *Si aliquod ex ijs impedimentis in quoquam detegretur, non est quod ulterius procedatur, sed quoad fieri poterit, cum consolatione dimittatur: si tamen in eo dona aliqua Dei illustriora cernerentur, priùs oporteret rem omnem cum Superiore conferre.*

8. *Si nullum tale impedimentum esset, ulterius interrogetur, an omninò decreverit seculum relinquere, quibus de causis, aut quomodo desideria hæc ei in mentem venerint, & quam dudum ea habuerit, an in hac animi sententia remissior aliquando factus fuerit, & quatenus.*

9. *A quo tempore deliberavit Societatem ingredi, & quid ipsum impulerit, ut hoc potius quàm aliud institutum amplecteretur. An à quoquam, præsertim nostris primùm ad id motus fuerit. Num deliberatum habeat animi propositum vivendi & moriendi in Domino in hac Societate. Et an fuerit in eam aliàs admissus, & quare sit egressus.*

10. *Num habeat æs alienum, aut alias obligationes. Num morbum aliquem occultum, vel manifestum, & an hæreditarium, vel defectum in aliqua sui parte patiatur.*

11. *Interrogetur de ætate, Patria, Parentibus, & eorum conditione, an rerum temporalium penuria premantur, & an ea causa,*

vel quacunque alia necessariò ipsius opera indigeant, aut probabiliter indigere possint.

12. *An sit ex legitimo matrimonio, num à progenitoribus iam olim Christianis, an à modernis, vel hæreticis descendat. An aliquis ex ejus progenitoribus notatus fuerit, vel declaratus ob aliquem errorem contra Christianam, & Catholicam Religionem.*

13. *Si literis præditus est, interrogetur, ubi eis operam dederit, quantum profecerit: Ingenij autem & judicij specimen ex sermone, & alijs conijcere licebit.*

14. *Si Coadjutor est futurus, petatur de ætate, ac viribus: an omninò sorte Marthæ contentus futurus sit, & num aliquam artem noverit, & observetur, an ad virtutem, & devotionem propensus sit.*

15. *Tandem curandum est, ut qui admitti desiderant, summam nostri instituti, probationesque, ac difficultates, quæ in eo sunt: benè intelligant: De ijs verò, quæ hic interrogantur, aut de instituto explicanda dicuntur, plura, aut pauciora juxta personarum qualitatem, & cognitionem inquiri, & explicari poterunt.*

16. *Reliqua, quæ ad officium examinatoris, pertinent, si quando cum ijs qui in prima probatione sunt, vel alijs nostris illi obeunda erunt, petat ex officio Magistri Novitiorum.*

17. *Cæteri verò à Superiore designati, ut cum illis colloquantur qui admitti petunt, ijsdem ferè interrogationibus utentur, exceptis ijs, quæ interrogato ruborem inijcere possunt.*

REGVLÆ
MAGISTRI NOVITIORVM,

Quæ pluribus CAPITIBVS continentur.

De ijs, quæ ad ejus Personam, & Instructionem pertinent.

Cap. I.

1. *REm esse magni momenti sibi commissam intelligat, quandoquidem ex prima Novitiorum institutione, pendet majori ex parte eorundem profectus, & spes nostræ Societatis in Domino, curetque ut in dies per studium propriæ perfectionis, instrumentum aptius ad eos juvandos reddatur.*

2. *Amabilem se præstet, & vitæ integritate ac discretione ita se gerat, ut omnes, qui in probatione sunt, ad eum in suis tentationibus confidenter confugiant, eique seipsos confidenter aperiant, & ab eo consolationem & auxilium in omnibus in Domino sperent.*

3. *In Domibus probationis separatis præter has regulas officij sui, habeat etiam Regulas, & omnes facultates aliorum Rectorum, exceptis ijs, quæ Novitiatui non conveniunt.*

4. *Habeat socium Sacerdotum fidelem & in rebus spiritualibus exercitatum à Provinciali designatum, qui in ijs, quæ in Novitiatu agenda sunt, sit ejus Coadjutor. Habeat etiam aliquem Fratrem ex antiquioribus in virtute probatum, & prudentem, qui juxta ordinem obedientiæ, significet unicuique exercitia exteriora, in quibus occupandi sint, & manu ducat illos, cum opus est, ad illa facienda.*

5. *In Domo probationis conjuncta Domui Professorum vel Collegio, habitatione tamen distincta, Magister Novitiorum erit subordinatus Præposito, vel Rectori: non tamen erit sub obedientia Ministri, sicut nec eius socius: in ea autem Domo vel Collegio cœnatio sit communis, mensa aliqua Novitijs & eorum Magistro designata.*

6. *Hic Magister Novitiorum pœnitentias in Novitiatu tantum suis Novitiis imponere poterit, extra verò nonnisi consulto Superiore.*

7. *Habeat hic idem Magister Novitiorum potestatem ordinariam absolvendi à casibus reservatis Novitios, qui sub ipsius cura degunt, nisi eius Superiori hæc facultas aliqua de causa restringenda videretur.*

8. *Versatum esse oportebit in lectione librorum spiritualium, ut deceptiones, quæ in spirituali vita accidunt, non tantum experimento, sed etiam lectione intelligat. Quibus autem*

Cap. II.

tem utiliter ipſe uti poterit, ij ferè ſunt, qui in ſubjecto catalogo numerantur. Novitijs verò eos tantùm legendos tradet, qui noſtro inſtituto conveniunt, ne quid ab eo alienum hauriant, aut quacumque ratione quicquam detrimenti capiant.

LIBRI AD VSVM MAGISTRI NOVITIORVM accommodati.

Basilij Aſcetica & Regulæ.
Gregorij Moralia.
Auguſtini Confeſſiones, & Meditationes
Bernardus.
Bonaventuræ Opuſcula.
Caſsianus.
Homiliæ Dorothei, Macharij, Cæſarij Arelatenſis Epiſcopi.
Opuſcula Ephrem, Nili, Eſaiæ Abbat.
Diadocus.
Vgo de S. Victore de Claustro animæ.
Ricardus de S. Victore.
Vmbertus de eruditione Religioſorum.
Innocentius de contemptu mundi.
Thomas de Kempis de imitatione Chriſti, & alia ejus opuſcula.
Vincentij tractatus de vita ſpirituali.
Ludovici Bloſij opera.
Dionyſij Carthuſiani opuſcula.
Albertus Magnus de Virtutibus.
Epiſtolæ Catharinæ Senenſis.
Landulphus de vita Chriſti.

HISTORICI.

Gregorij Dialogi.
Gregorius Turonenſis Ge gloria Confeſſorum, & vita S. Martini.
Euſebij Hiſtoria Eccleſiaſtica.
Severus Sulpitius de vita S. Martini.
Vitæ Patrum ſelectæ.
Vitæ SS. Lipomani & Surij.
Petrus Damianus.
Petrus Cluniacenſis de Miraculis.
Literæ Indicæ.
Vita Patris N. Ignatij, & alij ſimiles ad Novitiorum utilitatem accommodati: ex quibus deſumet aliquos pro illorum uſu.

Cap. II.

„ 9. POſtquam in Domino ſtatuetur, ac probationem aliquem admittendum eſſe in domo vel habitatione „ ſeparata primæ probationis: hoſpitum „ more duodecim dies, vel vſque ad viginti & ampliùs, prout Superiori videbitur, „ diverſetur: ut eo tempore de ijs, quæ „ pertinent ad Societatem, ipſe certior „ reddatur, & Societas eundem pleniùs in „ Domino cognoſcat.

„ 10. Poſtridie ei declarabitur, quomodo in eo loco ſe gerere debeat, ac nominatim ne verbo, aut ſcripto (niſi Superiori aliqua de cauſa non levis momenti aliud videretur) cum externis, vel domeſticis agat, præterquam cum ijs, quos „ ad id Superior deſignaverit.

„ 11. Librum completum examinis abſque declarationibus, Latina lingua pro ijs, qui eam intelligunt, & vulgari pro „ alijs habeat, nec non & eiſdem linguis „ Summarium Conſtitutionum, & Regulas communes habere debet.

„ 12. Elapſis duobus aut tribus diebus „ examinari accuratiùs incipiat, & relinquatur ei ſcriptum prædictum examen, „ ut ſolus id maturiùs conſideret, niſi in „ aliquo particulari aliud examen, brevius proponendum eſſe Superior judicaverit.

„ 13. Poſtea literæ Apoſtolicæ Iulij anno 1550. & Summarium Conſtitutionum „ & Regulæ communes eidem oſtendantur, & relinquantur, ut omnia per otium „ magis conſideret: is verò, qui literas „ Apoſtolicas Latinas non intelligerent, ſatis eſſet earum ſummam declarate.

„ 14. Ordo examinandi eſſe debet, in primis proponere, ac proſequi, quæ quatuor primis capitibus examinis continentur: deinde ea, quæ ſpeciatim ad literatos pertinent, vel Coadjutores, vel Scholares, aut indifferentes: quamvis autem „ omnibus integrum examen relinquatur, „ non ſunt tamen omnes particulariter „ examinandi, niſi de ijs, quæ ad utrumque pertinent, & ſi quid alicujus mo„ menti occurrerit, quod Superiorem ſcire „ oporteat, ſcripto notabit.

„ 15. In his omnibus proponendis, & „ declarandis paulatim procedatur, ut qui „ examinantur, res omnes noſtri inſtituti „ juxta ipſorum gradum benè percipiant, „ ad ſuam majorem ſatisfactionem, & ſtabilitatem: & illa præſertim ſunt magis „ explicanda, quæ poſtea aliquam difficultatem afferre poſſent, ut de animi promptitudine ad ſerviendum Deo ubique, „ & in re quavis, de manifeſtatione „ ſuorum defectum juxta Conſtitutiones, „ de indifferentia ad gradus Societatis in „ Scholaribus, & literatis, & de manife-

„ ſtatione conſcientiæ, ſtatutis temporibus.
„ 16. Si quis ad ſtudia majorem propen-
„ ſionem quàm par eſſet, & minorem in-
„ differentiam, quàm ad alia Miniſteria
„ Societatis præ ſe ferret, & videretur
„ nihilominus an ea minùs aptus, non tan-
„ tum proponatur ei ſcriptum examen: ut
„ reliquis, ſed & accuratè illi explicetur,
„ interrogaturque an patienter ſe dimitti ſi-
„ net à Societate, dummodo ab omni vo-
„ to ac promiſſione libenter maneat.
„ 17. Admoneatur, ut verè omninò, ac
„ ſincerè reſpondeat: nam aliter multa
„ gravia incommoda inde oriri poſſent: &
„ nihilominus admonere Confeſſarium o-
„ portet, ut ſi quis verè non reſpondiſſet,
„ ejus de ea re conſcientiam ſtimulet.
„ 18. Si quid erit interrogationibus, quod
„ ſecretum requirat, id obſervabitur, ut
„ par eſt, & interrogato placuerit: de-
„ claretur tamen ei, quod juxta Conſti-
„ ſtitutiones licebit rem omnem Superio-
„ ri manifeſtare.
„ 19. Promittat relicturum ſe omnia
„ bona ſua poſt unum annum ab ingreſſu,
„ quandocunque injunctum à Superiore ei
„ fuerit: & declaretur, quod actus hu-
„ jus promiſſionis, nec votum eſt, nec
„ ſolum propoſitum, ſed promiſſio ſim-
„ plex, illa conditione affecta, ſi ipſe
„ perſeveraverit, & Superior ei injunxerit.
„ 20. Hoc tempore primæ approbatio-
„ nis per quinque vel ſex dies accuratè
„ informentur prædicto modo de ijs, quæ
„ ad inſtitutum, & ad ipſos pertinent, &
„ lectione alicujus pij libelli, qualis eſſet
„ de imitatione Chriſti, ſubinde recreentur.
„ 21. Coadjutores verò temporales, qui
„ legere non didicerunt, aut qui minus ad
„ hæc tractanda idonei videbuntur, quam-
„ vis in propria vocatione juxta ipſorum
„ captum, plenè inſtituendi ſunt: pote-
„ runt tamen hoc tempore aliquo exerci-
„ tio corporali, aut labore manuum, ju-
„ dicio Superiorum occupari, ſejuncti ta-
„ men ab alijs.
„ 22. Deinde qui literis operam dede-
„ runt, de ſingulis facultatibus, in quibus
„ verſati ſunt, ſingulas prælegant lectiones
„ coram eis, qui à Superiore ad eorum
„ talentum cognoſcendum in doctrina, &
„ proponendi modo ſunt conſtituti, & po-
„ ſtea exhortationem unam quiſq; faciat.
„ 23. Tum ſi quis, antequam fuerit in
„ Societatem admiſſus, ſpiritualia exerci-
„ tia non fecerit, hoc primum exeperimen-
„ tum (ut ſequenti capite, ubi de experi-
„ mentis agitur, mox dicetur) juxta quar-
„ tum caput Exa. ¶. 10. aggrediatur, & jux-
„ ta exercitia ſuo tempore generaliter con-
„ fitentur, niſi aut ingreſſum, fuerit ali-
„ cui de Societate, generaliter confeſſus:
„ tunc enim ſatis erit, ſi ab eo tempore
„ generalem confeſſionem incipiat: & eo-
„ dem tempore conſcientiam ſuam Su-
„ periori, aut ei, quem Superior deſigna-
„ verit, aperiat, juxta Pa. 1. Conſt. c.
„ 4. ¶. 6. & ſi ab aliqua cenſura virtuto
„ noſtrorum privilegiorum abſolutus fue-
„ rit, admoneatur: quòd ſi non perſeve-
„ raverit, in eandem reincidet. Decla-
„ retur etiam illi, ſi qua vota cum ad-
„ huc eſſet in ſeculo emiſit (præterquam
„ Religionis determinatæ) in noſtra So-
„ cietate tamdiu ſuſpenſa eſſe, dum ipſe
„ in Societate manſerit: quod ſi receſſe-
„ rit, eadem obligatione teneri, qua an-
„ te ingreſſum tenebatur. Expleto autem
„ tempore hujus experimenti, ſanctiſſ. Eu-
„ chariſtiæ Sacramentum accipiet, & com-
„ munem domum habitationis ingrediatur,
„ ubi cum alijs verſari, & in ſecunda
„ probatione diutiùs exerceri Novitij ſolēt.
„ 24. Si vel cujuſquam valetudo, vel ali-
„ qua temporis aut perſonæ ratio perſua-
„ ſerit, non eſſe tam diu hæc mentalia
„ exercitia continuanda, antequam exer-
„ citia aggrediatur, per quatuor vel quin-
„ que dies vacare, & ſeparatim recreari
„ poterit: vel ſi Magiſtro Novitiorum vi-
„ deretur, facta confeſſione generali &
„ peractis exercitijs primæ hebdomadæ.
„ Sed quando hæc relaxatio longiùs ob
„ valetudinem aut aliam rationem protra-
„ henda Magiſtro Novitiorum viſa fuerit,
„ poterit ſumpta Euchariſtia etiam ad com-
„ munem convictum admitti: & ubi firmior
„ fuerit, ſua exercitia peraget.
„ 25. Si Superior judicaverit eum domi
„ retinendum, curet, ut in libro ad id de-
„ ſignato, quem penes ſe Procurator ha-
„ bere debet, ſcribatur quicquid unuſquiſq;
„ domum attulerit, cum ſubſcriptione ejus
„ qui examinatus eſt, ut hæc alicubi ſepa-
„ ratim aſſerventur, quouſque biennio ex-
„ pleto conſueta vota emiſerit.
„ 26. In alio libro, quem apud ſe habe-
„ bit, notabit diem & annum ingreſſus u-
„ niuſcuiuſq; incipiendo à die, quo primùm
„ probationem intravit, & nomen, & patriá,
„ & quod contentus ſit obſervare omnia ei
„ propoſita. Quando vero aliqui in Coadju-
„ tores temporales, & indifferentes admit-
„ tentur, ſpeciatim idſcripto declaretur,
„ quod ut tales examinati, & admiſſi fue-
„ rint: & hæc, qui examinatus eſt; manu
„ ſua ſcribat, & ſi ſcribere neſcit, alius ejus
„ nomine ſcribat.

Cap. III.

De Secunda PROBATIONE.

De EXPERIMENTIS.

Cap. III.

27. *IN primis diligenter curet, ut Novitij sex illis experimentis, quæ in Constitutionibus traduntur serio, & cum desiderato fructu exerceantur, intelligatque præcipuam Novitiatus partem in his probationibus positam esse.*

28. *Exercitia spiritualia primùm singulis, eo quo procedunt ordine præscripto tempore atque exactè tradantur, secundum uniuscuiusque dispositionem, & captum juxta Regulas libri Exercitiorum: prætermissis tamen his, quæ ad electiones spectant: ut inde, præter alia, certam, ac nostro instituto consentaneam, mente, & voce orandi rationem habeant, quam in posterum servare debeant.*

29. *Quoad secundum experimentum, quo hospitalibus per mensem servire debent videbit ipse quid magis expediat, an nostros ibidem cibum capere, & dormire, an verò per aliquot horas quotidiè Ministerium ægris impedere.*

30. *In hac probatione advertat, ne nostri nimio fervore suæ valetudini noceant aut periculo contagionis alicujus morbi se exponant: admonebitque, ne ingrediantur partem illam Xenodochij, ubi Mulieres habitare solent.*

31. *Mense alio ad peregrinandum sine pecunia mittantur, ostiatim pro Christi amore mendicando, ut ad incommoditatem comedendi, & dormiendi assuescant, & ut omni spe abjecta, quàm in pecunijs, & rebus alijs creati possent constituere, eam integrè, & vera cum fiducia in Domino constituant.*

32. *Advertendum, ne imbecilles, aut tenerioris ætatis his peregrinationibus notabile detrimentum patiantur, ne fiant asperiore hyeme, aut ferventiore ætate: illisque Regulas Peregrinorum, literas patentes, & cum opus erit, particularem etiam instructionem tradet, & ab ultimo loco ad quem perveniunt, testimonium à Superiore Domus, vel Collegij Societatis, si ibi fuerit, vel ab alio fide digno secum ferant, quod suam devotionem secuti sine ulla cujusque querela eo pervenerint: & in secundo, quinto, & sexto experimento, juxta Constitutiones idem servetur.*

33. *In quarto experimento, quo in officijs abjectis exercentur, advertat, ne nimia corporis fatigatione, spiritus obruatur: & à Scholasticis fiat potiùs ad propriam cujusque abnegationem, & humiliationem, quam pro domestica aliqua necessitate. Dum autem hæc probatio fit in Domo probationis, vacabit qui ita probatur, ab alijs exercitijs aliorum Novitiorum exceptis conferentijs, & exhortatione ordinaria.*

34. *Cum hæc probatio non fit in Domo probationis, sed in Domibus professis, aut Collegijs, sit aliquis, qui Novitiorum peculiarem curam gerat, ubi in recreatione separati sint, adjunctis alijs, à quibus in Domino adjuvari possint.*

35. *In docenda doctrina Christiana pueros, ac personas rudes, publicè vel privatim, prout occasio se obtulerit, & in Domino ei commodius visum fuerit, tanquam in propria nostri instituti Novitios exercendos curabit, habita personarum ratione.*

36. *In confessionibus audiendis, & prædicatione Divini verbi domi, aut foris, circa finem primi anni probentur, qui ad hujusmodi ministeria idonei invenientur, & bonæ ædificationis specimen jam dederint, eo tamen modo, ne tanquam operarij ordinarij ad ministeria hæc exercenda exponantur, sed brevi tempore, & ad probationem.*

37. *Tametsi exercitia spiritualia exactè omnibus in principio tradenda sunt, quoad reliqua tamen experimenta, si quod eorum permutandum, aut multum moderandum judicaret, id ne faciat inconsulto Provinciali: quamquam anteponere, aut postponere ipse ea poterit, pro ratione personarum, temporum, aut locorum.*

38. *Advertat, ut hæ probationes inter se debitis spatijs distinguantur, ita, ut Novitij una peracta, aliquandiù ad solita exercitia Domus probationis redeant, ut corpore, & spiritu recreati uberiorem fructum ex præteritis laboribus colligant, ea tamen ratione, ut intra annum omnes absolvantur. Quod si peculiari aliqua de causa, hæ probationes ad secundum annum differendæ viderentur, priùs Provincialis consulatur.*

39. *Præter hæc experimenta, alia fieri hoc biennio probationis possunt, & hæc eadem ex parte repeti, quando in Domino ita expedire judicaverit, & quidem omnia cum maturitate & prudentia, ædificatione etiam externorum, sunt facienda.*

De Institutione & Regimine NOVITIORVM.

40. *NE fiant mortificationes publicæ, nisi ordinariæ, juxta Constitutiones, ut sunt præter solita experimenta, petere ostiatim eleemosynam, comitari Emptorem, ad comportanda ea quæ emuntur, indui vestibus vilioribus, quæ tamen Religiosos doceant, &*

alia

alia id genus, ut in officio Rectoris dicitur.

41. *Convenit, ut qui probantur, vestitus ratione ad mortificationem, & abnegationem sui, & ad mundum ejusque vanitatem sub pedibus conculcandam juventur, & id quidem quantum consuetudo, officium, & personarum circumstantiæ patientur. Discretioni autem ejus relinquitur, habita ratione ædificationis, an cum eisdem vestibus, quas ex seculo tulerunt. incedere sint permittendi, an verò cum alijs eas permutari oporteat.*

42. *Conferet, ut aliquando occasionem præbeat ijs, qui probantur, exercendi obedientiæ, & paupertatis virtutem, eosdem tentando ad majorem ipsorum utilitatem spiritualem, in hoc tamen mensura, juxta uniuscujusque vires, observetur.*

43. *In pœnitentijs, & corporis afflictionibus advertat, ne nimius hujusmodi rerum usus tantopere vires debilitet, ut postea Ministeria nostri instituti inutiles reddantur: nec contra tanta in illis sit relaxatio, ut fervore spiritus refrigescente, humani ac inferiores affectus incalescant.*

44. *Lectiones fiant de his, quæ ad institutum pertinent, & continentur Literis Apostolicis, Regulis, & Constitutionibus, præcipuè verò de ys, quæ in examine, & tertia parte habentur, aut de alijs quæ eo referuntur, mutata interdum materia, ut tædium tollatur: modus verò lectionum facilis sit, & simplex, & ad Novitiorum animos ad instituti amorem, & solidarum virtutum perfectionem promovendos accommodatus.*

45. *Explicetur brevi enarratione doctrina Christiana, ac modus benè; & cum fructu confitendi, communicandi, Missam audiendi, & eidem decenter ministrandi, orandi itidem, meditandi, & libros denique pios legendi pro captu uniuscujusque tradatur.*

46. *Admoneat crebrò Novitios, ut in omnibus rebus Deum quærant, & in suis actibus intentionem puram ad Dei beneplacitam dirigant, ut familiares cum Deo in spiritualibus devotionis exercitijs esse curent: & tandem ita sint instructi Novitij, ut nihil perfectionis, quod divina gratia consequi possint in absoluta nostri instituti observatione prætermittant.*

47. *Omnes perspectos habeat, ut magis illis prodesse possit, ad quod juvabit, cum illis frequenter singulatim agere, & rationem ab unoquoque rerum suarum suaviter exigere: in his autem privatis colloquijs magnam utilitatem positam esse sciat.*

48. *Det operam, ut Novitij religiosam modestiam præ se ferant, juxta Constitutiones, & Regulas, quæ de ea conscriptæ sunt, in quibus tempore Novitiatus diligenter instituendi erunt.*

49. *Cognoscat, quem procedendi modum in oratione, & examine serveni: & petat interdum, an contra aliquem defectum adhibeant examen particulare, & quando resistunt tentationibus, an proprijs remedijs utantur: In acquirendis virtutibus, quam rationem teneant: & intelligat demum, an in his omnibus præstent, ea, quæ ab ipso acceperunt.*

50. *Si aliquis solicitetur, vel perturbetur ab hominibus, qui in via spiritus non benè procedunt, & expediat illum in alium locum transferri, Provincialem tempestivè moneat.*

51. *Si duo in eodem cubiculo habitent, alter eorum ejusmodi sit, ut minimè dubitetur, quin alter sit ejus Societate profecturus, & eandem ob causam inter cubicula, quæ seorsum unicuique juniorum assignantur, par est, aliquos maturos ex antiquioribus intermisceri.*

51. *Si aliquando permittendum videretur ut aliquis consanguineos, vel amicos, quos in seculo habebat, alloqueretur, coram aliquo à Superiore ad id designato, id fiat, & breviter, nisi particulares ob causas aliud statueret Superior totius domus vel Collegij.*

53. *Novitij non sunt, ut plurimùm, assignandi in socios nostris, qui adeunt domos secularium, nec debent habere officia publica, in quibus necessarium sit agere cum externis, ut Emptoris, Ianitoris, & Sacristæ.*

54. *Videat, num aliqui in Schedulis, Novitijs assignandi sint, ut cum eis loqui possint, quorum exemplo, & colloquijs proficiant in Domino, & si cum aljs sine facultate egerint, debitam eis pœnitentiam injungat.*

55. *Admoneat eos, ne vota ante biennium emittant sine Superioris facultate, quam in primo anno Novitiatus, solus Provincialis re maturè considerata dare poterit. Horum autem, qui hæc vota semel apud se ex licentia Superioris, juxta formulam Societatis emiserint, memoria in libro aliquo asservetur, & postea tempore Novitiatus, bis in anno statutis temporibus, seorsum ab alijs, qui biennium expleverunt; ipsi simul inter se illa renovabunt.*

56. *Diligenter observare debet in toto probationis decursu, an ineptus aliquis, aut inutilis nostro instituto probabiliter futurus sit: in quo major habenda est ratio boni communis Societatis ad gloriam Dei, quàm particularis cujusque: quid autem sentiat in hac re, ad minimum sexto quoque mense ad Provincialem scribat, ut ipse provideat.*

57. *De singulis etiam sub finem biennii ad eundem scribat, ut cum illius facultate consueta vota Societatis emittant, aut diutius probentur: priùs autem quàm vota emittant,*

per

per hebdomadæ ſpatium ſe colligant, & aliqua exercitia ſpiritualia, præter alia, quæ præſcripta ſunt, faciant.

58. *Scholaſtici, qui ſtudiis abſolutis tertium probationis annum peragunt, in variis experimentis, & ſpeciatim in nonnullis jam dictis, quamvis illis priùs jam perfuncti fuerint, probentur. Huius autem probationis tempore in ſchola affectus ſe exerceant, & in rebus ſpiritualibus, & corporalibus, quæ ad profectum in humilitate, & abnegatione vniuerſi amores ſenſualis, voluntatis, & judicii proprii, & ad majorem cognitionem, & amorem Dei conferunt, inſiſtant.*

59. *Adhibeat diligentiam, vt Coadjutores temporales in modo orandi juxta Conſtitutiones inſtruantur, eoſque myſteria Roſarii doceat, & privatim inſtruat, vt ad ſuæ vocationis miniſteria afficiantur, & ſorte Marthæ contenti ſint.*

60. *Exhortationibus ordinariis omnes interſint. Coadjutores tamen temporales, & indifferentes non interrogentur in Conferentiis, niſi cum rerum & perſonarum delectu, nec ad Tonos conveniant: & ii quidem per ſex menſes ad minimùm in domo probationis ſint, reliquo autem biennii tempore, ſic ſub cura Magiſtri erunt: vt aliis officiis ad inſtar aliorum Coadiutorum vacare poſſint, & tempus ordinarium orationis Domus, vel Collegii, vbi agent, habent: experimenta tamen, ad quæ apti fuerint, intra annum abſoluant.*

61 *Quando erit concio domi, vel in Eccleſia, quam Novitii ſint audituri, eo die à Lectionibus, & Conferentiis, & Tonis liberi erunt.*

62 *Singulis hebdomadis, die vna à ſolitis exercitiis vacent, in qua aliquid honeſtæ recreationis poterunt ſumere domi vel foris.*

De Examine ſemeſtri NOVITIORVM.

63. *SExto quoque menſe per biennium probationis, literas Apoſtolicas & Regulas vnuſquiſque videre, & conſiderare debet, Et examen, relicto ſecundo & tertio capite, & aliis, quæ ad gradum ſuum non pertinent, vt Regula 12. & 13. dictum eſt, deinde poſtquam hæc omnia viderit, interrogetur.*

64. *An prædictis omnibus contentus ſit, an verò aliquid dubii vel difficultatis circa ea occurrat, quæ experimenta peregerit, & quo modo in illis ſe habuerit.*

65. *An vires ſibi corporales, & ſpirituales ſuppetere ſentiat ad labores perferendos, qui in Societate requiruntur: num deliberatum habeat animi propoſitum viuendi & moriendi in hac Societate* IESV *Domini noſtri.*

66. *Examen hoc factum notetur ſcripto, vt conſtet. Quod ſi quid noui occurrat, aut ſi qua mutatio alicujus momenti accidat, Superiorem certiorem reddat.*

67. *Demùm qui ſic examinatus eſt, reddet rationem conſcientiæ ſuæ Superiori, aut ei, quem Superior delegauerit, & ab vltima confeſſione generali incipiendo generaliter confitebitur Sacerdoti, qui fuerit à Superiori deſignatus.*

De Ordine DOMVS Probationis. CAP. IV.

68. *NOuitii manè poſt pulſum campanæ, dum ſurgunt, dum ſe induunt, & lectum decenter operiunt, aliquas orationes ad Deum fundant, aut aliquid in Domino meditentur, & reliquo ſemihoræ ſpatio, pia aliqua lectione, aut alia ratione ad orationem ſe præparare poterunt.*

69. *Poſtea integram horam orationi mentali, aut vocali, vel meditationi dent, juxta cujuſque captum, & Magiſtri Novitiorum inſtructionem.*

70. *Abſoluta oratione, media illis conceditur hora ad lectum, & cubiculum componendum, & addiſpiciendum, quem fructum ex oratione collegerint.*

71. *Poſt hæc, Miſſam deuotè, & reverenter audiant, qua abſoluta, interſint lectioni, ſeu exhortationi, quæ de rebus ſpiritualibus bis in hebdomada, per dimidiam horam, illis fiet: reliqua autem dimidia ſtatim repetent audita, & conferent inter ſe terni, aut quaterni, ſine vlla diſputatione, ſed cum humilitate, & modeſtia.*

72. *Sequenti die, ijs de rebus, vt melius ad praxin reducantur, eadem hora fient collationes, hac ratione, vt lectione præcedenti breuiter per vnum, aut plures à Magiſtro deſignatos repetita, proponat aliquis, quomodo vincatur talis tentatio, aut difficultas in re propoſita, aut vnde oriatur hoc, vel illud impedimentum, & quid remedij poſſit adhiberi, & alia ſimilia: poſtquam autem aliqui dixerint, quid ſibi occurrat, Magiſter conſtituet, quid tenendum ſit.*

73. *Reliquo toto tempore vſque ad examen, quod ſemper antè prandium fit, per quartam horæ partem in ſuis officiis, aut in aliquo exercitio corporali, aut labore manuum à Magiſtro Nouitiorum præſcripto occupabuntur: aliquid tamen temporis quotidiè præſertim ante prandium, tribuant Regulis, & Doctrinæ Chriſtianæ, & aliis quæ judicio Magiſtri Novitiorum cuique conuenient, addiſcendis, & memoriæ mandandis.*

74. *Poſt examen ſequatur prandium, quo ab-*

ſoluto horam integram recreationi dabunt, tam qui in priore, quàm qui in poſteriore menſa pranſi erunt. Tempore autem recreationis, poterunt mutuò colloqui, dummodo pauciores quàm quatuor non conveniant, niſi aliter Magiſtro videretur. Agent autem de exemplis vitæ Chriſti, vel Sanctorum, aut de his, quæ cum ædificatione in Societate fiunt, aut de re aliqua vtili in Domino.

75. *Expleto recreationis tempore, audito campanæ pulſu, ſeſe ad cubicula recipiant, (præter eos, qui in aliquibus officijs occupati erunt) vt aliquid legant, vel ſcribant, vel quid aliud agant, juxta Magiſtri præſcriptum.*

76. *Poſt finitam horam, omnes cum Magiſtro convenient, & penſum aliquod eorum, quæ antea memoriæ mandaverint, reddent. Poſtea explicabitur illis bis ſingulis hebdomadis, per dimidiam horam Doctrina Chriſtiana, deinde eam recitabunt vno ſtante, & interrogante, & alijs reſpondentibus vel ſeſe invicem interrogantibus, & inſtruantur in modo docendi illam juxta morem Regionis. Vno verò die cujuſque hebdomadæ, fiant Toni.*

77. *His expletis, ad ſua officia, vel ad aliquid legendum, aut ad aliàs occupationes ſe conferent: deinde ante vltimam horam, quæ cœnam præcedit, per ſemihoram orationi vacabunt: ipſam verò horam vltimam, ſequentem ante cœnam, partim officijs domeſticis, partim corporali exercitationi, vel alijs occupationibus quas Magiſter præſcripſerit, impendent.*

78. *Poſt Cœnam horam integram recreationi dabunt, reliquo tempore vſque ad examen (quod ſemper fiet antequam cubitum eant per quartam horæ partem) poterunt aliquid legere, vel alia ratione ſe ad orationem ſequentis diei præparare, vel aliud facere pro arbitrio Magiſtri Nouitiorum.*

79. *Nouitios inter ſe conuerſari non convenit: ſed ſilentium invicem, & cum aliis obſervare, niſi in rebus in quibus loqui neceſſe ſit, excepto recreationis tempore, de quo jam ſuprà dictum eſt.*

Cap. V. De Examine eorum, qui biennio abſoluto in SCHOLASTICOS approbatos admittuntur.

80. *Poſtquam quis biennium Nouitiatus, peractis experimentis, expleuerit, & ad interrogationes, quæ ſexto quoque menſe fiunt, reſponderit, antequam vota Scholaſticorum emittat, interrogetur.*

81. *An velit ſe duci ſinere circa ea, quibus ſtudere debet, ac ſtudiorum modum, & tempus juxta quod Superiori videbitur.*

82. *An contentus futurus ſit eodem, atque alii, modo in Collegio agere, nulliſque priuilegiis, aut prærogatiuis omnium minimum, qui in eo fuerint anteire, omnem ſui curam Superiori relinquendo.*

83. *An ſtatuerit omninò apud ſe, ſtudijs abſolutis, ac probationibus peractis, Societatem ad viuendum in ea & moriendum, ingredi in eo gradu, quem Superior conſtituerit, ad majorem Dei gloriam.*

84. *Admoneatur, quod votis poſt biennium ab ipſo emiſſis non poterit ſine facultate Generalis à Societate noſtra recedere, nec ad aliam Religionem, excepta Carthuſienſium, tranſire, ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrenda juxta Bullam Pij V. anno 1565. expeditam.*

Cap. VI. De Examine SCHOLASTICORVM Studiis abſolutis.

85. *Scholaſtici ſtudiis ſuis abſolutis, ſtatim poſtquam ad tertium annum probationis peragendum miſſi fuerint, generatim interrogandi ſunt, an firmi in ſua deliberatione, & votis, & promiſſione Deo oblatis, antequam ad ſtudia ſe conferrent, permaneant, vt eorum ſtatus melius cognoſcatur, & ipſi magis in Domino juvari poſſint.*

86. *Interrogentur etiam, & examinentur particulatim eiſdem interrogationibus, & examine, quo ſexto quoque menſe, antequam ad ſtudia mitterentur, interrogati fuerunt, vt Superioribus eorum memoria renouetur, & mutatio, ſi aliqua in rebus iam affirmatis accidiſſet, cognoſcatur.*

87. *Poſtremò reddent rationem vitæ ſuæ inchoando ab eo tempore, quo eam reddiderunt, quando ad ſtudia miſſi ſunt.*

REGVLÆ MODESTIÆ.

1. *IN converſatione noſtrorum, illud in vniuerſum dici poteſt, vt in omnibus externis actionibus appareat in noſtris modeſtia, & humilitas conjuncta cum religioſa maturitate: ſpeciatim autem hæc obſervanda erunt.*

2. *Caput huc illuc leuiter non moveatur, ſed cum gravitate, vbi opus erit: & ſi opus non ſit, teneatur rectum cum moderata inflexione in partem anteriorem, ad neutrum latus deflectendo.*

3. *Oculos demiſſos vt plurimùm teneant: nec*

nec immoderatè eos eleuando, nec in hanc, aut illam partem, circumflectendo.

4. *Inter loquendum, cum hominibus præsertim alicujus auctoritatis, non defigatur aspectus in eorum vultus, sed potiùs sub oculos.*

5. *Rugæ in fronte, ac multò magis in naso euitentur: vt serenitas exterius cernatur, quæ interioris sit indicium.*

6. *Labia nec nimis compressa, nec nimium diducta.*

7. *Tota facies hilaritatem potiùs præ se ferat, quàm tristitiam, aut alium minùs moderatum affectum.*

8. *Vestes sint mundæ, & cum religiosè decentia compositæ.*

9. *Manus, si non sustinendæ veste occupentur, decenter quietæ teneantur.*

10. *Incessus sit moderatus sine notabili festinatione, nisi necessitas vrgeret: in qua tamen, quantum poterit, decôris ratio habeatur.*

11. *Omnes denique gestus, ac motus eiusmodi sint, qui apud omnes ædificationem pariant.*

12. *Si plures simul erunt, ordinem præscriptum à Superiore bini, vel terni incedendo seruent.*

13. *Si loquendum fuerit, meminerint modestiæ, & ædificationis, tum in verbis, tum in ratione, ac modo loquendi.*

Instructio ad reddendam Conscientiæ *rationem, juxta morem* SOCIETATIS.

INtelligant singuli, dum rationem conscientiæ sunt reddituri, quantum mo„ menti Pater noster sanctæ memoriæ I„ gnatius id duxerit, ad majorem Divinæ „ bonitatis gloriam: vt subditi magis in „ spiritu cum gratia vberiori proficiant, „ ac tanto majore cum diligentia, amo„ re, & solicitudine juvari, & à pericu„ lis conservari possint, vt quæ in Exa„ mine, & Constitutionibus toties com„ mendantur, & ¶. 40. summarii Con„ stitutionum præscribuntur de reddenda ratione conscientiæ, exactè seruen„ tur. Proinde vnusquisque magna cum „ puritate, sub sigillo confessionis, aut se„ creti, aut quacunque ratione ei placue„ rit, & ad majorem ipsius consolationem „ fuerit, totam animam suam integrè ma„ nifestam faciat, nullam rem celando, qua „ Dominum vniuersorum offenderit, post „ vltimam rationem redditam conscien„ tiæ: vel certè aperiat eos defectus, qui „ magis ab eo tempore gravant ipsius animã.

Capita verò, quibus conscientiæ ratio „ reddi debet, hæc ferè erunt: ex quibus „ cum ea retulerint, quæad plenam sui „ manifestationem dicenda putaverint, „ petant à Superiore, vt eos interrogando „ juvet, ac suppleat, si quid esse judicet, „ quod ad majorem Dei gloriam & suorum notitiam sciro velit.

1. An viuat contentus juxta suam vo„ cationem.

2. Quomodo se habeat circa obe„ dientiam, etiam intellectus, pauper„ tatem, castitatem, & vsum aliarum vir„ tutum, & quarum præcipuè studio in„ tentus sit.

3. An sentiat aliquas animi perturba„ tiones, aut tentationes molestas, & de „ facilitate, seu difficultate, & modo eis re„ sistendi, & ad quos affectus, vel peccata „ sit magis propensus & incitatus.

4. An contra Constitutiones, vel Re„ gulam aliquam, vel ordinationem Supe„ riorum firmum judicium habuerit, vel „ contra eam disputauerit.

5. Quid sentiat de ipso instituto So„ cietatis, & mediis, quibus illa vti„ tur ad suum finem consequendum, „ & quem experiatur in se zelum anima„ rum.

6. Quomodo spiritualibus rebus sit „ affectus, quantum temporis orationi „ tribuat, & num vocali, an potiùs „ mentali juvetur, & vtri plus temporis „ tribuat, & quem modum in orando „ teneat.

7. Num in vsu rerum spiritualium „ consolationem & deuotionem habeat, „ an verò contra desolationem, aridita„ tem, & vagationem animi patiatur, & „ quomodo in iis se gerat.

8. De fructu, quem ex communio„ ne, confessione, examine, præsertim „ particulari, & aliis exercitiis spirituali„ bus percipiat.

9. Num post vltimam rationem con„ scientiæ, quam reddit, majorem an mi„ norem fructum fecerit, & quem animum „ experiatur ad perfectionem consequen„ dam.

10. Quomodo obseruet, quæ ex Con„ stitutionibus & Regulis tum commu„ nibus, tum officii sui ad eum perti„ nent.

11. De mortificationibus, pœnitentiis, „ & aliis exercitationibus, quæ faciunt ad „ spiritus profectum: & in specie de præ„ paratione ad iniurias, & ad alia, quæ ad „ Christi crucem pertinent, ferenda, atque „ de eorum desiderio.

„ 12. De ſociis,& quomodo ex eorum „ converſatione proficiat in Domino, & „ an alicui plus ſit familiaris, quàm a- „ liis.

13. An averſionem animi ſentiat ab „ aliquo, & an offenſus ſit in aliquo à Su- „ perioribus vel Officialibus,vel quavis a- „ lia perſona.

„ 14. An tentationes aliquas ſit paſſus, „ quas alii intellexerint, præſertim circa „ vocationem.

REGVLÆ PEREGRINORVM.

1. PErſuadeant ſibi, peregrinatio- „ nis finem non tam eſſe corpo- „ ris defatigationem, & vt multum iter „ conficiant, quàm vt ex ea fructum ali- „ quem ſpiritualem percipiant:atque ex eo „ fine,& iter ipſum, & cæteros peregrina- „ tionis labores moderentur.

„ 2. Litanias ſimul omnes quotidiè in „ ipſo itineris ingreſſu: vel Itinerarium di- „ cant,nec orationem,& conſueta exami- „ na prætermittant,& alias etiam Regulas „ obſervent, quantum ratio itineris per- „ mittet.

„ 3. Studeant frequenti oratione, & „ meditatione comitem itineris ſibi Chri- „ ſtum facere: & colloquiis interdum piis, „ & religioſis,ac lectione alicujus libri pii „ moleſtias itineris leuare poterunt:Quòd „ ſi cum externis in via, aut in hoſpitiis e- „ gerint, meminerint pro ratione ſui gra- „ dus habita ratione temporis & perſona- „ rum, ſermones de rebus ſpiritualibus in- „ ducere,& fructum aliquem,quoad pote- „ runt efficere.

„ 4. Eleemoſynas ſimpliciter pro Chri- „ ſti amore petant: vt omni ſpe illa abje- „ cta, quam in pecuniis, & rebus creatis „ habere poſſunt,integrè,vera cum fide & „ ardenti amore eam in ſuo creatore, ac „ Domino conſtituant: memores,à Chri- „ ſto Domino Apoſtolos ſine ſacculo, & „ pera miſſos:ipſum etiam Dominum non „ habuiſſe, vbi caput reclinaret.

„ 5. Indigentia, & penuria rerum cor- „ pori neceſſariarum probari exoptent, vt „ ad incommoditatem cibi, ſomniue ca- „ piendi libenter aſſueſcant: injurias verò, „ illuſiones,& opprobria,quæ in itinere in- „ ferri contigerit, patienter cum Dei gra- „ tia ferant, gaudeantque materiam præ- „ beri ſibi imitandi aliquo modo Chriſtum „ Dominum ejuſque veſtibus, atque inſi- „ gnibus ſeipſos induendi.

„ 6. Qui majoribus pollent ad viam „ peragendam viribus, eos, qui ſunt infir- „ miores, ſubſequi & non præcedere de- „ bent: & iter cujuſque diei horum debi- „ lium infirmitate commenſuretur: quod „ ſi quis viribus deſtitueretur,jumento,aut „ alia ratione juvari debet: qua in re non „ qualitatis perſonarum, ſed neceſſita- „ tis, charitatis fraternæ ratio eſt haben- „ da.

„ 7. Si quis in morbum incideret, ita „ vt vlteriùs progredi non poſſet, nec ex- „ pediret reliquos ibi moram trahere, ſi „ vicinum eſſet Collegium, aut Domus „ Societatis,eo eſſet æger [ſi modò morbus „ patiatur] deducendus: alioqui aliquis ex „ noſtris illi erit ſocius relinquendus: vt „ conſolationi ei ſit, & auxilio: ægro au- „ tem viribus reſtituto, cœptum iter am- „ bo proſequentur.

„ 8. Si in via ab honeſto, & pio amico „ invitarentur, poſſet, qui præeſt, hoſpi- „ talitatis beneficium admittere: tunc „ autem curare debent verbis,& religioſo „ exemplo hoſpites ædificatos in Domino „ relinquere.

„ 9. Ejuſdem ædificationis, & exem- „ pli in omnibus hoſpitiis meminiſſe de- „ bent: ſobrietatis etiam in menſa,& mo- „ deſtiæ in conuerſatione nunquam obli- „ viſcantur.

„ 10. Cum in itinere ad Collegia, vel „ Domos Societatis diuertent, ſtudeant „ omnes bonum ædificationis odorem e- „ xẽplo vitæ,ac morum, noſtris relinque- „ re. De rebus verò aut perſonis aliorum „ Collegiorum, aut Domorum nihil lo- „ quantur, aut tractent, niſi ad ædificatio- „ nem.

„ 11. Si tranſierint per locum, vbi Do- „ mus, aut Collegium Societatis ſit, nihil „ ab externis, nec pro ſe, nec pro aliis pe- „ tant, aut accipiant ſine facultate Supe- „ rioris ejuſdem Domus vel Collegii.

„ 12. Omnes alii, qui iter faciunt ex „ noſtris Equites, aut Pedites, has Regu- „ las peregrinorum ſuo modo, quantùm „ fieri poteſt, etiam ſervent, & tam pe- „ regrini, quàm reliqui, qui iter faciunt, „ patentes literas ſui Superioris habere „ curent.

REGVLÆ MINISTRI.

1. EIus officium erit, Præpoſitum, vel Rectorem juvare,in iis,quę in ge-

„ in genere, vel in particulari ei com-
„ mendabit: nec dispensandi, aut mu-
„ tandi, aut quidquam faciendi, ni-
„ si ex ejusdem præscripto, facultatem ha-
„ bebit.

„ 2. Valde commendatum sibi existi-
„ met, quod pertinet ad obseruationem
„ Constitutionum, Regularum, Ordinum
„ communium, & approbatarum Consue-
„ tudinum Domus, vel Collegii: ideoque
„ habeat in scriptis, & aliquando legat,
„ tam communes omnium, qaàm particu-
„ lares Superioris, & Officialium Regulas,
„ & eosdem Officiales suas habere, intel-
„ ligere, atque obseruare curet.

„ 3. Officiales visitet quoties opus fue-
„ rit, obseruando, quomodo suum officium
„ exequantur: quod saltem alternis diebus
„ faciet: frequenter etiam visitabit cubi-
„ cula, & alia loca domus, vt videat, quo-
„ modo omnia se habeant.

„ 4. Cum quis ab officio aliquo amo-
„ uetur, curet, vt is suum successorem in-
„ struat de ratione exercendi illud, juxta
„ Regulas, & Consuetudines à Superiore
„ approbatas.

„ 5. Animadvertat in temporum muta-
„ tionibus, quomodo in Collegio vel Do-
„ mo fieri debeat horarum, ciborum, ve-
„ stiumque mutatio, & Superiori in me-
„ moriam reducat, præsertim bis in anno,
„ sub initium veris, & autumni: obseruet
„ etiam crebrò num aliquid desit ex ne-
„ cessariis, aut abundet: eorumque potissi-
„ mùm rationem habeat, qui in corporis
„ cura minorem de se ipsis solicitudinem
„ gerunt: curetq; vt adsit, cum Medicus æ-
„ grotos inuiset.

„ 6. Quotidiè hora sibi designata, de
„ rebus omnibus domus rationem Supe-
„ riori reddat, à quo excipiet in libello ad
„ id parato, quæ ei facienda committet, &
„ cum primùm commodè poterit, eidem
„ referat, quæ executus fuerit.

„ 7. Redigat Superiori in memoriam
„ ea, quæ necessaria domui judicabit, ut de
„ emendis rebus ad victum, & vestitum
„ necessariis suis temporibus de Fratrum
„ nimio, aut exiguo labore, de sanitate, &
„ similibus.

„ 8. Notet, ac referat Superiori tam de-
„ fectus, si quos vel Domi, aut in Collegio
„ animadverterit, vel aliúde intellexerit,
„ quàm quæcunq; alia quæ ad bonam gu-
„ bernationem conuenientia ei occur-
„ rent: tum etiam circa res sibi commis-
„ sas, & quasvis alias, vt quomodo se no-
„ stri habeant circa Obedientiam, oratio-
„ nem, ædificationem, & in omnibus vir-
„ tutibus profectum & studium.

„ 9. Curet per æditiuum, vel aliquem a-
„ lium designatum obseruari, an omnes
„ die statuto communicauerint: & si quis
„ intra tempus designatum ad confessio-
„ nem, aut communionem non accede-
„ ret, intelligat à Superiore, num subtra-
„ hendus ei sit cibus corporis, donec ci-
„ bum spiritus sumat.

„ 10. Peculiarem habeat curam, vt do-
„ mus munda sit, & omnia vbique decen-
„ ter suis locis composita, sed præcipuè in
„ iis, quæ ab externis videri solent.

„ 11. Noctibus singulis portas domus,
„ quibus in publicum exitur, videat an be-
„ nè clausæ sint.

„ 12. Designet aliquem ex commissione
„ Superioris, qui communes lucernas do-
„ mus opportuno tempore incendat, & ex-
„ tinguat, qui item publicas fenestras suo
„ tempore aperiat, & claudat, ac pro ab-
„ luenda facie, & manibus in loco destina-
„ to aquam infundat, & pro iis extergen-
„ dis, mantilia, ab iis, quæ in vsum refecto-
„ rii sunt, distincta adhibeat, quæ alia non
„ Sacerdotibus, alia Sacerdotibus destina-
„ ta erunt, & bis saltem in hebdomada
„ mutabuntur.

„ 13. Studeat animos Patrum, & Fra-
„ trum inter se per beneuolentiam, & præ-
„ sertim cum Superiore per obedientiam
„ vnire, & si quid minus æquo animo a-
„ liquis ferret, velit potiùs in se [quoad
„ fieri potest] quam in Superiorem, cau-
„ sam rejici, veluti in injungendis pœni-
„ tentiis, quas ipse juxta præscriptum Su-
„ perioris imponet, & tam in eis, quàm in
„ reprehensionibus ab animi perturbatio-
„ ne caveat, charitatemque præ se fe-
„ rendo studeat, vt illi quibus pœni-
„ tentias imponet, meritò sibi injungi co-
„ gnoscant.

„ 14. Si quando absente Superiore ali-
„ quid acciderit, quando adeò vrgeat, vt
„ commodè Superior expectari nequeat,
„ id Minister; auditis Consultoribus, exe-
„ qui poterit, quamvis in specie non sit ipsi
„ commissum: dummodo existimet juxta
„ Superioris mentem id fore, statimque
„ redeunti quod factum fuerit, referat.
„ Quod autem sibi ordinariè agendum
„ erit, absente Superiore, ab eo curet intel-
„ ligere.

„ 15. Si Subministrum habuerit, vtatur ejus
opera in iis, quæ cõmodè per se facere nõ
„ poterit, juxta præscriptũ Superioris: si ve-
„ rò nõ habuerit, alternis saltẽ diebus sin-
„ gula cubicula visitet, & alia quæ in offi-
„ cio Subministri continentur, suppleat.

REGVLÆ CONSVLTORVM.

1. *INtelligant quanti momenti sit eorum officium, vt Superiores eorum consilio, & relatione adjuti melius, & facilius gubernare possint.*

2. *Sint amatores boni communis, illudque in omnibus consultationibus præoculis habeant: atque vt diuinæ inspirationi dent locum, & saniora sint eorum consilia, in suo sensu non nimis abundent.*

3. *In Consultationibus synceram intentionem habeant, & à perturbatione liberam, vt fideliter, & debita cum modestia Charitatis, & Obedientiæ memores sententiam dicant.*

4. *Sint inter se maximè Charitate conjuncti, & alter alterum honore præueniat, atque apud alios alter alterius existimationem verbis factisq; tueatur. Si verò contingat aliquam in Consultationibus diversæ aut etiam singularis esse sententiæ, nemo vllam ab eo alienationem, vel habeat, vel ostendat.*

5. *Rem, de qua consultatur, benè intelligant: nec sint in dicendo præcipites: sed negotio secum considerato, & oratione præmissa: præcipuè cum de rebus agitur difficilibus, sententiam suam aperiant: quòd si quid ex tempore discutiendum proponeretur, & sibi maturiùs considerandum judicarent, Superiori significabunt.*

6. *Explicare breuiter debent sententiæ suæ rationes: quod si ad rem confirmandum aliorum rationes essent dissoluendæ, id etiam modestè faciant.*

7. *Cùm Superior Consultoribus auditis aliquid statuerit, judicium ipsi suum illius judicio submittent: neque extra consultationem, aut quod statutum fuerit, sibi displicere, aut se in alia fuisse sententia significabunt: laudent potiùs Superioris consilium apud alios, atque tueantur. Quod si ob rei, de qua agitur, grauitatem, adhuc sentirent ad alium Superiorem esse rem deferendam, quod nihil monitione sua se effecturos, sperarent, re priùs apud se maturius considerata, & oratione præmissa, ad immediatum illius Superiorem, aut si is non prouideat, ad Supremum id facere ne prætermittant.*

8. *Etiamsi non interrogentur, si quid tamen in mentem venerit, quòd ad commune bonum, vel alicuius personæ particularis pertineat, poterunt id Superiori proponere, vt is statuat, num ea de re sit deliberandum, nec ne.*

9. *Consultores neque ea, quæ quisque in consultatione senserit, neque ea, quæ proposita sunt, aut definita, aliÿ significare debent: præcipuè cùm res ipsæ secretum exigunt. Superioris autem erit ea, quæ definientur, promulgare: cum opus esse judicabit.*

10. *De literis ad Superiores suo tempore mittendis, seruent diligenter quæ in formula scribendi à Consultoribus exiguntur. Et hæ literæ sigillo, quod apud Admonitorem erit, obsignatæ mittantur: nec quisquam eorum sciat, quid alius scripserit.*

11. *Si quis ex nostris ad Generalem scripserit, & literas Admonitori, aut alicui ex Consultoribus tradere voluerit: is acceptas cum suis, aut sub suæ propriæ manus inscriptione, ad Generalem mittendas curabit.*

12. *Si quid circa victum, vestitum, labores, & occupationes Superioris, aut circa gubernationem moderandum, augendum vel mutandum censerent, illum præmissa oratione admonendum curent, quod ferè per Admonitorem faciant.*

13. *Si quis cum eis de difficultate aliqua sua, aut perturbatione agat, ita eum suis monitis & consilio juvare studeant, vt semper, quantum possint, existimationem Superioris tueantur.*

14. *Ad omnia meliùs obeunda Superiorum suorum, & aliorum Officialium Regulas teneant, Constitutionesque & reliqua omnia, quæ ad nostrum institutum, & administrationem pertinent, familiaria sibi reddant.*

15. *Ita suum munus exequantur, vt nullam gubernationis partem sibi assumant, atque eâ submissione se gerant, vt cæteris Obedientiæ exemplum præbeant.*

REGVLÆ ADMONITORIS.

1. *EA modestia & humilitate officium suum obeat, vt subditum decet erga Superiorem, quem Christi loco habet: niti enim debet, ne huius muneris occasione, reverentia atque Obedientia interior, vel exterior in ipso debilior reddatur.*

2. *Animaduertat autem, ne reverentia hæc, & Obedientia fidelitatem, aut necessariam libertatem opprimat, quo minùs Superiorem admoneat de ijs, quæ præmissa oratione, proponenda in Domino judicabit.*

3. *Admoneat Superiorem de ijs, quæ maior pars Consultorum ei dicenda judicaverit: de aliis verò, quæ siue ipsi in mentem venient, siue ab aliÿs suggerentur, non facilè*

facilè eum admonebit, sed de ijs duntaxat, quæ non leuis momenti post orationem esse censuerit, siue illa ad personam, siue ad officium Superioris pertinebunt, iuxta Constitutiones & Decreta.

4. *Ea, quorum Superiorem admonuerit, meminerit tacitus apud se servare: quamvis interrogatus à Consultoribus de iis, quæ ipsi commisissent dicenda vel à Superioribus, rationem sui officii eis debebit reddere.*

5. *Cùm Superior cuispiam rei admonitus, illi remedium non adhibuerit, Admonitoris erit, cum debita submissioue iterum, & sæpiùs eum commonefacere: quòd si emendationem sperat, facta priùs oratione, id Superiori significet.*

6. *Admonitoris erit, ordinarias Epistolas Consultorum suis temporibus colligere, atque ad mediatos Superiores mittere, nisi eas illi alia via mittere voluerint, simulque referet eisdem, vtrum illi scripserint an non.*

7. *Caveat, ne occasione sui officii debitam subordinationem, & obseruantiam subditorum erga suos Superiores aliqua ex parte imminuat, aut debilitet.*

8. *Sigillum apud se habeat, quo suas, & Consultorum ac aliorum nostrorum literas, si ad eum detulerint, qui ad mediatos Superiores scribere voluerint, obsignare possit. Hoc tamen nulla ratione, sine facultate Superioris: vti licebit, nisi in iis literis, quæ ad Superiores mediatos scribentur.*

FORMVLA SCRIBENDI.

1. MAgnopere juverit ad animorum vnionem in Societate, „ literarum vltro citroque missarum inter „ inferiores, & Superiores frequens commercium: & crebrò alios de aliis certiores fieri, & audire, quæ ex variis locis ad „ ædificationem, & eorum, quæ geruntur, „ cognitionem, afferuntur.

2. Superiores Domorum, & Rectores scribant singulis hebdomadis ad suum „ Provincialem in Europa, in Indijs verò, „ vt suis Provincialibus visum fuerit commodum & opportunum.

3. Scribant autem ad suum Provincialem de statu personarum, & rerum „ omnium, non solùm quæ inter nostros, „ sed etiam quæ per ministeria Societatis „ erga externos in Domibus suis, vel Collegiis fiunt, & non tantùm de his, quæ „ rectè se habent, sed etiam de his quæ „ secus: & quoad fieri poterit, curent, vt „ omnia tanquam præsentia Provincialis „ cernat.

4. Primo quoque tempore ad suum „ Provincialem scribant Superiores Domorum, & Rectores de obitu eorum, „ qui in suis locis decedunt: Provincialis „ verò reliquos de sua Provincia admonebit, vt quàm primùm solitis suffragiis, „ & orationibus eorum animæ juventur, „ & statim Præpositum Generalem, & vicinos Provinciales certiores reddat, vt simile officium præstare possint.

5. Missi ad fructificandum in agro Domini, scribant ad suum Provincialem, „ aut ad eum, quem ille designaverit, singulis hebdomadis, vel quoties ipsis fuerit præscriptum, vt per crebram literarum communicationem, quantùm fieri „ potest, totum successum suarum missionum illi declarent.

6. Provinciales Superioribus Domorum, & Rectoribus, ac iis, qui in missionibus versantur, singulis mensibus, personis autem privatis, quibus, & quando „ opus erit, scribant.

7. Provinciales omnium Provinciarum Europæ scribant ad Generalem semel quolibet mense: Rectores autem, & „ Superiores Domorum, & Magistri Novitiorum tertio quoque mense.

8. Provinciales Indiarum scribent „ Præposito Generali, quando se obtulerit „ navigationis commoditas: Rectores verò, & Superiores Domorum, ac Magistri „ Novitiorum ex Indiis semel, ex Brasilia, „ & nova Hispania bis in anno, si se obtulerit occasio.

9. Prædicti omnes extraordinariè sibi „ mutuò scribant, quoties necessitas vrgebit.

10. Superiores Domorum, & Collegiorum, & Magistri Novitiorum scribant ad Generalem, quæ alicujus momenti fuerint, etiamsi approbante Provinciali fiant: illa verò potissimùm scribant, in quibus Provincialis admonitus, „ vel non providet, vel providere nequit, „ vel postquam Provincialis cum illis transtaverit, ipsi ab ejus judicio dissentiunt: „ sed tunc quidem addant, quid Provincialis responderit, & quibus rationibus ipsi „ ab eo dissentiant, interim tamen ei per „ omnia obediant.

11. Cum Provinciales scribent Generali, curabunt vt statum Domorum, & „ Collegiorum suorum, ac totius Provinciæ benè explicent, & suppleant si quid „ intellexerint, quod Superiores Domorum

„ rum , & Collegiorum minùs decla-
„ raverint , & in vniuersum ita scribere
„ debent , vt Generalis omnium rerum,
„ omniumque personarum ac Provincia-
„ rum statum, quoad ejus fieri possit , ante
„ oculos habeat.

12. Generalis ad Provinciales scribet
„ secundo quoque mense:ad Rectores ve-
„ rò & Præpositos Locales sexto quoque
„ mense, nisi aliqua necessitas priùs ad re-
„ spondendum suadeat.

13. Si quis nostrorum aliud per lite-
„ ras cum Præposito Generali , aut cum
„ suo aliquo mediato Superiore tractare
„ velit,ne impediatur : nec ipsorum literæ
„ aperiantur, neque mediatorum Superio-
„ rum ad ipsos.

14. Literæ nostrorum , quæ negotia
„ continent, solùm ad Præpositum Gene-
„ ralem & non alios , qui cum ipso a-
„ gant , destinentur : poterit tamen ad
„ eos scribi , vt illi tractari : & expedire
„ curent.

15. Literæ negotiorum ad quorum
„ expeditionem Procuratoris Generalis
„ opera , aut informatione opus erit , pro-
„ priis literas ad Præpositum Generalem
„ scribantur , adjecta exteriùs litera P. sub
„ inscriptione earum.

16. Negotia majoris momenti , ex v-
„ traque India & Brasil. ternis exemplis
„ scribantur , binis autem ex reliquis
„ Provinciis , si sit periculum ne literæ in-
„ tercidant , vel certè in proximis li-
„ teris earum summa repetatur : & vt
„ inveniantur , cum opus fuerit , quæ
„ scripta sunt ad Generalem , exemplum
„ ejusmodi literarum, vel earum summam
„ in libro aliquo , qui scribunt , apud se re-
„ tineant.

17. Si quid secreti scribendum , vel
„ soli Superiori committendum sit, seor-
„ sum in propria Epistola scribatur, quæ
„ cum aliis in eodem fasciculo colliga-
„ ta includatur , adjecto exteriùs [soli]
„ sub inscriptione ejusdem Epistolæ: quod
„ si ejusmodi Epistola sola mitteretur, alia
„ charta involuatur,quæ absque [soli] in-
„ scriptionem habeat.

18. In rebus, quæ secretum requirunt
„ explicandis , his vocabulis vtendum
„ erit, vt ea intelligi nisi à Superiore non
„ possint : modum autem præscribet Ge-
„ neralis.

19. Nullus inferior,nisi morbo impe-
„ ditus literas ad Superiorem ex sua com-
„ missione scribi faciat.

20. Consultores Rectorum,& Supe-
„ riorum Localium literas obsignatas ad
„ Provincialem dabunt bis in anno , men-
„ se Ianuario , & Iulio , & ad Genera-
„ lem singulis annis mense Ianuario: Con-
„ sultores verò Provincialium ad Gene-
„ ralem mense Ianuario & Iulio , ni-
„ si res aliqua ita vrgeret , vt de illa , e-
„ tiam extra hęc tempora scribendum iu-
„ dicarent.

21. Iis literis syncerè, & sine amplifi-
„ catione , omnique privato , aut humano
„ respectu semoto, significabunt,quid sibi
„ de Superioribus;quorum sunt Consulto-
„ res, & de eorum administratione, ac re-
„ rum statu scribendum in Domino videa-
„ tur, oratione tamen præmissa, & re priùs
„ diligenter considerata.

22. Vt Rector Vniversitatis de omni-
„ bus Præceptoribus,& aliis de Societate:
„ ita etiam Cancellarius & Consiliarii V-
„ niversitatis de ipso , ac aliis scribent se-
„ mel singulis annis mense Ianuario Præ-
„ posito Generali , & bis in anno mense
„ Ianuario,& Iulio Provinciali.

23. Hujusmodi literę Consultorum,&
„ horum officialium Vniversitatis mittan-
„ tur obsignatæ,nec quisquam eorum sciat,
„ quid alius scripserit.

24. Quivis Præpositus, & Rector ha-
„ beat librum , scribantur Visitationes
„ Domus , vel Collegii à Generali appro-
„ batæ , in quo etiam scribantur ordina-
„ tiones aliæ alicujus momenti,quæ à Ge-
„ nerali mittuntur: & quæ perpetuæ fue-
„ rint, ab iis quæ temporariæ sunt,separa-
„ tim notentur: alia verò,quæ Visitator,&
„ Provincialis præscripserint, in alio libro
„ scribantur.

25. Si quid scribendum esset de re-
„ bus , quæ externorum aliquem attin-
„ gerent , ita scribatur , vt etiam si literæ
„ in ejus manus inciderent , offendi non
„ possit.

De Literis Annvis.

26. SVperiores Domorum , atque Rectores curent ea observari,
„ quæ indies in eorum Domibus Colle-
„ giisque per nostros Dominus operari di-
„ gnatur , quæque ad nostrorum consola-
„ tionem , ac proximorum ædificationem
„ pertinent , ex quibus seligant optima
„ quæque, atque in ordinem redacta , sub
„ finem cujusque anni ad suum Provincia-
„ lem mittant.

27. Provinciales ex omnibus Supe-
„ riorum Localium , atque Rectorum
„ suæ Provinciæ , & eorum , qui in Mis-
„ sionibus versantur , Epistolis rejectis vel

addi-

„ additis, iis quæ videbuntur, singulis an-
„ nis mense Ianuario, rerum gestarum ca-
„ pita Latinè collata, ex quibus deinde v-
„ næ literæ annales Romæ conficiantur,
„ manu ipsorum subscripta Romam ad
„ Generalem destinent.

„ 28. In ea compendiaria narratione
„ hic ordo servabitur: Recensebunt ini-
„ tio numerum nostrorum in vniversum,
„ tum etiam singulis Domibus, Colle-
„ giis, & Missionibus nominatis, quot
„ sint in iis Sacerdotes, Præceptores,
„ Scholastici & Coadjutores temporales,
„ itemque quot admissi sint eo anno in
„ Societatem, quotque è vita decesse-
„ rint: neque deinde necesse erit ad sin-
„ gula Collegia aut loca redire, nisi aliquid
„ in iis contigerit peculiari narratione di-
„ gnum.

„ 29. Agent primò de profectu no-
„ strorum in Domino, & explicabunt,
„ si quid in eo genere ædificationem fa-
„ cere possit: deinde de ministeriis So-
„ cietatis erga proximos, vt de concio-
„ nibus, lectionibus sacris, doctrina
„ Christiana, & exercitiis spiritualibus,
„ visitatione carcerum & hospitalium, re-
„ conciliatione dissidentium, de pœni-
„ tentium frequentia, & de aliis nostri in-
„ stituti piis operibus: ita tamen vt ea tan-
„ tùm commemorentur, quæ sunt alicu-
„ jus momenti. Item de Scholis, & discipu-
„ lorum numero, & profectu, præsertim in
„ Vniversitatibus & Collegiis majoribus:
„ de bona item Societatis existimatione,
„ de contradictionibus autem, & perse-
„ quutionibus, si quæ fuerint, ea tantùm
„ attingant, quæ ædificationi fore vide-
„ buntur. Dicent etiam de piorum erga
„ nostros charitate, & eleemosynis paulò
„ insignioribus.

„ 30. Hæc omnia exponent, quàm
„ plenissimè fieri poterit (semper tamen
„ vitata nimia prolixitate) adhibitis o-
„ mnibus circumstantiis, etiam nomini-
„ bus eorum, qui eas res gesserunt, vt si
„ opus fuerit, aliquando conscribi possit
„ historia. Qua etiam de causa cum ali-
„ quid occurret dignum memoria, quod
„ tamen propter aliquam causam non ex-
„ pediat omnibus vulgari, id scribent se-
„ paratim integrè, & perfectè: in illa au-
„ tem communi narratione vel omninò
„ recitabunt, vel ea tantùm excerpent, quę
„ ædificationi esse possunt. Et quæ ad ex-
„ ternos pertinent, ita narrentur, vt in ea
„ ipsa domo aut ciuitate, vbi scribuntur, ac
„ vbique publicè legi citra cujusquam of-
„ fensionem possunt.

„ 31. Cum literæ annuæ Romæ con-
„ fectæ ad Provincias mittentur, legan-
„ tur quàm primùm in singulis Domibus
„ & Collegiis. Et vt Coadjutores nostri
„ temporales ex Latinis etiam literis fru-
„ ctum aliquem percipiant, sit aliquis,
„ qui illarum summam, aut interpretatio-
„ nem aliquo modo explicet: neque vltra
„ duas hebdomadas retineri debent, vt
„ ad reliqua loca citiùs deferantur: post-
„ quam verò vbique perlectæ fuerint, in
„ præcipua Domo, vel Collegio ejusdem
„ Provinciæ asserventur, & simul con-
„ seruentur.

De CATALOGIS & INFORMATIONIBVS *Annuis.*

„ 32. AD clariorem omnium no-
„ strorum cognitionem, Su-
„ periores Domorum, & Collegiorum,
„ duos Catalogos conficiant ante id tem-
„ poris, quo Procuratores Provinciarum
„ ad Generalem veniunt, ita exactè, ac si
„ nunquam missi fuissent. In primo de-
„ scribantur omnes, qui in suis Domi-
„ bus, vel Collegiis, ac missionibus sunt,
„ in quo contineatur vniuscujusque no-
„ men, cognomen, patria, ætas, vires,
„ tempus Societatis, studiorum, & mi-
„ nisteriorum, quæ exercuit, & gradus
„ in literis, si quos habet, & an Profes-
„ sus, vel Coadjutor sit, &c. & à quo tem-
„ pore.

„ 33. In secundo Catalogo dotes, &
„ qualitates vniuscuiusque describantur,
„ videlicet, ingenium, judicium, pru-
„ dentia, experientia rerum, profectus
„ in literis, naturalis complexio, & ad
„ quæ Societatis ministeria talentum ha-
„ beat: quæ omnia diligenter, re Deo
„ priùs commendata, & maturè conside-
„ rata, & omni privato affectu semoto, syn-
„ cerè, & breviter perstringenda erunt, &
„ vtrunque catalogum ad suum Provincia-
„ lem mittant.

„ 34. Sub finem cujusque anni inter-
„ jecti, tertium etiam alium brevem ca-
„ talogum ad Provincialem mittant,
„ continentem nomina, & ministeria,
„ in quibus vnusquisque nostrorum oc-
„ cupatur: mittant etiam supplemen-
„ tum primi, & secundi catalogi, in
„ quo ea tantum adnotabunt, quæ eo an-
„ no de nouo occurrerint addenda: vt qui
„ in Societatem interim fuerint admissi,
„ aut ab ea defuerint, vel quot mortui sint,
„ vel alia quavis causa:

„ 35. Hunc tertium catalogum & ſup-
„ plementum primi & ſecundi catalogi
„ totius Provinciæ, cum narratione pro
„ annuis literis, de qua dictum eſt, ad
„ Generalem mittet Provincialis men-
„ ſe Ianuario: primùm verò, & ſecun-
„ dum per Procuratorem Provinciæ, ad
„ eundem, ſigillo ſuo obſignatos, perfe-
„ rendos curabit: Quod ſi quid ipſi in his
„ catalogis, & informationibus notandum
„ addendumve videretur, id ſeorſum ad
„ Generalem ſcribat.

REGVLÆ
PRÆFECTI RERVM SPIRITVALIVM.

„ 1. PRæfectus rerum ſpiritualium
„ cognitionem inſtituti Socie-
„ tatis, & zelum boni progreſſus ipſius ha-
„ beat, & in Obedientia, & Humilita-
„ te exemplum aliis præbeat, & amabi-
„ lem ſe eis exhibeat, vt ad eum omnes
„ confugiant, confidenterque ſua omnia
„ detegant, & ab eo conſolationem, & au-
„ xilium ſperent in Domino.

„ 2. Inſtruat noſtros privatim, ſecun-
„ dùm vniuſcuiuſque captum, quomodo
„ interiùs, & exteriùs ſe habere debeant,
„ & ad id exhortetur, & in memoriam
„ redigat, & amanter admoneat, præſertim
„ vt puram habeant intentionem divini
„ ſervitii, & familiaritatem cum Deo in
„ ſpiritualibus devotionis exercitiis, & ze-
„ lum ſyncerum animarum.

„ 3. Petat quem procedendi modum
„ in oratione, & examine habeant, & ſi
„ contra aliquem defectum examen par-
„ ticulare faciant, & ſi contra inordina-
„ tos affectus propria remedia adhibeant,
„ & in ſolidis virtutibus acquirendis, præ-
„ ſertim in Obedientia quid obſervent, &
„ & de pœnitentiis, & aliis devotioni-
„ bus.

„ 4. Sicubi in his à rectitudine defle-
„ xerint, eos dirigat, juxta modum Socie-
„ tatis: erga cujus inſtitutum, curet, vt o-
„ mnes benè affecti ſint, & det operam,
„ vt orandi & meditandi modos, quos do-
„ cuit Pater noſter Ignatius in libro Exer-
„ citiorum, retineant, & vt illo libro fami-
„ liariſſimè vtantur, videatque, ne dum
„ noſtri devotionem habere procurant,
„ caput lædant, aut vires corporis nimis
„ debilitent.

„ 5. Verſatum ipſum eſſe oportebit in
„ lectione librorum ſpiritualium, & vni-
„ cuique decernat tempus, & modum
„ cum fructu eos legendi, qui ſint faci-
„ liores, & noſtro inſtituto magis conve-
„ nientes.

„ 6. Peculiarem habeat curam con-
„ ſolandi afflictos, & tepidos exhortandi,
„ remedia pro cujuſque infirmitate, vel
„ neceſſitate adhibendo: qualia ſunt, fre-
„ quentiùs communicare, plus temporis
„ orationi impendere, Exercitia ſpiritua-
„ lia facere, plus aliquid pœnitentiæ aſſu-
„ mere, libros aliquos ſpirituales legere,
„ & ſimilia. Quæ autem ex his ipſe conce-
„ dere poſſit, & in quibus ad Superiorem
„ recurrendum ſit, ab eo intelligat.

„ 7. Parem quoque adhibeat diligen-
„ tiam, vt Coadjutores temporales quieti
„ ſint, & ſorte Marthæ contenti, & pro
„ eorum captu illos inſtruat, myſteriaque
„ Roſarii doceat, vt majore devotione il-
„ lud recitare poſſint.

„ 8. Doceat omnes, vt præmiſſa ora-
„ tione, & cum magna reverentia ad Sa-
„ cramentum altaris accedant, & poſt ejus
„ perceptionem per aliquod temporis ſpa-
„ tium orent, & gratias agant.

„ 9. Præter eos, quos ſatis inſtructos
„ Superior judicaverit, cum vnoquoque
„ agere de his vltra menſem ne differat:
„ ſæpè verò conſideret, quem fructum
„ bonorum operum ex oratione, & ex re-
„ liquis rebus ſpiritualibus colligant, vt in
„ dies magis in Domino proficiant.

„ 10. In his autem omnibus videat, ne
„ ordo vnicuique præſcriptus impediatur,
„ ac præſertim ſtudia illorum, qui literis
„ dant operam, niſi cum Superior aliter
„ judicauerit.

„ 11. Curam peculiarem habeat No-
„ vitiorum, ſi qui Domi, vel in Collegio
„ fuerint, à Superiore aliunde proſpectum
„ ſit, & erga eos obſervare ſtudeat ea, quæ
„ juxta Magiſtri Novitiorum, & examina-
„ toris Regulas obſervari commodè po-
„ terunt.

REGVLÆ
PRÆFECTI ECCLESIÆ.

1. CVret, vt Ædituus Regulas ſuas obſervet, quas Præfectus ipſe
„ apud ſe etiam habeat.

„ 2. Præbeat illi catalogum ſingulis
„ diebus Sabbathi, quo dies feſti, ac jeju-
„ niorum proximæ hebdomadæ conti-
„ neantur, vt eum in refectorio recitet in
„ cœna diei Dominicæ ſequentis.

3. Sin-

3. Singulis diebus Sabbathi veſperi in „ Sacriſtia ſcripto proponat, quemadmo- „ dum quotidiè Sacra ſint facienda ſe- „ quenti hebdomada, & quo ordine rem „ divinam in Altari ſummo facturi ſint, „ qui ad hoc fuerint deſignati.

4. Detur opera, ne in Altari ma- „ ximo deſit vnquam Sacrum, quo tem- „ porè celebrari ſolet, habeaturque ra- „ tio, ne plura Sacra ſimul inchoentur, „ ſed commodè omnia ſuis ſpatiis diſtin- „ guantur.

5. Curam gerat Miſſarum, & ora- „ tionum, quæ pro defunctis Societatis, „ & pro Fundatoribus, & Benefactori- „ bus, ac pro ipſa Societate fieri debent, „ quas ex ſubjecto catalogo intelliget: & „ catalogum earum, quę ſecundùm no- „ ſtrum inſtitutum, & ex præſcripto Ge- „ neralis ordinariè faciendæ ſunt, referat „ in duas tabellas, quarum alteram appen- „ dat in Sacriſtia, alteram in alia conve- „ nienti loco, quę initiò cujuſque menſis „ publicè in Refectorio legetur.

6. Cum Superior aliquid in Sacro Deo „ commendari, aut Sacra ipſa, quæ ab o- „ mnibus facienda ſint, applicari ad finem „ aliquem juſſerit, curet ſcribi in ſchedula „ in Sacriſtia affigenda.

7. Quæcunque autem ex his non ab „ omnibus facienda erunt, ea Præfectus „ vnicuique privatim ſignificanda cura- „ bit.

8. Librum habeat, vbi mandata Supe- „ riorum de his rebus, ſi aliquandiù dura- „ turæ, aut non ſtatim faciendæ ſint, ſcri- „ bantur, ne memoria excidant, & cum „ fuerint adimpleta, deleantur.

9. In Collegiis & Domibus proba- „ tionum curet iuxta ordinem Superioris „ de candela danda Fundatoribus iuxta „ Conſtitutiones.

10. Si quando externi Sacra aliqua „ fieri poſtulauerint, ſe Superiorem con- „ ſulturum reſpondeat: niſi eius animum „ perſpectum iam habeat.

11. Externos Sacerdotes ad facien- „ dum Sacrum in noſtro Templo, non ſi- „ ne delectu admittat, ſed eos tantum, „ qui ædificationi ſint, præſertim notos, „ idque iuxtà ordinem Superioris: & in- „ telligat an à ſuo Ordinario legitimam „ habeant facultatem.

12. Videat an Sacerdotes Regulas „ ſuas obſervent, & num barbam, & coro- „ nam decenter tonſam habeant.

13. Per ſe, vel alium à Superiore deſi- „ gnatum, promovendos ad Sacerdotium „ inſtrui curet, & videat vt ad Romanæ „ Eccleſiæ ritum tam ii, quàm omnes „ Sacerdotes ſe accommodent, & ne „ confeſſiones audiant, niſi ſint legitimè „ approbati.

14. Animadvertat, ne vllæ pro Sacris „ faciendis aut confeſſionibus audiendis „ eleemoſynæ admittantur.

15. Nulla ſit in Eccleſia arcula, in qua „ Eleemoſynæ conjiciantur, ſiue pro nobis, „ ſiue pro aliis.

16. Det operam, vt ſanctiſſimum Do- „ mini noſtri Corpus decenter in cuſto- „ dia conſeruetur, diligenter cavens, ne „ vnquam in ea Sacramentum deſit, ha- „ bita communicantium ratione, & vt ſal- „ tem decimo quinto quoque die innoue- „ tur, & Sacris abſolutis in tabernaculo „ claui obſeretur.

17. Quando noſtri in Templo com- „ municaverint, curet Præfectus, vt id fa- „ ciant ſeparatim ab externis.

18. Oleum Sanctum, vt oportet, aſ- „ ſervatum ſingulis annis renouet, & San- „ ctorum reliquias (quæ quidem mobi- „ les fuerint) in tabernaculo ad id depu- „ tato decenter cuſtodiat: ſi quando au- „ tem deuotionis cauſa oſtendendæ e- „ runt, duo cerei accendantur: atque hu- „ jus tabernaculi clavem vnam ipſe ha- „ beat, & alteram diverſam Præpoſitus, „ aut Rector.

19. Cruces, Calices, ornamenta, & reli- „ qua id genus, vt par eſt, cuſtodiantur: nec „ deſint velamina ad cooperiendos cali- „ ces, & alia ad divinum cultum, & orna- „ tum neceſſaria.

20. Mutari faciat Altarium, & Sacer- „ dotum ornamenta, quod ad colorem at- „ tinet habita temporum, & Feſtorum ra- „ tione, juxta ritum Romanæ Eccleſiæ.

21. Cum Templum ornandum fuerit, „ nihil ſine facultate Superioris ad eam „ rem commodato ab externis petat: det- „ que operam, vt quod acceptum fuerit, „ accuratè cuſtodiatur, & dominis quàm „ primùm reddatur.

22. Si Templum inſtauratione, aliqua „ in parte indiguerit, aut aliis ad divinum „ cultum neceſſariis, prouideat, ſicut ipſi à „ Superiore fuerit præſcriptum.

23. Superiori in memoriam redigat, „ vt aliquos deſignet, qui de concionibus, „ & modo concionandi judicare poſſint: „ quorum ſaltem vnus concioni interſit, vt „ Concionatorem, cum opus fuerit, & Su- „ periori videbitur, admonere poſſit.

24. Conciones & lectiones Templi,

„ horę ſpatium ſuperare non debent: eo „ verò ordine Miſſæ dicantur, ne impe- „ diant, quo minùs conciones tempore „ præfixo inchoentur.

25. Advertat ne viri in Templo, „ mulierum locum occupent, neve ex „ adverſo earum quantum fieri poterit, „ maneant.

26. Curet ne domi deſint Confeſſarii, „ qui neceſſarii in Templo noſtro ſunt, „ & vt confeſſiones veſperi decenti hora „ abſoluantur.

27. Pridie Palmarum Confeſſarios „ admoneat, vt Conſtitutionem illam „ obſeruent, quæ ad externos ad ſuas „ Parochias dimittendos Euchariſtiæ ſu- „ mendæ gratia pertinet, & antè id tem- „ pus, ſi conſuetudo Regionis id poſtula- „ verit.

28. Officia Hebdomadæ Sanctæ, & „ Veſperæ (ſi hæ dicentur,) fiant to- „ no ſimplici more Societatis ſine cantu „ etiam firmo, niſi vbi Generalis Præ- „ poſitus diſpenſaverit, id autem quod „ de veſperis dictum eſt, de Benedi- „ ctione candelarum, & ramorum intel- „ ligatur.

29. Cum aliquid petendum erit pro „ Eccleſia, aut vſu Sacriſtiæ, intelligat „ in ea re Superioris voluntatem, eam- „ que exequatur: cumque pecuniæ ali- „ cujus momenti ſumma dabitur, aut col- „ ligetur, eam deponat apud Procurato- „ rem in ſcrinio aliquo, cujus clavem vnam „ Superior habeat, & alteram diverſam „ ipſe Præfectus.

30. Librum habeat, in quo eleemoſy- „ narum, quæ Eccleſiæ vſibus dantur, & „ expenſarum rationes conſtent.

„ 31. Panni omnes linei ſemper ſer- „ uentur, & ſeparatim corporalia, at- „ que etiam purificatoria (quæ quatuor „ cruces in angulis habeant) lauentur, „ & vtrumque abſolutio, & cinores eo- „ rum, quæ veſtutate conſumpta com- „ buruntur, in ſacram piſcinam mittan- „ tur.

32. Catalogum vnum rerum omnium „ Eccleſiæ mobilium, quæ alicuius mo- „ menti ſunt, cuſtodiat: in altero ve- „ rò illa ſcribantur, quæ aut noua ſibi „ traduntur, cum die, anno, &c. aut ve- „ tuſtate conſumuntur, vt poſſit cum exi- „ getur, prioris catalogi rationem redde- „ re: ſæpe etiam res pretioſiores inſpiciet, „ ne aut lædantur, aut amittantur, arcis in „ quibus ſervantur, & Sacriſtię januis benè „ clauſis, & munitis.

33. Cum noſtrorum aliquis extremum „ diem obierit, ſpatio diei naturalis decen- „ ter teneatur, niſi ratione mali odoris, aut „ ex alia juſta cauſa, anteverti hoc tempus „ Superiori poſſe videretur.

34. Obſervetur circa veſtitum Sacer- „ dotum mortuorum, quod de viventi- „ bus dicitur in Conſtitutionibus, vt ſci- „ licet vtamur eo modo, quo Sacerdo- „ tes honeſti ejus Regionis, in qua ver- „ ſamur, vti ſolent: Fratres verò qui Sa- „ cerdotes non ſunt, ſepeliantur eo modo „ induti, quo alii Clerici honeſti, qui Sa- „ cerdotes non ſunt, ſepeliri ſolent.

35. Curam ſuſcipiet ſepulchri, cande- „ larum, precum, quæ conſueto more di- „ cuntur, rerumque cæterarum, quæ ad „ eam rem erunt neceſſariæ.

CATALO-

CATALOGVS
MISSARVM, ET ORATIONVM,
quę NOSTRIS pręscribuntur.

SACRA IVXTA NOSTRVM Institutum à Sacerdotibus Societatis ordinariè facienda.	ORATIONES IVXTA NOstrum Institutum, ab iis, qui Sacerdotes non sunt, ordinariè faciendę.
Singulis ANNIS.	Singulis ANNIS.
1. IN principio cujusque anni vnusquisque Sacerdos Missam celebret pro nostra Societate.	*ET singuli, qui Sacerdotes non sunt, ad eandem intentionem integrum Rosarium Dominæ nostræ, videlicet centum quinquaginta Aue Maria, & quindecim Pater noster, aut tres coronas recitent.*
2. Singulis annis præscripto die, in quo memoria fundationis Collegii vel Domus fit, Missa cum solennitate pro Fundatore proprii Collegii, vel Domus, & benefactoribus viuis, & defunctis celebretur: & reliqui Sacerdotes, qui in Collegio, vel Domo habitaverint, pro eisdem sua Sacrificia offerant.	*Et singuli, qui Sacerdotes non sunt ad eandem intentionem vnam coronam, aut tertiam partem Rosarij recitent.*
Singulis Mensibus.	Singulis Mensibus.
3. In principio cujusque mensis vnusquisque Sacerdos Missam celebret pro nostra Societate.	*Et singuli, qui Sacerdotes non sunt, ad eandem intentionem tertiam Rosarij partem, aut vnam coronam recitent.*
4. Initio cujusq; mensis omnes Sacerdotes, qui in Collegio, vel Domo fuerint, Fundatore proprii Collegii, vel Domus, & benefactoribus viuis, & defunctis semel	*Et singuli, qui Sacerdotes non sunt, ad eandem intentionem vnam coronam, aut tertiam Rosarij partem recitent.*
	Missę sacrificium offerant.
Singulis Hebdomadis.	Singulis Hebdomadis.
5. Singuli Sacerdotes pro illis de Societate, qui extra Provinciam moriuntur, semel in quavis hebdomada Missæ sacrificium offerant.	*Et singuli, qui Sacerdotes non sunt, ad eandem intentionem vnam coronam, aut tertiam Rosarij partem recitent.*
6. Singulis hebdomadis, vbicunque fuerint decem, vel pauciores Sacerdotes, pro nostra Societate vna Missa, à designato à Superiore dicetur: duę verò, si fuerint	*Et singuli, qui Sacerdotes non sunt, in quavis hebdomada ad eandem intentionem septem Pater noster, & septem Aue Maria recitent.*
plures, quàm decem: tres autem, si fuerint plures, quàm viginti: & ita deinceps in reliquis decadibus, si numerus Sacerdotum fuerit major.	
7. Singulis hebdomadis pro Benefactoribus vivis, & defunctis propriæ Domus vel Collegii, præter eas quæ pro Fundatore dicuntur, vna, aut duæ,	*Et singuli, qui Sacerdotes non sunt, in quavis hebdomada ad eandem intentionem septem Pater noster, & septem Aue Maria recitent.*
aut plures Missæ pro numero Sacerdotum offerantur, servando ordinem modò prædictum.	
8. Singulis hebdomadis Missa se-	*Et vnus ex ijs, qui Sacerdotes non sunt,*

mel pro Fundatore proprii Collegii, vel Domus, & benefactoribus vivis, & defunctis à designato à Superiore celebretur.

à Superiore designatus, ad eandem intentionem vnam coronam, aut tertiam partem Rosarij recitet.

9. In Domibus & Collegiis, quæ saltem viginti ex nostris alere possunt, etiamsi non habeant proprium Fundatorem, fiant pro iis viuis, & defunctis, qui eorum fundationem notabiliter adjuverunt, eadem Sacra quæ pro Fundatoribus ordinariè fieri solent.

Et singuli, qui Sacerdotes non sunt, ad eandem intentionem pro eisdem facere debent easdem orationes, quæ pro Fundatoribus ordinariè fieri solent.

SACRA AB EISDEM EXtraordinariè facienda.

ORATIONES AB EISDEM extraordinariè faciendę.

10, Cum primùm Societas in Collegii alicuius possessionem venerit, quilibet Sacerdos ter Sacrum faciat pro superstite Fundatore ipsius, ac Benefactoribus.

Et singuli, qui Sacerdotes non sunt, ad eandem intentionem, Rosarium integrum aut tres coronas recitent.

11. Cum ex hac vita idem Fundator excesserit, singuli Sacerdotes ter Sacrum pro anima illius, & Benefactorum faciant.

Et singuli, qui Sacerdotes non sunt, ad eandem intentionem Rosarium integrum, aut tres coronas recitent.

12. Idem judicium erit de Communitatibus, vel Rebusp. quæ non moriuntur: fient enim tria Sacra pro viuentibus, & tria pro defunctis earum. Sic etiam faciendum, quando plures simul fundationem constituunt.

Et singuli, qui Sacerdotes non sunt, integrum Rosarium aut tres coronas pro viventibus Communitatibus: & totidem pro defunctis earum recitabunt. Similiter facient, quando plures simul fundationem constituunt.

13. Cum primùm Societas in alicujus Domus professæ possessionem venerit, quilibet Sacerdos intra illam Provinciam ter Sacrum faciat pro superstite Fundatore ipsius, ac benefactoribus: & quando vita functus fuerit, alia tria Sacra ab eisdem pro animabus illius & benefactorum fiant.

Et singuli ejusdem Provinciæ, qui Sacerdotes non sunt integrum Rosarium, aut tres coronas pro superstite Fundatore, ac benefactoribus: & quando vita functus fuerit, alterum Rosarium integrum, aut tres coronas pro animabus illius ac benefactorum recitent,

14. Pro Communitatibus verò, & pluribus, qui simul Domus professæ fundationem constituunt, fiant intra eandem Provinciam, quæ de Collegiis dicta sunt num. 10. 11. 12.

Et singuli ejusdem Provinciæ, qui Sacerdotes non sunt, ad eandem intentionem faciant, quæ de Collegiis, eisdem numeris dicta sunt.

15. In domo, vel Collegio vbi quis de Societate decesserit, singuli Sacerdotes pro eo tria Sacra in aliis verò Provinciæ locis duo sacra faciant.

Et singuli ejusdem Domus, aut Collegii, qui Sacerdotes non sunt, pro eo tres coronas, aut tres partes Rosarii: pro aliis verò eiusdem Provinciæ duas coronas, aut duas partes Rosarii recitent.

16. Cum de obitu cujusque nostrorum, qui extra Provinciam obiit, significatur, per Vniversam Societatem omnes Sacerdotes in Missis, illius animam Deo commendent, pro cujusque devotione.

Et singuli qui Sacerdotes non sunt, in suis orationibus illius animam Deo commendent, pro cuiusque devotione.

17. Omnes Sacerdotes curent, juxta Constitutiones frequenter orare pro vniversa Ecclesia, ac pro iis præsertim, qui majoris sunt momenti ad ejus vniuersale bonum, cujusmodi sunt Principes Ecclesiastici, & seculares, & alii, qui multum prodesse, vel obesse bono animarum possunt: & pro amicis, & benefactoribus, viventibus, & vita functis, & pro aliis, in quorum auxilium peculiariter ipsi, & reliqui de Societate in variis locis inter fideles, & infideles, incumbunt, & etiam pro malè affectis erga nostram Societatem.

Et omnes, qui Sacerdotes non sunt, idem juxta Constitutiones curare debent.

SACRA EX PRÆSCRIPTO P. N. GENERALIS ab vnoquoque Sacerdote Societatis ordinariè facienda.

18. Vnusquisque Sacerdos singulis mensibus duo Sacra faciat, alterum pro Indiis, & Gentium conversione: alterum pro Regionibus Septentrionalibus, & Hæreticorum reductione, & in aliis Sacrificiis, & orationibus eadem Domino commendabit.

19. Singulis hebdomadis vnusquisque Sacerdos Sacrum vnum ad intentionem Reverendi Patris nostri Generalis faciat, & in aliis Sacrificiis, & orationibus eandem Domino commendabit.

ORATIONES EX PRÆscripto P. N. GENERALIS à singulis, qui Sacerdotes non sunt ordinariè faciendę.

Et singuli, qui Sacerdotes non sunt, vnam coronam, aut tertiam partem Rosarii pro Indiis, & Gentium conversione: & alteram coronam, aut tertiam Rosarii partem pro Regionibus septentrionalibus, & Hæreticorum reductione recitent, & in aliis orationibus eadem Domino commendabunt.

Et singuli, qui Sacerdotes non sunt, ad eandem intentionem vnam coronam, aut tertiam Rosarii partem recitent, & in aliis Orationibus eandem Domino commendabunt.

Non intendimus per ea, quæ superiùs recensentur, excludi reliqua Sacra, & Orationes omnes, quæ pro occurrentibus necessitatibus à Superioribus imponi ad tempus solent.

REGVLÆ SACERDOTVM.

QVæ de Disciplina religiosa in Regulis, & instituto nostro seruanda omnibus proposita sunt, ea Sacerdotes, pro ratione suigradus, sibi præcipuè dicta existiment, & obseruent.

2. *Divinum officium nitantur attentè, deuotè, & opportuno tempore recitare.*

3. *Ita viuere studeant, vt quotidiè meritò celebrare possint: ad idque conducet [quamvis ex Constitutione octauo, vt minimum quoque die confiteri teneantur] sæpiùs in hebdomada confiteri.*

4. *Ceremonias Missæ ex vsu Romano accuratè vnusquisque obseruet: in eaque celebranda pronunciationem, & quamcunque aliam exteriorem actionem ita moderetur, vt non minùs aliorum ædificationi, quàm propriæ deuotioni seruiat, & ideò semihoram in faciendo Sacro nec multum excedat, neque ita brevis sit, vt illam non expleat.*

5. *Qui in summo Altari Sacra facturi sunt, simulatque campanæ se vocantis pulsum audierint, vel admoniti fuerint, ad vestes Sacerdotales induendas se conferant, vt in tempore exire ex Sacristia possint.*

6. *Salutare tradendæ doctrinæ Christianæ Ministerium pueris, ac rudibus quod à sui origine nostra Societas tanto affectu complexa est pari omnes studio promouere curent.*

7. *Intelligant sibi ratione peculiari incumbere, vt exercitiorum spiritualium, quæ tantopere ad Dei obsequium conferre cernuntur, vsum valdè familiarem habeant: quo, & alios ad ea suscipienda adducere, & in eo tam vtili armorum spiritualium genere tractando dexteritatem habere possint.*

8. *Omnes ii, quibus ex Obedientia confessiones audiendi sanctum munus committitur, multum ad id affici studeant, & tanquam nostri instituti valdè proprium magni faciant.*

9. *Nemo ad confessiones audiendas accedat, nisi à Superiore deputatus, & qui simul intelligat, quam facultatem ad hoc minus ab eo habeat.*

10. *Modum ea Sacramenta ministrandi, quæ Sacerdotes nostræ Societatis tractare possunt, perspectum omnes habeant, in eoque vniformes sint, quantum Regionum varietas patietur: formam tamen & rationem absoluendi ab excommunicatione, & aliis censuris, & peccatis, eandem omnes sequantur, attendantque, ne ex modo vtendi facultatibus Societatis, Ordinarii, & Parochi jure offendi possint.*

11. *In casibus conscientiæ, iisque præsertim qui ad censuras, casus reseruatos, & restitutiones pertinent, sese diligenter exerceant: earumque rerum compendia, & breuem interrogandi methodum, ac contra singulorum peccatorum species, exempla & dicta Sanctorum, atque alia salutaria remedia comparare studeant.*

12. *Confessarii inter seipsos, & in modo procedendi cum pœnitentibus conformes esse curent: & quantum res tulerit, ita aliorum Confessariorum existimationi vnusquisque consulat,*

sulat, vt omnes intelligant, mutuo charitatis & uniformis doctrinæ vinculo, Societatis Confessarios in Christo esse colligatos.

13. *Vocati ad Ecclesiam ad Confessiones audiendas, statim cum animi alacritate eo se conferant: & quo major pœnitentium multitudo futura est, eo magis tempestiuè ab alijs occupationibus se expediant.*

14. *In templo confessiones, dum concio fit, vel sacra lectio, nemo audiat.*

15. *Confessarii ita audiant pœnitentes, vt mutuum aspectum fugiant: sic enim attentiùs, & liberiùs audient: quò si locus non erit ejusmodi, vt tabula Confessarium à confitente dividat, manus interposita inter faciem propriam, & confitentem, qui ad latus esse debet, id præstabit.*

16. *In audiendis confessionibus, fœminarum præsertim, severos potiùs se, quàm familiares exhibeant: in vniuersum tamen paterna quædam, & spiritualis grauitas in eis eluceat.*

17. *Eos, qui crebriùs confitentur, maximè fœminas, breviter expediant, nec de rebus ad confessionem non pertinentibus in confessione loquantur: extra confessionem verò, si oportebit eas alloqui, longum sermonem ne misceant, & oculos modestè demissos habeant.*

18. *Quando quis à Superiore mittetur ad confessiones fœminarum audiendas, vel alia de causa eas adierit, socius, quem Superior ipsi designabit, quamdiu cum fœminis Sacerdos loquetur, eo in loco erit, vnde videre eos, sed non, quæ secreta esse oportet, audire possit, quantum loci dispositio patietur: quod si non pateretur, curet omninò Sacerdos, ne ostium sit clausum, nec locus obscurus.*

19. *Particularium personarum, præsertim fœminarum, curam nemo suscipiat: & quamvis Confessarius pro suo munere in vita spirituali pœnitentem instituat, nullius tamen obedientiam admittat.*

20. *Si quis vni confiteri solitus, ab eodem alium Confessarium adeundi facultatem petierit, vel ea non petita adierit, id sibi gratum esse Confessarius benignè ostendat.*

21. *Vt sanitatis etiam ratio ad Dei gloriam habeatur, confessiones, manè ad horam vsque prandii tantum audiant: ita, vt cùm signum primæ mensæ audietur, studeant se ita accommodare, vt ad secundum accedant: nisi fortè pœnitentium necessitas aliud exigat.*

22. *Nemini aut petere, aut accipere quidquam liceat, siue ab iis, quorum confessiones audiuerit, siue ab aliis, quod vel in pauperes distribuat, vel alteri satisfactionis nomine restituat: nisi Superior, cùm opus esset, secus faciendum judicaret.*

23. *Et si vota ad perfectionis statum pertinentia, vt sancta laudari debent, & circa ea Confessarii consilium, sed magna cum consideratione, dare possint: quia tamen non humanam, sed divinam vocationem requirunt, nemo ad ea emittenda quemquam inducat: verùm ad orationem tales hortetur, vt à Deo adjuti, vocationem suam meliùs intelligant, & exequantur.*

24. *Si quos viderint ad Religionem propensos, non facilè ad vnam potiùs, quàm ad aliam, ad hoc, quàm ad illud Monasterium invitent: sed liberam illis suam electionem relinquant poterunt tamen petentibus consilium eas Religiones, vel Monasteria proponere, quæ illis magis commoda in Domino judicauerint.*

25. *Nullus eis, quorum audit confessiones, certum vestimenti genus, hunc aut illum habitum, vel colorem præscribat: tametsi omnes ad honestum, & suo statui conuenientem vestitum hortari possint.*

26. *Vt pium est, ad frequenter communicandum fideles exhortari: ita quos ad id propensos viderint, admonere debent, ne crebriùs, quàm octauo quoque die accedant, præsertim si matrimonio sint coniuncti.*

27. *Admoneat eos, qui sibi confitentur, à Dominica Palmarum ad Dominicam in Albis inclusiuè, eo tempore (nisi aliud consuetudo loci postulauerit) debere semel in sua Parochia communicare, exceptis Peregrinis, & iis, qui facultatem haberent, & reliquis, quos jus excipit.*

28. *Qui vocantur ad juvandos eos, qui morti vicini sunt, ea in promptu habeant, quæ eo tempore, in quo tantum est momenti, vsui esse possint, tandiuque illis adsit, quamdiu sola necessitas postulabit. Cæterum etsi cùm opus est, ægrotos ad condenda testamenta hortari conueniat, iis tamen conficiendis non assistant.*

REGVLÆ CONCIONATORVM.

„ 1. REgulæ, quę Sacerdotibus propositæ sunt, eas sibi Concio-
„ natores inprimis commendatas existi-
„ ment, nec minore cura, quàm cæteri ob-
„ seruent.

„ 2. Memores sint, vocatos se esse ad
„ reducendas animas suo creatori: quod
„ cùm sit opus omnium difficillimum,
„ summo studio media illa adhibeant, quę
„ instrumentum cum Deo conjungunt: e-
„ jusmodi sunt solidæ virtutes, ac præcipuè
„ charitas, pura intentio diuini seruitii, fa-
„ miliaritas cum Deo in spiritualibus de-
„ votionis exercitiis, & zelus syncerus
„ animarum ad gloriam diuinæ majesta-
„ tis.

3. Eni-

„ 3. Enitantur cum Dei gratia esse cę-
„ teris exemplo: ut non minùs vita, quàm
„ doctrina, ad omnem virtutem proxi-
„ mos alliciant.

„ 4. Lectioni S. Scripturæ, ac Patrum
„ præcipuè incumbant: conferet etiam
„ peculiari studio vidisse Evangelia toto
„ anno currentia, & in eis ea, quæ usui
„ esse possunt, adnotasse: itemque com-
„ pendium feciſse explicationis rerum ad
„ fidem, & Christianam vitam necessa-
„ riarum, atque in communes locos re-
„ degisse omnia, quæ ad virtutum com-
„ mendationem, & peccatorum destina-
„ tionem pertinent.

„ 5. Conferet vidisse præceptiones, si
„ quas de domo concionandi illi tradunt,
„ qui benè hoc munus obierunt: bonos au-
„ divisse prædicatores, & in concionibus
„ domi, vel in aliis locis minùs frequen-
„ tibus se exercuisse.

„ 6. Optare debent, ut admoneantur, si
„ quid in concione corrigendum videbitur
„ iis, qui à Superiore ed id deputati fuerint,
„ & humili, & grato animo id accipere.

„ 7. Ita operam suam in celebrioribus con-
„ cionibus libenter impendant, ut non mi-
„ nus se ad docendos pueros, & alios rudes
„ instruendos, faciles, & paratos exhibeãt.

„ 8. Si quando occasio tulerit, ut alios
„ eodem tempore concionari velit, quan-
„ tum in ipsis erit, libenter cedant.

„ 9. Ea populo proponant, quę ad captum,
„ & utilitatem auditorum erunt accomo-
„ data, iisq; insistant, quæ ad Christ. institu-
„ tutionem, atq; ad extirpanda vitia, & vir-
„ tutes inferendas valent, & à rerum subti-
„ lium curiosa tractatione se abstineant.

„ 10. Commendare debent Confessio-
„ nis, & Eucharistiæ frequentem usum, in
„ bonis operibus profectum, & perseve-
„ rantiam, Ecclesiasticarum cærimonia-
„ rum observationem, & cæteræ, quæ ad
„ cultum divinum pertinent, eamq; obe-
„ dientiam, quę Principibus & Prælatis, qui
„ Dei in terris vices gerunt, exibenda est.

„ 11. Commendabunt etiam peculiari
„ ratione pœnitentiæ, & misericordiæ o-
„ pera sanctarum precum, & aliarum pia-
„ rum devotionum exercitia, utilium li-
„ brorum lectionem, & bonam filiorum
„ educationem.

„ 12. Cum experientia doceat, & san-
„ ctæ memoriæ Pater Ignatius scriptum
„ reliquerit, nihil utilitatis percipi ex ijs
„ concionibus, in quibus Principes & Ma-
„ gistratus Reip. Prælati, & alii Ecclesiastici
„ in particulari reprehenduntur, Concio-
„ natores nostri ab huiusmodi reprehensio-
„ nibus abstineant.

„ 13. Caveant, ne religiosos aliorum
„ ordinum, quos revereri, & observare
„ debent, etiam tacitè videantur repre-
„ hendere: & quamvis nostros ad maiores
„ in virtute progressus excitare possint, prę-
„ sertim in domesticis exhortationibus: re-
„ prehensionem tamen alicuius particula-
„ ris, vel ipsius Societatis ne attingant.

„ 14. Ne rumoribus populi moveantur,
„ ut nova, & parùm confirmata in publi-
„ cum afferant: & multò minùs ea populo
„ proponant, quæ alioqui dubia, & incer-
„ ta sunt.

„ 15. Curent ut rationem, & modum,
„ quem observare debent in rebus populo
„ denunciandis, & certis pauperibus aliis-
„ que piis operibus commendandis, à Su-
„ periore accipiant.

„ 16. Caveant omninò, ne facetiis, aut
„ inutilium rerum narratione concionem
„ contemptibilem faciant, iisve auditores
„ ad risum moveant, vel cõtra, ut ad fletum
„ excitent, spectanda aliqua populo pro-
„ ponant, à communi in Societate concio-
„ nandi consuetudine aliena, nisi in ali-
„ quo particulari casu ad communem æ-
„ dificationem pertinere Superior, pro ra-
„ tione loci judicaret.

„ 17. Ea quę dicturi sunt, diligenti præme-
„ ditatione, & peculiari ad Deum recursu
„ (quatenus per tẽpus licebit) paranda erũt.

„ 18. Caveant arrogantiam, & ostenta-
„ tionem in concione, humilitatemque,
„ qui ex intimo cordis affectu studere
„ debent, in omni actione præ se ferant:
„ quod si aliquid pro se, aut Societate co-
„ gantur respondere, ea modestia satis-
„ faciant, ut causam Christi, non suam
„ agere videantur.

„ 19. Modus concionandi, qui à Scho-
„ lastico diversus esse debet, ita sit ad do-
„ cendum comparatus, ut ad animorum
„ motum præcipuè dirigatur: cumque quæ-
„ stio aliqua earum, quæ ad fidem, aut mo-
„ res pertinent, modo aliquo tractanda
„ erit, non ita exactè proponantur argu-
„ menta, quibus contraria pars confirma-
„ tur (nisi auditorium id postulet) ut sim-
„ pliciores ipso proponendi modo offendi
„ possint: sed eo pacto res exponatur, ut illi
„ x data explicatione solutionem eorum,
„ quæ sibi in mentem venerint, aut ab aljs
„ audiverint, facilè colligant.

„ 20. Ne sint affectati, aut verborum le-
„ nocinia sectentur, nec studio politioris
„ sermonis eos libros habeant familiares, ex
„ quorum lectione detrimentum in spiritu
„ accipiant: & seculare aliquid redo-
„ leant.

„ 21. In laudibus, & reprehenſionibus à „ nimijs exaggerationibus : & ab omni „ ſpecie adulationis abſtineant.

„ 22. Geſtus corporis ſit modeſtus, & in „ quo gravitas quædam religioſa præci- „ puè eluceat : vocemque accommodent „ ad res quas tractabunt: proinde eam, ubi „ non eſt opus, ne prætermodum extol- „ lant, aut deprimant.

„ 23. In concionibus, & lectionibus tem- „ pli, ſpatium horæ ne excedant.

REGVLÆ
EORVM, QVI IN MISSIONIBVS verſantur.

„ 1. CVm ſcopus, ad quem tendit „ Societas, ſit, varias Mundi par- „ tes, ex Obedientia Summi Pontificis, vel „ Superioris Societatis peragendo verbum „ Dei prædicare, confeſſiones audire, & „ reliquis quibuſcunque poterit medijs uti „ ad animas divina aſpirante gratia, ju- „ vandas : quicunque in hujuſmodi Miſ- „ ſionibus verſantur, ſibi perſuadeant, rem „ maximi ponderis in Societate ſibi com- „ miſſam eſſe, atque ita ſe comparare ſtu- „ deant, ut apta Dei inſtrumenta ad rem „ tantam eſſe poſſint.

„ 2. Quia vocationis noſtræ eſt, vitam „ agere in quavis Mundi plaga, ubi majus „ Dei obſequium, & animarum auxilium „ ſperatur: unuſquiſque paratus eſſe debet, „ ut in ea vinea Chriſti parte, atque opere „ ſe exerceat, quod ipſi commiſſum fuerit, „ ſive per varia loca diſcurrendo, ſive in „ quibuſdam continenter reſidendo.

„ 3. Vnuſquiſque plenam in his, ac libe- „ ram ſui diſpoſitionem Superiori, qui eum „ Chriſti loco dirigit, relinquat : poterit „ tamen motus animi, aut cogitationes, quę „ in contrarium occurrunt, illi proponere, „ ſubijciendo ſuum ſentire, & velle ei, „ quod ipſe in Domino judicaverit.

„ 4. Ei, qui mittendus erit, plurimùm „ conveniet, ut intelligat à Superioribus „ ſcopum ſuæ Miſſionis, & effectum, cu- „ jus gratia mittitur : id quod in ſcriptis, „ ſi fieri poteſt, habere curabit.

„ 5. Cùm oppidatim miſſi fuerint ad fru- „ ctificandum in agro Domini, dabunt „ operam, quoad fieri poterit, ut more „ pauperum Evangelium prędicent : pro- „ inde & pedites, vel in toto, vel in par- „ te iter facient, ſi eos Superior id præſta- „ re poſſe judicaverit, & ex eleemoſy- „ nis, vel oblatis, cum ædificatione e- „ mendicatis vivent : niſi alia ipſis à „ Superiore ſuſtentationis ratio ſit con- „ ſtituta.

„ 6. Si nullum eis à Superiore deſigna- „ tum fuerit hoſpitium, intelligant ſibi ad „ aliquod hoſpitale, tanquam ad hoſpi- „ tium pauperum eſſe divertendum : ſi „ tamen honeſtum id ſit, atque ad exer- „ cenda ex eo Miniſteria Societatis acco- „ modatum : alioqui convenientius erit „ ut in domum pij alicujus, exemplaris „ Eccleſiaſtici, aliumve ejuſmodi locum „ ſe recipiant, & in quo cum ædificatio- „ ne manere poſſint.

„ 7. Cùm ingreſſi fuerint loca ea in qui- „ bus ordinarij reſident, eos quàm pri- „ mùm adeant, ſuamque operam illis „ ſubmiſſè offerant, & facultatem ad exer- „ cenda Societatis Miniſteria modeſtè, ac „ religiosè petant, eoſque omnes tam Ec- „ cleſiaſticos, præcipuè Parochos, quàm „ ſeculares, quorum auctoritate, aut fa- „ vore opus habent, benevolus ſibi face- „ re ſtudeant.

„ 8. Cùm eò pervenerint, ubi diutiùs „ immorari debent, prudenter ac matu- „ rè operam dabunt, ut notitiam habeant „ probatorum Virorum, & pietate, ac re- „ bus agendis inſigniorum, quorum in- „ formatione, vel auxilio juvari poſſint ad „ miniſteria Societatis majore cum fructu „ animarum exercenda.

„ 9. Qui in miſſione Superior erit, initio „ ſuſcipiendorum operum, vel quando ma- „ jor ſubſidij neceſſitas cernitur, (quod res „ magni momenti ſint, vel difficultates „ graves incidant) applicabit, curabitque „ applicari Miſſas & Orationes, ut omnia „ cedant ad majorem Dei gloriam & pro- „ ximorum utilitatem.

„ 10. Si ijs, qui mittuntur non fuerit in- „ junctum, ut medio aliquo utantur limi- „ tato, quale eſſet, vel legere, vel prædi- „ care, &c. in ijs tantùm ſe exercebunt, qui- „ bus ſocietas uti ſolet, juxta Conſtitutio- „ nes : conferre tamen illa cum eo Supe- „ riore, qui eis proprior fuerit, ſemper erit „ ſecurius.

„ 11. Media ſpiritualia, quibus juxta in- „ ſtitutum Societatis, & beneplacitum „ Superioris uti poterunt, ferè ſunt mi- „ niſterium verbi Dei in prædicationibus, „ ſacris lectionibus privatiſve exhortatio- „ nibus, & colloquijs, Sacramentorum con- „ feſſionis, & Euchariſtiæ adminiſtratio, E- „ xercitiorum ſpiritualiũ traditio, diſſiden- „ tium reconciliatio, caſuũ conſcientiæ ad „ Eccleſiaſticos, eorũq; officij magis privata „ explicatio, & Chriſtianę doctrinę ad puc- „ ros, ac alios rudes publica declaratio.

„ 12. Cor-

„ 12. Corporalibus etiam pietatis operi-
„ bus, quantum ſpiritualia permittent, &
„ vires patientur, incumbere poterunt, ut
„ infirmos, præcipuè in Xenodochijs, per
„ ſe, vel per alios juvando, & pauperes, ac
„ in cuſtodijs detentos, quatenus licebit,
„ eodem modo ſublevando.

„ 13. Etſi certus ordo in noſtris miniſterijs
„ exercendis præſcribi non poteſt: plerum-
„ que tamen utilius erit, & ſecurius ab hu-
„ milioribus inchoare, ut à Doctrina Chri-
„ ſtiana pueris explicanda, ab ægrotis ho-
„ ſpitalium inviſendis, eorúmque & alio-
„ rum magis indigentium confeſſionibus
„ audiendis.

„ 14. Quanquâ humana media non ſolùm
„ ſpernenda non ſunt, ſed etiam cum opus
„ eſt, prudenter, & religiosè adhibenda,
„ divinis tamen, & noſtri inſtituti magis
„ proprijs præcipuè utendum eſt, in eiſque
„ magis fidendum: oranduſque Deus, ut
„ ijs omnibus det eam efficaciam, quæ ſit
„ propoſito fini conſequendo neceſſaria.

„ 15. Iuxta eam Charitatis Regulam, qua
„ ſe Apoſtolus omnia omnibus faciebat, ut
„ omnes lucri faceret, expediet nonnun-
„ quam, ut ingenio eorum, cum quibus
„ agent, initio ſe attemperent (quatenus
„ ratio & virtus ferent) ita tamen, ut me-
„ minerint ad id tandem eos cum Dei
„ gratia perducere, quod illis in Domino
„ magis conferre judicabunt.

„ 16. Eam animi magnitudinem, & æqua-
„ bilitatem retinere ſtudeant, ut & pro-
„ ſperis ſucceſſibus, & adverſis ſuperiores
„ ſint: quo nullo eventu fracti, nec reli-
„ gioſæ modeſtiæ nec ſanctæ libertatis,
„ nec bonę de ſe conceptæ exiſtimationis,
„ quæ ad fructum colligendum neceſſaria
„ eſt, quicquam amittant.

„ 17. Si quos erga ſe, aut Societatem ma-
„ lè affectos eſſe intellexerint (præſertim
„ non vulgaris auctoritatis homines) aut
„ qui noſtra Miniſteria impediant, non ſo-
„ lùm pro eis orabunt, ſed etiam conve-
„ nientem aliquam rationem inibunt, ut
„ eos amicos aut ſaltem non adverſarios
„ faciant. Ad quam rem non parum con-
„ fert, ſi data occaſione, inſtituti noſtri ra-
„ tionem illis exponant, nullumque offi-
„ cij genus prætermittant, quo illos cum
„ opportunum fuerit, ſyncerè, ac reli-
„ giosè demereri, & conciliare poſſint.

„ 18. Si quando Prælatum aliquem in vi-
„ ſitanda Diœceſi comitabuntur, nihil ſe
„ in negotijs ad viſitationem ſpectantibus,
„ alijſve id genus ad juriſdictionem perti-
„ nentibus immiſceant, ſed ijs tantùm Mi-
„ niſterijs attendant, quæ ſunt noſtri inſti-
„ tuti propria.

„ 19. Quamvis optare debeat, ut in ſua
„ quiſque vocatione proficiat, æquumque
„ eſt, ut pro ſuo munere ad eam rem o-
„ mnes hortentur: nullam tamen refor-
„ mandi Cleri, aut Monialium, aliorum ve
„ Religioſorum curæ partem admittant: ſic
„ enim fiet, ut & munus ſuum ſine impe-
„ dimento exequi: & populum ad uberio-
„ rem fructum ex viſitatione percipien-
„ dum ſine offenſione diſponere poſſint.

„ 20. Cùm præter id, quod eis fuerit pe-
„ culiari ratione injunctum, res aliqua di-
„ vini ſervitij ſe obtulerit, in qua poſſint
„ ſine detrimento ſuæ Miſſionis ſuam ope-
„ ram ponere, opportunitatem, quam
„ Deus ad eam dederit, quantum in eodem
„ convenire judicabunt, è manibus elabi
„ non ſinent.

„ 21. Si in locis deſignatis diutiùs reſiden-
„ dum erit, locumque dederint præcipua
„ negotia (quæ nunquam propter alias oc-
„ caſiones, licet bonas, divini obſequij
„ poſthabebunt) excurſiones aliquas face-
„ re, ſi eas cum fructu fore judicabunt,
„ non erit inconveniens.

„ 22. Sine facultate Superioris nulli
„ Confraternitati, Congregationive ſta-
„ tuta concedente, ſeu vetus illa ſit, ſeu
„ nova inſtituenda videatur. De nova
„ autem inſtituenda, & quæ nullibi ſit
„ in uſu, non priùs agent, quàm Superio-
„ rem conſulant.

„ 23. Quæ Deo auctore perficient, ea
„ quantum licebit, ita conſtituant, ut ſta-
„ bilia ſint, & diù durare poſſint. Quod fa-
„ ciliùs obtinebunt, ſi res convenienti or-
„ dine diſponant, earumque bonum pro-
„ greſſum ijs commendent, quorum exem-
„ plo, auctoritate, ſtudio, & diligentiâ, fa-
„ cilè conſervari, & promoveri poſſint.

„ 24. Scribent ad eum, quem deſignave-
„ rit ille, à quo miſſi ſunt, ſingulis hebdo-
„ madis, vel quoties ipſis fuerit conſtitu-
„ tum, & quantum fieri poteſt, totius ſuc-
„ ceſſus eum certiorem reddant, quemad-
„ modum perſonæ, & negotia exegerint,
„ ut conſilio, & aliis auxilijs juvari poſſint.

„ 25. Cum propter nullas occupationes
„ intermittendum ſit propriæ perfectionis
„ ſtudium, diligenter animadvertunt, ne
„ prætextu procurandę aliorum ſalutis,
„ propriæ perfectionis obliviſcantur,
„ ipſamque propriam ſalutem ea ratione
„ in diſcrimen adducant: ſed ſæpè illud
„ Domini mente revolvant: Quid pro-
„ deſt homini, ſi univerſum Mundum lu-
„ cretur, animæ verò ſuę detrimentum pa-
„ tiatur? ſibique illud D. Pauli unuſquiſ-
„ que dictum exiſtimet, Attende tibi, &

„ doctrinæ, insta in illis, hoc enim fa-
„ ciens, & teipsum salvum facies, & eos
„ qui te audiunt.

„ 26. Hanc ob rem caveant, ne con-
„ sueta in Collegijs, ac Domibus orandi,
„ & examinandæ conscientiæ exercitia,
„ nisi si quando necessitas, aut in eventu
„ aliquo charitas illud faciendum postu-
„ laret. Conservationem cum seculari-
„ bus nimiam non habeant, aut incau-
„ tam, aut quæ secularem sapiat: sed in
„ omnibus se integritatis, & gravitatis
„ exemplum præbeant: atque in summa
„ Regularum Societatis, sive earum, quæ
„ omnibus communes sunt, sive quæ
„ ipsorum officij propriæ, quantum lo-
„ cus patitur, observationem non præter-
„ mittant.

„ 27. Præter hæc, si pro ratione di-
„ versarum Regionum, & Missionum qua-
„ litate, alia quædam à Superioribus con-
„ stituenda videbuntur: ea in peculiaribus
„ instructionibus addita pari diligentia ob-
„ servanda erunt.

REGVLÆ PROCVRATORIS GENERALIS.

„ 1. IN omnium negotiorum tractatio-
„ ne perpetuò memor sit instituti
„ Societatis, quæ Dei omnipotentis glo-
„ riam quærens, profectui animarum in-
„ vigilat. Ipse igitur verbo, & exemplo
„ eos omnes ædificet, quibuscum versatur,
„ & in his, quæ ad officium suum spectant,
„ fidelitatem, prudentiam, & dexterita-
„ tem habere studeat, atque eos sibi be-
„ nevolos conservet, quorum opera ad
„ negotia peragenda indiget.

„ 2. Ad eum pertinent negotia omnia
„ ad expeditiones, lites, & quosvis contra-
„ ctus, sibi à Generali commissos ineun-
„ dos spectantia, quæ ad universæ Socie-
„ tatis Collegia vel Domos ejus, vel etiam
„ ad particulares personas pertinebunt.

„ 3. Superintendat non solùm ijs, quæ
„ à Procuratore, & solicitatore externo
„ curantur, sed etiam Socijs, qui illi da-
„ buntur adjutores, quod ad negotia at-
„ tinet: & si qui Romæ fuerint Procura-
„ tores Societatis rerum particularium,
„ vel etiam Provinciarum, ab ipso diri-
„ gentur, prout Generali videbitur.

„ 4. Nihil, quod ad expeditiones, lites
„ aut graviora negotia pertineat, incipiet
„ agere, nisi à Præposito Generali, per se
„ vel per alium approbatum sit, & ei
„ commissum, ut exequatur: quod si Ge-
„ neralis rem consultatione indigere judi-
„ cabit, solicitet, ut maturè de ea statua-
„ tur, præcipuè si res festinatione egere
„ videatur: si quid autem ex ijs, quæ sta-
„ tuuntur, ipsi videretur non convenire,
„ proponat suam sententiam, & rationes
„ quibus movetur.

„ 5. Illud verò præcipuè ante oculos
„ habeat, ut antequam litem ullam in-
„ tendat, res controversa (si fieri possit)
„ concordia aut compromissione compo-
„ natur: si quando tamen ad litem descen-
„ dendum erit, memor sit ut magnam
„ pacem interiùs exteriúsque custodiat,
„ & semper ad istam concordiam se pa-
„ ratum esse, contrariæ parti innotescat.

„ 6. Curet diligenter, ut rectè, & so-
„ lidè fiant, quæ expedienda, vel alia ra-
„ tione agenda erunt, quod si periti juris,
„ aut curiales consulendi sint, maximè
„ idonei eligantur: idem de officialibus,
„ per quos res est transigenda, intelligatur.

„ 7. Conferat cum Præposito Gene-
„ rali, eique reddat rationem eorum quę
„ facit, & quo in statu sint negotia, aut
„ illi, qui à Præposito designabitur: quòd
„ si rerum difficultas extraordinarium fa-
„ vorem, aut diligentiam exigere videa-
„ tur, eidem significet, & auxilia, quæ
„ opportuna visa erunt, petat.

„ 8. Rationem quoq; redder status nego-
„ tiorum, eorumq; persecutionis, vel expe-
„ ditionis, ijs qui de negotijs scribunt, suas
„ verò literas legendas dabit illi Assistenti,
„ ad cujus Provinciá negotia pertinebunt.

„ 9. Rationum libros conficiat, in qui-
„ bus sigillatim omnia quæ recepit, scri-
„ bantur, & quas pecunias quibus in re-
„ bus expenderit, ut tam clara & distin-
„ cta ratio dati & accepti sit, ut ipso etiam
„ absente supputari possit, quid singulæ
„ Provincię, Domus, Collegium, aut parti-
„ culares personæ dederint, aut debeant
„ Procuratori, aut quid eis à Procuratore
„ debeatur. Quod ut commodiùs observe-
„ tur, singulis saltem annis ad Nativitatis
„ Dominicæ festum rationum omnium
„ summam colliget, & scribet, atq; ad eos,
„ quorũ interierit, mittet: si quid autem pe-
„ cuniæ supererit, eisdem significabit, ut
„ pro ipsorum arbitrio de ea disponatur.

„ 10. Librum habeat, in quo scribat
„ beneficia omnia Ecclesiastica, quæ sin-
„ gularem Provinciarum Collegijs sunt
„ unita, & horum etiam catalogum, ubi
„ tempus, in quo fuit facta unaquæq; unio,
„ & valor etiam annotetur, animadvertat-

que

„ que, ut antequam adveniat dies præ-
„ scriptus solvendi quindennia, Rectores
„ Collegiorũ, ad quę hujusmodi uniones
„ pertinẽt, diligenter admoneat, ut oppor-
„ tuno tempore pecunias Romam mittãt.
„ 11. Curet, ut à Provincijs mittantur
„ pecuniæ, quas contribuere debent ad
„ sumptus necessarios in Procuratores, ut
„ cùm opus fuerit, in advocatos, latores li-
„ terarum, & alios similes faciendos: utq;
„ Romæ sint eo tempore, quo illis sint sol-
„ vendę, eademq; diligentia, quæ sibi ex li-
„ bro rationũ colliget, ut reddãtur, curabit.
„ 12. Cùm pecunia Procuratori ad ne-
„ gotia conficienda transmittetur, si tan-
„ tum literæ banchariæ, quæ de credito
„ dicuntur, mittantur, nihil capiat, nisi
„ quantum & quando pro negotio confi-
„ ciendo opus erit: si verò banchariæ lite-
„ ræ ad certam aliquam summam, quæ
„ jam alibi soluta est, capiendã missæ fue-
„ rint, & ea ipsa jam jam ad negotia expe-
„ dienda erit necessaria, ne tum quidem à
„ Mercatore, præsertim locuplete, & spe-
„ ctatæ fidei educatur, donec numeranda
„ sit: si verò non tam citò erit necessaria,
„ vel de fide Mercatoris non tam certò
„ constaret, primo quoq; tempore ab eo
„ accepta pecunia, eam si alicujus mo-
„ menti fuerit, reponat in arcâ sub dupli-
„ ci clavi, quarum alteram ipse, & alte-
„ ram diversam socius habeat.
„ 13. Scripturas, bullas, & brevia authen-
„ tica, quæ in Archivio conservantur, non
„ nisi exigente necessitate accipiet: acce-
„ ptas verò, quam primùm commodè po-
„ terit, reddat: cæteras autem scripturas,
„ Procuratoris instrumenta, literas nego-
„ tia continentes, quamdiu necessaria
„ fuerint, & demum quęcunq; ad officium
„ ejus pertinent, & quæ nec perpetuò ne-
„ cessaria sunt, nec semper servanda
„ erunt, ipse custodiat ordinatè, & di-
„ stinctè, facto eorum omnium inven-
„ tario, cubiculumq; sit clavi obseratum.
„ 14. Informationes ad se missas in omni-
„ bus expeditionibus habeat præ oculis,
„ ut ad eas omninò supplicationes con-
„ formentur: deinde animadvertat, ut
„ bullæ, & brevia, quæ expediuntur, cum
„ supplicationibus concordent.
„ 15. In librum referat summam omnium
„ negotiorum, quæ ei commendantur,
„ resque majoris momenti, quæ in eo-
„ rum progressu peragentur, ibidem bre-
„ vi, ac dilucido ordine conscribat.
„ 16. Exempla literarum, quas ad varias
„ Provincias, & loca scribit de negotijs,
„ in librum peculiarem referat: & cum
„ memoralia, informationes, supplicatio-
„ nes, vel alia scripta alicujus momenti a-
„ lijs dabit, exemplũ eorum apud se servet,
„ 17. Regulas Cancellariæ habeat, bul-
„ lasque & Brevia quæ à summo Ponti-
„ fice fiunt, emat, in eisq; animadvertat,
„ quid novi contineatur: quod si in Cœ-
„ næ Domini Bulla aliquid adderetur, aut
„ mutaretur, eam statim ad omnes Pro-
„ vincias transmittat: motus etiam pro-
„ prios universales, conscio tamen Præ-
„ posito Generali, Provincialibus mittet.
„ 18. Cùm Præpositus Generalis adire
„ voluerit, creatum novum Pontificem,
„ ut juxta Constitutiones suæ Sanctitati
„ obedientiam, votumque Societatis de-
„ claret, redigat illi Procurator in memo-
„ riam, ut videat, an expediat ab eo im-
„ petrare confirmationem gratiarum, &
„ privilegiorum Societatis.
„ 19. Subditus sit Superioribus Collegij,
„ præterquam in ijs, quæ ad sui officij
„ executionem spectant.

REGVLÆ
PROCVRATORIS DOMVS PROFESSÆ.

„ 1. IN omnium negotiorum tracta-
„ tione perpetuò memor sit in-
„ stituti Societatis, quæ Dei omnipoten-
„ tis gloriam quærens, profectui anima-
„ rum invigilat. Curet igitur ipse verbo,
„ & exemplo præsertim humilitatis, &
„ patientiæ eos omnes ædificare, quibus
„ cum conversatur, atque eos sibi bene-
„ volos conservare, quorum opera ad ne-
„ gotia peragenda indiget: & cum oppor-
„ tuerit, de instituti nostri ratione illos
„ informet.
„ 2. Quærat diligenter eleemosynas,
„ easque simpliciter, & amore Domini
„ petat, nec non & eas augere, ac con-
„ servare studeat, oportuneque eos vi-
„ sitet à quibus petenda erunt.
„ 3. Habeat Catalogum eorum, qui or-
„ dinariè, & extraordinariè eleemosynas
„ faciunt, & de his certiorem faciat Su-
„ periorem, ac videat, ne sua negligen-
„ tia aliquos permittat, quorum benefi-
„ cio domus iuvari possit.
„ 4. Animadvertat, quid, à quibus petere
„ debet, iuxta id quod unusquisque faci-
„ lius, & commodius suo tempore dare
„ possit: & caveat ne in petendis eleemo-
„ synis gravis, vel molestus externis sit,
„ ita ut ad eos, cum opportuerit, gratus
„ semper pateat aditus nostrorum.

„ 5. Habeat ſocium à Superiore deſigna-
„ tum, cujus opera utatur in his, quæ ad
„ ſuum officium pertinent, præter alium
„ (ubi opus erit (qui in virtute, & con-
„ ſervatione probatus, poſſit eleemoſy-
„ nas ordinarias per domos colligere.
„ 6. Procuratoris erit, quaſcunque elee-
„ moſynas recipere, & quæcunque affe-
„ runtur dmum, in libro quodam ad id de-
„ ſignato, quotidiè ſcribere.
„ 7. Videat in quærendis, vel admitten-
„ dis eleemoſynis, ne præjudicium fiat pu-
„ ritati noſtri inſtituti, quod attinet ad ejus
„ Miniſteria, gratis omninò exercenda.
„ 8. Pecunia undecunque provenerit, ſi
„ alicujus momenti fuerit, judicio Superio-
„ ris in arca reponatur ad id deſignata.
„ Hujus Præpoſitus clavem unam, & ipſe
„ Procurator alteram diverſam cuſtodiat: in
„ eandem liber aſſervabitur, in quo ſcri-
„ betur pecuniæ ſumma, tam ejus quæ in-
„ fertur, quam ejus quæ effertur: ſi quando
„ autem cogente aliqua neceſſitate pecu-
„ nia in arcam non inferretur; nihilomi-
„ nus accepti, & expenſi ſumma ſemel in
„ hebdomada in eodem libro ſcribitur, ac
„ ſi in ea reponeretur.
„ 9. Quoties ex arca pecuniam accipiet,
„ ejus ſummam, & diem in libro ſuarum
„ rationum adſcribat, in altera verò par-
„ te libri, expenſi ratio conſtet.
„ 10. Procurator in libro ad hoc deſigna-
„ to, quem penes ſe habere debet: ſcribat
„ omnia, quæ unuſquiſque Novitiorum
„ domum attulerit, cum ejuſdem ſubſcri-
„ ptione, & ea Cuſtodi veſtium aſſervanda
„ tradat, niſi ſit pecunia, quàm ſeparatim
„ cuſtodiet in arca, ubi pecuniæ domus
„ reponuntur, donec, biennio exple-
„ to, Novitius conſueta vota Societatis
„ emittat.
„ 11. Singulis menſibus dati, & accepti ra-
„ tionem Superiori reddet, & debita etiam
„ indicabit, quo ipſe domus ſtatum pror-
„ ſus intelligat.
„ 12. Diligenti cura aſſervabit in Archi-
„ vio ad hoc deſignato inſtrumenta origi-
„ nalia, & titulos, quibus conſtat de jure
„ eorum, quæ domus ad uſum, & pro-
„ priam habitationem poſſidet, ſuis locis
„ repoſita, ut facilè inveniri poſſint. Ar-
„ chivij autem duæ claves diverſæ erunt,
„ quarum alteram Præpoſitus, alteram
„ ipſe habebit Procurator.
„ 13. Item ſeorſum habebit hæc eadem
„ inſtrumenta, & titulos manu Notarij pu-
„ blici ſubſcriptos, ut fidem faciant, ſi ali-
„ quando in judicio præſentari neceſſe ſit.
„ 14. Præter hæc Procurator librum ha-
„ bebit, in quo ſumma quædam horum in-
„ ſtrumentorum, & titulorum contineatur:
„ cum autem contractus majoris momenti,
„ præſertim rerum perpetuarum fient, re-
„ digat in memoriam Præpoſito ad Ar-
„ chivium, quod eſt in Vrbe penes Præpo-
„ ſitum Generalem, eorum exempla au-
„ thentica mittenda eſſe.
„ 15. Cubiculum clavi obſeratum habeat,
„ & aſſervabit ſcripturas, quibus ad Procu-
„ ratorium munus indigebit, cumq; aliquas
„ ex Archivio accipiet, earũ in libro, qui in
„ eodẽ Archivio erit, annotato die, menſe,
„ & anno memoriã relinquet, quas cũ ſuo
„ tempore reſtituet, ex eod. libro expunget.
„ 16. Cùm toti domui neceſſaria provi-
„ dere ipſe debeat, juxta Superioris ordi-
„ nem, curet, ut res omnes, præcipuè diu
„ duraturæ, quàm opportunè emantur: ne
„ aut perinde bonas, aut non æquo pretio
„ cogatur comparare: caveat etiam ne dum
„ nimium pecuniæ parcit, non bonas, aut
„ inſalubres res emat.
„ 17. Emptori pecunias ad quotidianos
„ ſumptus ſubminiſtrabit, à quo ſingulis
„ diebus expenſarum exiget rationem ex
„ codice, ſummam verò in librum ſuum
„ ipſe referet.
„ 18. Videat num ea, quæ empta ſunt, il-
„ læſa conſerventur, atque animadvertens
„ aliqua, non ut oportet conſervari, aut
„ expedendi, Superiorem, vel Miniſtrum
„ admoneat.

REGVLÆ
PROCVRATORIS COLLEGII, & DOMVS Probationis.

„ 1. IN omnium negotiorum tractatio-
„ ne perpetuò memor ſit inſtituti So-
„ cietatis, quę Dei omnipotentis gloriam
„ quærens, profectui animarum invigilat.
„ Curet igitur ipſe verbo, & exemplo eos
„ omnes ædificare, quibuſcum converſatur,
„ atque eos ſibi benevolos conſervare, quo-
„ rum opera ad negotia peragenda indiget.
„ 2. Procuratoris erit conſervare res tem-
„ porales ſuæ curæ commiſſas, & eas cura-
„ re, tanquam bona propria Domini noſtri
„ Ieſu Chriſti. Cùm autẽ toti Collegio ne-
„ ceſſaria providere ipſe debeat, juxta Su-
„ perioris ordinem, ad eum pertinebit pro-
„ ventus quoſcunque Collegij, vel Domus
„ probationis, & eleemoſynas, ubi petendas
„ à Rectore intellexerit, exigere ac recipe-
„ re: ſyngraphas verò ſolutionis, quando
„ opus erit, ipſe dabit ſubſcriptas à Recto-
„ re, aut à ſe illius commiſſione.

„ 3.

„ 3. Omnes Collegij proventus, & tempora, quibus colligendi sunt, in peculiari libro scribet, & seorsum summam contractuum & locationum, quæ ad breve tempus fiunt: seorsum etiam quascunque res, aut pecunias ex fructibus Collegij perceperit, addito à quibus, & quando ea provenerint: eleemosynæ autem alio in loco scribantur.

„ 4. Singulis mensibus dati & accepti rationem Rectori reddet, debitaque, & & credita Collegij indicabit, quo ipse domus statum prorsus intelligat.

„ 5. Pecunia, undecunque ea venerit, si alicujus momenti fuerit, judicio Superioris, in arca reponetur ad id designata: hujus Rector clavem unam, & ipse Procurator alteram diversam custodiat: in eadem liber asservabitur, in quo scribetur pecuniæ summa, tam ejus quæ infertur, quam eius, quæ effertur, si quando autem cogente aliqua necessitate pecunia in arcam non inferretur, nihilominus accepti, & expensi summa in eodem libro statim scribatur, ac si in ea reponeretur.

„ 6. Quoties ex arca pecuniam accipiet, eius summam & diem in libro suarum rationum adscribat: in alia verò parte libri, expensi ratio constet.

„ 7. Procurator in libro ad hoc designato, quem penes se habere debet, scribat omnia, quæ unusquisque Novitiorum domum attulerit, cum ejusdem subscriptione, & ea Custodi vestium asservanda tradet, nisi sit pecunia, quam separatim custodiet in arca, ubi pecuniæ Collegij reponuntur, donec, biennio expleto, Novitius consueta vota Societatis emittat.

„ 8. Emptori pecunias ad quotidianos sumptus subministrabit, à quo singulis diebus expensarum exiget rationem ex codice: summam verò in librum suum ipse referet.

„ 9. Curet, ut res omnes, præcipuè diù duraturæ quàm opportunè emantur, ne has non perinde bonas, aut non æquo pretio cogatur comparare: caveat etiam ne dum nimiùm pecuniæ parcit non bonas, aut insalubres res emat.

„ 10. Videat num ea, quæ empta sunt, illæsa conserventur, atq; animadvertens aliqua non ut oportet conservari, aut expendi, Superiorem, vel Ministrum admoneat.

„ 11. Advertat, num ea, quæ à Collegio possidentur, reparatione indigeant, seu domus, seu prædia, seu quidvis aliud, ut ad Superiorem referat: si quid autem vendendum videretur, eodem inconsulto, ne faciat.

„ 12. Omnia, quæ speciem habent secularis negotiationis, in colendis videlicet agris, vendendis in foro fructibus, & similibus, intelligat prohibita esse nostris.

„ 13. Nihil, quod locutiones, contractus aut debita contrahenda, aut alia alicujus momenti negotia pertineat, faciat, nisi ipsi à Superiore commissum sit: si quid autem ex ijs, quæ jubentur, ipsi videretur non expedire, eidem proponat modestè suam sententiam, & rationes, quibus moveatur.

„ 14. Excipiet in codicem lites, si quæ fortè erunt, & quæ gravioris momenti circa eas fient, continenter & summatim annotabit.

„ 15. In Tribunalibus judicium non compareat, nisi quando aliqua necessitas plurimùm urgere Superiori videretur, sed per externos Procuratores nostra negotia in publicis judicijs peragantur.

„ 16. Illud verò præcipuè ante oculos habeat, ut tanquam litem ullam intendat, res controversa (si fieri possit) concordia aut compromissione, consulto Superiore, componatur: si quando tamen ad litem descendendum erit, memor sit, ut magnam pacem interius exteriusque custodiat, & semper ad justam concordiam ipsum paratum esse contrariæ parti innotescat.

„ 17. Curet diligenter, ut rectè, & solidè fiant, quæ expedienda erunt: quod si periti juris consulendi sint, maximè idoneos eligat. Idem de cæteris officialibus intelligatur.

„ 18. Conferat cum Superiore, eique reddat rationem eorum quæ fecit, & quo in statu sint negotia, aut ei, quem ille designabit: quod si rerum difficultas extraordinarium favorem, aut diligentiam exigere videatur, eidem significet, ut auxilia, quæ opportuna visa erunt, petantur.

„ 19. Diligenti cura asservabit in Archivio ad hoc designato instrumenta originalia, & titulos, quibus constat de jure eorum, quæ à Collegio possidentur, suis locis reposita, ut facilè inveniri. Archivij autem duæ claves diversæ erunt, quarum alteram Rector, alteram ipse habebit Procurator.

„ 20. Seorsum habebit hæc eadem instrumenta, & titulos manu Notarij publici subscriptos, ut fidem faciant si ali-

„ quando

„ quando in judicio præsentari necesse sit.
„ 21. Præter hæc Procurator librum habebit, in quo summa quædam horum „ instrumentorum, & titulorum continea„ tur : cùm autem contractus majoris „ momenti, præsertim rerum perpetua„ rum, fient, redigat in memoriam Re„ ctori ad Archivium, quod est in urbe „ penes Præpositum Generalem, eorum „ exempla mittenda esse.
„ 22. Cubiculum clavi obseratum habeat, & asservabit scripturas, quibus ad „ Procuratorium munus indigebit : cum„ que aliquas ex Archivio accipiet, earum „ in libro, qui in eodem Archivio erit, „ notato die, mense & anno, memoriam „ relinquet : quas cum suo tempore resti„ tuet, ex eodem libro, expunget.
„ 23. In libellum referet quæcunque à Su„ periore ipsi facienda injungentur, ne me„ moria excidant, & effectu frustrentur.
„ 24. Intelligat, qui sint illi potissimùm „ qui beneficia magni momenti in Col„ legium contulerunt, & eorum catalo„ gum habeat, & superiorem certiorem „ faciat, ut juxta modum professionis no„ stræ grati in illos esse possimus.

REGVLÆ
PRÆFECTI LECTORVM *ad* Mensam.

„ 1. CVret, ut idonei in Lectores mensæ à Superiore destinen„ tur, & eos instruat, ut alta, clara, & „ distincta voce legant.
„ 2. Det operam, ut lector prævideat „ diligenter lectionem, ut benè, & emen„ datè proferat, & in dubijs ad se recurrat.
„ 3. Admoneat lectorem, ut si quid perperam pronunciaverit, correctus repetat, „ & emendatè iterum proferat.
„ 4. Habeat à Superiore assignatos sibi „ socios, ut in neutra mensa desit, qui le„ ctorem corrigat, eosque juxta has Re„ gulas instruat.
„ 5. Initio electionis in primæ, atque e„ tiam (nisi nostrorum paucitas aliud suaserit) in secunda mensa in prandio, & „ Cœna legatur caput de Scriptura sacra „ Novi vel Veteris Testamenti, cui succedat semper aliquis liber pius ac facilis „ iuxta indicem inferiùs præscriptum, & „ habeatur peculiaris, ratio Coadjuto„ rum, ut pro arbitrio Superiorum ali„ quid vernacula lingua ad illorum etiam „ consolationem legatur.
„ 6. In celebrioribus festis legatur aliquid „ omisso capitulo scripturæ, ex Patrum „ homilijs, & tractatibus, quod ad hi„ storiam, & celebritatem festi perti„ neat, & à Dominica in passione Do„ mini tractatus aliquot de eadem le„ gantur.
„ 7. Cùm afferuntur literæ annuæ, & „ Indicæ, quàm primùm legantur.
„ 8. Initio cujuscunque mensis Sum„ marium Constitutionum, Regulæ com„ munes, & Epistola P. N. Ignatij de Obe„ dientia legantur.
„ 9. Vesperi absoluta lectione, seu „ prædicatione legatur martyrologium „ vulgare sequentis diei : quo verò die fit „ abstinentia, caput aliquod ex libro de „ imitatione Christi, cum martyrologio : „ cum verò jejunatur, nihil legatur ve„ sperі, sed martyrologium legatur ad „ prandium.

LIBRI divinę Scripturę, *quæ in* Refectorio legentur.

EX Novo Testamento, *omnia integrè legentur.*
Ex Veteri, Pentateuchus, *præter* Leviticum.
Historiales omnes, *&* Sapientiales, *præter* Cantica.
Prophetales, *præter* Capita aliquot obscuriora.

LIBRI *qui post* Lectionem SCRIPTVRÆ legi possunt.

HIstoria Ecclesiastica Eusebij Cæsariensis.
Historia Ecclesiastica Nicephori Calisti.
D. Gregorij Dialogi.
Historia Ecclesiastica Bedæ.
Vitæ Sanctorum Aloysij Lipomani.
Vitæ Sanctorum Surij.
Severus Sulpitius de Beato Martino.
Gregorius Turonensis de gloria Confessorum.
Selectæ Epistolæ Divi Hieronymi.
Chrisostomus de orando Deum, de Providentia, & de Sacerdotio.
Ambrosius de fuga seculi, de bono Mortis.
August. sermones, Meditationes, Confessiones, & alia ejusdem opuscula & tractatus.
D. Bernardi de interiori domo, & aliquot sermones & tractatus.
Homiliæ Patrum selectæ.
D. Bonaventuræ stimulus divini amoris.
Thomas de Kempis de imitatione Christi, & aliquot ex ejusdem auctoris opusculis.

Cate-

Catechiſmus Romanus.
Literæ Indicæ.

„ 10. Præter hos libros poterunt quidem „ alij legi tum vulgares, tũ Latini, ſed exa- „ minati, & approbati à Provinciali atque „ illi eſſe debent qui & pietatem promo- „ veant, & vocationis propriæ propoſi- „ tum confirmare poſſint.

„ 11. De ſingulis libris ſuo tempore præ- „ legendis in menſa juxta indicem præ- „ ſcriptum priùs conferet cum Superiore, „ ut ille conſtituat, quid legendum ſit.

„ 12. Catalogum à Superiore habeat eo- „ rum, qui in refectorio commodè con- „ cionari poterunt, ex quibus Superior „ ipſe eligat, qui ſtatis diebus concionen- „ tur, & eos præſcripto tempore admone- „ bit, qua de re ſint concionaturi.

REGVLÆ
PRÆFECTI SANITATIS.

„ 1. PRæfecti ſanitatis munus erit, ſu- „ perintendere ijs, quæ ad cor- „ poris bonam valetudinem pertinent con- „ ſervandam in ſanis, (in ijs præſertim, qui „ ex ætate. aut alijs de cauſis ſunt debilio- „ res) tum reſtituendam in ægrotantibus.

„ 2. Præſit Infirmario, & cæteris qui- „ bus cura ægrotorum commiſſa erit, det- „ que operam, ne deſit Medicus, adſitque „ eo veniente, præſertim ubi morbi quali- „ tas id poſtulaverit, & quicquid ab eo præ- „ ſcriptum fuerit, ſtudeat, ut executioni „ mandetur: & ubi videret ægrotorum „ cubicula ſalubria non eſſe, ad Superio- „ rem referat.

„ 3. Obſervet, num quis eximia fatiga- „ tione corporis, aut ſpiritus plus æquo „ laboret, vel alia de cauſa morbi periculo „ ſe exponat, & ſuperiori ſignificet.

„ 4. Si in cibis, aere, frigore, aut alia „ quapiam in re aliquid probabili ratione „ animadvertat, quod communi omnium, „ vel alicujus ſaluti prodeſſe, vel obeſſe „ poſſit, Superiorem admoneat.

„ 5. Curet, ut infirmarius Regulas „ obſervet, quas apud ſe etiam habebit.

REGVLÆ
PRÆFECTI BIBLIOTHECÆ.

„ 1. INdicem librorum prohibitorum „ in Bibliotheca habeat, & videat, „ ne fortè ullus ſit inter eos ex prohibitis, „ aut alijs, quorum uſus communis eſſe „ non debet.

„ 2. Bibliotheca clauſa ſit; cujus cla- „ ves ipſe habeat & illis tradat, qui eas, „ juxta Superioris judicium, habere de- „ bebunt.

„ 3. Libri omnes eo ordine in Biblio- „ theca collocentur, ut ſingulis facultа- „ tibus ſuus certus ſit locus proprio titulo „ inſcriptus.

„ 4. Singuli libri titulis exteriùs inſcri- „ bantur, ut facilè cognoſci poſſint.

„ 5. Omnium librorum, qui domi ſunt, „ catalogum habeat, diverſarum facultа- „ tum auctoribus ordine alphabetico in di- „ verſas claſſes diſtributis.

„ 6. In alio catalogo, diverſis etiam „ per claſſes facultatibus, ij libri ſcriban- „ tur, qui in noſtrorum uſum extra Biblio- „ thecam conceſſi ſunt: qui verò intra dies „ octo reſtituendi extrahuntur, in tabulâ „ in hunc uſum parieti appenſâ notentur: „ quibus redditis: quod fuerat ſcriptum, „ deleatur.

„ 7. Nullum librum ex Bibliotheca cui- „ piam dabit ſine Superioris licentia ſpecia- „ li, aut generali, & advertat, ne quis librum, „ etiam cum licentia, ſe inſcio accipiat.

„ 8. Curet, ut Bibliotheca valdè mun- „ da, & compoſita ſit, quam in hebdoma- „ da bis verret, & ſemel ex libris pulverem „ excutiet: cavere etiam debet, ne libri „ humiditate, aut alia re lædantur.

„ 9. Quando intellexerit domi deeſſe „ aliquos libros neceſſarios, aut aliquos val- „ dè utiles in lucem editos eſſe, certiorem „ faciat ſuperiorem, ut ſi illi viſum fuerit, „ emantur: ſi verò domi libri inutiles fue- „ rint, eundem admoneat, an cum alijs „ melioribus commutandi ſint.

„ 10. In loco publico, præſertim in ma- „ gnis Collegijs ſint quidam communio- „ res libri, quibus uniuſquiſque pro ratio- „ ne ſuorum ſtudiorum, uti poſſit.

„ 11. Habeat librum, in qua eo o- „ mnia judicio Superioris ſelecta diligen- „ ter ſcribantur, quæ in ſuo Collegio pu- „ blicè exhibentur, ut Comœdiæ, Dialo- „ gi: Orationes, & id genus alia: Con- „ cluſiones verò ſingulorum annorum, quæ „ publicè defendentur: ſimul conſutas in „ Bibliotheca aſſervet.

„ 12. Si aliqui libri extra domum ac- „ commodato darentur, adhibeat diligen- „ tiam ut recuperentur ſuo tempore: & in „ aliquo interim libro notabit, quinam illi „ libri ſint, & quibus eos accommoda- „ verit.

REGVLÆ SVBMINISTRI.

» 1. SVbminister est instrumentum
» Ministri, & aliorum Superio-
» rum, ad res particulares obeundas, &
» executioni mandandas.

» 2. Nihil ordinat, sed tantùm est exe-
» cutor, & exactor actionum domestica-
» rum juxta modum & ordinem sibi à Su-
» perioribus præscriptum.

» 3. Et ejus præcipua cura, ut omnia,
» quæ attinent ad culinam, refectorium,
» penum, cellam vinariam, & aquariam,
» benè, & ordine, & tempore suo parata
» sint & ministrentur: videatque ut cubi-
» cula sint decenter composita, quæ alter-
» nis saltem diebus visitabit.

» 4. Curet, ne nostri per Domum vel
» Collegium vagentur, vel intempestivè
» colloquantur: ac denique ut uniusquis-
» que in suo officio versetur, & contineatur.

» 5. Refert de omnibus rebus quotidiè
» ad Ministrum, ac Prepositum verò vel
» Rectorem, quoties eum visum fuerit.

» 6. Nullam injunget pœnitentiam, sed
» de defectibus domesticis admoneat Mini-
» strum, vel alium Superiorem: poterit ta-
» men impositas pœnitentias nomine ali-
» cujus Superioris alijs denunciare.

» 7. Erit Superior nostrorum, qui Sa-
» cerdotes non sunt: Sacerdotibus tamen
» aliquid injungere poterit nomine alicu-
» jus Superioris.

REGVLÆ ÆDITVI.

» 1. PRæfecto Ecclesiæ obediat in
» omnibus quæ ad Templi Mi-
» sterium pertinent.

» 2. Servet modestiam in incessu, vultu,
» sermoneque: tam in Templo, quàm in
» sacristia: ijs verò, qui aliquid exigunt,
» satisfacere cum ædificatione studeat per
» se, vel ad Præfectum recurrendo, aut
» ipsos ad eum remittendo: si quando ve-
» rò necesse erit cum mulieribus loqui, id
» oculis demissis, & quàm brevissimè faciat.

» 3. Dum sacris inservit, attentus ad
» suum Ministerium cum devotione, &
» ædificatione sit. Nec ante eum qui ce-
» lebrat, aut ad latus ex æquo, sed ali-
» quanto posteriùs maneat, utatur verò to-
» no, qui congruat cum eo, quo Sacer-
» dos utitur: omnia rectè proferat, nec
» celeriter nimiùm, nec nimis lentè. De-
» nique in ijs sit bene instructus, & cæ-
» teros, qui Sacerdotibus ministrabunt,
» eadem doceat,

» 4. Curet, & vestimenta, quæ sa-
» crum facturus induitur, sint rectè apta-
» ta, ipsumque circumquaque intueatur,
» antequam è sacristia exeat.

» 5. Diligenter det operam, ut Sacer-
» dotes, qui Sacrum facere volunt, quàm
» primùm Ministros habeant sibi à Supe-
» riore præscriptum, & quotidiè unum-
» quemque eorum, qui ordine in summo
» Altari Missas dicturi sunt, opportuno
» tempore admoneat.

» 6. Tot habebit appensa sudariola in
» Sacristin, quot fuerint Domi Sacerdo-
» tes, inscriptis singulorum nominibus, &
» addito uno, vel pluribus pro extraor-
» dinarijs.

» 7. Dum Sacra fiunt, accendat, ut
» minimùm, candelas duas, & cum san-
» ctissimum Sacramentum elevatur, facem,
» aut cereum: quo tempore etiam tintin-
» nabulum pulset: accendet etiam facem,
» cum alijs sanctissimum Sacramentum
» ministrabitur, ipseque confessionem ge-
» neralem eorum vice recitabit.

» 8. Curet, ut vinum, quod in Sacri-
» ficium paratur, sit bonum, & merum, ac
» mundum, eoque ipso die haustum: si-
» militer & aqua, & ampullæ sint mundæ,
» & decenter coopertæ.

» 9. Hostias faciat, quàm fieri pote-
» rit, pulchras, eo numero, ut & Missis,
» & communionibus sufficiant.

» 10. Ante Missas, & conciones, ac
» lectiones, pulset campanam, prout sibi
» præscriptum erit: det etiam signum sa-
» lutationis Beatæ Mariæ in aurora,
» in meridie & vesperi: det etiam si-
» gnum, cum primum quis ex nostris
» vita functus fuerit: ut omnes, pro cu-
» jusque devotione illius animam Deo
» commendent.

» 11. Si quando propter universalem
» aliquam causam in reliquis Ecclesijs cam-
» panæ pulsentur, ipse etiam juxta Supe-
» rioris præscriptum pulsabit.

» 12. Pridiè quàm sit habenda concio,
» disponat scamna in Templo, iuxta soli-
» tum morem.

» 13. Det operam, ut nullo modo lu-
» men desit ante sanctissimum Sacramen-
» tum, neque interdiù, neque noctu.

» 14. Ex ijs Sacerdotibus, quos habet
» à Superiore designatos, vocet diligenter
» ad Templum qui nominatim petuntur
» ad confessiones audiendas: quod si nomi-

» natim

„ natim non petuntur, ad confessiones au-
„ diendas, eos juxta ordinem sibi præscri-
„ ptum accersat; & quantum in ipso est,
„ det operam, ut omnibus, qui confiteri
„ volunt, satisfiat.

„ 15. Si qui Missas, aut orationes pe-
„ tant, ad Præfectum recurrat, vel ad
„ eum illos remittat.

„ 16. Si quis aliquid quæret, in quo ei
„ à lanitore melius satisfieret, eum ad por-
„ tam domus remittat, & eos etiam, qui
„ per portam, quæ à Templo in domum
„ patet aditus, ingredi vellent, nisi viri es-
„ sent ejusmodi, ut eorum peculiaris es-
„ set habenda ratio, prout à Superiore
„ fuerit instructus, nunquam autem porta
„ ea apperta relinquatur.

„ 17. Curet, ut nunquam illic aqua de-
„ sit, ubi lavantur manus solas antè &
„ post Sacrum extergendas.

„ 18. Provideat, ut aqua benedicta in
„ pila non desit.

„ 19. Si quando eleemosynæ Missarum,
„ vel Confessionum gratia offeruntur, eas
„ non admittat: si quid tamen alioqui in
„ Altaribus, aut alijs templi locis repere-
„ rit, aut in usum Templi oblatum fue-
„ rit, id Præfecto tradet.

„ 20 Templi portas manè, sed non an-
„ te auroram aperiat: easdemque vesperi
„ circa solis occasum diligenter observet:
„ quod etiam faciet circa meridiem, nisi
„ Superior in casu aliquo secus faciendum
„ judicaret: & quotidiè noctu claves Ec-
„ clesiæ ad Superiorem deferat

„ 21. Quamdiù Templum erit apertum,
„ diligenter, curet, ne unquam sine custo-
„ de relinquatur, sed semper, aut ipse, aut
„ alius in eo sit, vel in Sacristia, ita ut &
„ videre Templum & custodire possit.

„ 22. Advertat, ne quis in Templo
„ deambulet, neve strepitus in eo audia-
„ tur: eos verò, qui loquentur altiùs, mo-
„ destè, ut decet, admonebit.

„ 23. Det operam diligenter, ut alta-
„ ria sint munda, & benè præparata, &
„ pro ratione temporum ornata, atque ut
„ vasa sacra, ornamenta, & cætera omnia,
„ quæ addi vinum cultum pertinent, in
„ suis locis aptè, & decenter reponan-
„ tur, & conserventur.

„ 24. Videat, ut Templum sit mundum
„ & bis singulis hebdomadis, ac sæpiùs, si
„ necesse sit præsertim in festorum sole-
„ mnium vigilijs, scopis mundetur: canes
„ etiam ex Templo abigat.

REGVLÆ INFIRMARII.

„ 1. CVram habeat infirmorum, quo-
„ rum ægritudo simulatque ei in-
„ dicata fuerit, si censeret rem esse alicu-
„ jus momenti, Præfectum, & Superio-
„ rem admoneat.

„ 2. Cum quis in morbum incidit, à
„ Superiore intelligat, num statim Medi-
„ cus vocandus, qui unus ordinariè esse
„ debet, nisi ingravescente morbo, aut
„ in quibusdam alijs casibus, alio Medico
„ opus esse Superior judicaverit: & quo-
„ ties Medicus ægrotos inviser, adsit ipse.

„ 3. Studeat, ut quæ ægrotanti danda
„ sunt, & opportunè emantur, & bona
„ sint, & benè præparata administrentur.

„ 4. Curet, ut ægrotorum cubicula sint
„ valdè munda: lecti concinnè sternan-
„ tur, & ramusculis, & hujusmodi alijs
„ decumbentes oblectet.

„ 5. Ægrotum consolari, & exhilarare
„ studeat, non solum rebus à Medico pro-
„ batis, sed verbis etiam spiritualibus, &
„ lętis, habeat etiam libros, quorum le-
„ ctione ægroti recreati, & juvari in spi-
„ ritu possint.

„ 6. Intelligat à Superiore, quos ex
„ nostris ad ęgrotos invisendos, ac recrean-
„ dos accersere debeat, caveat autem, ne
„ dum infirmis placere studet, aliquid
„ fiat, quod eis nocere ulla ratione
„ possit.

„ 7. Medicinalia, & cuncta, quæ ægro-
„ tantium usui necessaria sunt, habere ipse
„ debet, nisi Pharmacopola domi sit, & in
„ loco convenienti ea custodire & sæpiùs
„ revisere, ut incorrupta conserventur: &
„ quando opus fuerit, ut de novo suo tem-
„ pore conficiantur, curare juxta ordinem
„ Superioris.

„ 8. Nihil omninò eorum, quæ à Medi-
„ co præscribantur, prætermittat, aut mu-
„ tet: ordinem etiam observet temporum
„ præfixorum, quibus prandium, cœnam,
„ syrupum, cæteraque medicamenta det,
„ omnia scripto excipiens, quæ Medicus
„ præscripserit

„ 9. Advertat, quo die quis cœperit
„ ægrotare, & quæ hora febres ægrotum
„ & corripiant, & deserant: tum ut Medi-
„ cum, & Superiorem admoneat, tum ut
„ cibum tempestivè præbeat.

„ 10. Si morbus sit contagiosus, supellex
„ separari debet, ne cuiquam noceat.

„ 11. Convaleſcentes è lecto ſurgere „ non permittat, priuſquam id Medicus „ conceſſerit, & operam det: ut ea con- „ valeſcentibus præbeantur, quæ Medi- „ cus præſcripſerit, quoad Superiori ſatis „ viſum fuerit.

„ 12. Patienter & cum Charitate tum „ ipſe, tum ſocij ejus ferant moleſtias,& „ difficultates, quæ interdum in curandis „ infirmis accidere ſolent. Quemadmo- „ dum autem diligenter curare debet, ne „ debita miniſteria ægrotis deſint, ita e- „ tiam animadvertere, ne nimiæ vigiliæ, „ immoderatique labores, aut morbi con- „ tagio vel propriæ ipſius, vel ſociorum „ ſaluti noceant.

„ 13. Cum gravitas morbi id poſtula- „ verit, Superiorem certiorem reddat, ut „ ægrotus antequam judicij privetur,omnia „ Sacramenta accipiat: quòd ſi ægrotus, „ diù licet, ſine periculo decumbat, curet „ ut octavo quoque die pro more Socie- „ tatis communicet, ne hujuſmodi ſpiri- „ tuali fructu, & conſolatione privetur, „ niſi aliqua ratio judicio ſuperioris im- „ pediat.

„ 14. Ingraveſcente morbo Superio- „ rem admoneat: ut orationibus omnium „ domeſticorum valdè peculiaribus infir- „ mum juvari faciat: idque eò magis, quo „ morti propinquiorem videret: & ut mo- „ rienti quo plures poterunt ex noſtris ad- „ ſint, qui eum animoſiorem reddant,ijſ- „ que auxilijs juvent, quæ eo tempore „ convenient, accum primùm vita fructus „ fuerit, Ædituum admoneat.

„ 15. Provideat, ut eorum corpora, qui ad „ meliorem vitam migrarint, ad ſepultu- „ ram conſueto Regionis more præparen- „ tur, ut ne ſpacio diei naturalis decenter „ teneantur, niſi ratione mali odoris ante- „ verti poſſe hoc tẽpus Superiori videretur.

„ 16. Præfecto ſanitatis obediat in o- „ mnibus, quæ ad hoc officium pertinent, „ qui ſi nullus fuerit conſtitutus, Præfecti „ munere ipſe jungatur.

REGVLÆ IANITORIS.

„ 1. NOmina omnium domeſtico- „ rum propè oſtium domus in „ tabula ſcripta ſint, ubi notis quibuſdam „ illi deſignabuntur, qui egredientur: ne- „ minem verò foras exire permittat, qui „ facultatem à Superiore generalem aut „ particularem non habeat: & ab alijs, „ qui egrediuntur, quo eant, intelligat.

„ 2. Nihil cuiquam nunciabit intem- „ peſtivè,ut cùm in menſa ſedetur, niſi aut „ res eſſet neceſſaria, aut perſonæ mit- „ tentis conditio aliud exigeret.

„ 3. Literas omnes, & ſchedulas quę „ domeſticis mittuntur, Superioti tradat; ij verò, ad quos dabuntur, eos eſſe acce- „ ptas, ne intelligant, caveat etiam ne ali- „ cujus domeſtici literas, aut quid ſimile „ externis det injuſſu Superioris.

„ 4. Cum aliqui ex Societate peregrè „ veniunt, januam ingreſſis dicat, ut illic „ expectent, dum Superior de adventu „ eorum ſit certior.

„ 5. Feſtinet ad januam, cum tintina- „ bulum pulſari audit, & cum res patie- „ tur, per feneſtellam venientes expe- „ diat, porta non aperta.

„ 6. Si quis ab externis quæratur,qui do- „ mi non ſit, modeſtè intelligat, quis ſit „ ille qui petit, & quid velit, ut id rede- „ unti, ſi opus ſit, cum facultate Supe- „ rioris ſignificare poſſit.

„ 7. Talem cum omnibus converſandi „ modum teneat, ut diſcretione,modeſtia, „ & ſpiritualibus verbis ſingulos ædifica- „ tos & contentos à ſe dimittere ſtudeat.

„ 8. Cum externi aliquem è noſtris „ alloqui volent, Superiorem adibit, qui ſi „ ad id facultatem dederit,diligenter eum „ qui petitur, quæret & ad locum collo- „ quijs deſtinatum, eos remittet.

„ 9. De eleemoſynis, quæ ad januam „ mittentur, Superioris mentem intelli- „ gat, illiuſque ordinem ſequatur, & ſi „ alicujus momenti ſint, Procuratorem „ certiorem faciat.

„ 10. Si quando Prẹlati, aut Magna- „ tes domum intrârint, curet ſi commodè „ poſſit, ut Sacerdos aliquis eos commit- „ tetur, dum Superiorem ipſe accerſit.

„ 11. Cum pauperes eleemoſynæ cau- „ ſa ad januam accedunt, benignè re- „ ſpondeat, & ſedulò quærat, quidnam eis „ erogari poſſit, juxta Superioris arbitrium „ idque illis cum charitate diſtribuat.

„ 12. Mulieres, ſi quando ad oſtium „ accedunt, paucis verbis dimittat, aut „ ſi pluribus opus eſſe videretur, in Ec- „ cleſiam eas mittat ad Ædituum, ubi re- „ ſponderi ipſis poterit.

„ 13. Obſerata ſemper janua ſit, cla- „ viſque in porta ne relinquatur: loca „ etiam portæ vicina munda ſervet, & „ ut juxtà januam omnes ſummiſſa voce „ loquantur, curet.

„ 14. Portas domus ante noctem clau- „ dat: exinde verò eas nullius cauſa ape- „ riat, niſi do Præpoſiti vel Rectoris ex-

„ preſſa

„ preſſa licentia: & antequam cubitum eat, „ claves eidem tradens ſi quis foris ma- „ neat, illi renunciabit.

„ 15. Nihil cuſtodiendum à quoquam „ externo recipiat, abſque Superioris juſſu.

„ 16. Quoties Medicus domum ingre- „ dietur ſignum dabit campana, ut Mini- „ ſter, & cæteri qui debent adeſſe poſſint.

„ 17. In Collegijs, in quibus Scholæ „ externis aperiuntur, ſignum campana „ dabit pro initio lectionum, ac fine: & „ Gymnaſia ſtatis temporibus aperiet, at- „ que claudet, niſi horum cura alijs de- „ mandetur.

REGVLÆ CVSTODIS VESTIVM.

„ 1. SErvare debet omnem ſupelle- „ ctilem, ſive lineam, ſive la- „ neam, & quicquid ad indumenta, & „ ibi opus fuerit, etiam ad calceamen- „ ta attinet: quæ diligenti cura, ut rem „ pauperum Chriſti, cuſtodiet.

„ 2. Inventarium rerum, quas ipſe „ cuſtodit, ſi alicujus momenti ſint, in li- „ bro habeat, & ſeorſum ſcribat, quæ de „ novo fiant, addito die, menſe & anno, „ ut cum Superiore jubebitur, poſſit ſui „ muneris rationem reddere.

„ 3. Veſtes ordine diſpoſitas ſervet, & „ novas, & integras à vetuſtioribus ſejun- „ gat, & ne corrumpantur, videat: eas e- „ tiam aptandas, & reſarciendas curet, ut „ decet religioſam paupertatem: quas „ verò non ampliùs uſui noſtrorum futu- „ ras judicabit, eas Superiori oſtendat, ut „ ille quid de eis faciendum ſit, ſtatuat.

„ 4. Quæ ſinguli Novitj domum at- „ tulerunt, ea alicubi ſeparatim aſſerva- „ bit inſcripto nomine ejus qui attulit, „ donec biennio expleto conſueta vota „ Societatis emittat.

„ 5. Singulis menſibus omnia domus „ viſitabit cubicula: ut ex Superioris ar- „ bitrio ſi quid eis deſit, ſuppleri poſſit: ſi „ quid etiam ſeperfluum invenerit, in ve- „ ſtiaria officina cuſtodiatur.

„ 6. Inſpiciat etiam quinam veſtibus „ indigeant, ut Superiori dicat, ejuſque „ ordinem exequatur, eo verò inconſul- „ to nihil cuiquam dabit. Coadjutores „ autem temporales *ſottanis* dimidio pal- „ mo brevioribus, quàm Sacerdotes, & „ pallio *ſottanis* breviori utantur.

„ 7. Linei panni lotori, ſive externus „ ille ſit, ſive domeſticus, ſcripto nume- „ ro dentur, & accipiantur.

„ 8. Subuculæ ſingulorum, quæ ſta- „ turæ induentium convenire debent, ſi- „ gnis particularibus internoſcantur, ne „ permiſceri contingat.

„ 9. Pannos lineos omnes, quos uten- „ dos Refectorij Præfecto, Coquo, alijſ- „ que Miniſtris dividet, numerato det, & „ recipiat.

„ 10. Sabbathi veſpere linea munda „ per omnia cubicula diſtribuat: Domini- „ ca verò die manè ex ijſdem cubiculis „ immunda colligat: & an omnia, quæ „ dederat, recipiat, animadvertat.

„ 11. Æſtivo tempore linteamina mun- „ da pro lectis decimo quinto quoque die: „ hyberno verò poſt tres hebdomadas di- „ ſtribuat, ubi id fieri poterit.

„ 12. Hæc omnia cuſtos veſtium præ- „ ſtabit, niſi ejus officium in magno ali- „ quo Collegio, aut Domo in plures per- „ ſonas diſtribuere neceſſe ſit.

REGVLÆ EMPTORIS.

„ 1. DIligens ſit in emendis ijs, quę „ ad quotidianum uſum Supe- „ rioris arbitrio, domum comportanda „ ſunt, ea quæ tempeſtivem Diſpenſatori „ tradat: emat autem res bonas, & quam „ commodiſſimo pretio poterit, licet lon- „ giùs ſint petendæ.

„ 2. Adnotet pecuniæ ſummam, quam „ à Procuratore in dies accipiet, & quas „ in res eam expendet: & rationem ei „ quotidiè reddat dati, & accepti: quid au- „ tem ſequenti die empturus ſit, à Mini- „ ſtro intelliget.

„ 3. Curet quantùm poterit, eos qui- „ buſcum aget diſcretione, ac modeſtia „ ædificare: & quatenus ejus officium de- „ cet religioſis verbis in ſpiritu juvare.

REGVLÆ DISPENSATORIS.

„ 1. IN rebus diſtribuendis ordinem „ Superioris ſequatur, & quam- „ vis communiter æqualitatem inter o- „ mnes ſervare debet: habeat tamen in- „ firmorum, & convaleſcentium rationem, „ prout ei fuerit præſcriptum.

„ 2. Vinum in menſa ponendum a- „ qua temperabit, ubi, & quantum Supe- „ riori videbitur.

„ 3. Quæ ex menſis ſuperſunt, di- „ ligenter conſervabit, memor pauper-

 „ tatis,

„ tatis, ut & domesticis, & externis pau-
„ peribus juxta ordinem Superioris, u-
„ sui esse possint.
„ 4. Curam habeat conservandi res ad
„ victum necessarias, quæ ipsi commit-
„ tentur, clausasque custodiat, advertens
„ ne corrumpantur: quod si corruptionis
„ sit periculum, Superiorem admoneat. Vt
„ autem hæc meliùs observet, visitet sæ-
„ pè Penum, & alia loca, ubi illa recondũtur.
„ 5. Tam Penum, quàm reliqua omnia
„ quæ in eo sunt, munda habeat.
„ 6. Antequam penitus absumantur
„ cibi, qui domi reconduntur, Superiorem
„ admoneat, ut alij cõmi tempestivè
„ possint.
„ 7. Curet concinnanda dolia, & pur-
„ ganda cum opus est, ad novum vinum
„ infundendum: cujus rei, cum tempus
„ impendet, Superiorem admonebit.

REGVLÆ
PRÆFECTI REFECTORII.

„ 1. CVret refectorium, & quæ ejus
„ usibus serviunt, omnia esse
„ quàm mundissima.
„ 2. Ne aqua manibus abluendis, aut
„ mantilia extergendis desint, advertat:
„ horum autem (quæ bis in hebdomada sal-
„ tem mutabuntur) alia Sacerdotibus; alia
„ non sacerdotibus destinata erunt.
„ 3. Mantilia singulis saltem hebdoma-
„ dis semel, mappæ verò, quæ singulis
„ singulæ servient, bis mundæ ponentur:
„ omnia autem lintea numerato & acci-
„ piat, & reddat.
„ 4. Curet, ne vasa, & cætera in re-
„ fectorio necessaria desint, & ut quàm
„ maximè munda sint: cultellos autem fre-
„ quenter acuere faciat.
„ 5. Parvam mensam paratam habeat.
„ 6. Signum campana temporibus suis
„ dabit conveniendi ad primam, & secun-
„ dam mensam: sed ante primum pulsum
(qui quarta parte horæ secundum præce-
„ dat) à Coquo intelligat, an sint omnia
„ parata.
„ 7. Mensæ rebus necessarijs paratæ
„ esse debent, cum campana signum pri-
„ mo dabitur: quæ autem ad potum per-
„ tinent, circa secundum signum apponan-
„ tur: & aquæ, ac vini vasę supra orbes
„ collocentur.
„ 8. Sit certus locus ijs, qui curæ Infirma-
„ rij subsunt, quibus nihil, nisi quod ab eo
„ præscriptum erit, apponat: servet autem
„ cum omnibus æqualitatem, nisi secus ne-
„ cessitatis causa esset à Superiore monitus,
„ sine cujus arbitrio, neque jentaculum,
„ neque aliud quicquam ulli concedet.
„ 9. Priusquam è mensa surgatur, infe-
„ rantur orbes aliquot in mensam, ut quis-
„ que locum suum mundet: quàm primùm
„ verò pro secunda præparata omnia ha-
„ buerit, signum campana dabit: provide-
„ bitq; ne desint, qui ministrare debent.
„ 10. Quę ex mensis supersunt, colliget, at-
„ que illi tradet, ad quem id ex officio per-
„ tinet: sive Coquus is, sive dispensator sit.
„ 11. Nomina eorum, qui domi tàm in
„ refectorio, quàm extra vescuntur, in
„ quadam tabula habeat, & eos qui ci-
„ bum cepêre, notabit, ut intelligat, qui-
„ nam supersint, & Coquum, qui portio-
„ nes distribuit, commune faciet.
„ 12. Mensis expeditis, mantilia plicen-
„ tur, verraturque refectorium: & si quis
„ inter comedendum silentium non serva-
„ verit, aut aliquid minùs modestum fece-
„ rit, ipse Superiori significabit.
„ 13. Habeat à Ministro catalogum, in
„ quo scriptum sit, quinam, & quibus die-
„ bus in prima, & secunda mensa mini-
„ straturi sint, eumque ordinem servet. In
„ telligat etiam Sabbatho, quinam per heb-
„ domadam sequentem in refectorio lege-
re debeant: eosque faciat certiores.
„ 14. Catalogum habeat rerum, quæ in
„ refectorio serviunt: ut, cum ratio ab eo
„ requiritur, in promptu sit, & in loco ad
„ id designato eas custodiat.
„ 15. Ad finem recreationis, quæ una post
„ primam mensam, altera post secundam
„ à prandio, & cœna durare debet, distin-
„ cta signa campana dabit.

REGVLÆ
COQVI.

„ 1. IN ijs, quæ ad suũ munus pertinent,
„ munditiam servet ipse, & ab alijs
„ servandum curet, detq; operam, ut omnia
„ rectè, & opportunè parentur, ea præ-
„ sertim, quæ ad ægrotos pertinent.
„ 2. Carnes pisces, & alia, quæ ad men-
„ sam portanda sunt, dum secat, & distri-
„ buit, digitis minimè contrectet, sed fu-
„ scinula, aut cultello ad eam rem utatur.
„ 3. Semihora, aut saltem quarta horæ
„ parte, antequam in mensa sit sedendum,
„ præparati cibi omnes esse debent.
„ 4. Circa qualitatẽ, & quantitatem por-
„ tionũ ordinem à Superiore datũ sequetur.
„ 5. Coquere, aut aliud quidpiam pro ali-
„ quo particulari parare, Infirmario tan-
„ tùm excepto, neminem sinet, neque

ipse

„ ipſe faciet ſine Superioris facultate.
„ 6. Scriptum in Codice habeat cata-
„ logum rerum, quarum eſt uſus in coqui-
„ na, quas ipſe ſervare debet.
„ 7. Diligenter advertat, ne plura
„ quàm neceſſaria ſint, ligna comburan-
„ tur. Hanc ſimiliter diligentiam in re-
„ bus, quas conſumit, adhibebit, ne quid
„ non neceſſarium inſumatur: ut religio-
„ ſam paupertatem decet.
„ 8. Quæ ex menſa ſuperſunt, eiquo
„ traduntur, conſervabit, memor pauper-
„ tatis: ut & domeſticis, & externis pau-
„ peribus uſui eſſe poſſint, juxta ordinem
„ Superioris.
„ 9. Si quem haberet adjutorem, cu-
„ ret ut verbo, & exemplo ſuo ædificet,
„ præſertim Novitios.

REGVLÆ EXCITATORIS.

„ 1. MEdia ſaltem horæ parte an-
„ te cæteros cubitum eat, eo-
„ demque temporis ſpatio ante alios ma-
„ nè ſurgat, & horâ conſtitutâ campanam
„ pulſet, ſtatimque ad omnia cubicula lu-
„ men deferens, cunctos excitet: quod ut
„ certiùs, & meliùs præſtare poſſit, horo-
„ logium excitatorium à Superiore ha-
„ beat.
„ 2. Quarta horæ parte ab excitatio-
„ ne elapſa, cubicula rurſus inviſet, ac
„ ſi quos nondum ſurrexiſſe comperiat,
„ Superiori nunciet.
„ 3. Poſt aliam quartam horæ partem
„ ad orationem pulſabit, ita ut ab excita-
„ tione ad orationis uſque initium, ſemi-
„ hora intercedat: abſoluto verò tempo-
„ re orationi deputato finis ſignum dabit.
„ 4. Si quorum opera indigebit pro-
„ pter multitudinem eorum, quos excitare,
„ aut viſitare debet, eos à Superiore pe-
„ tet, quos ſervare eaſdem Regulas cura-
„ bit, ſi qui autem debiles, aut valetudi-
„ narij erunt, eos juxta ordinem Superio-
„ ris excitabit.
„ 5. Si quem videret communem il-
„ lam Regulam minùs obſervantem, qua
„ omnes decenter cooperti dormire ju-
„ bentur, Superiorem monebit.

REGVLÆ NOCTV CVBICVLA Viſitantis.

„ 1. HOra à Superiore præſcripta
„ ad nocturnam conſcientiæ
„ examen pulſabit, tranſactoque quadrante
„ ſignum dabit ad cubandum.
„ 2. Elapſa quarta horæ parte à cuban-
„ di ſigno, ſingula cubicula adibit, & an
„ omnes ad lectum ſe receperint, ac lu-
„ cernas extinxerint, videbit: ſi quos in-
„ venerit extra lectum, aut qui lucernas
„ non extinxerint, Superiori renunciabit.

DE OBEDIENTIÆ VIRTVTE.

Epiſtola N. P. IGNATII.

IGNATIVS LOYOLA

FRATRIBVS SOCIETATIS IESV,

qui ſunt in Luſitania, *gratiam, & amorem Chriſti Domini ſempiternam.*

I. *MAgnam animi voluptatem capio, Fratres in Chriſto chariſſimi, cum affertur ad me quàm acri ſtudio conatuq; ad ſummam virtutis, ac divini obſequij perfectionem enitamini, beneficio illius, qui vos, ut ad hoc vitæ inſtitutum vocavit, ſic in eodem pro ſua clementia retinet, dirigetque ad beatum finem, ad quem, qui ſunt ab ipſo electi, perveniunt.*

II. *Atque ego ſanè, cum vos omnibus donis ornamentisque ſpiritualibus perfectos, tum verò (quod alias ex me cognoviſtis) in primis Obedientiæ virtute præſtantiſſimos eſſe cupio idq; non ſolùm ob eximia quædam, ac ſingularia ejus bona; quæ tot, tamq; illuſtribus ſacrarum literarum teſtimonijs, atq; exemplis in teſtamento æquè novo, ac veteri comprobantur: ſed etiam quod (ut eſt ad S. Gregorium) Obedientia ſola virtus eſt, quæ virtutes cæteras menti inſerit, inſertaſque cuſtodit. Hæc dum floruerit, florebunt proculdubio reliquæ: edentque fructus, quales & ego in animis*

animis vestris exopto, & suo jure postulatis, qui humanum genus neglectæ obedientiæ scelere afflictum ac perditum salutari ipsemet Obedientiæ reparavit, Factus obediens usque ad mortem, mortem autem Crucis.

III. Ab alijs religiosis ordinibus faciliùs patiamur superari nos jejunijs, vigilijs, & cætera victus cultusque asperitate, quàm suo quoque ritu, ac disciplina sanctè suscipiunt: vera quidem, ac perfecta Obedientia, abdicationéque voluntatis atque judicij maximè velim, Fratres charissimi, esse conspicuos, quicunque in hac Societate Deo Domino nostro deserviunt, ejusdemque Societatis veram, germanamque Sobolem hac quasi nota distingui, qui nunquam intueantur personam ipsam, cui obediunt, sed in ea Christum Dominum, cujus causa obediunt. Siquidem Superiori, nec si prudentia bonitate, cæterisve quibuslibet divinis donis ornatus, instructusque sit propterea obtemperandum est: sed ob id solùm, quòd vices gerat Dei ejusdemque auctoritate fungatur, qui dicit: Qui vos audit me audit, & qui vos spernit, me spernit: nec contrà sive consilio, aut prudentia minùs valeat, quidquam idcirco de Obedientia remittendum, quatenus ille Superior est: quando illius personam refert, cujus sapientia falli non potest, supplebitque ipse, quicquid Ministro defuerit sive probitate, alijsque ornamentis careat: siquidem desertis verbis Christus Dominus cùm dixisset: Super Cathedram Moysi sederunt Scribæ, & Pharisæi, protinus addidit, Omnia ergo, quæcunque dixerint vobis servate, & facite: secundum opera verò eorum nolite facere.

IV. Quocirca sedulò vos in eam curam, atque exercitationem incumbere cupio, ut Christum Dominum in Superiore quolibet agnoscere studeatis in eoque divinæ Majestati reverentiam, atque Obedientiam summa cum Religione præstare. Quod vobis minùs mirum videbitur, si animadverteritis præceptum esse ab Apostolo, ut Superioribus etiam secularibus, ethnicisque pareamus, ut Christo: ex quo omnis potestas benè instituta descendit: sic enim ille ad Ephesios Obedite Dominis carnalibus cum timore, & tremore in simplicitate cordis vestri, sicut Christo: non ad oculum servientes quasi hominibus placentes, sed ut servi Christi facientes voluntatem Dei ex animo, cum bona voluntate servientes sicut Domino, & non hominibus. Atque hic existimare poteritis ipsi, cùm se Religiosus quispiam regendum ac moderandum alteri tradidit, non solùm ut Superiori, sed etiam nominatim ut Christi partes agenti: quo illum loco apud animum suum habere, utrum ut hominem an ut Christi vicarium debeat intueri.

V. Iam verò illud etiam vobis clarè compertum esse, ac in animis vestris penitus insidere vehementer cupio, infirmam, & valdè imperfectam esse primam illam Obedientiæ, formam, quæ mandata duntaxat opere exequitur: nec virtutis nomine dignã, nisi ad alterum gradum ascendat, qui voluntatem Superioris suam efficit, & cum ea ita concordet, ut non solùm in effectu executio appareat, verùm etiam in affectu consensio: sicque idem velit uterque, idem nolit. Atque propterea sacris literis legimus. Melior est Obedientia, quàm victimæ: siquidem (ut S. Gregorius docet) per victimas aliena caro, per Obedientiam verò voluntas propria mactatur: quæ quidem pars animi, quoniam est adeò præstans, sic fit, ut ejus oblatio Domino, ac Creatori nostro per Obedientiam facta, magni sit æstimanda.

VI. Quanto in errore, quamque periculoso versantur, non dico solùm ij, qui in ijs, quæ ad carnem & sanguinem pertinent, sed illi etiam, qui in rebus alioquin admodum sanctis, ac spiritualibus, ut jejunijs, precationibus, alijsve quibusvis pietatis operibus, fas putant à præscripto Superioris, ac voluntate discedere. Audiant quod sapienter adnotat Cassianus in Collatione Danielis Abbatis: Vnum sanè, inquit, atque idem inobedientiæ genus est, vel propter operationis instantiam, vel propter otij desiderium, senioris violare mandatum, tamque dispendiosum, & pro somno, quàm pro vigilantia Monasterij statuta convellere: tantùm denique est Abbatis transire præceptum, ut legas: quantum si contemnas, ut dormias. Sancta fuit actio Marthæ, sancta contemplatio Magdalenæ, sancta pœnitentia & lachrimæ, quibus pedes Christi Domini rigabantur: sed hæc omnia nimirum oportuit fieri in Bethania, quam vocem domum Obedientiæ interpretantur: ut eare, quemadmodum ait S. Bernard. nobis significare voluisse Dominus videatur, nec studium bonæ actionis, nec otium sanctæ contemplationis, nec lachrymam pœnitentis extra Bethaniam illi accepta esse potuisse.

VII. Quocirca voluntates vestras, Fratres charissimi, quoad ejus fieri potest, omninò deponite libertatem conditori vestro, quam vobis ipsemet elargitus est, in ejus Ministris liberè tradite, ac dicate. Nolite exiguum vestri liberi arbitrij fructum putare, quòd liceat vobis illud, à quo id accepistis, eidem per Obedientiam plenè reddere. Quod cùm facitis, non modò non perditis ipsum; verùm etiam augetis, atque perficitis, quippe qui vestras omnes voluntates certissima rectitudinis Regula moderamini voluntate divina, quam videlicet interpreturas is, qui vobis Dei nomine præsidet.

VIII. Itaque diligenter illud etiam cavendum est, ne Superioris ullo unquam tempore voluntatem

voluntatem (quam ducere pro diuina debetis) ad vestram detorquere nitamini: id enim esset non vestram diuinæ conformare, sed diuinam vestræ voluntatis normam regere velle, ejusdem diuinæ sapientiæ ordinem inuertentes. Sanè quàm magnus est error, & quidem eorum quos amor sui obcæcauit, obedientes existimare seſe, cum Superiorem ad id, quod ipsimet volunt, aliqua ratione pertraxerint. Sanctum Bernardum in hac re præclarè exercitatum audite: Quisquis inquit, vel apertè, vel occultè satagit, vt quod habet in voluntate hoc ei spiritualis pater injungat: ipse se seducit, si fortè sibi quasi de Obedientia blandiatur: neque enim in ea re ipse Prælato, sed magis ei Prælatus obedit. Quæ cùm ita sint quisquis ad Obedientiæ virtutem velit pervenire, oportet ad hunc secundum Obedientiæ gradum ascendat, vt Superioris non solum jussa exequatur, sed etiam ejus voluntatem suam faciat, seu potiùs suam exuat, vt diuinam à Superiore expositam induat.

IX. Qui verò se totum penitus immolare vult Deo, præter voluntatem, intelligentiam quoque, qui tertius & summus est gradus Obedientiæ, offerat necesse est, vt non solùm idem velit, sed etiam vt idem sentiat, quod Superior, ejusque judicio subÿciat suum, quoad potest deuota voluntas intelligẽtiam inflectere. Quæ vis animi tametsi non ea, qua voluntas pollet, libertate prædita est, atque ipsâ naturâ fertur ejus assensus in id quod sibi veri speciem præbet: tamen multis in rebus, in quibus videlicet cognitæ veritatis euidentia vim illi non infert, potest voluntatis pondere in hanc potiùs quàm in illam partem inclinari. Quæ res cum incidunt, debet quisquis obedientiam profitetur, inclinare seſe in sententiam Superioris. Etenim cum Obedientia sit quoddam holocaustum, quo totus homo sine vlla prorsus imminutione Conditori suo, ac Domino per manus Ministrorum in charitatis igne immolatur: cumque sit eadem renunciatio quædam integra, per quam omni suo iure sponte decedit Religiosus, vt diuinæ providentiæ Superioris ductu gubernandum, ac possidendum vltrò seſe addicat, ac mancipet: negari non potest, quin obedientia comprehendat non solùm executionem, vt imperata quis faciat & voluntatem, vt libenter faciat, sed etiam judicium, vt quæcunque Superior mandat, ac sentit, eadem inferiori & recta, & vera esse videantur, quatenus, vt dixi, vi sua potest voluntas intelligentiam flectere.

X. Vtinam hanc mentis, & iudicij Obedientiam, ita & intelligerent homines, & exercerent, vt grata Deo est, ac omnibus, qui in Religione viuunt, necessaria. Nam vt in corporibus, globisque cælestibus, vt alius alium afficiat, moueatque, requiritur, vt certa quadàm conuenientia & ordine inferior orbis Superiori subÿciatur: sic in hominibus, cum alter alterius auctoritate mouetur, quod per Obedientiam fit, oportet, vt is, qui ab alterius nutu pendet, subseruiat, & obsecundet, vt virtus ab imperante ad eum deriuetur, & influat. Hæc nutem obtemperandi, obsecundandique ratio constare non potest, nisi voluntas ac iudicium inferioris cum Superioris voluntate, ac iudicio congruat.

Iam verò si finis, & causa Obedientiæ spectatur, quemadmodum voluntas, ita & iudicium in eo, quod nobis conuenit, decipi potest, ergò sicuti, ne voluntas erret, cum Superioris voluntate coniungitur: sic intelligentia, ne fallatur, ad Superioris intelligentiam conformanda est. Ne innitaris prudentiæ tuæ, sacræ literæ monent: atque in rebus etiam humanis censent sapientes, verè prudentis esse, sua ipsius prudentia minimè fidere: præsertim in rebus suis, quarum homines animo perturbato ferè boni iudices esse non possunt. Quod si in rebus nostris, alterius etiam non Superioris iudicium, atque consilium nostro anteponendum est, quanto magis ipsius Superioris, cui nos vt Dei vicem gerenti, ac diuinæ voluntatis interpreti moderandos tradidimus? In causis verò personisque spiritualibus eo maior etiam cautio proculdubio est necessaria, quo grauius spiritualis viæ periculum, dum sine frænis consilii discretionisve in ea decurritur. Qua de re commodè Cassianus in Collatione Abbatis Mosi ait: Nullo alio vitio tam præcipitem Diabolus Monachum pertrahit, ac perducit ad mortem: quam cum eum neglectis consiliis seniorum, suo iudicio persuaserit, definitionique confidere. XI.

Præterea nisi hæc Obedientia iudicii exiſtat, fieri non potest, vt vel consensus voluntatis, vel executio talis sit, qualem esse oportet: naturâ enim ita comparatum est, vt animi nostri vires, quæ appetitiuæ dicuntur, sequantur apprehensiuas: & nisi adhibita vi, voluntas, iudicio repugnante, diu obtemperare non poterit. Quod si fortè quis aliquo temporis spatio obediat per communem illam apprehensionem, quâ censetur, perperam etiam præcipienti parendam esse: certè id stabile, ac fixum esse non potest: atque ita perseuerantia deficit, vel saltem Obedientiæ perfectio, quæ in promptè, & alacriter obediendo consistit: non enim ibi potest esse alacritas, ac diligentia, vbi est animorum, sententiarumq; dissensio: perit etiam exequendi studium, & celeritas, cùm ambigitur, expediat nec ne, facere quod iubemur: perit celebris illa Obedientiæ cæcæ simplicitas, cùm apud nos ipsos in quæstionem vocamus recténe præcipiatur, an secus: atque etiam fortasse damnamus Superiorem XII.

quod ea mandet, quæ nobis non ita jucunda sunt: perit humilitas, quoniam etsi ex altera parte paremus, ex altera tamen nosmetipsos Superiori præferimus: perit in rebus arduis fortitudo: perit denique (vt summatim complectar) virtutis hujus vis omnis ac dignitas: succedunt autem in eorum locum dolor, molestia, tarditas, lassitudo, obmurmurationes, excusationes, aliaq; vitia, non sanè leuia, quibus Obedientiæ pretium, ac meritum prorsus extinguitur. Itaq; sanctus Bernardus, de ijs, qui grauiter ferunt imperata minus sibi suauia, sic ait: Hæc si molestè cæperis sustinere, si dijudicare Prælatum, si murmurare in corde: etiamsi exteriùs impleas, quod jubetur, non est hæc virtus patientiæ, sed velamentum malitiæ. Quod si pax, & tranquillitas animi quæritur, certè hac non fruetur is, qui habet intra sese causam perturbationis, atque tumultus, dissensionem videlicet judicii proprii ab Obedientiæ lege.

XIII. Atque idcirco, tuendæ concordiæ causa, quæ Societatis omnis est vinculum, tantopere hortatur Apostolus, vt id ipsum omnes sapiant, & dicant: nimirum vt consentientibus & judicijs & voluntatibus, mutuò foveantur, & conserventur. Iam si vnum eundemque oportet esse membrorum sensum, & capitis: facilè cernitur, vtrum sit æquius, caput membris, an membra capiti consentire. Atque ex his quidem quæ dicta sunt hactenus, satis apparet, Obedientia judicii quàm sit necessaria.

XIV. Quàm verò sit eadem ipsa perfecta grataque Domino, inde primùm ostenditur, quod per eam præstantissima pars hominis, ac pretiosissima Domino consecratur: deinde quod obediens ita sit holocaustum viuum, gratumque Majestati diuinæ, cum nihil suimet omnino retineat: postremò quod magna est huius certaminis difficultas: frangit enim sese Dei causa Obediens ipsemet, resistitque naturali propensioni, quæ omnibus hominibus insita ad suam complectendam sequendamque sententiam. Ex his igitur rebus efficitur, vt Obedientia tametsi propriè voluntatem perficere videatur, quippe quam reddit ad nutum Superioris promptam, ac paratam: nihilominus ad intelligentiam quoque ipsam, vt diximus, pertinere debeat, eamque inducere ad sentiendum id ipsum, quod sentit Superior: sic enim fiet, vt omnibus connixi viribus, & voluntatis, & intelligentiæ, ad executionem celerem atque integram veniamus.

XV. Videor mihi vos, Fratres charissimi, audire dicentes, de virtutis quidem huiusce necessitate iam non ambigere, illud verò. vt cognoscatis vehementer optare, quo pacto ad eius perfectionem peruenire possitis: Huic ego quæstioni cum sancto Leone, ita respondeo. Nihil arduum est humilibus, & nihil asperum mitibus: modò non desit vobis humilitas, non desit mansuetudo: non vtique deerit Deo benignitas ad vos adiuuandos, vt quæ sibi promisistis, ea præstare possitis, animo non solùm æquo, sed etiam libenti.

Præterea vobis tria nominatim propono, XVI.
quæ ad Obedientiam iudicij comparandam multum iuuant. Primum illud est, vt, quemadmodum initio dixi, non intueamini in personam Superioris, hominem obnoxium erroribus, atque miserijs: sed Christum ipsum, qui est sapientia summa, bonitas immensa, charitas infinita, qui nec decipi potest, nec vos vult ipse decipere. Et quoniam conscij vobismet estis, vos Dei amore iugum Obedientiæ subiisse, vt in Superioris voluntate sequenda, voluntatem diuinam certius sequeremini: nolite dubitare, quin pergat fidelissima Domini charitas, eorum ministerio, quos vobis præfecit, vos deinceps gubernare, & rectis itineribus ducere. Itaque Superioris vocem, ac iussa non secus ac Christi vocem excipite: siquidem Apostolus etiam in hanc sententiam scribens ad Colossenses, cum ad obtemperandum Præpositis subditos adhortatur, ait. Quodcunque facitis, ex animo operamini sicut Domino, & non hominibus: scientes, quod à Domino accipietis retributionem hæreditatis, Domino Christo seruire. Sanctus verò Bernardus, Siue Deus (inquit) siue homo vicarius Dei mandatum quodcunque tradiderit, pari profecto obsequendum est cura, pari reuerentia deferendum, vbi tamen Deo contraria non præcipit homo. Atque ita, si non hominem externis oculis, sed Deum inspexeritis internis, haud sanè graue fuerit vobis voluntates vestras, atque iudicia confirmare ad eam Regulam actionum vestrarum, quam ipsimet elegistis. XX.

Altera est ratio, vt quod Superior mandat, XVII.
vel sentit, defendere semper apud animos vestros studiosè nitamini, improbare autem nequaquam: atque ad eam ipsam rem proderit benè animatos, affectosque esse ad id omne, quod ipse iusserit: sic enim fiet, non solùm vt sine molestia, sed etiam vt cum voluptate, lætitiaque pareatis, nam (vt est apud sanctum Leonem) non dura ibi necessitate seruitur, vbi diligitur, quod iubetur.

Postrema subiiciendi iudicii ratio est cùm XVIII
facilior, tutiorque, tùm etiam apud sanctos Patres in more posita: vt statuatis vobiscum ipsi, quicquid Superior præcipit, ipsius Dei præceptum esse, & voluntatem: atque vt ad credenda, quæ Catholica fides proponit, toto animo assensuque vestro statim incumbitis: sic ad ea facienda, quæcunque Superior dixerit, cæco quodam impetu voluntatis parendi cupidæ sine vlla prorsus disquisitione feramini. Sic egisse credendus est Abraham filium

XIX.

lium Isaac immolare jussus : sic Noui Testamenti tempore aliqui è sanctis Patribus iis, quos commemorat Cassianus, vt Ioannes Abbas, qui quod erat ei imperatum, non reputabat vtile ne esset, an inutile : vt cum aridum lignum tanto, ac tam diuturno labore per annum irrigauit : nec vtrum fieri posset nec ne : vt cum conatus est tam ex animo ingens saxum solus dimouere loco, quod ne multi quidem simul homines impellere potuissent. Quod Obedientiæ genus ipsis interdum Miraculis diuinitus comprobatum videmus. Nam (vt alios taceam, quos ipsi non ignoratis) Maurus, sancti Benedicti discipulus, mandato Superioris lacum ingressus, nec mersus est: alius quidam à Superiore jussus, leænam ad se ducere, illam cepit, atque perduxit. Est igitur hæc ratio subjiciendi proprii judicii, ac sine vlla quæstione sanciendi, & collaudandi apud se quodcunque Superior jusserit, non solùm sanctis viris vsitata, sed etiam perfectæ Obedientiæ studiosis imitanda omnibus in rebus, quæ cum peccato manifesto conjunctæ non sunt.

XIX. *Nec tamen idcirco vetamini, si quid fortè vobis occurrat à Superioris sententia diversum, idque vobis (consulto supplicitèr Domino) exponendum videatur, quominùs id ad Superiorem referre possitis. Verùm in hac re, ne vos amor vestri judiciumque decipiat, illa cautio est adhibenda, vt animo sitis, & ante, & post relationem æquissimo, non solùm quod pertinet ad eam rem, de qua agitur, vel suscipiendam, vel deponendam : sed etiam ad approbandum, rectiusque putandum quicquid Superiori placuerit.*

XX. *Atque hæc, quæ de Obedientia diximus, æque privatis erga proximos Superiores, atque Rectoribus Præpositisque localibus erga Provinciales, Provincialibus erga Generalem : Generali denique erga illum, quem Deus ipsi præfecit, nempe suum in terris Vicarium, observanda sunt : sic, vt & ordinum perfecta distinctio, ac proinde pax retineatur, & charitas : sine qua nec Societatis nostræ, nec alterius cujuslibet sodalitii posset recta gubernatio conseruari. Nimirum hoc modo providentia illa diuina disponit omnia suauiter, infima per media : media per summa, suos ad fines cuncta perducens. Hinc illa videlicet in Angelis vnius Hierarchiæ ad aliam subordinata series : hinc & cœlestium, & aliorum omnium, quæ cientur, corporum certis locis, sedibus inter sese apta connexio, quorum conversiones, ac modus ab vno mouente supremo gradatim omnes vsque ad infimos ritè proueniunt. Item in terris, cum in omni ciuitate bonis instituta legibus, tum verò in Hierarchia Ecclesiastica cernitur, cuius omnia membra, & functiones ab vno generali* CHRISTI *Domini nostri Vicario deriuantur, & quo accuratius hæc dispositio, & collatio custoditur, eo rectior est, gubernatio, & melior : contrà verò huius ordinis negligentiâ, quàm grauia incommoda multis hominum Societatibus importentur, nemo non videt, atque idcirco in hac, cuius mihi nonnullam procurationē, ac curam Dominus tradidit, tam diligenter hanc virtutem exerceri, vigereque percupio, quasi in ea Societatis nostræ bonum, ac salus vniuersa consistat.*

Quæ cùm ita sint, vt vnde exorsa est, XXI. *ibidem terminetur Epistola: vos ego per Christum Dominum nostrum obtestor, qui sese nobis non modò præceptorem, sed etiam exemplar præbuit Obedientiæ, vt ad eam virtutem toto pectore incumbatis, & gloriosæ victoriæ appetentes, atque auidi, vosmetipsos superare, id est, excelsiorem, & difficiliorem animi partem, voluntatem dico atque iudicium, expugnare, & subjicere studeatis : quo Dei Domini nostri solida veraque cognitio, atque amor vestros ad se animos penitus trahat: totoque vitæ huius, & quasi peregrinationis curriculo vsque eo gubernet, ac regat, dum nos demum aliosque complures, vestra opera exemploque adiutos ad vltimum & felicissimum finem, nimirum ad beatitudinem sempiternam perducat. Vestris ad Deum precibus me valdè commendo. Roma vij. Calend. Aprilis, M. D. LIII.*

REGVLAS
IESVITARVM NON EVVLGANDAS ESSE.

IEsuitæ in suis REGVLIS mandant ac seuerè præcipiunt, ne quis eas cuiquam extraneorum concedat vel communicet, vel quidquam de illis vel scripto vel dicto aliis referat. Paulus III. quoque in Bulla Anno 1549. Iesuitis datâ, *concessit Generali Ordinis, vt eas Regulas euulgantes seu in apertum producentes, vel illorum Vota reuelantes, in quocunque habitu contigerit inueneri, possit ac debeat excommunicare; capere, incarcerare, &, si opus sit, brachii secularis auxilio inuocato, liberè & licitè invadere, captivos ducere, & pro arbitrio tractare.* Voluit quoque, *vt nulli Prælatorum liceat, Regulas & Constitutiones Iesuitarum, excepto Papâ, sub censuram sumere.*

Quia enim Regulæ illorum nihil aliud sunt quàm cento, rapsodia & fragmenta ex omnibus reliquorum Monachorum Regulis consuta ; & nihil aliud docent & præcipiunt, quàm traditiones humanas ; superstitionis, hypocrisis,

idolomaniæ & propriæ ἐθελοθρησκείας opera; qualia sunt per omnes orbis terrarum plagas oberrare; homines Christianos ad Ethnicas superstitiones ac idolomanias revocare; habitu religiosum se declarare; Horas Canonicas & Rosaria recitare; Sanctos, vel opinione saltem tales, vtpotè à Papa canonizatos invocare; quotidiè Missis adstare easque audire, perfectam obedientiam Superioribus prę̨stare; Ecclesiæ Romanæ decreta, placita, statuta & præcepta inculcare; ad Papæ obedientiam omnes cogere; homines ad auricularem confessionem excitare; jejunare; flagellis & ciliciis sese excruciare; mundum & parentes aspernari, &c. mirum certè non est, si ipsósmet pudet has aliasque superstitiones ac idolomanias in suis Regulis contineri & diuulgari.

Eodem modo non licebat apud Ethnicos quoque arcana, quæ in Sibyllinis libris continebantur, effutire & nota facere. Similiter Cereris Mysteria tam arcana esse debuerunt & secreta, vt vulgò proverbium jactaretur in secretos & tacitos Ἄρρητα τὰ μυστήρια. Et Aristophanes in Nebulis ἀῤῥητα καὶ ἱερὰ, id est, *non e vulganda sacra nominat.* & Iustinus dixit: *Mysteria Cereris nullâ aliâ re magis quàm silentio sacra fuisse.* Ac Orpheum dixerunt aliqui, fulmine ictum concidisse, quod arcana hæc rudibus & profanis hominibus divulgâsset. Aristoteles quoque lib. 3. Ethic. narrat, *Æschilum poëtam ad Areopagum in judicium vocatum fuisse, quod in suis poëmatis arcana Cereris edidisset.* Alcibiadem etiam simili de causa ab Athenienſibus condemnatum & morti addictum fuisse historici prodiderunt.

Rectè autem Augustinus in Quæstionibus vtriusque Testamenti ait: *Nihil apud nos in tenebris vel occultè geritur. Omne enim quod honestum scitur, publicari non timetur. Illud autem quod turpe est & inhonestum, prohibente pudore non potest publicari. Quamobrem Pagani Mysteria sua in tenebris celebrant, vel in eo prudentes. Erubescunt enim palàm illudi: piacula enim, quæ illic vice legis aguntur, nolunt manifestare, &c.*

Cùm itaque Regulæ Iesuitarum hactenus ab orthodoxis comparari & legi non potuerint, singulari Dei beneficio factum est, vt Lugduni Galliæ typis Iacobi Rousin Superiorum permissu anno 1607. ab ipsis Iesuitis excusæ sint, non quidem vt in publicum ederentur: hoc enim singulari studio prohibitum est; sed vt hoc compendio tyrannidis hujus novæ Constitutiones Summariæ per Collegia Domusque probationum, perque officia Provincialium, Præfectorum, Rectorum, Examinatorum, Magistrorum, Novitiorum, aliorumque Ministrorum distribuerentur, velut leges, quibus cœco quodam impetu voluntatis, sine vlla prorsus disquisitione, eos, qui sub obedientia vivere decreuerunt, haud aliter ac seni baculum obtemperare oportet. Cumque hæ Regulæ ad manus meas pervenerint, eas in Christiani Lectoris gratiam integras adscripsimus.

VARIA

DE IESVITICÆ OECONOMIÆ membris *ad* REGVLÆ Declarationem *pertinentia.*

AC PRIMO

De Generali PRÆFECTO.

CAP. V.

CVm ab initio primi Patres & Socii Iesuitarum sine certis & propriis legibus, ac Magistratibus vixissent, necesse esse judicârunt, vt de stabilienda quàm maximè Societate primo quoque tempore inter se consulerent. Vbi igitur eam ob causam conveniissent, in secundo & tertio confessu de Religione relatum est in primis, placerétne ad vota duo, Paupertatis & Castitatis susceptæ, tertium quoque perpetuæ Obedientiæ adjungere, & è suo corpore vnum eligere, qui cæteris amplissima cum potestate præesset? Omnium igitur in vnum congruerunt sententiæ, quandoquidem Christum Magistrum sibi imitandum proposuissent, prorsus oportere vt ipsi quoque Christum effingerent. Hoc sic constituto, Ignatius suasit, talem deligendum sibi videri, cui omnes in terris tanquam Christo subjecti essent ac parerent, cujus in verba etiam jurarent, ejusque sibi nutum ac voluntatem instar divini cujusdam oraculi ducerent. Quæsitum est etiam de huius ipsius potestate, vtrum certo temporis spacio definitam; an verò perpetuam esse oporteret, perpetuam esse placuit Ignatio, ac cæteris omnibus, idque cùm alias ob causas, tum verò vt negotia graviora, quæ ad conficiendum non modò plenæ libertatis, verùm etiam longi temporis indigent, ex animi sui sententia ad exitum sine vlla trepidatione perducere possit. *Maffæus in vita Ignatii lib. 2. c. 9*

Cum

Ignatius creatur Generalis Iesuitarum.

Ignatius vetuit legi in Societate Erasmi opera.

Ignatio succedit Laynez. Laynezio offertur Cardinalatus.

Laynez mittitur ad Colloquiũ Poissiacenũ.

Mendaciũ Ribadeneiræ.

Laynezio succedit Franc. Borgia.

Ignatius creatur Generalis Iesuitarum.

Cum igitur Generalis Præpositi (sic enim qui cunctis præesset appellare placuerat) tempus eligendi adesset, Ignatii Socii, qui quidem in Italia erant, per literas moniti, creandi Præpositi causâ ad vrbem accederẽt, sub initium Quadragesimæ anni 1541. Convenere omnes, vno Bobadillâ excepto, ac omnium suffragiis Præpositus Generalis Ignatius declaratur, quo munere etiam functus est ad annum vsque 1556. eo enim obijt Romæ Prid. Calend. Augusti ætatis anno 65.

Ignatius vetuit legi in Societate Erasmi opera.

In hoc munere constitutus, omnia Erasmi opera in Societate sua legi vetuit, quòd singula hæretico veneno infecta putaret, & ne quis fortè facetiis & eloquentiâ viri caperetur, Maffæo teste in ejus vita.

Ignatio succedit Laynez Laynezio offertur Cardinalatus.

In Ignatii locum eligitur *Iacobus Laynez*, natione Hispanus, & Loyolæ in constituenda Societate inter primos socius & adjutor. Cardinalitiam dignitatem à Paulo IV. ei oblatam repudiavit. Mortuo verò Pontifice isto ac sede vagante, duodecim Cardinales in ipsum extra conclaue Romæ agentem, sua suffragia contulerunt, vt Pontifex eligeretur. Societatem octo annos cum dimidio rexit.

Maffæus in vita Ignatii lib. 2. c. 9

Laynez mittitur ad Colloquiũ Poissiacenũ.

Anno 1561. à Pio IV. cum Hippolyto Estensi Cardinale Legato in Galliam ad Colloquium inter Pontificios & orthodoxos à Rege & Proceribus Regni de Religione institutum, mittitur. Ribadeneira in libro de Scriptoribus Iesuiticis mendacissimè scribit, eum in publico totius Regni conventu Theodorum Bezam, Petrum Martyrem & alios à partibus Evangelicorum, maximâ sententiarum & verborum gravitate repressisse, frenauisse ac mutos reddidisse. Nam hanc laudem ipsos quoque Pontificios, præter Ribadeneiram, ei tribuere hactenus puduit. Habuit quidem orationem Italicâ linguâ contra nostros, in qua inprimis Evangelistarum in concepta forma consensum vrsit, nimirùm τὸ ῥητόν in verbis, *Hoc est corpus meum*: sed Bezâ solidè illi respondit in vestigio, & perrexisset, ni Espensius Sorbonista responsionem ejus exceptionibus suis interrupisset, vt parte alterâ historiæ nostræ Sacramentariæ pag. 303. docuimus. Moritur anno D. 1565. die 19. Ianuar. ætat. LIII.

Mendaciũ Ribadeneiræ.

3. *Laynezio succedit Franc. Borgia.*

Successit huic Laynezio *Franciscus Borgia* Hispanus, patriâ Valentinus. Is spreto Gandię Ducatu, vt Ribadeneira refert, & amplissimis honoribus, opibus, deliciis, clientelis & familiæ suæ ornamentis, Societatem hanc recens natam, & nondum satis cognitam, atque explicatam, ingressus est, anno D. 1547. Cardinalatum à Iulio III. sibi oblatum respuit. Ejusdem Societatis in Hispania Commissarius generalis fuit, Romæ bis Vicarius: ac demùm Præpositus ordine tertius Generalis, in quo munere septem annos & tres menses versatus est. Mortuus est anno Christi 1572. ætatis 62. Prid. Cal. Octob.

In ejus locum eligitur *Everardus Mercurianus* quartus Iesuitarum Generalis Leodius patriâ.

4. *Borgia succedit Mercurianus.*

Huic suffectus est *Claudius Aquauiua*, natione Italus, patriâ Neapolitanus, Ducis Atrii filius, & Pii V. cubicularius. Ducatum suum filio tradidit, & Iesuitis sese mancipavit, quorum ordini maximas opes, & vt aliqui referunt, vltra 50. ducatorum millia contulit. Ea de causa Provincia Neapolitana primùm gubernanda demandatur ei, ac postea etiam Romana. Demùm in Comitiis, quæ habita sunt Romæ anno Domini 1581. die 19. Februarii Præpositus Generalis creatur. Eo die, quo electus erat, cubiculum ascendens, salutanti turbæ omnis generis hominum, exosculandas manus, instar Papæ, præbuit, vt habetur in annuis Epistolis Iesuiticis anni 81. Moritur Romæ 31. seu vltimâ die Ianuarii secundâ horâ noctis, stylo novo, vetere autem 21. ejusdem mensis, Anno 1615.

5. *Mercuriano succedit Claudius de Aquaviua.*

Huic successit *Marius vel Mutius Vitelleschius*. Paulò antequam expirasset Aquaviua, misit ad Papam nuncium, qui ei significaret, in electione successoris sui graue datum iri scandalum, propter duas contrarias in Societate factiones; quarum vna Iustinianum quendam, altera Marium Vitelleschium eligere omni studio tentatura sit: rogare igitur se vehementer Papam, vt authoritatem suam interponere dignetur. Papa, vt voto ejus satisfaceret, Cardinalem Burgesium destinauit, qui electioni interesset, eamque authoritate suâ moderaretur, ac, vt diximus, *Vitelleschius* eligitur.

6. *Cl. de Aquaviua succedit Vitelleschius.*

Catechismus Iesuiticus pag. 677. Potestas Generalis perpetua est.

Cùm anno Domini 1558. post mortem Ignatii primum suum Conventum generalem Iesuitæ celebrarent, Paulus IV. Papa Cardinalem Pacochum ad eos misit, qui suo nomine significaret eis, placere sibi, vt Generalis Præpositi potestas certo annorum numero definita, non perpetua sit, ne videlicet in tyrannidem verteretur, aut sese supra Papam efferret. Nihil tamen apud eos obtinere potuit, licet per Cardinalem Tranensem de eodem rursus eos moneret. Evenit igitur quod Papa metuebat. Nam Romæ semper habitat, & per hanc fixam sedem Romanæ sedi & Consi-

ſtorio quaſi affigitur & implantatur: ibique ſuam juxta Papæ ſellam collocat: ſemper etiam à latere & ſecretis Pontificis ſedet, vt inter ſeſe conſilia communicent, nec alter ſine altero quicquam in hæreticos machinetur.

Poteſtatem igitur ſuam perpetuò retinet, quum Provincialium, Rectorum & aliorum plerumque triennis ſit, ab eodem tamen Generali interdum prorogari poteſt. Licet Paulus III. anno 1549. in Bulla decreuerit, poſſe & debere Præpoſitum per perſonas ad id à Societate facultatem habentes, & ad id deputatas, in certis caſibus amoveri, & alium ipſius loco, per eaſdem perſonas ſubſtitui.

Officiū Generalis.

Ad eundem quicquid Ieſuitæ per totum terrarum orbem facient, explorant, & reſciſcunt: ipſi diligenter ſingulis menſibus deferri curant. Is deinde omnia ac ſingula, Papæ refert: & tunc ab vtroque, qui ſuam operam ſedulò & gnaviter impenderunt, honoribus augentur, & opibus ditantur, vt Annales ipſorum atteſtantur.

Officium quoque ejus eſt, Ieſuitarum poteſtatem ſecundum Ignatii Conſtitutiones in omnibus dirigere.

Licet tamen illi etiam, vt Papæ, nouas interdum condere leges, vel etiam veteres pro circumſtantiarum varietate mutare & abrogare.

Licet ei bona ordinis ſui vendere, oppignorare & abalienare, & nulli de eo rationem reddere tenetur.

Generalis Ieſuitarū vocatus Dei Legatus.

Parte 5. Conſtitut. cap. 3. & parte 6. cap. 1. vocatur *Dei Legatus*. Gloſſa part. 4. Conſtitut. cap. 3. vocat eum *Vicarium Chriſti*. Montaignes cap. 27. ſcribit, *Cùm vouent ei Obedientiam, idea de cauſa fit, quòd in huius Societatis Republica Dei Vicarius eſt*. Bullæ quoque Pauli III. anno 1540. & Iulii III. anno 1550. Ieſuitis datæ, hortantur eos, *Vt in Generali Chriſtum velut præſentem agnoſcant*.

Hinc fit, vt quicquid ordinat ac præcipit: id Ieſuitæ tanquam oracula ſuſcipiant, credant ac faciant, haud aliter quàm ſi ipſe Chriſtus vel ejus Vicarius eſſet. Sic enim Maffæus in vita Ignatii, *Sine*, inquit, *controuerſia diligendus eſt* (Generalis) *cui omnes in terris, tanquam Chriſto parerent, cuius in verba iurarent, denique cuius ſibi nutum ac voluntatem, inſtar cuiuſdam diuini oraculi ducerent*.

Aſtutè etiam ſolent hodiè Generalem eligere, qui in ſeculo Principem virum egerit, vt ſic etiam in mundo potentes ad ſuam Societatem pertrahant, ſibique apud ſupremos & infimos tantò majorem authoritatem & potentiam comparent.

Ex quibus omnibus intelligitur, Generalem Ieſuitarum Papæ corrivalem, imò ad Pontificiam dignitatem evectum, adeóque alterum Eccleſiæ Romanæ caput eſſe.

Reliqua de gradibus ſeu generibus Ieſuitarum ex Haſenmullero, & Colloquio à ſacræ Theologiæ Doctore & Profeſſore, Paulo Florenio, cum Chriſtiano Franken Philoſophiæ Profeſſore in Cæſareo Ieſuitarum Gymnaſio Viennæ, Anno 1578. 20. Ianuarii habito, in ſequentibus referam.

Quod autem Romæ eſt & præſtat Generalis, id eſt & præſtat in ſingulis regnis Provincialis. Primum Provincialem Ignatius Loyola Luſitaniæ præpoſuit Simonem Roterigium: Hiſpaniæ Antonium Araozium Cantabrum: Italiæ Iacobum Lainem, Indiæ Franciſcum Xaverium; Germaniæ Petrum Caniſium: Galliæ Paſchaſium Broetium, aliiſque deinde alios. Ac diligenter cauent Ieſuitarum Patres, ne in Nationibus Provinciales vnquam ex indigenis eligant, ſed vel Hiſpanis vel Italis dignitates has conferant, aut ſaltem iis, qui ex Anglia, Gallia, &c. propter facinora aliqua profugerunt, & propter nimium Hiſpaniæ ſtudium ex prædictis Nationibus proſcripti ſunt.

Officiū Prouincialis.

Vnuſquiſque Provincialis ab ea Provincia, vel Regno potiùs, quod inſpectioni vel curæ ſuæ commiſſum habet, denominatur. Ejus officium eſt inuiſere Collegia, eorumque ſupputare redditus & cenſus, inſuper annotare diligenter, quinam ex Magnatibus liberos in Collegiis erudiri curent, & quot illorum ſint numero? num quotannis fiat acceſſio diſcipulorum, & amplificatio fortunarum & opum? num qui ſint & quot ex Lutheraniſmo converſi? ſi nulli aut etiam aliqua facta Pontificiæ Religionis imminutio, aut jactura bonorum; exprobrat negligentiam & ſocordiam, mandatque ſeveriter, vt acceptum damnum reſarciat. Quod ſi geſſerunt ſe egregiè, multos converterunt, multum comparſerunt & corraſerunt, omni laude cumulat, & cœlo effert. Inſuper ſciſcitatur, quęnam ſit vicinorum hæreticorum de ipſis opinio? quænam conſilia Magnatum? quales habeant Conventus? & quot? & vbi? quid decernant, quid volutent? Item, an hæreticorum Principes crebrius ſint domi, an alibi? ad quoſnam proficiſcantur frequentius? quali quiſque ſit ingenio? quibus

rebus

Aſſiſtēziū officium.

rebus vt plurimùm delectetur? an curam aliquam suscipiat Reipublicæ? an studio & amore aliquo teneatur Religionis? an potius vino, veneri & venatui indulgeat? an potius habeat in aula Catholicos? quinam sint populares rumores de suis Principibus? num Ecclesiæ adversariorum ferveant? num pastores Ecclesiarum sint Viri docti & diligentes, an verò somnolenti & illiterati? num Theologica facultas in vicina Academia hæreticorum floreat? num crebriores habeant Theologi disputationes, & contra quos maximè? quos libros & de qua materia in lucem ediderint nuperrimè? Ad hæc & alia si respondeant Regens & reliqui Patres appositæ, mirificè prædicat industriam & vigilantiam: Sin minus, eosque adeò rerum istarum nescios deprehendit, acerbè vituperat. Quid agitis, inquit, vos somnolenti & desides? cur perditum itis Roman. Ecclesiam? quomodo summo Pontifici hanc inertiam vestram probabitis? cur insinuatis vos agendis rebus? cur metuitis? cur non intrepidè rem aggredimini? Dudum hęc gesta, dudum perfecta oportuit. Videte vigilantiam hæreticorum incredibilem, & vos stertitis. His & similibus verbis ipsos increpat, & exacuit. Tandem quærit de discipulis, convictoribus, novitiis & reliquis, quot eorum sint numero, quanti cujusque profectus? ad quod quisque studium inclinet? num quis inter eos spinosior & scrupulosior? Talem enim à Theologico studio prorsus removendum existimat, nisi scholasticis disputationibus probè exercitatum & opinione Religionis imbutũ. Quærit pręterea, num quem habeant in grege, qui pro amplificanda Romana Ecclesia laudabili aliquo facinore se obstringere, & vitam denique profundere non dubitet, si quidem necessitas aliquando flagitare videatur? Ad extremum, omnia ista hæc consignata Generali transmittit Romam, per quem immediatè significantur Pontifici. Atque sic per totum orbem Christianum nihil geritur aut consultatur, quod non per hos Imperii proditores Papæ innotescat. Per Provincialem etiam Iesuitæ ab vno Collegio in aliud transferuntur, idque ferè triennio quolibet.

Officiũ Prouincialis.

3. *De* IESVITARVM Assistentibus, *seu intimis Papæ & Generalis Consiliariis.*

Assistẽtiũ Officium.

GEneralem proximè sequuntur primi *Assistentes*, quatuor numero. Hos oportet Romę residere, secretioribus Papæ & Generalis Societatis Iesuiticæ deliberationibus assidere, ipsis assistere, & in rebus Romanam Ecclesiam concernentibus, atque in perniciem Orthodoxorum facientibus, consiliis ac scriptis adesse: hos propulsare, illos totis viribus propugnare. Et vt Generalem Papæ in omnibus, sic hos vicissim Generali ad amussim obedire oportet.

Vt autem quatuor illorum sunt, ita etiam officium eorum est in quatuor Mũdi plagis res Pontificias curare & promouere: & ad eos Provinciales, Visitatores, Rectores, Regentes ac Spirituales Præfecti, quæcunque in Mundo Iesuitę reliqui agunt, omnia ac singula scribunt. Oportet etiam illos non minus quam reliquos quarto etiam voto, absolutæ obedientiæ, Papæ obligatos esse, ne quid vel contra Papę, vel sui Generalis voluntatem decernere audeant. Si res magni momenti ipsis aliunde significantur, illas confestim Generali vel Secretario indicant, qui eas deinde ad Papam referunt, quò sic ipsorum operâ ac studio consilia iniri possint de coërcendis, impediendis, vel etiam opprimendis hęreticorum conatibus: ipsorum autem res magisque promoveantur, augeanturque.

Summa verò literarum, quas ex diversis Mundi Regnis & Provinciis accipiunt, hæc plerumque est, Quis sit Regum ac Principum erga Papam & Ecclesiam Romanam, atque etiam Societatem eorum affectus, & quinam illos clementer excipiant. Hos mirificè commendant, qui autem Iesuitarum conatibus resistunt, tanquam capitales hostes Romanæ Ecclesiæ accusant.

Et autem de his Assistentes diligentius certiores facere queant, in omnia, Germanorum præcipuè Principum, consilia & acta accuratè inquirunt, cunctáque, licet ex vanis falsisque rumoribus multa sæpè cognoscant, Romam perscribunt. Vtque facilius in rerum Germanicarum notitiam perveniant, sæpè mutato habitu, vel pedites vel equites Germanię aliarúmque Nationum Provincias peragrant & proditorum more cuncta explorant. Exempla in promptu sunt.

His cognitis, Assistentes eos in proposito suo confirmant, eosque, vt strenuè sic pergant, hortantur, Papę clementiam in illos prædicant, & eis plaustra indulgentiarum remittunt, quas illi Germanis aliisque nimis stupidis & credulis auro vendunt.

Assi-

Assistentium quoque officium est, in tota Societate Visitatores, Inspectores, Rectores, Regentes, Concionatores, Spirituales Præfectos & Inquisitores ordinare, non tamen nisi cum consensu Generalis. Adhæc munera autem non promovent alios, quàm quos nôrunt in Papatûs idolomania induratos, & orthodoxorum capitales hostes esse.

De IESVITARVM *Professis.*

Professi qui sint. QVarum Iesuitarum genus, *Professi* sunt: qui præter tria vota se insuper speciali quodam, quod votum Professionis vocant, Pontifici Romano obligant, eóque promittunt ac profitentur, se Papæ in omnibus absolutam obedientiam præstituros, neque vnquam commissuros, quin in obedientia ei præstanda, in rebus fidem & mores concernentibus, primi inveniantur, sic, vt etiam non petito viatico, licèt ad ipsos Turcas occidendi mitterentur, sine vlla tamen intellectûs, judiciíque repugnantia obedire velint: Hoc Ignatius omninò fieri voluit: & Paulus Tertius quoque in sua Bulla approbauit & confirmavit. Sic enim verba ejus habent: *Et quamvis Evangelio doceamur, & fide orthodoxâ cognoscamus, ac firmiter profiteamur, omnes Christi fideles Romano Pontifici tanquam capiti ac* IESV CHRISTI *Vicario subesse: ad maiorem tamen nostræ Societatis humilitatem ac perfectam vniuscuiusque mortificationem & voluntatum nostrarum abnegationem: summopere conducere iudicauimus, singulos nos vltrà illud commune vinculum, speciali voto astringi, ita vt quicquid Modernus & alii Romani Pontifices, pro tempore existentes iusserint, ad profectum animarum & fidei propagationem pertinens, & ad quascunque Prouincias nos mittere voluerint, sine vlla tergiversatione aut excusatione illicò quantum in nobis fuerit, exsequi teneamur. Siue miserit nos ad Turcas, siue ad quoscunque alios infideles etiam in partibus, quas Indias vocant, existentes, siue ad quoscunque hæreticos, siue schismaticos, seu etiam ad quosvis fideles.*

Ad hoc votum Professorum non nisi beatissimos, & quorum industria in zizaniis Pontificiis disseminandis cognita & explorata est, admittunt. Antequam autem ad hoc votum accedant, totum triduum tenentur ostiatim victum quærere, prima exercitia repetere, vota renouare, & omnia humilitatis officia, quæcunque excogitare possunt, subire. Huius generis sunt, loca secreta expurgare, calceos lauare, aliorum pedes osculari, domum verrere, vasa eluere, coco ministrare, humi cubare, nudipedes incedere, sub mensa edere, cilicia induere, seipsos flagellare, peregrinari, seseque omnibus subiicere. Posthæc abiurare coguntur omnes hæreses, & iurare, se operam omnem daturos, vt Romana Religio floreat, Evangelica autem exstirpetur.

Horum Professorum Romæ vltra ducentos aluntur, qui proprium, & quidem amplissimum habent Collegium, in eoque lautè splendidéque sumptibus Papæ, Cardinalium & Episcoporum, qui illorum vtuntur consiliis & scriptis, sustentantur. Nihil proprii, nullos redditus, vt reliqui Iesuitæ, possident.

Professi quatuor votorũ in quo distincti sint ab alijs. Distinguuntur etiam à reliquis Iesuitis in eo, quòd sunt illorum quasi Episcopi, qui in cæteros inquirunt, iisque præficiuntur. Ex horum numero enim, inprimis qui sunt Hispani vel Itali, Visitatores, Inquisitores, Rectores, Regentes & Spirituales Præfecti eliguntur: qui quod sint rerum Iesuiticarum & Papisticarum peritissimi, sibi subiectos egregiè in palæstra Pontificia exercere noverunt. Germanis non Germanum præficiunt Rectorem, sed vel Italum, vel Hispanum: aut si nobilior ex Germanis constituitur, habet tamen Hipanum, qui eum obseruet, ne quid præter morem HISPANICUM agat.

Generali quoque sese totos devouent & obstringunt, abnegatione honorum, quod nimirum extra Societatem vel Cardinales vel Episcopi fieri nolint: Et tamen hoc ipso nomine fiunt Cardinales in Societate, ex quibus Generales, ipsorum Papæ, eligantur: quibus tanquam Cardinibus, tota Societas vertatur: qui habent existimationem doctrinæ & sanctitatis. Sicque vana ac stulta Societas dum ambitionem se fugere simulat, in ipsam ambitionem incurrit. Non secus ac vani illi Philosophi, qui iis ipsis libris, quos de contemnenda gloria scribebant, in iis nomina inscribentes sua, inanem gloriam aucupabantur, vt sapienter de iis Cicero lib. 1. Tuscul. Quæst. refert.

De trium VOTORVM PROFESSIS.

Trium votorũ Professorum obligatio. IEsuitarum genus quintum, sunt trium tantum vulgarium, & cum reliquis Monachis communium *Votorum Professi*. Hi se Papæ & suo Generali in hanc formam obligant ac devouent: *Omnipotens sempiterne Deus: Ego licèt vndecunque diuino tuo conspectu indignissimus, fretus tamen pietate*

tate ac misericordiâ tuâ infinitâ, & impulsus, tibi inseruiendi desiderio: voueo coram sacratissima Virgine Maria, & curia tua cœlesti vniuersa, diuinæ majestati tuæ, paupertatem, castitatem & obedientiam perpetuam in Societate Iesu, & promitto eandem Societatem me ingressurum, vt vitam in ea perpetuò degam, omnia intelligendo, juxta ipsius Societatis constitutiones. A tua ergo immensa bonitate & clementia per Iesu Christi sanguinem peto suppliciter, vt hoc holocaustum in odorem suauitatis admittere digneris, & vt largitus es ad hoc desiderandum & offerendum, si etiam ad explendam gratiam vberiorem largiaris.

Hæc est formula iuramenti, quo Iesuitæ non Deo, sed Societati suæ, ejusque seruitio se totos mancipant. Adhæc autem vota facienda studiosi ac literati, biennio probationis exacto, illiterati verò vno, vel dimidio absoluto, admittuntur.

Trium hi votorum professi, sunt iis proximi, qui ad quartum votum, quod *professionis* vocant, admittuntur: eosque in hos sequentes articulos, quos *Canones Professionis, cum ratione credendos*, Iesuitæ vocant, jurare oportet.

Professi quatuor votorũ in quo distincti sint ab alijs.

1. *Ego N. N. credo & recipio quæcumque sacrum generale Concilium Tridentinum credit & recipit, etiamsi ea in Concilio non fuissent definita. Conueniunt enim illa, cum ijs, quæ in Evangelicis & Apostolicis literis continentur, verbi gratiâ Purgatorium esse, &c.*

2. *Prædictis verò Euangelicis & Apostolicis literis atque alijs, quæ prædictum Concilium credi jubet: etiamsi ea in Euangelicis & Apostolicis literis non inuenirentur, credendo, propter auctoritatem Ecclesiæ Catholicæ, quæ in vsu Ecclesiastico prædicta scripta, & non scripta recipit.*

3. *Catholicam Ecclesiam credo esse eorum vniuersitatem, qui Romanam Ecclesiam, vt omnium Ecclesiarum Magistram ac Matrem sequuntur, & Romanum Pontificem, Petri Apostolorum Principis successorem, & Iesu Christi Domini nostri Vicarium esse agnoscant.*

4. *Hanc ego esse Catholicam Ecclesiam, ejusdemque fidem verissimam esse credo, quia sanctorum Patrum Orientalium & Occidentalium, Australium & Aquilonarium ab Apostolis vsque ad nos consentiens & continua traditio, & ipsam esse Catholicam Ecclesiam, & idem Ecclesiæ credendum esse docet.*

5. *Prædictæ autem sanctorum Patrum traditioni credo, qui eam doctrinam tradunt, quæ à sanctis Apostolis fuit prædicata, vt ipsa doctrinæ successio demonstrat.*

6. *Sanctis verò Apostolis ideo credo, quia illi à Domino nostro Iesu Christo, vt in ipsius Domini verbis constat, ad docendas gentes missi sunt.*

7. *Christo Domino nostro & in aliis, & in eo etiam, quo se Deum esse testatus est, propterea credo, quia Deus illum misit lumen ad reuelationem gentium.*

8. *Missum autem fuisse Christum Dominum nostrum à Deo Opt. Max, credo, quia illi omnia conueniunt, quæ S. Prophetæ de venturo Messia & à Deo mittendo prædixerunt.*

9. *Prophetis prædictis & alijs etiam & in eo etiam, quod Deũ ipsis locutum perhibent, ideò credo, quia quæ de Christo Domino prædixerũt, non nisi per diuinam revelationem prædici potuerunt, impleta jam esse video, quale illud est; Gentes fuisse in Christum credituras.*

10. *Prophetas prædixisse illa, quæ de Christo Domino sub eorum nomine prædicta leguntur ideò credo; quia non solùm Christianus orbis, sed etiam ipsi hæretici, Mahumetani & Iudæi Christianorum inimici: eadem fatentur eos prædixisse, quæ cum Gentium & Sibyllinis oraculis conueniunt.*

11. *Propter prædictas rationes magis credo, quàm propter passiones Martyrum, cum & Diabolus suos Martyres habeat: aut propter Miracula, nam & Antichristus facit Miracula, falsa quidem illa, sed quæ vera esse videbuntur, aut propter quamvis aliam rationem.*

12. *Communis ergo ratio credendi hodie ad Prophetarum oracula vltimo resoluitur, id est, ad diuinam conuenientiam Veteris Testamenti cum Nouo, vt meritò S. Petrus dixerit: Habemus firmiorem Propheticum sermonem.*

13. *Profiteor septem esse verè ac propriè Sacramenta nouæ legis à Iesu Christo Domino nostro instituta, ad salutem generis humani: licèt non omnia singulis necessaria, scilicet; Baptismum, Eucharistiam, Confirmationem, Pœnitentiam, extremam Vnctionem, Ordinem & Matrimonium. Et horum omnium ceremonias ritè venerandas & colendas esse.*

14. *Profiteor pariter in Missa offerri Deo, verum proprium & propitiatorium sacrificium pro viuis & defunctis.*

15. *Profiteor in sanctissimo Eucharistiæ Sacramento esse verè, realiter, substantialiter & transsubstantialiter, verum Corpus & Sanguinem, vnà cum anima & diuinitate Domini nostri Iesu Christi.*

16. *Profiteor fieri conuersionem totius substantiæ Panis in Corpus, & totius substantiæ Vini in Sanguinem, quam conuersionem Ecclesia Catholica Transsubstantiationem vocat.*

17. *Profiteor, sub altera tantùm specie, totum atque integrum Christum sumi, & Laicis*

Trium votorũ Professorum obligatio.

ſub vna tantùm ſpecie porrigendum altaris Sacramentum.

18. *Conſtanter teneo, ſanctos vnà cum Chriſto regentes, orationes pro nobis Deo offerre, nos iuuare, interdum viſitare ſcire, quæ apud nos geruntur, opem ferre animabus Purgatorij, & has regere, viſitare & illuminare.*

19. *Conſtanter teneo Sanctorum reliquias eſſe venerandas.*

20. *Firmiter aſſero, imagines Chriſti ac Deiparæ ſemper Virginis, nec non aliorum Sanctorum, habendas & retinendas eſſe, atque illis debitum honorem & venerationem impertiendam.*

21. *Indulgentiarum etiam poteſtatem à Chriſto in Eccleſia relictam fuiſſe, illarúmque vſum Chriſtiano populo maximè ſalutarem affirmo. Ex qua, ceu ex ſpirituali Eccleſiæ Theſauro poſſint dari indulgentiæ ex ſuperabundantia operum Chriſti & ſanctorum, quibus ipſi non indigent.*

23. *Conſtanter teneo Purgatorium eſſe, animaſq; ibi detentas fidelium ſuffragijs iuuari.*

24. *Omnia & ſingula, quæ de peccato Originali & de Iuſtificatione in ſacro ſancta Tridentina Synodo definita & declarata ſunt, complector & recipio.*

Obligatio triũ votorum profeſſorum qui ad altiora aſpirant.

Quod ſi aliqui trium votorum profeſſi ad altiora aſpirent, & ſiue in Doctores, ſiue in Magiſtros promoveri cupiant: vel ſi quidam ex Evangelicis idolomaniæ papiſticæ ſe devouere voluerint, eos ſecundum Tridentinum Concilium in hunc modum jurare oportet, vt habetur ab initio Tridentini Concilii: *Ego N.N. Apoſtolicas & Eccleſiaſticas traditiones reliquaſque ejuſdem Eccleſiæ: obſervationes & conſtitutiones, firmiſſimè admitto & complector. Item ſacram Scripturam, juxta eum ſenſum, quem tenuit, & tenet ſancta Mater Eccleſia, cujus eſt judicare de vero ſenſu & interpretatione ſacrarum Scripturarum, admitto, nec eam vnquam, niſi juxta vnanimem conſenſum Patrum, accipiam, & interpretabor. Profiteor quoque ſeptem eſſe verè & propriè Sacramenta nouæ legis à Ieſu Chriſto Domino noſtro inſtituta, atque ad ſalutem humani generis, licèt non omnia ſingulis neceſſaria, ſcilicet Baptiſmum, Confirmationem, Euchariſtiam, Pœnitentiam, extremam Vnctionem, Ordinem & Matrimonium, illaque gratiam conferre, & ex ijs Baptiſmum, Confirmationem & Ordinem ſine ſacrilegio reiterari non poſſe. Receptos quoque & approbatos Eccleſiæ ritus, in ſupra dictorum omnium Sacramentorum ſolemni adminiſtratione, recipio & admitto: omnia & ſingula, quæ de peccato Originali & Iuſtificationem in S. S. Tridentina Synodo definita & declarata fuerunt, amplector & recipio. Profiteor pariter in Miſſa offerri Deo verum, proprium ac propitiatorium ſacrificium pro viuis ac defunctis. Atque in ſanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento eſſe verè, realiter & ſubſtantialiter corpus & ſanguinem, vnà cum anima & diuinitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, fierique converſionem totius ſubſtantiæ Panis in Corpus, & totius ſubſtantiæ Vini in Sanguinem, quam converſionem Catholica Eccleſia Tranſſubſtantiationem appellat. Fateor etiam, ſub altera tantùm ſpecie, totum atque integrum Chriſtum verumque Sacramentum ſumi. Conſtanter teneo Purgatorium eſſe, animaſq; ibi detentas fidelium ſuffragijs iuuari. Similiter & ſanctos, vnà cum Chriſto regnantes, venerandos & inuocandos eſſe, eoſque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum reliquias venerandas eſſe. Firmiter aſſero imagines Chriſti, ac Deiparæ ſemper Virginis, nec non aliorum ſanctorum habendas & retinendas eſſe, atque eis debitum honorem ac venerationem impertiendam. Indulgentiarum etiam poteſtatem à Chriſto in Eccleſia relictam fuiſſe, illarumque vſum Chriſtiano populo maximè ſalutarem affirmo. Sanctam Catholicam & Apoſtolicam Rom. Eccleſiam, omnium Eccleſiarum Matrem & Magiſtram agnoſco, Romanoque Pontifici, B. Petri Apoſtolorum Principis, ſucceſſori, ac Ieſu Chriſti Vicario veram obedientiam ſpondeo ac iuro. Cætera item omnia à ſacris Canonibus & Oecumenicis Cõciliis, ac præcipuè à S.S. Tridentina Synodo tradita, definita & declarata, indubitanter recipio atque profiteor, ſimulque contraria omnia, atque hæreſes quaſcunque ab Eccleſia damnatas & reiectas & anathematizatas, ego pariter damno, reiicio & anathematizo. Hanc veram Cutholicam fidem, extra quam nemo ſaluus eſſe poteſt, quam in præſentia ſpontè profiteor: & veraciter teneo, eandem integram & immaculatam vſque ad extremum vitæ ſpiritum conſtantiſſimè, Deo adiuuante, retineri, doceri & prædicari, quantum in me erit curaturum. Ego idem N. ſpondeo, voueo ac iuro, ſic me Deus adiuuet; & hæc ſancta Dei Evangelia. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ ordinationis, inhibitionis, derogationis, voluntatis, ſtatuti, decreti & mandati infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac B. Petri ac Pauli, Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datæ Romæ apud S. Petrum, Anno incarnationis Dominicæ 1564. Ibid. Nouemb. Pontificatus noſtri anno 5.*

Cùm autem hi trium votorum Profeſſi, hoc modo Eccleſiæ Romanæ ſe deuouerunt ac obligârunt, tùm à Generali ſuo in Rectores, Sacerdotes ſeu Patres, Confeſſarios, Concionatores, Præfectos ſpiri-

Rectores & Regentes.

Rectoris poteſtas.

Regentis poteſtas.

Arcana aſſeruãtur à Rectore.

Rectores qui eligantur.

ſpirituales, Præceptores, Coadjutores ſpirituales,& temporales vel formatos & formandos adjutores,in Scholaſticos & Idiotas dividuntur,quorum noviſſimi dicuntur *Nouitij*, hoc eſt, qui nuper ordinem Ieſuiticum ingreſſi ſunt.

6. *De* IESVITARVM Rectoribus, *ſeu* Regentibus.

Rectores & Regentes.

Rectores & Regentes in Collegiis, domibus & reſidentiis primatum tenent. *Rectores* tamen propriè dicuntur, qui Ieſuitis : *Regentes* verò, qui etiam exteris præſunt, eoſque ſecundùm ſuas Regulas regunt.

Rectoris poteſtas.

Poteſtas *Rectoris* in Collegio libera & abſoluta eſt: quicquid ille ordinat vel facit, nemo ipſi contradicere audet, niſi in pœnas inobedientibus conſtitutas incurrere velit.Hic ea, quæ Sociis præcipit, ex Generalis ſententia, & Ignatii legibus ſumit: eam ob cauſam etiam rigidiſſimè delinquentes punit. *Regentes* verò nonnihil exteros mitiores & humaniores ſunt, quia nullis votis ſunt obſtricti. Quicquid in Collegio deſideratur & conſtituendum eſt, id à *Rectore* petitur & expectatur. Si hic quid negat alicui, rationem ejus non expetat, neque ab alio poſtulet, ſed tacens gratiaſque agens, in humilitate abeat, quaſi voti compos factus eſſet.

Regentis poteſtas.

Arcana aſſeruätur à Rectore.

In Muſæo etiam *Rectoris* Societatis arcana, privilegia, literæ & theſauri aſſeruantur. Ad pecuniæ tamen arcam ſolus claves non habet, ſed cuſtodiuntur illi à tribus quos Generalis ad hoc ordinat: nimirum à *Rectore*, *Miniſtro* & *Sacerdote* aliquo, quorum quilibet clavem habet. Nulli autem ſoli conceduntur claves, quòd ante hac aliqui *Rectores*, multo auri pondere collecto, Societatem reliquerunt & aurum ablatum in ſuos vſus converterunt.

Rectoris etiam officium eſt, vt ſingulis menſibus ſingulorum mores & progreſſus Provinciali ſignificet, qui deinde Generalem de iis certiorem facit.

Rectores qui eligantur.

Hos Rectores vel Seniores & ſimiles his rariſſimè ex Nobilibus extra Italiam & Hiſpaniam, ſed ex plebe tantùm eligunt & adoptant.Quod cur fiat,conjectura non eſt difficilis : generoſa nempe nobilitatis pectora erga patriam ita affecta nôrunt,vt ſuis conſiliis & practicis ea minus commoda & opportuna ſtatuant. Interim his rebus fit, vt cum Ieſuitis vni ventrem indigenæ ſuis opibus explere & ſuffarcire cogantur: caput tamen Hiſpanico & Italico cerebro repletum habeat, ad cujus nempe ſenſum reliquum corpus moveatur.

7. *De* IESVITARVM Miniſtris, *ſeu* OEconomis.

Oeconomi officium.

Rectori dignitate proximi ſunt *Miniſtri*, quos nos *Oeconomos* vocamus. Hi ſingulis diebus Sabbathis à Rectore accipiunt quomodo, quantum & qualiter res pecuniarias & ad victum ſpectantes per ſeptimanam diſpenſare debeant. Horum eſt omnes in genere, præter *Rectorem* obſeruare,admonere, & in Regulis Societatis ac exercitiis Collegiorum rectè informare. Si quos deprehendunt in Regulas delinquentes, illis pœnitentiam aliquam injungunt.

Eſt etiam *Miniſtri* curare ſuppellectilem domûs:ne quid vel intereat, vel perdatur, vel amittatur: debet etiam cellæ & culinæ proſpicere,ne quid rerum neceſſariarum deſit,ſed vt omnia ſuo tempore emantur & diſpenſentur. Penes hunc ergo eſt cura & cuſtodia domûs. Idem etiam cum ſecularibus agit,vt *Priores* & *Abbates* in Monachorum cœnobiis, & *Oeconomi* in Monaſteriis.

8. *De* IESVITARVM Sacerdotibus.

Sacerdotum officium

Sacerdotum ſeu *Patrum* eſt, ſecundùm Loyolæ Regulas, quotidiè pro vivis & mortuis, pro Pontifice Romano, pro Societatis incremento, & ad promerendam exſtirpationem Evangelicorum ſacra facere & Miſſas celebrare, & horas canonicas ſervare, officiumque, vel in horto, vel in Templo,vel in cubili, vel in muſæo, vel in dormitorio, vel in circuitu, vel in alio loco demurmurare. Conferunt ſe quoque interdum ad exercitium aliquod corporale,mediocre tamen,qualia ſunt,Bibliothecam curare, hortulos plantare,libros legere,ſcribere,pingere,aut quid ſimile agere, quo diei tædium levant.

Eorum etiam eſt,in eos, qui Sacerdotes non ſunt,animadvertere, & delinquentes paternè admonere, vel Superiori ea, quæ minus rectè fieri vident deferre. Singulis quoq; diebus Veneris ad Iuniores & Novitios exhortationes inſtituere debent: quarum finis ſit, mundi contemptum, Societatis amorem, abnegationem ſui, & perfectam obedientiam in omnibus, ſecundùm Societatis inſtitutum, juniorum animis inſtillare.

9. De IESVITARVM Pœnitentiariis.

Pœnitẽtiariorũ officium

POEnitentiarii Romæ dicuntur, qui ibidem apud S. Petrum integrum diem sedent, vt ibi confessiones audiant. His mandatur, vt diligenter in hæreticos, quos sic vocant, inquirant. Si quos in confessionibus intelligant Evangelicis fauere & de Religione Romana dubitare, neque Papam pro Vicario Christi in terris agnoscere, eos non absolvant, nisi statim revocent. Si contra disputent, ad Inquisitores remittant. Ab illis miserrimè, non secus quàm maleficia à carneficibus, torquentur. Diligenter etiam cauent, ne quisquam Evangelicorum scripta in suis ædibus habeat. Si quos in confessione cognoscunt, aut hospitia Evangelicis dare, aut familiaritatem cum illis contrahere, eos excommunicant, & Magistratui, ceu proditorum fautores, puniendos indicant, non obstantibus decretis, quæ præcipiunt arcana confessionis nulli revelanda esse. Tandem peccatis omnibus cognitis pro qualitate eorum pœnitentias injungunt, & homines inprimis ad crebras confessiones adhortantur.

10. De IESVITARVM Confessariis.

Confessariorũ officium

COnfessarii apud Iesuitas vocantur, qui in casibus reseruatis satis instructi, in Iesuiticis & Cathedralibus Templis, quatuor jejuniorum temporibus, certas occupant sedes, in quibus accedentium confessiones audiunt. Hi confitentes secundùm Regulas ipsis præscriptas examinant, & plenariam circumstantiarum enumerationem extorquent: sine qua irritam absolutionem, & eum, qui peccati circumstantiam aliquam reticet, sacrilegum esse dicunt. Examinant autem primò confitentes de peccatis occultis & cognitionum erratis: secundò de verbis: tertiò de factis: quartò de omissis: quintò de scriptis: sextò de venialibus, actualibus & tandem de mortalibus. Et vt hæc ritè peragant, ex Decalogo confitentem examinant, & ab hoc Ecclesiæ præcepta digrediuntur: & in hæc qui peccat, graviorem sustinet pœnitentiam, quàm qui in Decalogum deliquit. Ab his descendunt ad septem mortalia peccata, hinc ad quinque sensus, ad peccata aliena, ad neglecta misericordiæ opera, denique ad inquisitionem articulorum Pontificiorum veniunt. Si qui etiam apud Iesuitas peccata sua confitentur, ii singulares à Papa consequuntur indulgentias.

11. De IESVITARVM Concionatoribus.

Concionatorii officium apud Iesuitas

COncionatores Iesuitarum sunt, qui vices Parochorum inconcionandi munere subeunt. In quibus enim locis Iesuitę Collegia, domus vel residentias habent, ab ejus loci Episcopo, Decano & Parocho petunt, vt sibi concionandi facultatem dent: quam ipsi ob Papæ auctoritatem, quâ muniuntur, non audent negare. Hi conciones suas non ad Prophetica & Apostolica scripta dirigunt, sed ad mandatum Papæ, secundùm Tridentini Concilii Canones & Scholasticorum commenta. Optimi ex ipsis videntur, qui atroces in Evangelicos invectiuas instituunt, populumque adversus illos exstimulant.

12. De Spiritualibus IESVITARVM Prefectis.

Præfectorum spiritualiũ Officiũ.

SPirituales Præfecti Iesuitarum dicuntur, qui in Collegiis & domibus Iesuiticis, juniores & novitios observant, ne primam, vti loquuntur, charitatem, quam ad Societatem attulerunt, deserant, sed semper in Societatis spiritu proficiant, & senioribus similes efficiantur. Horum igitur est conscientiæ scrutari & in exercitiis spiritualibus juniores informare. Ad hos, si qui novitiis iniiciuntur scrupuli vel tentationes, confugiunt: à quibus tentationes bonæ malæ, & viciſſim malæ bonæ redduntur.

Officium quoque illorum est, junioribus tradere & commendare devotos libellos: illisque præscribere quæ ad mensam legere debeant, observare insuper, vt ritè ac debitis horis spiritualia officia perficiantur. Non obsequentibus pœnitentias injungunt: si his non emendantur. Rectori eos deferunt, qui jejunia, cilicia & flagella eis admouet, quibus vel inuiti, nisi mori malint, parere coguntur.

13. De Præceptoribus IESVITARVM.

Præceptores qui, & eorum officium

IEsuitarum *Præceptores* hi sunt, qui in Scholis & Academiis suos discipulos in Religione, linguis & artibus, ad præscriptum Inquisitoris, Visitatoris & Provincialis instituunt & docent. Horum quidam publici sunt, quidam domestici. Publici sunt, qui gradum intra vel extra Societatem sunt consequuti & publicè docent.

Aliud genus Præceptorum

Serui spirituales qui.

Coadiutores spirituales qui.

cent. Domestici, qui solùm discipulos domi privatim exercent, & audita ab illis rursus exigunt. Hi nullum pro laboribus suis habent stipendium, propter Regulam ipsis præscriptam : *Gratis accepistis, gratis date.* Quod si autem à Principibus & Academiarum patronis illis pro laboribus præstitis aliquot coronatorum millia ad Collegia mittuntur, ambabus manibus, non vt mercedem, sed vt eleemosynam illa accipiunt.

Concionatorii officium apud Iesuitas

Aliud genus Præceptorum

Præter hoc aliud etiam apud Iesuitas Præceptorum genus est, quod præficitur iis, quos Papistici Principes & nobiles suâ munificentiâ alunt, & vulgò *Beneficiarii* vocantur. *Præceptores* hi, non vt reliqui Professores, intra Iesuitarum collegia manent, sed cum Beneficiariis illis in ipsorum ædibus, quas *Stipendiarias* nominant, viuunt : in quorum fidem & vitam inquirunt diligenter. In huiusmodi stipendiariorum domo, singulis mensis, ad quam octo ordinantur, Inspector & Præceptor præficitur Iesuita, qui audita ab illis exigit, eosque non tantum in Philosophicis studiis instituit, sed etiam in Pontificiorum erroribus informat, & qui sunt inter illos maximæ spei adolescentes, variis illecebris & promissis ad Societatis ingressum sollicitant : quo fit, vt multi contra parentum suorum voluntatem Iesuitæ fiant.

Præfectorum spiritualiũ Officiũ.

14. *De* IESVITARVM Servis spiritualibus.

Servi spirituales qui.

Servi seu *Coadiutores* Iesuitarum *spirituales* dicuntur, qui consiliis & scriptis suis senatum Iesuiticum juvant. His licet quidem sua consilia superioribus referre, sed ita, vt non curent, siue illa recipiantur, siue repudientur, siquidem eorum sit, non imperare, sed consilia vel sententiam in medium proferre, aut scripto significare, liberum tamen superioribus relinquere, vt eligant quod ipsis optimum videtur. In Synedrio ergo assident, & suam sententiam dicunt : sin autem secedere jubentur, & Generalis cum Assistentibus, quid faciendum sit, decreuerit, licèt aliud ipsis videatur, contra tamen ne hiscere quidem audent. *Spirituales* autem vocantur, quod eorum sit, circa res spirituales Iesuitarum, hoc est, omnis generis errores & idolomanias Papisticas ac Iesuiticas occupari.

Præceptores qui, & eorum officium

Coadiutores spirituales qui.

Hi omnes, qui trium votorum Professos sequuntur, generali nomine *Coadiutores spirituales* dicuntur, qui nuncupatis prius votis paupertatis, castitatis & obedientiæ, bestiam hanc adjuvant in pervertendis & traducendis ad primam belluam animabus. Qua in re quò quisque aptior & diligentior exstiterit, eò citius professionem admissus membrum hujus Societatis efficitur.

15. *De* Scholasticis & Novitiis IESVITARVM.

Novitij qui, & eorum officium

Scholastici & *Novitii* in eum finem in collegiis aluntur, ne Societas hæc tandem deficiat : sed vt putrescentibus veteribus membris in recentioribus & novis semper conservetur. Eorum autem est, cujuscunque ordinis, statûs vel conditionis ante ingressum fuerint, mundum, vt ipsi loquuntur, deserere, seipsos abnegare, bona sua relinquere, à parentibut auffugere, amicis valedicere, & ab omnibus, quæ mundus amat, abhorrere : naturalem parentum affectum, in spiritualem, hoc est, in Iesuiticorum sociorum amorem convertere, omnium suorum, atque adeò sui ipsius quoque obliviscì. Præterea à corporis obsequio & indulgentiâ quàm longissimè recedere : sensibus repugnantia appetere : carnis societatem disciplinis, hoc est, secundùm Iesuitas, flagellis, ferulis, flagris & aliis spontaneis corporis suppliciis ejicere.

Novitiorum Magister in his omnibus eos exercet, ac instar stultorum vexat, donec sibi ipsis in totum emoriantur, & non sibi amplius, sed soli Papæ, vel Iesuitarum Patribus vivant. Hoc Iesuitis est Deo viuere, Christo inseri, & in mortem eius baptizari ac sepeliri.

Novitios vt sibi obstrictos reddant Iesuitæ:

Ad perpetuò autem occultandam, conservandam & augendam superstitionem & idololatriam Iesuitæ Novitiis suis intellectum, si quem habent, ipsúmque sensum ligant. Pater enim eorum Ignatius Loyola in Epistola illa quæ in Collegiis Iesuitarum singulis mensibus ad mensam legitur, monet & mandat seriò, vt ea, quæ Superior jubet, cæcâ obedientiâ simpliciter perficiant : quæque ipse facit cæco judicio prætereant, non considerantes, an bonum vel vtile sit, nec nè, quod præcipitur. Qua quidem in re Iesuitæ Canonistas egregiè imitantur, pernicioßissimos summorum Pontificum adulatores & mundi totius seductores. Hi enim dist. 40. c. Papa, orbi Christiano persuadere jam aliquot seculis conati sunt, *Romanum Pontificem tantæ esse dignitatis authoritatisque, vt licèt inutilis & remissus in suis operibus esset,*

imò innumerabiles Populos catervatim in gehennam duceret, totum mundum destrueret, nemo tamen ex ipso hujus facti vel posset, vel deberet rationem quærere. Sic prorsus quoque, imò multò peius Societatis Iesuitarum suos alumnos instituit, cùm docet: *Quæque Superior jubet, quæque ipse facit, non solùm judicanda non esse, multoque minùs reprehendenda, sed etiam tanquam bona & sancta* (sic enim Pater eorum Ignatius in eadem Epistola loquitur) *præsupponenda*: quo nimirum omnis tandem stultitia, idololatria & superstitio Sanctitatis nomen obtineant, locóque reliquiarum Societatis colantur.

16. *De* IESVITARVM Servis Temporibus *seu* Coadjutoribus formatis.

Officiũ Coadiutorum temporalium.

Coadjutores temporales totius Societatis sunt Servi & membra Societatis non tantùm in voto simplici, sed etiam solenni. Eorum est totum Societatis corpus fovere, curare, victum & amictum ei parere, omniaque negotia domestica tractare. In horum numerum ac ordinem referendi sunt officiales & artifices: vt sunt coci, sutores: sartores & similes, quorum artificiis in Societate indigent. Respuunt enim exterorum artificum operas, ne illorum doli manifestentur. Habent autem nullius rei conficiendæ licentiam, sed omnia ad jussum & nutum Rectoris facere coguntur. Si quid emendum sit, ipsis à Rectore annumeratur pecunia certa, pro qua ea quæ Rector jubet, semper tamen optima; emere, & cùm primum domum reuersi fuerint, rationem reddere, & reliquam pecuniam Rectori restituere tenentur: Empta deinde quoque pro Rectoris voluntate & arbitrio dispensare & erogare.

Temporales serui cur dicantur.

Temporales verò dicuntur, quòd tantùm temporalibus rebus occupentur, & in rerum humanarum dispensatione versentur, & ea jussu Rectoris peragant quæ ipsis cum secularibus efficienda incumbunt. Ne tamen nomine *Temporalium* offendantur, dicunt, illos non minores esse merito, quàm reliquos, si eodem Spiritu res mundanas, quo illi Spirituales tractent. Quia non sibi ipsis, nec hominibus, sed Sociis Christi Iesu, imò ipsi Iesu inserviant. Illosque tot recepturos coronas, quot labores subeant pro Societatis Patribus, qui in tractatione rerum spiritualium occupentur, & curent, vt Societas floreat, augeatur & dilatetur. Denique, si qui ex his ante Societatis ingressum legere vel scribere nesciant, Regulà prohibentur, ne vllam literam in Societate addiscant, sed idiotæ & fratres Ignorantiæ maneant. Sic enim habet Regula: *Nemo illorum qui præficitur alicui functioni domesticæ, legere vel scribere discat, aut si quid horum sciat, nihil amplius addiscat, neque alios ipse doceat, absque permissu Præpositi generalis: sed illis sancta in simplicitate & humilitate Domino nostro Iesu Christo seruire sufficiat.*

Qui plura scire cupit de gradibus & generibus Ordinis Iesuitici, legat *Heliæ* HASENMVLLERI Historiam, & *Christiani* FRANKEN in suo *Colloquia Iesuitico*, qui ambo olim fuerunt Iesuitarum mancipia, sed facti tandem liberi serui Iesu Christi.

DE CONFIRMATIONE ORDINIS, Regulę Constitutionum *totiusque* OEconomię IESVITARVM.

CAP. VI.

IGnatius Loyola vt supra in vita ejus indicauimus quoque, cùm aliquot annis Lutetię Parisiorum literis operam navâsset, tandem Anno Domini 1536. in Hispaniam revertitur, adscitis decem nouæ suæ Religionis sociis: ii erant *P. Faber, Fr. Xavier, Iacobus Laynes, Claudius Gajus: Iohannes Coduri, Alphonsus Salmeronius, Simon Rodericus Lusitanus, & Nicolaus Bovadilla.* Sequenti anno, qui fuit triceſimus septimus supra milleſimum quingenteſimum, Romam se contulerunt, vt à Romano Pontifice in terram sanctam abeundi licentiam impetrarent. Ante verò quàm Romam veniſſent. Venetiis in pauperum hospitiis, quæ Xenodochia & Nosodochia appellant, ita versati sunt, eamque diligentiam & solicitudinem in ægrorum ibi morbis curandis, vulneribus obligandis, molestâ, gravi ac putidâ sanie abstergendâ impenderunt, vt omnes in sui admirationem pertraxerint. Datâ verò Romæ licentiâ à Papa proficiscendi in Syriam, Venetias redeunt: ibi cognoscunt, ob pacem inter Turcas & Venetos, per id tempus ruptam, nulli tutò Hierosolymam navigare licere. Mutatâ igitur sententiâ, septem ex illis sacris initiari & ad Sacerdotium promoveri voluerunt. Cùm verò Ecclesiasticâ lege, ex Pauli III. institutione caveatur, ne quis sacris initietur, qui aut hæreditariis, aut Ecclesiasticis bonis, vnde honestè vivere posset, caruerit, hi noui Apostoli amplissi-

Iesuitæ sponta-neam pauper-tatem promit-tunt.

Ecstasis Loyolæ.

Iesuitæ Romæ affli-guntur.

Ignatij astutia vincit.

plissimam sibi hæreditatem esse Deum ipsum lautissimumque patrimonium, nudos nudum Christum sequi affirmârunt, pro quo egere, extremamque penuriam pati, maximas opes ducerent. Quod copiosissimum esse, & Sacerdote Christiano dignissimum patrimonium cùm judicaret Verallus. Archiepiscopus Rosanensis, qui per id temporis Venetiis Apostolicæ sedis Legatus fuit, postea Cardinalis factus, perpetuam spontaneamque paupertatem Deo ante ejus pedes promiserunt: illoque patrimonio constituto, ex illis septem sunt Sacerdotio inaugurati: facultas quoque illis data est vt secretas atque occultas peccatorum confessiones liberè vbiq; audire possent.

Iesuitæ spontaneam paupertatem promittunt.

Ab eo tempore cæperunt per vrbes Venetæ Ditionis in Italia prædicare. Postea simul omnes se Romam contulerunt Anno Christi 1538. In itinere ἔκστασιν quandam seu raptum Ignatius finxit. Socios enim præire jubet: ipse verò ad sacellum quoddam, quasi in eo oraturus, divertitur: dumque nimis diu emaneret, Socii regrediuntur ad sacellum, suum Ignatium quærunt; qui conspectis illis in faciem procidit, & aliquandiu, quasi extra se raptus esset, jacuit. Paulò post à simulata ecstasi evigilans Sociis dicit: Visum habui, pergimus Romam, vbi nos dura pati oportet. Sed præsentibus animis sitis. B. Maria promisit se nostram fore patronam.

Ecstasis Loyolæ.

Iesuitæ Romæ affliguntur.

Vbi Romam veniissent, gravissimis molestiis à Clero Rom. exagitati sunt: inprimis autem Augustiniani Eremitani Ignatio & Sociis ejus restiterunt, eosq; multorum scelerum accusârunt. Metuebant enim Sacerdotes & Monachi, neq; sine causa, ne sua bona & Monasteria ab his Sociis aliquando occuparentur.

Multi etiam Cardinalium ac Episcoporum tum temporis Ignatio Loyolæ vehementer resistebant, maximè verò Bartholomæus, Guidiccionus Cardinalis, cui cum aliis duobus Regulam Ignatii examinandam tradidit Paulus III. Regulæ confirmationem diffuaserunt vehementer, ac pristinas Religiones potiùs reformandas, quàm novas instituendas, rectè prudenterque judicârunt.

Ægrè etiam tulit Pontifex ipse, quòd majorem in Regula promitterent Generali suo Iesuitæ, quàm sibi, obedientiam.

Sed horum prudentiæ Ignatii astutiâ opprimebatur: nam mutato hoc capite Regulæ, Papæ eandem potestatem quam Generali Ordinis concessit ac tribuit: nimirum, vt summo Pontifici ad nutum præsto forent Socii, & omninò ad eam normam vitam dirigerent suam, quæ à se esset constituta, simul etiam promiserunt Pontifici diligentem institutionem puerorum. Quod quidem Papa Tibure tunc cõmorans, libentissimè audivit, & Societatem approbavit 5. Non. Octob. Anno 1540. Atque ita præter omnium opinionem hęc nova Pharisæorum & hypocritarum Societas in tutelam & patrocinium Roman. Pontificum susceptа, & multis eorundem legibus, ac privilegiis 37. præ cæteris Monachorum Ordinibus munita & confirmata est.

Ignatij astutia vincit.

Ordo Iesuit. approbatur à Papâ.

Duobus igitur dolis, impostura ac fraudibus à Paulo III. confirmationem sui Ordinis extorserunt & impetrârunt Iesuitæ: primò, promissione absolutæ obedientiæ erga sedem Roman. in omnib. quæ eis præceperit, sive miserit eos ad Turcas, sive ad quoscunque alios infideles, etiam in partibus quas Indias vocant, existentes, sive quoscunque hæreticos, seu schismaticos, seu etiam ad quosvis fideles. Secundò, promissione Institutionis puerorum & rudium in Christianismo, decem præceptorum & aliorum rudimentorum. Neutrum autem præstiterunt: pauci in Indias proficiscuntur vel ad alios infideles, tota agmina sunt in orbe Christiano, vt ibi turbas, seditiones ac bella inter Christianos excitent: abjecta etiam puerorum institutione; adultiores tantum in Philosophia & Theologia instituunt.

Impostura quibus confirmationē extorserunt Iesuitæ.

Privilegia *à Pontificibus Romanis* IESVITIS *concessa.*

QVum igitur præter omnium opinionem hæc nova Pharisæorum & hypocritarum Secta & Societas in tutelam & patrocinium Roman. Pontificum semel susceptа esset mox eam multis privilegiis, præ cæteris Monachorum Ordinibus, immodicè munierunt & extulerunt, eoque ipsos insolentissimos, arrogantissimos & audacissimos fecerunt.

Nam Paulus III. Rom. Pontifex in prima Bulla Iesuitis potestatem concessit. I. pro libitu & arbitrio, in suæ Societatis vsum & incrementum, Regulas & Constitutiones tot quotquot volunt condere: quarum tamen omnium scopus & finis sit, Confirmatio Pontificiæ sedis, ac Iesuiticæ Societatis ampliatio.

Privilegia à Paulo III. data

II. Ignatio tribuit facultatem *recipiendi* 60. *Socios.* Ad hunc enim numerum Societas ista anno 1540. restricta fuerat. Astutum certè & callidum consilium, tum vt in

vt in eo numero artes ac vires Iesuitarum exploraret, tum si è re sua non videretur, eos facilius supprimeret. Iesuitæ verò, quos harum angustiarum tædebat, omnes neruos contendere, vt ex iis eluctari possent. Mirum igitur quàm sacramentis suam fidem suaque corpora deuouerint, quaque fronte supra monachalem audaciam commendârint. Non potuit igitur Pontifex tã prompta & lubentia mancipia aspernari, quæ vel sine mercede solâ artis suæ confidentiâ seruire gestiebant. Paulò post igitur Pontifex definitum hunc numerum in indefinitum auxit: ita vt nunc Iesuitarum Generali liceat, tot suscipere Socios, quot idoneos nanciscì potest.

III. Omnibus anathemata & maledictionem minatur, qui hanc Societatem, ruinosæ Romanæ sedis conseruatricem *iuuare renuant*, vel impedire eam conentur.

In secunda Bulla his Sociis Anno 1543. egregia tribuit encomia, quibus illorum officium depinxit. Primò enim affirmat, *quòd per eos Religionis succrescat incrementum.* Secundò *tribuit illis fidei orthodoxæ dilationem.* Tertiò diuini nominis laudem: *quòd sint in Theologia exercitati: Lutiæ Parisiorum graduati, & à Spiritu Sancto afflati.* Quartò, *quòd animarum sint zelantes.*

In tertia Bulla, cum Iesuitarum artes in seducendis hominibus Paulus III. videret, & agnosceret ipsos præ reliquis Ordinibus omnibus Pontificiæ doctrinæ & idolomaniæ propagandæ studiosè inuigilare, nec non profectum illorum animaduerteret, noluit hanc suam nouam creaturam, vt reliquos Monachos inter luxuriosa tecta latitare: sed comptulos absque cucullà prodire: hominum negotiis se insinuare: Scholas & Templa occupare: sedulamque operam nauare, vt omnia Pontificia officia rectè, & secundùm Papæ voluntatem & nutum curentur, ne quid detrimenti Romana Ecclesia accipiat. Numerũ igitur sexaginta Sociorum abrogauit, liberumque Ignatio & successoribus reliquit, quemlibet petentem in Societatem recipere. Concessit insuper illis facultatem vbique locorum pro lubitu concionandi, & quorumq; vtriusq; sexûs ad eos vndecunq; accedentiũ confessiones audiendi, & confessionibus eorum diligenter auditis, ipsos & eorum singulos ab omnibus & singulis eorum peccatis, criminibus, excessibus & delictis, quantumcunq; grauibus & enormibus, etiam Sedi Apostolicæ reseruatis, & à quibusuis ex iis casibus resultantibus sententiis, censuris & pœnis Ecclesiasticis (exceptis in Bulla contentis, quæ in die Cœnę Dominicę solita est legi) absoluendi, ac eis pro commissis pœnitentiam iniungendi. Concessit etiam potestatem vota, peregrinationes, &c. pro tempore commutandi: Missam ante diei exortum, & post meridiem celebrandi: Eucharistica Sacramenta administrandi: Officium Romanum nouum, non ex præcepto sed ex liberate dicendi. Item, vt Assistentes sint & Cardinales, quæ resistentes Iesuitis compescant, & rebelles in eos tollant. Factum Prid. Idus Martias Anno 1543.

In quarta Bulla Paulus III. 1546. ad instantiam Iesuitarum potestatem illis fecit *vt socios suos in certas distinguant species, admittant scilicet & suscipiant Coadiutores spirituales & temporales, Sacerdotes & Seculares.* Horum autem officium exprimunt attributo *Coadiutorum:* quorum officium est, in omnibus, ad nutum tamen Rectoris, Societatem adjuuare. Et hi sunt reliquorum Ministri & serui: quales sunt ementes vendentes, coqui, sutores, sartores, pistores, cellarii. Hi, quod tantùm circa res occupantur externas, nec, vt reliqui, missificent, vel horas canonicas celebrent *Temporales* vocantur, vel *Seculares* vt paulò ante diximus, Reliquos verò, qui Missas peragunt, vocant *Patres Spirituales.*

Ne autem Seculares hi Coadjutores putent se non tot habere merita, quot consequuntur illi qui etiam Professionis summę Votum, quo sese corporibus & animabus Papæ in mancipia tradunt, susceperunt: ideo facit illis Patribus potestatem etiam *hos Coadiutores ad sacros ordines promouendi, & participes reddendi meritorum, quibus gaudent Iesuitæ Professi*, illi nempe qui peculiari voto se Papæ deuouerunt.

In quinta Paulus III. Cal. Novemb. Anno 1549. Iesuitas mirificè commendat: nempe *quòd sint ager fertilis in Domino: quòd vberes animarum fructus pariant: quòd verbo & exemplis prosint: quòd sint pii Patres & oculi mentis Papæ.* Vult etiam, *Generalem, plenariam & omnimodam, eamque liberam potestatem habere, omnes Iesuitas, secundùm suas institutiones gubernandi: nec sit ille vlli Cardinalium vel Episcoporum, verùm soli & vni Pontifici subiectus. Cum quo etiam solo, res Societatis & Sedis Apostolicæ conseruandæ, consilia & rationes tractet.* Ne autem Generalis ille Pontificatum affectet, vel quid cũ suis vel aliis, contra Ecclesiæ Roman. auctoritatem præsumat, concedit Sociis, has & alias ob causas *Generalem suum, qui aliás*

tum

tum per ſuos primatum Papæ tuetur, perpetuus eſſe debet, amovendi, aliumque ſecundùm ſuas Regulas ſubſtituendi. Sin autem Papæ tantùm primatum Apoſtolicæ Sedis auctoritatem & Societatis ſuæ dignitatem quærat, poſſe illum etiam inconſulto Papâ ſuos quocunque velit emittere & revocare, nullâ temporis limitatione adhibitâ. Hinc eſt crebra illa Ieſuitarum mutatio.

Concedit præterea Generali *quòd poſſit abſolvere omnes hæreticos confitentis cum irregularibus diſpenſare: abſolutos, niſi Societatem ingredi, vel vota emittere velint, retrahere: cogere ſuos, ut vel ipſi, vel ei, quem ordinaverit, confiteantur: ſuos devotorios nullum niſi Carthuſienſem ordinem ingredi poſſe.* Generali datur etiam poteſtas, *Ieſuitas alium Ordinem ſine venia ingreſſos, maximè apoſtatas,* ut loquuntur, *factos, aut in Societate inſolentes, vel contradicentes, vel illorum Regulas in apertum producentes, vel illorum vota revelantes, in quocunque habitu contigerit inveniri, excommunicare, & ſi opus ſit, auxilio brachij ſecularis invocato, liberè & licitè invadere, captivos ducere, & pro arbitrio tractare.*

Deinde Ieſuitarum maximas opes vult eſſe omninò liberas, ſocios vult eſſe nulli tributarios, nullius exactioni, vectigali, cenſui vel uſuris ſubjectos, una cum tota Societate. Sic enim verba Bullæ habent: *Ipſa verò Societas & illorum bona, ab omni Superioritate, juriſdictione & correctione Omnium ſunt exempta, liberata, & ſub protectione Papæ.*

Tribuit etiam eis, *Oratoria & uſum Altaris portabilis.* Dum enim per Chriſtianorum loca exploratores & proditores agunt, neque ubique altaria conſecrata, in quibus Miſſam celebrent, habere poſſunt, ſecum altare vel mappulam, in illum uſum deputatam, portant.

Adhæc non ſolùm Ieſuitas, ut illorum bona, ſed etiam ipſorum Regulas ab omnium Prælatorum cenſura exemptas eſſe vult. Sic enim habent verba Bullæ: *Nulli Prælatorum, excepto Papa, licere, vel conceſſum eſſe conſtitutiones Ieſuitarum ſub cenſuram ſumere: aut ſumentem nihil efficere, illiuſque conatum nullius eſſe roboris.* Hinc etiam Ieſuitæ, ut ſupra quoque indicatum eſt, ſuis Regulis mandant, ne quis illis cuiquam extraneorum concedat vel communicet, vel quidquam de illis referat dicto vel ſcripto.

Mandat etiam alijs hominibus, ut Ieſuitas illorumque ſubſtantias defendant.

Permiſit etiam in hac Bulla, *ut quicunque velint neglecto ſuo Parocho: Ieſuitarum Miſſas audire, & ab ipſis Sacramentum percipere, id impunè facere poſſint.*

Concedit idem Papa Paulus in eadem Bulla, ut tot Sacerdotes curent ab Epiſcopis Romanis radi, chriſmari, ungi & conſecrari, quot voluerint.

Permittit etiam, *ut ad hæreticos ire, & in illorum Regionibus liberè commorari, cumque ijſdem verſari poſſint, de licentiâ tamen Generalis vel Præpoſiti, à quibus in ijs locis neceſſaria petunt & recipiunt.* Hujuſmodi Ieſuitarum multi, nunc habitu ſtudioſorum, nunc Nobilium, modo alio atque alio circumvagantur: qui etiam ſe mirificè apud homines inſinuare noverunt, indeque fit, ut ſæpè Principum Theologorum, Eccleſiarum, Scholarum & Rerumpubl. res & ſtatum meliùs, quàm illi ipſi norint. Et has ſuas proditorias artes hoc ſophiſmate excuſant, quòd Papa id mandârit ac juſſerit.

Ne autem in his expediendis, alijs fortè negotijs impediantur, ideò vult hæc ipſa Bulla, *ut ab omni viſitatione & curâ Monialium, vel aliarum religioſarum perſonarum libri & immunes ſint.*

Eâdem Bullâ Papa ab omni contributione Ieſuitarum bona exemit. *Non tenentur Ieſuitæ,* inquit, *ſolvere decimam bonorum, vel aliam dare contributionem, ſeu procurationem, nec Papalem, nec Canonicalem portionem.* Etiamſi priùs fuerunt illa bona ſub cenſu: niſi ſit id ſpecificè & expreſsè in literis Apoſtolicis. Ab omni quoque Epiſcoporum jure, interpellatione & impedimento eximit. Adhæc Epiſcopis mandat, ut illorum domos & Templa conſecrent: impedientes verò illorum vel Scholas, vel Templa reprehendit, & deſiſtere nolentes excommunicat, illorumque bona Ieſuitis tribuit.

Ne quoque deſint homines qui Ieſuitas in Papatu fulciendo adjuvent, *dat illis facultatem quoſcunque volunt irregulares & ſeculares accipere & ad ſua miniſteria promovere.* Hinc dixit Landſpergenſium Ieſuitarum Rector Anno milleſimo quingenteſimo octogeſimo quarto. *Sunt in Romana Eccleſia ordines, quorum aliqui non niſi doctos, alij non niſi nobiles, alij non niſi ex legitimo conjugio natos recipiunt: at nobis auctoritate Pontificia permiſſum eſt, bonos & malos, fures & latrones, & quoſcunque volumus recipere: modò ſe Papæ & nobis ſubijciant, noſque ſecundùm Societatis inſtitutum juvent.*

Vt etiam Ieſuitarum Ædes, Collegia,

Templa & Scholæ frequententur, & pro sacrosanctis colantur, hominesque in illis offerant, addit Bulla ; *Eum qui Iesuitarum Ecclesiam aliquam, vel alium pium eorum locum à Præposito signatum, semel in anno visitaverit, indulgentiam plenariam omnium peccatorum consequi.*

Tandem in hac Bulla datur illis *potestas absolvendi etiam ab ijs, quæ Papa sibi in Bulla Cœnæ reservavit, & omnia quæ sunt Episcoporum peragere:* qualia sunt ordinare, ungere, chrismare, adjurare, exorcizare, confirmare, reformare, indulgentias distribuere, divortia facere, cum sanguineis dispensare, Templa consecrare, campanas baptizare, statuta nova facere, & similia, quæ in Papatu Episcoporum sunt propria.

Vult etiam, *Ne quis his Iesuitarum ausis se opponat, aut super ea appellet.* Præcipit quoque *Principes, Prælatos & alios in regno suo potentes jurare, ne quis Iesuiticam Societatem inquietet, vel privilegijs spoliet, vel impediat: inobedientes anathemate ferit, & secularis brachij gladio punire jubet.* Hanc Bullam Iesuitæ *Mare magnum* vocant, quòd in ea omnis generis privilegia ipsis non aliter, quàm in Oceano navibus onerarijs merces advehantur.

Mare magnũ cur vocetur Bulla 5. Pauli 3.

Paulus 3. Papa quis fuerit.

Dignissimus certè est Iesuitarum Ordo tali confirmatore & patrono Paulo Tertio Pontifice. Ante mortem ejus editus est libellus Italicus, cum Præfatione ad Ascanium Columnam, quem ille profligârat ; In hoc libello author varia & immanissima quidem scelera recenset, & *Antichristum illum appellans, Innocentio Pontifice*, inquit, *conjectus in vincula fuisti, Præsul iniquissime, propter homicidia duo, & commissum parricidium, matre nimirum & nepote tuo quodam veneno sublatis, ut omnis de te conflueret hæreditas, cumque deinde liber factus, non dubitares ambire galerum purpureum, & ter esses à Collegio repudiatus, germana tua soror, Iulia Farnesia, tandem pervicit. Cùm enim copiam sui non se facturum esse deinceps minaretur, Alexander Sextus Pontifex, offensionem veritus, & iram illius, in Cardinalium te cœtum allegit. Alteram deinde sororem, pro familiæ tuæ consuetudine parum pudicam, interemisti quoque veneno. Per Anconitanam Provinciam cùm esses Legatus, Iulio Secundo Pontifice, puellam ejus civitatis nefariè circumvenisti, quando dissimulans quis esses, teque pro nobili quopiam gerens ex legati familiaribus, illam vitiâsti : quod quidem facinus puellæ patruelis, Cardinalis Anconitanus, urbe capiâ, coram Clemente Pontifice captivo, tibi gravissimis verbis objecit. Nicolaus Quercæus, cum Laura Farnesia, tua nepte, conjuge suâ te congredientem, deprehendit, & pugione tibi vulnus incussit, cujus etiamnum cicatrix apparet. De filia tua Constantia, quacum toties rem habuisti, quid dicam? etenim ut ea liberiùs potiri posses, maritum ejus Bosium Sfortiam sustulisti veneno, qui cùm nequitiam vestram animadvertisset, incredibilem animo dolorem concepit, nec unquam posteà visus est hilaris. Libidine porrò Commodum & Heliogabalum longè superas : idque tot spurijs tuis doceri potest. Filias suas Loth vitiavit ignarus & ebrius : tu verò sobrius, non modò cum nepte, sed etiam cum sorore congressus es atque filia. Iam illud, quod in Fanensem Episcopum admisit sceleratus ille tuus filius Petrus Aloisius, quàm est dictu fœdum & horrendum facinus? Cum in Adriani mole captivus detineretur Clemens Pontifex, teque legaret ad Cæsarem, libertatis recuperandæ causa, non priùs iter volebas ingredi, quàm ille Parmensem Episcopatum, nepoti tuo Farnesio, tunc decem annorum adolescenti, permitteret. Eo facto, ludificâsti nihilominus illum, & Genuam ubi perveniisses, morbo te detineri simulabas. Quam verò nundinationem in sacris bonis non exercuisti Cardinalis? &, postquam factus es Pontifex, Deum immortalem, quàm turpiter Ecclesiæ Romanæ facultates dilapidâsti? Non te pudet, summam præfecturam, atque munus contulisse nefario tuo filio, cum aureorum millibus annis quadraginta, totidemque ferè nepoti Octavio? ne quid interim dicam, quæ quantaque bona profuderis in tuæ familiæ fœminas omnes, & Sanflorianis neptes. Turcarum posteà mentionem audes inferre, qui miseræ jam incumbant Italiæ. Quod eò facis, ut expilandi populi causam aliquam habeas & occasionem, qui sub te Domino gravissimum onus & intolerabile profectò sustinet. Duci Ferrariensi Mutinam atque Rhegium vendidisti : Palmam & Placentiam, quas Ecclesiæ Romanæ minimè acquisiveras, alienâsti, quod Clementem certè Pontificem facere puduit. Vt familiam domumque tuam locupletares, præter fas & æquum alios exagitâsti, & eos, qui servitutem illam ferre non poterant, aut recusabant, bello es persequutus : id Perusini docent inter alios, & Ascanius Columna. Qui subsidij loco suis imperat quot annis extra ordinem aureorum millia trecenta, qui novum subinde vectigal imponit, modò salis, modò cæterarum rerum, qui nunc decumas, nunc dimidiam fructuum*

Privilegia à Iulio 3. Iesuitis data.

fructuum partem exigit, ille sanè pro Christiani sanguinis hoste meritò debet haberi. Turcica classis, te Pontifice, per Ecclesiæ Romanæ fines navigavit incolumis, non ita pridem, quando Barbarossa mare nostrum fuit ingressus. Occultum igitur illud, quod cum Barbaris habes commercium, ansam tibi præscindit, quo minùs Turcici belli nomen in posterum obducas. Atque interim tamen ausus es Galliæ Regem taxare, quòd cum protestantibus, Cæsarem verò, quid cum Angliæ Rege coleret amicitiam. Annon turpissimum est, te pendère totum ab astrologis & necromanticis? negari factum non potest: nam & honoribus illos & facultatibus atque donis amplificâsti Cecium, Marcellum, Gauricum, Lusitanum, & alios. Quæ sanè res impietatis te manifestè redarguit, & satis est gravis, quamobrem à Pontificatu debeas removeri. Egregius, si Dijs placet Iesuitarum patronus.

Privilegia à Iulio 3. Iesuitis data.

Iulius Tertius Pauli successor 12. Calend. August. Anno 1550. ad instantiam Iesuitarum Vota sua renovantium præcedentis Bullæ privilegia omnia confirmavit: & addidit insuper, *omnes Episcopi curent, ut priora perpetuæ sint facultatis, eaque inviolabiliter observent, nisi in omnipotentis Dei iram incurrere velint.*

Cum etiam in Bulla Anni millesimi quingentesimi quadragesimi à Paulo Tertio prohibitum esset, ne alijs in locis ullis Collegia erigerent, quàm apud approbatas Vniversitates, Iulius in hac Bulla concessit Iesuitis ad instantiam eorum, ut ubicunque vellent ædificarent ea, & instituerent. Verba supplicationis eorum sic habent: *Quia tamen domus, quas Domus dederit ad operandum in vinea ipsius, & non ad Scholastica Studia, denstinandæ erunt, cùm valdè opportunum fore alioqui videatur, ut ex juvenibus ad pietatem propensis, & ad literarum studia tractanda idoneis, operarij eidem vineæ Domini parentur, qui Societatis nostræ, etiam professæ, velut quondam Seminarium existant, possit professa Societas, ad studiorum commoditatem, Scholarium habere Collegia, ubicunque ad ea construenda & dotanda, aliqui ex devotione movebuntur. Quæ simul ac constructa & dotata fuerint; non tamen ex bonis quorum collatio ad sedem Apostolicam pertinet, ex nunc authoritate Apostolicâ erigi supplicamus, ac pro erectis haberi. Quæ Collegia habere possint reditus, census, seu possessiones, usibus & necessitatibus studentium applicandas, retenta penes Præpositum, vel Societatem omnimodâ gubernatione, seu superintendentiâ super dicta Collegia, & prædictos studentes, quoad Rectorum seu Gubernatorum ac studentium electionem, & eorundem admissionem, emissionem, receptionem, exclusionem, statutorum ordinationem, & circa studentium, eruditionem, ædificationem, ac correctionem victus vestitusque, & aliarum terum necessariarum eis ministrandarum modum, atque aliam omnimodo gubernationem, regimen ac curam, ut namque studentes dictis bonis abuti, neque Societas professa in proprios usus convertere possit, sed studentium necessitati subservire, &c.*

Idem Papa 22. die Octobris Anno 1552. Iesuitis nova, præter Superiora tribuit Privilegia: videlicet, *licere professis circa jejunia & cibos prohibitos dispensare: hæreticos absolvere: horas vel officium Missæ postponere: intra domorum & Collegiorum suorum privatos parietes, suos, ad quoscunque volunt, gradus promovere.* Ne quis autem illos, ut qui publica non subierint examina, arguat, rideat & contemnat, præcipit Papa, *ut tales graduati, qualificati & formati, quasi in publico id factum esset, in honore habeantur.* Concedit etiam illis eadem Privilegia, quæ habent ij, qui legitimè promoti sunt.

Iulius 3. quis & qualis fuerit.

Digni sunt Iesuitæ hoc quoque Pontifice Patrono & Confirmatore Ordinis sui. Is galerum suum more Pontificio, cuidam adolescenti, Innocentio nomine, dare constituit, non modò nullis prædito virtutibus, sed pravis & obscœnis moribus à puero imbuto: quem ille in delitijs habuerat, dum esset Bononiæ legatus. Romæ fama erat, & libellis quoque taxatum à Iove Ganymedem foveri. Cùm ergo institutum suum de donando suo pileo Innocentio, deferret ad Senatum Cardinalium, & omnes resisterent, unus imprimis diceret, *Et quid obsecro B.P. vides in hoc adolescente, quem vis purpuræ exornare splendore?* Respondebit Iulius, *Et quid obsecro in me vidistis, quod Pontificiâ dignitate ornaretis?* &c.

Pius Quartus April. 13. Anno millesimo quingentesimo sexagesimo primo animadvertens Iesuitas in ipsius primatu defendendo sedulos, & ad omnia paratissimos esse: concedit illis *potestatem ædificandi collegia ubicunque velint.* Et mandat ut in hujusmodi conatibus Parochi, Antistites & Episcopi Iesuitas adjuvent, inobedientes autem coërceant.

Privilegia quæ Pius 4. Iesuitis dedit.

Augusti decimo nono die eodem anno Iesuitas *ab omnibus oneribus & gravaminibus tum Ecclesiæ: tum Reipublicæ eximit.* Nam præcipit, *ut & ipsi & Collegia & bona ipsorum in perpetua libertate, sine ullo juramento, excepto quo Papæ devincti sunt,*

ſine omni uſura, fœnore, cenſura, decimis, & exactionibus liberi relinquantur, tam ijs quæ jam poſsident, quàm quæ illorum uſum futuris temporibus ventura ſunt: tam in domibus & Collegijs, quam in civitatibus & Vniverſitatibus. Nullum tributum, nullum cenſum, nullas decimas, de domibus & Collegijs & feudis ſolvant: ſed ſua ab omni ſolutione exempta & libera poſsideant. Secundo, non vult, ut Ieſuitæ, ſicut reliqui qui Monachi, intra latibula ſua ſe contineant. *ſed liberè ad omnes exeant, præceptores & profeſſores agant, & ubique etiam, ubicunque ſperant ſe commoditatem habituros homines ad Eccleſiam Romanam adducendi Collegia & Scholas erigant.* Contradicentes vult graviter puniri. Tertiò, tribuit illis *facultatem ad gradus promovendi eos, præſertim pauperiores, quos publici Academiarum Profeſſores admittere & promovere noluerint: vel etiam ditiores, quos interdum non eruditio, ſed vita minus probata excludit, tamen, ut ſumptus cedant in uſum Doctorum publicorum, vel juribus Vniverſitatum.* Et tali ratione promotos, ijſdem privilegijs gaudere vult, quibus fruuntur qui publicè ſunt promoti. Etiam hic Pontifex prædeceſſorum ſuorum veſtigia ſedulò ſequutus eſt.

Privilegia à Pio V. Ieſuitis data.

Pius Quintus Anno 1565. 6. Calend. Februarij cùm ex Ieſuitarum relatione intelligeret, nonnullos cognitâ hac novâ Sodalitate ſtudijſque perſpectis pœnitentiâ ductos Societatem hanc reliquiſſe, & vitam politicam ſectari: ut his metum incuteret, & reliquos intra Societatis limites coarctaret, decrevit etiam, ut *egredientes ex Societate, licentiâ Generalis vel Papæ, ſi alium ordinem ingredi velint, ut nullum alium quàm in Carthuſianorum recipiantur: Egredientes verò ſine permiſſu Papæ vel Generalis, ſi in Romana Eccleſia permaneant, excommunicentur: ſi tranſeant ad Eccleſiæ Romanæ hoſtes, quibuſcunque poſſunt artibus & inſidijs capiantur, incarcerentur, & ſecundùm jus Pontificium cum ipſis procedatur*: hoc eſt, ut vel ad vomitum redeant, vel comburantur.

Tandem ne Ieſuitæ aliorum etiam deſtituantur privilegijs, idem Papa concedit illis *omnia privilegia, quæ ſunt Ordinibus Mendicantibus conceſſa*: ut ſic ubique, quocunque venerint, ſua habere diverſoria, & ſocios invenire, qui illos in rerum Pontificiarum executione juvent.

Anno 1568. 3. Calend. Septemb. idem Papa omnia priora Ieſuitarum privilegia repetendo confirmat, omnes eorum conſtitutiones probat, contractus concedit, & ab aliorum capitulis, pœna & cenſura reddit immunes.

Die decimo Martij Anno 1571. aliâ Bullâ concedit Ieſuitis *facultatem liberè & publicè legendi, etiam ubi Vniverſitates ſunt.* Vbicunque ergo ad Academias veniunt, etiam non vocati, cathedras & ſuggeſtum docendi causâ aſcendunt. Permittit etiam ſtudioſis quibuſque, ut ejuſmodi Profeſſores adventitios audiant reclamantibus Ordinarijs: qui ſi nolint Ieſuitarum auditores promovere, licet Ieſuitis illos domi promovere. Et ne Vniverſitatem Rectores pro jure ſuorum privilegiorum in Ieſuitas & illorum diſcipulos procedant, & ceu illegitimos arceant, vult eos omnes excommunicari, qui vel impedire, vel moleſtare Ieſuitas præſumunt. Verba Bullæ ſunt hæc: *Decernimus & declaramus quod præceptores hujuſmodi Societatis, tam literarum humanarum, quàm liberalium artium, Philoſophiæ, Theologiæ, vel cujuſvis earum facultatum, in ſuis Collegijs, etiam in locis ubi Vniverſitates exſtiterint, ſuas lectiones, etiam publicas legere (dummodò per duas horas de mane, & per unam deſero, cum Lectoribus Vniverſitatum non concurrant (liberè & licitè poſsint: quodque quibuſcunque ſcholaſticis liceat in hujuſmodi Collegijs, lectiones & alias ſcholaſticas exercitationes frequentare, ac quicunque in eis, Philoſophiæ vel Theologiæ fuerint auditores, in quavis Vniverſitate, ad gradus admitti poſsint, & curſuum, quos in eis Collegijs fecerint, ratio habeatur. Ita ut ſi ipſi in examine ſufficientes inventi fuerint, non minùs, ſed pariformiter, & abſque ulla penitus differentia, quam ſi in Vniverſitatibus præfatis ſtuduiſſent, ad gradus quoſcunque, tam Baccalaureatus, quàm Licentiariæ & Doctoratus, admitti poſsint & debeant, eiſque ſuper præmiſsis licentiam & facultatem concedimus. Diſtrictius inhibentes, Vniverſitatum quarumcunque Rectoribus & alijs quibuſcunque, ſub excommunicationis majoris, aliiſque arbitrio noſtro, moderandis, infligendis & imponendis pœnis, ne Collegiorum hujuſmodi Rectores & Scholares, in permiſsis, quovis quæſito colore, moleſtare audeant, vel præſumant. Decernentes quoque præſentes literas, ullo nunquam tempore, de ſubreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel alio quopiam defectu notari, vel impugnari nullatenus poſſe, minuſque ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus, limitationibus, & alijs contrarijs diſpoſitionibus comprehendi poſſe.*

Gregorius XIII. quæ privilegia Ieſuitis dederit.

Notæ benè.

Paulò poſt die 7. Iul. concedit illis omnia Mendi-

Mendicantium privilegia, licèt ipsi propria Collegia habeant, & domos ubique ædificent. Alij Monachi peregrinantes Iesuitas hospitio excipere nolebant, illisque occurrentibus dicebant: Nobis estis ditiores, Collegia habetis & ædes, ad eas divertite. At Iesuitæ impetrârunt à Pio V. ut Monachi ipsos diversari & pernoctare in suis Cœnobijs petentes recipere cogantur, nisi in Papæ indignationem incurrere & pœnas dare velint.

Gregorius XIII. qua privilegia Iesuitis dederit.

Gregorius XIII. sub initium Pontificatus Iesuitis dedit *facultatem Conservatores, Indices & Advocatos assumendi in quibusvis causis. Illos autem juvare renuentes excommunicari jubet: sic ut & sub Ecclesiæ Romanæ custodia, & civium seu politicorum tutela liberè, absque omni impedimento res Papæ exequi possint.* Vult etiam, *ut Archiepiscopi & reliqui Clerici Iesuitas laborantes vel periclitantes, cùm potentia, tum opibus juvent, neque permittant, ut Iesuitæ vel impediantur, vel molestentur, vel expellantur, vel bonis suis cedere cogantur*

Idem Papa Anno 1573. Prid. Calend. Mart. concedit Iesuitis præ Clericis reliquis, *ut suas horas Canonicas extra chorum, & ubi voluerint, recitare possint.*

Permittit etiam illis, ut *quandocunque voluerint, vel antè, vel post vota suscepta Sacerdotales ordines suscipiant, modò sint idonei.*

Nota benè,

Anno 1575. Ianuarij octavo; prorsus novum illis concessit privilegium, quo *eos Bibliothecarios Pontificios creavit, varias facultates illis tribuens circa librorum prohibitorum lectionem, emendationem, interpretationem, abolitionem, expunctionem & concremationem.*

Sequenti mense Maio ejusdem Anni Gregorius hic favorem suum totum in suos Iesuitas infundens, tribuit & concessit illis omnibus *facultatem omnium Ordinum & locorum privilegijs, more suo, utendi.* Quocunque igitur perveniunt Iesuitæ in regno Pontificio, nemo tamen illis dicere audet: Quis vos vocavit? quid facitis? Quare intra vestrorum Collegiorum parietes, ut Monachos decet, vos non continetis? Aut si quid tale audiunt, mox Papæ Bullas proferunt.

Mense Iulio Anno 1576. die 16. eximit illos hic ipse Papa *necessitate interessendi precibus, processionibus & funeratis associationibus.*

Aliorum Pontificum Rom. qui his successerunt privilegia, Iesuitis concessa, non minora vel leviora prioribus fuisse, sequentium annorum historia probat. Nihil autem sunt aliud quàm exaltatio Iesuitarum Ordinis supra omnes Clericorum & Monachorum Ordines ac licentia quodlibet agendi.

Papa cùm tanto amore Iesuitas prosequantur.

Mirum autem non immeritò videri alicui posset, quo consilio, seu, ut verius dicam, quâ astutiâ, post tot Monachorum examina, quibus totus Mundus scatet, Thais Babylonyca hunc novum fœtum enixa sit, præsertim cum jam pridem in Lateranensi Concilio Anno 1215. sub Innocentio Tertio, & in Lugdunensi anno 1273. sub Gregorio Decimo celebrato decretum fuerit, *ne quis de cætero novam religionem instituat, ne nimia Religiosorum diversitas gravem in Ecclesia Dei offensionem inducat.* Idemque censuerit etiam Petrus de Alliaco Cameracensis Cardinalis in suo libro de Reformat. Ecclesiæ Constantiensi Concilio oblato: similiter Armacanus & Guilielmus de sancto Amore sanctæ Theologiæ Doctor insignis quondam in Sorbona Parisiensi, quem Ioannes Gerson summis laudibus evexit: Et novissimè novem selecti præstantissimi & doctissimi viri, quorum quatuor erant Cardinales, reliqui Archiepiscopi, Episcopi & Abbates, à Paulo Tertio Pontifice Romano Anno millesimo quingentesimo trigesimo octavo congregatis & diris adjurati, ut absque ulla dissimulatione veritatem edicerent, & concilium darent ad judicandum & corrigendum abusus & medendum morbis Ecclesiæ. Hi inter alios abusus corrigendos, censuerunt *prohibendam esse admissionem novorum Religiosorum etiam in conventualibus jam receptis ordinibus: Sed omnes qui tum nondum erant professi abigendos & expellendos: & multò minùs novos conventus erigendos, etiam Ordinum vel Religionum approbatarum: & multominus novas factitias Religiones admittendas.* Sed quia intellexit homo ille peccati & filius perditionis tempus illud adesse, quo Dominus ipsum Spiritu ori sui confecturus sit: simulque vidit reliquorum Ordinum, quantumvis præpingues & crassos ventres, non posse labascentem Rom. Ecclesiam fulcire: ut afflictis suis rebus maturè succurrere, novam hanc creaturam edidit, sollicitéque in Regula cavit, ne onerentur multitudine ceremoniarum, sed curandum ut literas discant, studia linguarum cognoscant, & scripta veterum evolvant, quo erroribus & abusibus, & verbo Dei toti jam mundo detectis, plausibilem aliquam saltem speciem orationis lenocinio induere, & nervos regni Pontificij

conſervare poſſent, ut ſi uſus periclitantis jum in tanta luce Evangelij regni iſtius, ita expoſtularet, ex hoc Ordine poſſent, tanquam emiſſarij in omnem terram ſubmitti propugnatores & patroni. Factum hoc in Germania præcipuè, in cujus perniciem hic Ordo potiſſimùm inſtitutus videtur. Quia enim illa natione, ij quoque qui Pontifici jurati ſunt, quique magna mercede conductitiam lingvam Romanæ Curiæ locârunt, nonnullos manifeſtos errores & nimiùm craſſos abuſus improbârunt, quædam etiam timidius defenderunt, de quibuſdam denique nimis modeſtè & mitius quàm ſtatus Pontificij regni ferat, loquuti ſunt: idcirco ſedulò curârunt in primordijs ſtatim Ordinis hujus, ut in teneris annis mox pueri ingenio pollentes in hunc ordinem cooptarentur, & Romam miſſi, ibi in medijs abominationibus educarentur inſtituerenturque: & poſtquam viderentur imis viſceribus imbibiſſe abominationes, quæ Thais Babylonica calice ſuo propinavit, ſatiſque charactere beſtiæ confirmati, tunc per Germaniam, tanquam locuſtarum examina, diſpergerentur, ut hoc artificio fortiſſima illa gens ſub jugum Pontificiorum errorum reduceretur, & lux Evangelij ei eriperetur, aut certè obſcuraretur, ſicut ſæpè factum legimus, ut agmina locuſtarum oculis hominum ſolemque lucemque eripuerint.

Ieſuita fœtus ruffi draconis.

Quæ igitur de Dracone magno & ruffo, ejuſque miniſtris Ioannes in Apocalypſi ſcribit, quæque Hilarius & Ignatius de ijs referunt; *Quòd* nimirùm *ſeducere & ſcandalizare ſoleant quidam puſillos in* CHRISTVM *credentes, bona omnia inſtar aranearum corrumpendo, officia patris ſui diaboli perficiendo, zizania in agro* DOMINI *ſuperſeminando, quorum ſermo ſicut cancer ſerpat*: Hæc, inquam, in nullos quadrant aptius, quàm in hanc Ieſuitarum ſectam. Quum primùm eum poſt horrendos, diuturnos, Pontificios accraſſos errores tenebraſque plus quàm cimmerias, lux verbi Dei, immensâ ipſius bonitate illuxit mundo, ſtatim Draco ille magnus fœtum parturire cœpit noviſſimum, qui & ſeculorum aliquot veternoſos, turpiſſimos ac pernicioſiſſimos, luce meridianâ manifeſtiores errores, claritate doctrinæ cœleſtis, hoc noſtro ſeculo ingenti Dei beneficio, immenſaque bonitate detectos, palliare, verborum lenocinijs involvere, rethoriciſque coloribus pingere, maximè autem auguſtiſſimo titulo & prætextu Catholicæ Eccleſiæ cœperunt: nihilque adeò eſt tam craſſum, tam putidum, tam impurum, tam inſultum atque impium in Pontificia lacuna, ſeu potùs cloaca, quod novis iſtis, Socijs non optimè oleat, quod editorum ab ipſis librorum lectio certiſſimè docerè poteſt.

Rectè igitur Princeps quidam magni nominis comparavit Ieſuitas chartis aleatoriis, quas maximi valoris poſtremas proferunt ponuntque luſores, ad vincendum adverſarium (vulgò zum Stich) ſic enim Pontifices ad extremum aſtutiſſimos iſtos emiſſarios in Germaniam ablegâſſe ad miſſam ſibi authoritatem recuperandam, & quæ ſuperat conſervandam.

Cùm igitur Pontificiæ Sedi jam ruenti humeros ſuos certatim ſuppoſuerint Ieſuitæ, opportuit etiam Pontifices Romanos tam fidis ſatellitibus diligenter providere, ne quid detrimenti Secta illorum nova, alijs Monachorum Sectis ſupra modum exoſa, caperet, ſed incrementa haberet maxima. Vnde Gregorius XIII. Papa Ieſuitarum Annales legens, ac opera conſiderans, quæ hinc inde artibus Ieſuitarum efficiuntur, dixiſſe fertur, *Tot ſunt mihi millia Clericorum, ſed ſoli Ieſuitæ omnes ſuperant in ſtabiliendo Regno noſtro. Digni ergò ſunt qui præ cæteris etiam foveantur.*

Vt etiam his privilegijs à Pontificibus Romanis ornati ad ſummum authoritatis gradum in Eccleſia Romana evecti Ieſuitæ, gratos ſeſe aliquo modo præberent, ipſi viciſſim Pontificibus ſeſe in omnibus ſubijciunt, ab eorum nutu pendent, omnia ipſorum facta & dicta pro oraculis habent, & eos tantùm non pro Deo colunt ac venerantur. Sic Ieſuita *Andreas*, Romæ in monte di Caballo Ieſuitarum neophytorum apud D. Andream moderator, dixit: *Impoſſibile eſt eos à Deo in cœlis non diligi, quos ſummus ejus in terris Vicarius, Pontifex Romanus diligit, per quem quaſi ſcalâ quadam ad cœlorum gaudia aſcenditur.* Præterea in prima Regula tradunt, *Papæ Romani vocem non aliter ac ſermonem Chriſti, audiendam eſſe. Hunc ſi habemus*, aiebat Ieſuita *Pietro* Lanſpergæ in Catechiſmi Caniſiani explicatione, *quis contra nos erit? Cardinales, Epiſcopi, Canonici, nobis non modò reſiſtere non audent; ſed etiam in hoc multi illorum ordinati ſunt, ut nos ſuâ potentiâ & auctoritate juvent atque defendant*: ut in Bulla ſecunda conſtitutum eſt? *Quid? Quod*

brachium

brachium ſeculare, volente Pontifice, omni poſtpoſitâ appellatione à nobis invocatum, arma capere, & nobis reſiſtentes, ſi ita opus ſit, tollere, proſcribere & comburere debet? Quamobrem, dilecti fratres, aiebat, *Pontificis amorem, parentum, amicorum, opum, & patriæ dilectioni præferatis. Hoc enim facientes, & hujus vitæ præmia, & æternæ lætitiæ gloria conſequimini. Ille enim eſt, qui noſtram Societatem confirmavit, ditavit, ornavit, & hactenus conſervavit.* Et *Ioannes* Ieſuita, Auguſtæ ædilis, aiebat: *Caveamus dilectiſſimi, ne Pontificem Romanum offendamus, ab illius Majeſtate & noſtrum eſſe & intereſſe dependent*: hoc eſt, *quicquid ſumus & habemus, id omne & votum Papæ Romano acceptum ferendum eſt.* Immò aiebat *Turrianus*: *ipſe eſt noſtra anima, nos ejus corpus. Et ſicut corpus abſque anima mortuum eſt: Ita etiam Societas abſque Pontificis Romani clementia mortuâ eſt, planeque cadaveroſa.* Dicebat etiam Ieſuita *Gregorius* Auguſtæ, *quàm diu inter Societatem noſtram & Pontificem Romanum pax atque concordia fuerit conſervata: tam diu cathedra Petri, & ſedes Apoſtolicæ erectæ, noſtræ verò ſodalitates ſalve manebunt. Diſſenſione autem obortâ, utraque concidens, noſque omnes toti mundo ludibrio futuri ſumus. Agnoſcamus ergo, filij, Pontificem Romanum Patrem; & huic ſoli in omnibus, quæ vult obediamus. Ejus enim eſt nobis imperare & facienda præſcribere: noſtrum verò eſt, non petita ratione, abſque ulla tergiverſatione, ut filios obedientes & Papæ dilectos decet obedire. Sic enim*, dixit Ieſuita *Bonaventura* Ingolſtadij Rector, *apud Pythagoreos, pro argumenti & cauſæ ratione fuit* αὐτὸς ἔφα: *quanto majori obedientia nos faciamus, & ſine ulla refragatione exequamur ea, quæ in mandatis à Pontifice Romano accipimus? Illius eſt dicere hoc faciat noſtrum verò eſt agnoſcere illud* αὐτὸς ἔφα *& ut votis nos cogi noviſtis, addere, Amen.* Alij dicunt ſodalibus ſuis: *Eſt ſanè magnum, eſſe in gratia, alicujus comitis: majus in Principis & Cæſaris: at maximum eſt vivere ſub gratia, favore, pace & indulgentia Romani Pontificis pro Sanctitate & Majeſtate nos omnibus modis ornare, & beare intendentis. Qui quanta nobis bona tribuerit, partim ex Reſidentijs, domibus, collegijs, feudis, reditibus, partim etiam ex Epiſtolis & Bullis notum eſt.* Atque ſic quidem Mutuum muli ſcabunt, ut eſt in proverbio, videlicet, Pontifices Romani & Ieſuitæ.

Examen Regularum de VOTIS Ieſuitarum.

De VOTO PAVPERTATIS.

IN Ieſuiticarum conſtitutionum Summario trium tantum votorum, quæ *Simplicia* vocant mentio fit, nempe *Paupertatis, Obedientiæ & Continentiæ*, & qualia illa velint eſſe indicatur. De Paupertatis Voto ſic habet Conſtitutio vigeſima tertia. Cap. VIII.

Paupertas, ut murus Religionis firmus, diligenda, & in ſua puritate conſervanda eſt, quantùm divinâ gratiâ aſpirante fieri potuerit.

Conſtitutio vigeſima quarta. *Diligant omnes paupertatem, ut matrem, & juxta menſuram ſanctæ diſcretionis ſuis temporibus ejus effectus aliquot experiantur: nullaque re tanquam propriâ utantur, paratique ſint ad mendicandum oſtiatim, quando vel obedientia, vel neceſsitas id exiget.*

Conſtitutio vigeſima quinta. *Victus, veſtitus, & lecti ratio erit ut pauperibus accommodata: & unuſquiſque ſibi perſuadeat, quod quæ vilißima erunt ex ijs, quæ domi ſunt, ei tribuentur propter ipſius majorem abnegationem & ſpiritualem profectum.*

Conſtitutio vigeſima ſexta. *Intelligant omnes quod mutuo dare, vel accipere, vel diſpenſare quidquam de ijs, quæ domi ſunt, minimè poſſunt, niſi Superior conſcius conſenſum præſtiterit.*

In his Conſtitutionibus multa & ſpecioſa de paupertate ſua gloriantur Ieſuitæ, cùm tamen nulla, ſed ejus loco potiùs Croeſi opes reperiantur. Ideò rectè Conſtitutio vigeſima tertia habet: *Paupertatem diligere oportere*, QVANTVM *divinâ gratiâ aſpirante fieri poterit*: id eſt, religioſâ paupertate ſuâ Mundi opes corradant: interea autem ita ſe gerant, ut pauperes coram Mundo videantur. Et ob hanc famam comparandam, Novitij eorum ſæpè oſtiatim mendicare coguntur: ipſi etiam Patres ad divites mittere & eleemoſynas, ſed opimas, petere ſolent. Rectè etiam Regula vigeſima quinta *matrem ſuam* vocant *Paupertatem.* Eſt enim illis indulgentiſſima mater, à qua tenerrimè, molliſſimè, lautiſſimè, delicatiſſimè & ſplendidiſſimè fovenſur, nutriuntur & aluntur. Addunt, *ut interim eum amorem menſurâ & conformitate ſanctæ diſcretionis metiantur.* Ea diſcretio

&

& moderatio est, ne quis honestatem & gravitatem religiosam nimio Paupertatis studio, inedia corpus affligendo, vel nimis sordidè se vestiendo contemptam reddat, sed sanctâ discretione & conformitate sic moderetur, ut Paupertas illorum, ut sequens Regula habet; sit pura & munda, ne aliquod fastidium vel tędium & nauseam alijs præbeat. Volunt etiam, *ut certis temporibus effectus aliquos Paupertatis experiantur.* Hoc verò in Collegijs & ædibus eorum non fit, in quibus rerum omnium copiam & abundantiam. habent. Hypocryticè tamen paupertatis hujus experimenta quædam edunt. Quando enim Socij mensæ accubuerunt, & splendidè epulantur, progreditur in medium illorum Iesuita aliquis, & indutus centone, calceis perforatis, pileo dilacerato & seminudus. Is, ut grave paupertatis Iesuiticæ jugum experiatur, patinam & lagunculam ligneam manibus tenet, & à Patribus; reliquisque Socijs cibum potumque emendicat: quibus acceptis, post januam sedet & cibum capit. Est hic voti hujus primus effectus.

Sed ne extrà quidem Collegia sua paupertatem aliquam experiuntur. Nam primis probationis annis absolutis aliquos ad experiendam paupertatem Iesuiticam Rector ad unius mensis spatium cum literis commendatitijs emittit. Ij ab Abbatibus, Prioribus & Episcopis liberaliter recipiuntur & tractantur lautissimè: ut in istis amissionibus vel peregrinationibus ne unum quidem paupertatis actum experiantur.

Additur in eadem Regula, *ne re aliquâ tanquam propriâ utantur.* Hinc crebræ rerum omnium mutationes, non solùm vestium, sed etiam cubilium, musæorum & similium. Præcipitur etiam, *ut omnes parati sint ad mendicandum ostiatim, quando vel obedientia: vel necessitas id postulaverit.* Necessitas autem hæc illis tantum incumbit; qui votum professionis suscipere volunt, Hi enim triduum ostiatim victum quærere coguntur: ut sic probati inventi & in omnibus mortificati, sese dignè gerere possint. Obedientia autem tunc illos jubet ostiatim mendicare, quando hominibus nimis divites facti videntur, ut hoc modo falsum id esse probent, & revera pauperes habeantur.

Præterea Regula 26. ipsis injungit, *ut etiam victus, vestitus, & lecti ratio sit tanquam pauperibus accommodata: & unusquisque sibi persuadeat, quòd quæ vilißima sint ex ijs, quæ domi habentur sibi tribuenda sint.* Contrarium autem fieri ipsi negare nequeunt. Lecti enim ipsi sunt partim *Matarazą*, ut vocant, quæ sunt lanâ molli & floccis subtilibus, partim mollibus plumis repleta. Quilibet proprium lectum habet, quem ipse sibi sternit, qui etiam, ne fortè nudus conspiciatur, velo circum circa cingitur. Et ne quid desit, vel situ pereat, proprium habent lectorum inspectorem: qui si quos in illis curandis negligentiores, vel sordidos & impuros deprehendit, eos Rectori indicat, qui deinde illis circa prandij & cœnæ tempus pœnitentias imponit: quales sunt, lectos non benè adornatos circumportare, in medium refectorij deponere, & ab Inspectore vel Visitatore discere, quomodo pro more Societatis suum lectum rectè adornare debeat. Singulis diebus Sabbathi, vesperi ad illorum lectos, indusiorum & lodicum custos, cuilibet mundatum indusium, duo strophiola & vittam ponit: decimâ autem quartâ quavis die lodices. Si autem sudavit, semper nova & pura recipit indusia ac lodices mundas: & hæc quidem omnia quàm mundissima & tenerrima: quæ paupertas Iesuitica est in cubilibus.

Paupertatis Iesuitica ratio.

Quod ad vestitum attinet, Emptor juxta Regulam, non vilia vel mediocria, sed optima & pretiosa quæque emit, quod hæc diutiùs quàm illa usui esse & durare possint.

Sequitur in Regula; *Quilibet persuadeat sibi semper data iri viliora.* Vt igitur hanc ab Ignatio Regulam illis præscriptam, in tanta rerum copia servare possint, in dispensatione vestimentorum & aliarum rerum, junioribus & ijs qui Sacerdotes non sunt, viliora solent distribuere, ut sic etiam paupertatis quendam gustum percipiant.

Hæc autem omnia facere jubentur, *ad majorem sui mortificationem & ad profectum spiritualem.* Qui igitur quàm diligentissimè Regulas observat, eum etiam spiritum Societatis præ cæteris habere dicunt: qui profectus illorum spiritualis est. Mortificatio eorum est, in omnibus sensibus repugnantia & naturæ contraria appetere: in omnibus rebus mortificationem, in nulla voluptatem, affectum vel appetitum quærere aut sequi.

Item, *omnes quidquam mutuo dare, vel accipere, vel dispensare de ijs, quæ domi sunt, minimè possunt, nisi Superior conscius consensum præstiterit*, ut habet Regula vigesima sexta. Habent quidem res omnes commu-

communes, inferioribus tamen non licet aliquid sibiipsis absque Superioris licentia sumere, neque alteri dare, neque res domûs sine Rectoris permissu disponere, vel dispensare. Et hac ratione absque Superioris quidem licentia pauperes sunt, nihilque proprij possident, in Rectoris tamen opulentia, quæ illos egere non sinit, omnia habent.

Paupertatis Iesuiticæ ratio.

Quæ denique ratio Iesuiticæ paupertatis sit, satis declarant maximæ & tantùm non Croesi opes quas possident. Vel unus enim Claudius Aquaviva, olim Princeps & Papæ cubicularius, non ita pridem verò Generalis, adeoque Dux & caput Iesuitarum, tradito filio Ducatu, multas opes, & ut Hasenmüllerus testatur pagina vigesima nona se ex multis audivisse, ultra quinquaginta millia ducatorum Societati huic intulit.

Idem declarant amplissimi, quos habent reditus. Author historiæ Iesuitarum, *quid dicam*, inquit, *de illorum paupertate? Certè quòd per Italiam & Germaniam expertus sum, sic Iesuitas opibus & divitijs, domibus & Collegijs, hortis & fundis, proventibus & reditibus, multos Comites, adeoque nonnullos Principes superare.* Sunt qui G. Caderum Iesuitam, & in Bavaria eorum Provincialem, his verbis gloriantem audiverunt: *Nostra inopia Episcoporum & aliorum copia ita crevit, ut Comites & Barones adæquare possimus.*

Anno millesimo sexcentesimo decimo sexto, Iesuitæ magnificentissimum & tantùm non regium convivium instituerent Viennæ in honore legati Turcici Imperatorum Romanum pacis conciliandæ causa missi.

Augustæ Vindelicorum, quod Hasenmüllerus refert, se ex Gregorio Rosepho audivisse, Fuggerorum opibus, civitatis jura & privilegia emerunt. Iactant etiam, se hodie vigesies centies aureorum millia quotannis ex vectigalibus Collegiorum suorum percipere. Huic summæ adde quod provenit ex fraudibus & imposturis Iesuitarum, & intelliges rationem esse maximam. Quid autem fiet si ad centum adhuc annos Ordo hic duraverit.

Quid verò adhæc Hyeronymus ad Principiam? *Frustrà profectò*, inquit, *ejus lingua prædicat paupertatem, & docet eleemosynas, qui nisi divitjs tumet, vilique opertus pallio pugnat contra eas vestium sericarum.*

Sunt igitur pauperes sine defectu. Et rectè Nobilis quidam non procul à Landsperga arcem habens, dixit: *Si mendicare vellet, quòd cum Iesuitis vellet mendicare: Illos enim non obulum unum vel alterum, sed mille coronatos plerumque unâ vice à Principibus asportare:* ut Hasenmüllerus capite sexto refert

De VOTO Obedientiæ IESVITARVM

HAbent quidem Iesuitæ hoc secundum OBEDIENTIÆ Votum cum reliquis Monachis commune. Ignatius autem Loyola hoc Voto sectatores suos omnes Monachos & Clericos superare voluit. Sic enim in Epistola ad Lusitaniæ Patres ferè scribit: *Ab alijs religiosis Ordinibus facilius patiamur superari nos jejunijs, vigilijs, & cæterâ victûs cultusque asperitate, quam suo quique ritu ac disciplinâ sanctè suscipiunt, vera quidem perfectâ obedientiâ, abdicationeque voluntatis atque judicij maximè velim esse conspicuos, quicunque in hac Societate Deo deserviunt, ejusque Societatis veram germanamque sobolem hac quasi notâ distingui, qui nunquam intueantur personam ipsam, qui obediunt, sed in ea Christum, cujus causâ obediunt. Siquidem Superiori, nec si prudentiâ, bonitate, cæterisque quibuslibet donis ornatus, instructusque sit propterea obtemperandum est, sed ob id solùm, quòd vices gerat Dei: nec contrà sive consilio, aut prudentiâ minùs valeat, quidquam id circo de Obedientia remittendum, quatenus ille Superior est, quandò illius personam refert, cujus sapientia falli non potest.*

Quocirca sedulò vos in eam curam atque exercitationem incumbere cupio, ut Christum Dominum in Superiore quolibet agnoscere studeatis, in eoque divinæ Majestati reverentiam atque obedientiam summa cum Religione præstare.

Iam verò illud etiam in animis vestris penitus insidere vehementer cupio, infimam, & valdè imperfectam esse primam illam obedientiæ formam, quæ mandata duntaxat opere exequitur, nec virtutis nomine dignam, nisi ad alterum gradum ascendat, qui voluntatem Superioris suam efficit, & cum ea concordet, ut non solùm in effectu executio appareat, verùm etiam in affectu consensio; sicque idem velit uterque, idem nolit. Quocirca voluntates vestras, quoad ejus fieri potest, omninò deponite, libertatem Conditori vestro quam vobis ipsemet elargitus est, in ejus ministris liberè tradite ac dicate.

Itaque diligenter illud etiam cavendum

est, ne Superioris ullo unquam tempore voluntatem ad vestram detorqueri nitamini : id enim esset non vestram divinæ conformare, sed divinam vestræ voluntatis normâ regere velle, ejusdem divinæ sapientiæ ordinem invertentes. Sanè quam magnus est error eorum, quos amor sui obcæcavit, obedientes existimare sese, cùm Superiorem ad id, quod ipsimet volunt, aliquâ ratione pertraxerint.

Qui verò se totum penitus immolare vult Deo, præter voluntatem, Intelligentiam quoque qui tertius & summus est gradus Obedientiæ, offerat necesse est, ut non solùm idem velit, sed etiam ut idem sentiat, quod Superior, ejusque judicio subjiciat suum, quoad potest devota voluntas Intelligentiam inflectere.

Et paulò post : *Tria vobis nominatim propono, quæ ad obedientiam judicij comparandam multùm juvant. Primum illud est, ut quemadmodum interdixi, non intueamini in personam Superioris hominem obnoxium erroribus atque miseriis; sed Christum ipsum, qui est sapientia summa, bonitas immensa, charitas infinita, qui nec decipi potest, nec vult vos ipse decipere. Et quoniam conscij vobismet estis, vos Dei amore jugum inobedientiæ subijsse, ut in Superioris voluntate sequenda, voluntatem divinam sequeremini; nolite dubitare, quin pergat fidelissima Domini charitas, eorum ministerio, quos Deus vobis præfecit, vos deinceps gubernare, & rectis itineribus ducere. Itaque Superioris vocem ac jussa non secus ac Christi vocem excipite, &c.*

Item : *Altera est ratio, ut quod Superior, mandat, defendere semper apud animos vestros studiosè nitamini, improbare autem nequaquam, atque ad eam ipsam rem proderit benè animatos, affectosque esse ad id omne, quod ipse jusserit, &c.*

Paulò post : *Postrema subjciendi judicij ratio est cùm facilior tutiorque, tum etiam apud sanctos Patres in more posita : ut statuatis vobiscum ipsi, quicquid Superior præcipit ipsius Dei præceptum esse & voluntatem; atque ut ad credenda, quæ Catholica fides proponit, toto animo assensuque vestro statim incumbitis, sic ad ea facienda, quæcunque Superior dixerit, cæco quodam impetu voluntatis parendi cupidæ sine ulla prorsus disquisitione feramini.*

Et in fine : *Hæc, quæ de Obedientia diximus, æquè privatis erga proximos Superiores, atque Rectoribus, Præpositisque localibus erga Provinciales; Provincialibus erga Generalem, Generali denique erga illum, quem Deus ipsi præfecit, nempe, suum in terris vicarium* (Papam Romanum) &c.

In Summario quoque Constitutionum Ignatianarum, in quas Iesuitas omnes jurare oportet, Constitut. 31. sic præcipitur : *Expedit imprimis ad profectum, & valdè necessarium est, ut omnes profectæ obedientiæ se dedant. Superiorem, quicunque ille sit, loco Christi Domini Nostri agnoscentes, & internâ reverentiâ & amore eum prosequentes, nec solùm in executione externa eorum, quæ injungit integrè, promptè, fortiter & cum humilitate debita, sine excusationibus & obmurmurationibus obediant, licet difficilia, & secundùm sensualitatem repugnantia jubeat, verùm etiam conantur interius resignationem, & veram abnegationem propriæ voluntatis & judicij habere voluntatem & judicium suum cum eo, quod Superior vult, & sentit, in omnibus rebus, ubi peccatum non cerneretur, omninò conformantes, propositâ sibi voluntate ac judicio Superioris pro Regula suæ voluntatis & judicij, quo exactius conformentur primæ ac summæ Regulæ omnis bonæ voluntatis & judicij, quæ est æterna bonitas & sapientia.*

Et Constitut. 32. *Liberam sui ipsorum, rerumque suarum dispositionem omnes cum vera obedientia Superiori relinquant, nihil eò clausum, ne conscientiam quidem propriam tenendo, non repugnando, non contradicendo, nec ulla ratione judicium proprium, ipsius judicio contrarium demonstrando : ut per unionem eiusdem sententiæ, & voluntatis, atque per debitam submissionem meliùs in divino obsequio conserventur & progrediantur.*

33. *Omnes obedientiam plurimùm observare & in ea excellere studeant; nec solùm in rebus obligatoriis, sed etiam in aliis; licet nihil aliud quam signum voluntatis, Superioris sine ullo expresso præcepto videretur. Versari autem debet ob oculos Deus Creator, ac Dominus noster, propter quem homini obedientia præstatur : & ut in spiritu amoris & non cum perturbatione timoris procedatur, curandum est.*

34. *Ad Superioris vocem perinde ac si à Christo Domino egrederetur, quàm promptissimi simus, re quavis, atque adeò litera à nobis inchoata, nec dum perfecta relicta.*

35. *Ad enm scopum vires omnes, ac intentionem in Domino convertamus, ut sancta obedientia, tum in executione, tum in voluntate, tum in intellectu sit vobis semper ex omni parte perfecta; cum magna celeritate, spirituali gaudio & perseverantia, quicquid vobis iniunctum fuerit, obeundo; omnia iusta esse vobis persuadendo; omnem sententiam ac iudicium vestrum cæcâ quadam obedientiâ abnegando : & id quidem in omnibus, quæ à Superiore disponuntur; ubi definiri non possit, aliquod peccati*

Obedientia Ignatij consistit in suæ voluntatis abnegatione.

Obedientia Iesuitica exempla.

cati genus intercedere. Et sibi quisque persuadeat, qui sub obedientia vivunt, se ferri ac Regi à divina providentia; quod per Superiores suos vivere debent perinde ac si cadaver essent, quod quoquo versus se vergi, & quacunque ratione tractari se sinit: vel similiter, atque senis baculus, qui ubicunque, & quacunque in re velit eo uti, qui eum in manu tenet, ei inservit.

Obedientia Ignatij consistit in suæ voluntatis abnegatione.

Ex his omnibus intelligit Lector, judicâsse quidem Ignatium, imò præcepisse, sic obediendum Superiori, ut inferiores ejus mandata ac jussa hilariter, promptè, velociter, libenter & integrè exequantur opere & facto, hanc tamen primam obedientiæ formam imperfectam esse: ideò requirit secundo loco ab inferiore, ut Superioris voluntatem suam faciat, seu potius exuat, & eam quæ à Superiore exposita sit ei, induat. Tertiò vult, ut obedientia suorum sectatorum comprehendat non solum executionem, ut imperata quis faciat, & voluntatem, ut libenter id faciat, sed etiam intelligentiam, & judicium, ut, quæcunque Superior mandat ac sentit, eadem inferiori & recta, & vera, & justa & æqua esse videantur. Obedientia ergo, quam Ignatius à sui Iesuitis requirit, non solùm in externa mandatorum executione, sed etiam in propriæ voluntatis, judicij & intellectûs abnegatione & omnimodâ resignatione, cum omni devotione & reverentia, haud aliter quàm si ipsi Christo obedirent, consistit.

Obedientia Iesuitica exempla.

Qualem autem in suis obedientiam esse velit Ignatius, atque etiam ab ipsis exigat, Hasenmüllerus ridiculis aliquot exemplis capite sexto declarat, quorum aliqua in Lectoris gratiam adscribam. *Si Rector uni dicat, se illum ad mactationem ducturum & immolaturum, ceu agnus sine murmure sequatur, ac ut Isaac non solùm ligna, sed etiam, si opus sit ferrum offerat*: Sicuti Bobadilla, qui unus ex primis Ignatij Loyolæ socijs fuit, Romæ ad Hasenmüllerum, in monte di Caballo dixit Anno millesimo quingentesimo octogesimo tertio, 1. August. *Si jussu & mandato à Superiori mittitur, voluntate, judicio, & intellectu nutum Rectoris, ceu cæcus manum, ac tactum ducentis, sequatur. Si duris afficitur pœnitentijs: à patribus reprehenditur; à fratribus contemnitur, & pedibus etiam petitur; imò si omnes in eum exspuant, suamque libidinem, ut Iesuita ait Bonaventura, adimplere in eo conentur, instar cadaveris, sese habeat, ac si planè esset mortuus. Si Superior ipsi aufert omnia quæ habet, eumque omnibus bonis spoliat: vestes ipsi adimit pretiosas, ac loco earum centones reddit, se ut statuat gerat, quæ patitur se in quemvis transferri locum, & quovis habitu indui: Si contemnitur: si reprehenditur: si in locum, qui ipsi non placet, mittitur: si quæ non vult audit: si cibi insipidi & ingrati apponuntur: atque instar stulti huc illuc trahitur: sit ut statua, neque ullum de se det impatientiæ & indignationis signum.*

Apud Sanctum Andream in monte di Caballo Romæ, Octavianus Pater Novitio, cùm expiarentur: dixit: *Vade & in hoc stercore te voluta, sicque domum pergè; Novitius* verè Suita *se in cæno huc illuc versat, sicque Epicuri de grege porcus domum redit; cunctis eum videntibus risum exhibens. Quem, ut Rector vidit, eum quid actum esset, interrogat, & recognitâ, ait: Vade ad Sartorem, teque novis vestimentis indui cura. Hoc enim promeruit obedientiæ tuæ virtus.*

Landspergæ Christoph. Zieglerus Novitio tradit rapas & arbores teneras, & ait: *Vade insere eas terræ, radicibus sursum erectis, ramis autem in terræ profundum demersis. Frater vadit, sed ut Natura, postulat, radices terræ, ramos aëri mandat. Hujus pœnitentia erat dicere: non quæ Natura vel mea ratio jubent: sed Superioris mandata exequenda sunt: ac in refectorio plantulas ac rapas ter circumportare.*

Quidam Frater Veronę laborat imbecillitate stomachi. Cui Medicus ordinavit, ut Zingiber manè comederet, vesperi vero unguento, quòd ei exhibuerat, ventrem circa umbilicum injungeret *Minister verò suspicans Fratrem illum stomachi infirmitatem simulare, modò, ut jejunij temporibus, carnis esus ipsi concederetur, infirmò ait: Non Medico, sed mihi vovisti obedientiam. Hoc ergo unguentum comede, & te hoc Zingibere unge, usque dum sanguis effluxerit, Frater obtemperat. Minister verò ejus obedientiam mirum in modum Rectori commendat, qui etiam deinde Novitio non solùm carnes vitulinas, sed capones & gallinas dandas præcipit.*

Novitij, ut obedire doceantur.

Vt autem Novitij Iesuitæ rectiùs, quænam sit illorum obedientia, intelligere possint, ijs in musæis & cubilibus ob oculos hujusmodi imagines ponunt. Est in medio picturæ puer, qui dorsum incurvat, quo humeris impositam fert trabem, cui inscriptum est: *Fortiter.* Portat deinde Cytharam: quâ volunt obedire debere eum *hilariter.* A dextra illius assurgit catulus; ut obediat *velociter.* Pectus gerit apertum; ut obediat *toto corde*, propriâ voluntate adjectâ: vel certè Superiori totâ traditâ. Os tenet clausum: ut obediat *sine murmure*, Bajulat res viles & abjectas:

abjectas: ut etiam *in rebus sensibus repugnantibus.* Pedibus fert ocreas, ut obediat *constanter.* Ambabus manibus vasa tenet: ut obediat *sincerè* seu *integrè.* Aures habet obseratas: ut obediat in ijs, *quæ ipsi auditu jucunda non sunt.* Caput inclinat, ut obediat *humiliter.*

Pœna delinquentium.

Si quis autem contra has obedientiæ Iesuiticæ formulas, & conditiones peccat, huic pro qualitate delicti pœna injungitur, quæ ipsis *pœnitentia* dicitur. Verbi gratiâ. Minister mandat Novitio, quem putat esse superbum, ut abeat, & locum secretum (refero illorum pœnitentias, uti eas faciunt, mihi igitur venia detur, si quæ minùs modesta videntur: Nolo enim Iesuitarum vel verba vel facta mutare, sed res illorum, quales sunt, verè demonstrare) aut caligas decrepitorum excrementis repletas, aut mulctas, aut etiam alia vasa immunda expurget. Novitius sentiens istas res sensui suo repugnare, se excusat, murmurat, aut etiam operam suam denegat. Hujus pœnitentia est coram Fratribus, vel prandij, vel cœnæ tempore suam profiteri culpam. Reverendi Patres, dilecti Fratres (dicit in genua projectus) dico vobis meam culpam, quòd hodiè inobediens fui, neque cloacas vel caligas quorundam expurgavi: quare mihi data est pœnitentia: Primùm ut in refectorio circumeam, vobisque demonstrem, quomodo me excusaverim, & rebellem declarârim. Tunc horrendum videns, vocesque utens ostentaria, pedibus quatiens, ait: Nolo hoc facere. non veni ut cloacas expurgem. Quid ad me Magister? quid aliorum caligæ? expurgent illi, qui cæno eas replerunt humano. His dictis in refectorij medio considet, & secum habet caligas lavandas, usque dum cæteri cibum sumpserint, & tenetur abire & jussa exequi.

Ex literis cujusdam de obedientia Iesuitica.

De hac Obedientia Iesuitica sic à quodam Iesuita Ordinis desertore scriptum est: *Porrò ad perpetuò occultandum; conservandam & augendam superstitionem & idololatriam bestia hæc catulis suis intellectum, si quem habent, ipsumque sensum ligat, dum monet & mandat seriò, ut ea, quæ Superior jubet, cum obedientia perficiant, quæque ipse facit, cæco judicio pertranseant, non considerantes, an bonum vel utile sit, nèene, quod præcipitur; quandoquidem omnis ejusmodi cogitatio meritum tollit & valorem obedientiæ. Quâ quidem in re Societas Canonistas imitatur pernitiosissimos Pontificis adulatores. Hi enim orbi Christiano quondam persuaserunt, Romanum Pontificem tantæ esse dignitatis & authoritatis, ut, etiamsi ille totum mundum perderet, nemo tamen ex ipso diabolici hujus facti vel posset, vel quærere rationem deberet. Sic prorsus, imò multò pejus, suos Societas alumnos instituit, cùm docet, quæcunque Superior jubet, quæque ipse facit, non solùum judicanda non esse, multò verò minus reprehendenda, sed etiam tanquam bona & sancta, ut Patriarchæ Ignatij verbis utar præsupponenda: Quo nimirum omnis tandem stultitia, idololatria & superstitio Sanctitatis nomen obtineat.*

Hanc quidem obedientiam vovent ac promittunt Superioribus suis imprimisque Romano Pontifici: Politico verò Magistratui sibi à Deo ordinato sunt inobedientissimi, ut ex sequentibus manifestum fiet.

Exceptiones Loyolæ de obedientia Iesuitica.

Excipit quidem Loyola in omnibus rebus obediendum Superiori, VBI NON COGNOSCITVR PECCATVM, hoc est, ea, quæ sine peccato committi nequeunt. Si quis autem examinet illius Regulam & scripta perpendat, mox intelliget, Iesuitas nihil aliud, quàm vel hypocrysin, vel idololatriam, superstitiones & similia Dei legibus & pietati contraria, præcipere, facere, & alijs, ut similiter faciant auctores, & suasores esse: ac propterea in ijs Superiori minimè obedire deberent, vel juxta ipsius Loyolæ exceptionem.

Deinde præcedentia & sequentia hanc exceptionem liquidò ostendunt, cognitionem & probationem mandatorum illis ademptam: dum simpliciter statuunt, quicquid sibi præcipiatur id justum esse: dumque apertè fatentur, se cœcâ suâ obedientiâ judicium suum abnegare, & similes esse vel cadaveri, vel baculo senis, qui ubicunque, & quacunque in re eo uti velit, qui eum in manu tenet, ipsi inservit. Lælius, ut legitur apud Ciceronem, narrat, *C. Blosium Cumanum tanti Tiberium Gracchum fecisse, ut quicquid ille vellet, sibi faciendum putaret, Cumque Lælius quæreret: etiamne, si te in Capitolium faces ferre vellet? Nunquam, inquit, voluisset id quidem: sed Nunquam, inquit, voluisset id quidem: sed si voluisset, paruissem,* Amicitiæ Blossianæ per quam similis est Iesuitica obedientia. Nam si Pontifex Rom. vel eorum Generalis vel Reges interficere jusserit, morem gerent. Sed ut nefaria vox est Blossij, sic detestabilis hæc est parendi servitus, cum externa impietate conjuncta.

Blossiana obedientia.

Atque hoc modo Iesuitæ à Patribus suis stultè persuasi, *Cæcam obedientiam*, sic enim

illi

illi vocant, Rom. Pontifici, suisq; Præpositis, sanctè promittere: hoc est, nullam rationẽ, quantumvis evidentem, contra id, quod semel animo imbiberunt, admissuros se jurare coguntur: Atque ita clausis oculis & animis obfirmatis contra veritatem, & suo & aliorum maximo malo luctantur.

De VOTO Continentię perpetuę *Iesuitarum.*

DE hoc voto Regula 28. sic habet: *Quæ ad Votum castitatis pertinent, interpretatione non indigent, cùm constet, quàm sit perfectè observanda, nempe enitendo* angelicam puritatem imitari, & corporis & mentis nostræ munditia. Ex his paret, non sufficere Loyolæ eam esse puritatem, quæ in hac vita in hominem cadere potest: sed exigere Angelicam. Requirit igitur majora viribus humanis & impossibilia suis discipulis imponit.

Regulam etiam habent Iesuitæ, *Ne permittant, ut fœmina aliqua ipsorum vel domus, vel Collegia ingrediatur. Si autem quædam ingressa sit Ianitoris incuriâ, mox pulverem ejciant, ne illius tactu inquinentur.* Aliam item: *Vt ambulantes per plateas oculos à fœminis avertant. Si quæ fœmina ad januas illorum pulset, porta ipsi non aperiatur: sed per cancellos Ianitor eam audiat, & paucis absolvat: non in Collegium illam intromittat: Si autem petat Confessarium ad Templum remittatur, & Confessarium averso vultu & sellâ ab ipsâ diversâ, per cancellos confessionem ejus excipiat: neque solus ad audiendum ejus confessionem descendat, sed à longè stet Socius, qui quidem illos non audire, sed tamen videre possit, Ne quid aliud quàm confessionem tractent.* Tantæ enim sunt puritatis & castitatis, ut etiam in Templo publico Iesuita non ausit sibi & suæ carni confidere, ut solus fœminæ confessionem excipiat.

Exceptiones Loyolæ de obedientia Iesuitica.

Commendant quidem Patres Iesuitarum discipulos suos ob insigne castitatis & continentiæ donum: jactantes, habere se juvenes & adolescentes formâ, vultu & robore præstantes, tantæ tamen continentiæ esse, ut ne igniculum quidem carnis in ipsis per confessionem animadvertere possint: Vocantes etiam suos Angelos terrestres, qui Dei gratiâ ceu cultro; omnem carnis fomitem præsciderint, ut juratam facilè possint præstare continentiam. Si quis autem Iesuitis larvam hypocriticam detrahat, eos in corde longè aliud sentire, quàm quod verbis loquuntur videbit: contrarium etiam testantur cives & rustici, totusque adeo Mundus, quemadmodum Hasenmüllerus aliquot exemplis cap. 6. declarat.

Blossiana obedientia.

De IV. IESVITARVM VOTO, *quo se Pontifici Romano peculiariter mancipant & obstringunt.*

QVartum Iesuitarum Votum Professorum est: hoc est, illorum, qui jam in omnibus Iesuitarum institutis probati; perfecti inventi sunt, & Pontificiam cyclopædiam absolverunt: exindeque *Patres* vocantur. Ignatius Loyola enim Generalis illorum factus, primos illos 10. Patres quos supra nominavimus, atq; adeò etiam illos sequentes, coegit non solum sese triũ simplicium Votorum vinculo obligare: sed etiam sese totos corpore & animâ, in rebus fidei & morum, specialiter Papæ devovere, & ejus se servitio sub sui damnatione mancipare, si vel in minimo vel maximo Religionis ac fidei articulo, à Pontificis Romani placitis & decretis deficerent, vel aliud quàm ille sentirent: vel diversum ab ejus Canonibus statuerent. Vt igitur reliqui Iesuitæ omnes, qui non sunt *Professi*, ab arbitrio Generalis hærent, ita omnes eorum *Professi*, ac ipse quoque Generalis, à Pontificis Romani nutu dependent, jurantque, se in omnibus ipsi obsequium præstituros, quæcunque in illos præsumat vel statuat, atque etiam ad quascunque fidelium & infidelium terras Papę ipsos mittere placuisset, eò sine ulla tergiversatione atque adeò sine ulla non modò mercede, sed ne viatici quidem petitione ituros: ideoque etiam *Missionis* Votum appellatur. Et hoc speciali vel extraordinario Voto à reliquis omnibus Monachis & Clericis differunt: qua de causa etiam Papa eos, ceu pupillam oculi sui custodit, & ut corpus suum tuetur alit, nutrit, auget & ditat, nec non extraordinarijs privilegijs, liberalissimè donat, magno cum totius Cleri Romani damno, ac detrimento. Hi sunt Pontificis Romani molossi & canes venatici, quos robustus iste venator Antichristus, ad indagandos Evangelicos & verè fideles emittit, ut eos capiat, dilaniet ac devoret. Hi sunt, qui instar proditorum & exploratorum totam Germaniam perreptant, ut Germanos sub jugum Pontificium redigant; & in eo toti sunt, ut Germania in pristinum statum

Hoc quarto Voto Iesuita à reliquis Clericis differt.

reducatur. Hi sunt, qui Germanorum juratos hostes in perniciem eorum instigant & incitant: qui manus Pontificum Romanorum ad sanguinem innocentum effundendum armant: qui eorum aures his clamoribus opplent, *Ecclesiam Romanam & Apostolicam sedem interituram, nisi Germanorum Principum nomen & ditiones deleantur & exstirpentur:* qui prodigiosis mendacijs Evangelicos & orthodoxos coram Principibus & Pontificijs prævagant, eos seditionum, rebellionum, conspirationum & aliorum scelerum insimulant, & in odium Principum adducunt: à quibus sanguinolentæ conspirationes & conjurationes non tantum contra Germanos, sed contra omnes orthodoxos in cunctis Provincijs fabricantur; ut in titulo de doctrina Iesuitarum prolixè indicabitur.

Formula autem quarti hujus Voti, quam decem primi hujus Societatis Patres cum suo Ignatio Loyola Paulo Tertio Papæ obtulerunt, quamque Papa Iulius Tertius repetivit & confirmavit, ita ad verbum habet: *Quicunque in Societate nostra, quam Iesu nomine insigniri cupimus, vult sub crucis vexillo Deo militare, & soli Domino atque Romano Pontifici, ejus in terris Vicario, servire, post solemne perpetuæ castitatis Votum, proponat sibi in animo, se partem esse Societatis, ad hoc potissimùm instituta, ut ad profectum animarum in vita, & doctrina Christiana, ad fidei propagationem, per publicas prædicationes & verbi Dei ministerium spiritualia exercitia, & charitatis opera, & nominatim per pueros ac rudium in Christianismo institutionem, ac Christi fidelium. in Confessionibus audiendis, spiritualem consolationem præcipuè intendat: curetque primò Deum, deinde hujus summi instituti rationem, quæ via quædam est ad illum, semper ante oculos habere, & finem hunc sibi à Deo propositum totis viribus assequi. Vnusquisque tamen secundùm gratiam, sibi à Spiritu Sancto subministratam ut vocationis suæ proprium gradum; ne quis fortè zelo utatur, sed non secundum scientiam. Cujus prorsùs cujusque gradûs, judicium & officium, discretio ac distributio tota sit in manu Præpositi seu Prælati, per nos eligendi, ut congruus ordo servetur, in omni benè instituta communitate necessarius. Qui quidem Præpositus, de consilio Sociorum, constitutiones ad constructionem hujus propositi, nostro fini conducentes, in consilio, condendi auctoritatem habeat: majori suffragiorum parte, semper statuendi jus habente. Consilium verò statuatur esse in rebus quidem gravibus, ac perpetuis, major pars totius Societatis, quæ à Præposito commodè vocari potuit: In levioribus autem & temporaneis, omnes illi, quos in loco, ubi Præpositus noster residebit, præsentes esse contigerit. Iubendi autem jus totum, penes Præpositum erit.*

Sciant omnes Socij, & non solum in primis professionis suæ foribus; sed quoad vixerint, quotidiè animo volvant: Hanc Societatem universam, & singulos, sub Sanctissimi Domini nostri Papæ, & aliorum Romanorum Pontificum successorum ejus fideli obedientia Deo militare. Et quamvis Evangelio doceamur, & fide orthodoxa cognoscamus, ac firmiter profiteamur, omnes Christi fideles Romano Pontifici, tanquam capiti, ac IESV CHRISTI *Vicario subesse: ad majorem tamen nostræ societatis humilitatem, ac perfectam uniuscuiusque mortificationem, & voluntatum nostrarum abnegationem, summoperè conducere judicavimus, singulos nos, ultra illud commune vinculum Speciali voto astringi; ita ut quicquid Modernus alijque Romani Pontifices, pro tempore existentes, jusserint, ad profectum animarum & fidei propagationem pertinens, & ad quascunque Provincias nos mittere voluerit, sine ulla tergiversatione, aut executione, illicò, quantum in nobis fuerit, exequi teneamur: sive miserit nos ad Turcas, sive ad quoscunque hæreticos, etiam in partibus, quas Indias vocant, existentes: sive ad quoscunque hæreticos, sive schismaticos, seu etiam ad quosvis fideles.*

Quamobrem, qui ad nos accessuri sunt, antequam huic oneri humeros supponant, diu multumque meditentur, an tantum pecuniæ spiritualis in bonis habeant, ut turrim hanc juxta consilium Dominum, possint consummare, hoc est, an Spiritus Sanctus, qui illos impellit, tantum illis gratiæ polliceatur, ut hujus vocationis pondus, illo adjuvante, se laturos sperent. Et postquam, Domino inspirante, huic IESV CHRISTI *militiæ, nomen dederint, diu noctuque succincti lumbos, & ad tam grandis debiti solutionem, prompti esse debebunt. Ne quæ autem possint esse inter nos Missionum ac Provinciarum hujusmodi aut ambitio vel detractatio: profiteantur singuli, se nunquam directè aut indirectè de hujusmodi missionibus, quidquam cum Romano Pontifice curaturos: sed omnem hanc curam Deo Pontifici ipsi, tanquam ejus Vicario, & Societatis Præposito dimissuros. Qui quidem Præpositus, sicut cæteri, etiam profiteatur, se nihil de suimetipsius missione, in alterutram partem, nisi de Societatis consilio, cum dicto Pontifice esse curaturum. Voveant singuli se in omnibus, quæ ad Regulæ hujus nostræ observationem faciunt, obedientes fore Societatis Præposito. Ille autem jubeat ea, quæ*

ad

ad consecutionem propositi sibi à Deo & à Societate, finis, cognoverit esse opportuna. In prælatione autem sua, benignatis ac mansuetudinis, Charitatisque Christi, Petri, Paulique formulæ semper sit memor, & tam ipse, quàm consilium ad normam hanc assiduè spectent: & nominatim commendatam habeant institutionem puerorum, ac rudium in Christiana doctrina, decem Præceptorum, atque aliorum similium rudimentorum: quæcunque secundum circumstantias personarum, locorum ac temporum illis congrua videbuntur. Est enim maximè necessarium circa providentiam hujus rei, diligenter Præpositum, consilium invigilare: cum & in proximis ædificium fidei, sine fundamento non possit consurgere, & in nostris periculum sit, ne ut quisque erit Doctior, ita Provinciam hanc, tanquam primo aspectu minùs speciosam, forsitan detrectare, conetur: cùm tamen revera nulla sit fructuosior, vel proximis ad ædificationem, vel nostris ad charitatis & humilitatis officia simul exercenda. Subditi verò tum propter ingentes Ordinis utilitates, tum propter nunquam satis laudatum humilitatis assiduum exercitium, Præposito in omnibus ad institutum Societatis pertinentibus parere semper teneantur, & in illo Christum, veluti præsentem agnoscant, & quantum decet, venerentur. Cùm autem experti fuerimus, jucundiorem, puriorem & ad proximi ædificationem aptiorem rem esse vitam, ab omni avaritiæ contagione quàm remotissimam, & Evangelicæ paupertati quàm simillimam: cumq; sciamus Dominum nostrum Iesum Christum, servis suis regnum Dei solùm inquirentibus, necessaria ad victum & vestitum esse subministraturum, voveant singuli & universi, perpetuam paupertatem, declarantes quod non solùm privatim, sed neque etiam communiter possint pro Societatis sustentatione, aut usu, ad bona aliqua stabilia aut ad proventus seu introitus aliquos ius quod civile acquirere, sed sint contenti usu tantum rerum, sibi donatarum, ad necessaria sibi comparanda, recipere. Possint tamen habere in Vniversitatibus Collegium, seu Collegia habentia, reditus census seu possessiones, usibus & necessarijs studentium applicandas, retentâ penes Præpositum & Societatem omnimodâ gubernatione, seu Superintendentiâ, supra dicta Collegia, & prædictos studentes, quoad gubernatoris, seu gubernatorum ac studentium electionem, ac eorundem admissionem, emissionem, receptionem, exclusionem, statutorum ordinationem, circa studentium institutionem, eruditionem, ædificationem ac correctionem, victus vestitusque eis administrandi modum, atque etiam omnimodam gubernationem, regimen & curam. Sic tamen ut neque Studentes, dictis bonis abuti, neque Societas in proprios usus convertere possit, sed studentium necessitati subvenire. Qui quidem, post cognitum in spiritu & literis eorum profectum, & post sufficientem probationem, in Societatem nostram admitti possunt. Socij omnes, quicunque in sacris fuerint, quamvis beneficia Ecclesiastica, aut eorum reditus non habeant: teneantur tamen singuli privatim ac particulariter, & communiter, ad dicendum officium, & secundum Ecclesiæ ritum.

Hæc sunt, quæ sub præfati Domini nostri Pauli, & Sedis Apostolicæ beneplacito de nostra professione, typo quodam explicare potuimus. Quod nunc fecimus, ut summatim sumptione hac informaremus tum illos, qui nos de nostro vitæ instituto interrogant: tum etiam posteros nostros, si quos, Deo volente, imitatores unquam habebimus huius vitæ. Quam cùm multas magnasque habere difficultates fuerimus experti, opportunum iudicavimus etiam statuere, ne quis in hac Societate recipiatur, nisi diu ac diligentissimè fuerit probatus cum prudens in Christo, & vel doctrinâ, seu vitæ Christianæ puritate apparuerit conspicuus: tunc demùm admittantur ad IESV CHRISTI *militiam, qui tenuibus cœptis nostris favere dignetur, ad gloriam Dei Patris, cui soli semper decus & honor in secula, Amen.*

Hanc formulam, ceu pium, sanctum ac spiritualem profectum, Apostolicâ auctoritate, ex certa scientia approbavit, confirmavit & benedixit, ac perpetuæ firmitatis numine roboravit: ac sub sanctæ Sedis Apostolicæ protectione suscepit Paulus Tertius Anno Domini 1540. Quinto Calend. Octob. Pontificatus sui anno sexto.

Iesuitæ igitur hac in parte non dissimiles sunt L. Flacco: ut enim, Cicerone teste, legem ille inquissimam de Sulla tulit, ut omnia quæcunque ille fecisset & dixisset, rata essent: sic Iesuitæ nullâ pietatis, nullâ æquitatis, nullâ juris ratione habitâ, id & approbandum & exequendum esse ducunt, quod à Pontifice Romano, vel à Generali suo mandatum & injunctum ipsis fuerit. At verò se homini alicui, præsertim Antichristo, sic obligare, ut omnia ejus jussa accuratiùs observes, quàm ipsius Dei mandata, & quidem ita, ut te compares quasi corpus mortuum, sic enim loquuntur Iesuitæ, aut nervis alienis mobile lignum, id partim superstitiosi est hominis, partim trunci & stipitis.

Notæ

Notæ & Animadversiones ad REGVLAS Iesuiticas,

Cap. IX.

Iesuitæ Regulas suas verbo Dei præferunt.

HAs autem suas Regulas & Constitutiones Ignatij Loyolæ Hispani militis Dei verbo & Christi Evangelio longissimè præferunt. Si quis enim in legem Dei peccat, vel conciones sacras negligit, nihil is delinquere videtur Iesuitis, aut peccatum ejus veniale est: sin verò peccat in Iesuitarum Regulas, hic ex illorum sententia mortale crimen committit. *Hinc Iesuita Sacerdos*, inquit, Hasenmullerus, pagina 115. *nomine Henricus, alumnorum Scholasticorum Principis Bavariæ in Albertino contubernio Ingolstadij, Regens & Oeconomus, Anno millesimo quingentesimo octuagesimo quarto in septimana sancta, quæ ultima dicitur jejunij, die Veneris suis discipulis dixit: Per hoc sacrum jejunij tempus libenter audivistis historiam Passionis Christi ex quatuor Euangelistis: feciſtis multas pœnitentias vigilijs, jejunijs, orationibus, peregrinationibus, cilicijs, ferulis, & flagellis, quibus vos Christo conformâstis, ejus passionem adimplevistis, & pro peccatis vestris satisfeciſtis: sed dico vobis, nihil ista omnia vobis proderunt, si non juxta præscriptum nostri Superioris cras omnes & singuli peccata vestra confessi fueritis, & Sacramentum more Catholico sub una specie sumpseritis. Quia hæc sancta mandat Ecclesia Romana, quam in omnibus audire debemus. Libenter audire conciones multas libenter ac sæpiùs legere sacram Scripturam, id profectò non est signum boni Catholici, sed potiùs hæretici, qui se istis rebus, ceu simia nuce, delectant. Verus autem Catholicus non multùm delectatur concionibus, quæ citò ceu ventus transeunt, neque lectione capitur Scripturæ, siquidem ea mortua est litera, quam non intelligit: sed unica ejus voluptas est multas audire Missas & sæpiùs confiteri. Hæc qui negligit & contemnit, gravius peccat, quàm qui in omni vita sua nullam unquam concionem audivit, nec Biblia vidit:* Cùm autem exhortationem finiviſſet, eumq; (mihi enim inquit Hasenmullerus familiariter notus erat) interrogâſſem, unde ista probaret? Respondit breviter: *Audi*, inquit, *sacra mater Ecclesia Romana sic statuit, cui si non simpliciter obediveris, bonus Catholicus non eris.* Addidit præterea, *Ecclesia Romana non verbum, verbum, aut Scripturam, Scripturam, ut vos facitis Lutherani hæretici, sed Missam & Confessionem inculcat. Hanc ergo audiamus: quia hæc est magistra: est viva Dei litera: ipsa Lex: illa autem est litera mortua, nihil contra Ecclesiæ Romanæ authoritatem decernens, ut nec filia contra matrem nec servus vel discipulus contra dominum & magistrum suum.*

Inter ea quoque, quæ in Regulis Iesuiticis notanda occurrunt, duo videntur esse non contemnenda: Prius est de Religionis, seu potiùs superstitionis suæ propagatione: Alterum instituti sui spectat œconomiam, seu administrationis ordinem, utrumque ad certi cujusdam & latentis instituti, cujus in his Regulis sæpissimè mentionem faciunt, promotionem tendere, omnes, qui scripta illorum cum operibus conferent, facilè intelligent.

Potestas Iesuitarum supra Reges est.

Verùm ne quis ea, quæ in illis Regulis proponuntur, tanquam levia, aut non talis momenti esse temerè judicet, at ijsdem refutandis & debellandis plurium animos & operas, ijs occupare necesse sit, tantum hoc ab eodem expetitur, ut potestatem, quam illi in potentissimos orbis terrarum Reges, Principes & Respub. artibus hisce usurpârunt, aspiciat, & in domos professas, Collegia, domos probationum, seminaria & residentias, Oratoria (quæ non Templa, sed Regiæ sunt, suppellectilibus aureis, argenteis, sericis alijsque supra fastum Babylonicum ornamentis ditata, maximisque redditibus dotata, oculos intendat: confestim videbit, illorum zelum non ullius Regis aut Principis territorio circumscribi, sed eos ordini suo Vniversum orbis globum ad occupandum, & libidini subjugandum, non ad veritatem propagandam proposuisse, itaque sub Titul. primo in Summario Constitutionum, versiculo tertio, ita scribitur: *Nostræ vocationis est diversa loca peragere & vitam agere in quavis Mundi plaga, ubi majus Dei obsequium & animarum auxilium speratur.* Sic enim sonus eorum Româ exivit in universum Mundum, per totam Italiam, Siciliam, Sardiniam, Hispaniam, Africam, Indiam, Orientalem, Occidentalem, in Præsiliam Mexicanam, in ipsas Insulas, in Galliam, in Belgium, Germaniam superiorem & inferiorem, Austriam, Poloniam aliasque quasvis Regiones citra ullum Territorium aut jurisdictionum respectum, etiam in cœlum more Gigantum manus impuras extensuri, nisi gladio oris sui altissimus illos decurtaret. Quod non injuria se facere ducunt, cùm Generalem suum loco Christi, qui sine ulla termini præfinitione in cœlis & in terra Dominus est,

Quisque Iesuitis Christi loco habendus.

obedientiâ

obedientiâ cæcâ colendum & honorandum esse statuant. Adeò vt etiam liberos inuitis parentibus plagiarii illi abducant, ad quod cum blasphemia impuri illi, Christi doctrinâ abutuntur, ut videre est d. titul. vers. 88. vbi notanda & examinanda est illa quæstio cùm improbos illos ambitio & auaritia usque ad extremos orbis fines pro superstitione, imo tyrannide Romanâ propaganda impellant; Quid veris Christianis incumbat ad Regnum Dei per Vniuersum, Mundum propagandum & an vlla terminorum circumscriptio illos ab officio charitatis Christianæ impedire debeat: Item an seminaria pietatis, apud vicinos propagandæ licita, & satis diligenter ab orthodoxis exculta, item annon horum defectus noceat non solum conseruationi, sed & propagationi Regni Christi, id est, veræ pietati & vnioni Christianæ, item annon horum vigilantia & prudentia quorundam Evangelicorum negligentiæ & oscitantiæ meritò exprobari possit.

Potestas Iesuitarum supra Reges est.

Quisque Iesuitis Christi loco habendus.

Secundò inter alios, versiculus 31. cum quibusdam sequentibus de obedienti diligenter examinandus esse videtur, quia in illis Iesuitæ, vt fidelissimi Antichristi ministri, se supra Deum, ejusque verbum & ipsam denique æquitatem naturalem extollunt, statuentes quemcunque Superiorem Christi loco agnoscendum & reverendum esse, & voluntatem ac judicium suum, cum eo quod Superior vult & sentit in omnibus, ubi peccatum non cernitur omninò conformandum, &c. non repugnando, non contradicendo, nec vllâ ratione judicium proprium ipsius judicio contrarium demonstrando, sed sinere se debere per Superiores suos ac si cadauer essent, baculusque senis, ita se illorum nutu & voluntate regi.

In quo primùm obseruandum est, & si inibi verbis *quemcunque superiorem, &c.* utantur, non ideo eos loqui de Christiana & legitima obedientia Regibus & Principibus, qui Vicarii Christi in hoc Mundo sunt à subditis debita: sed de ea, quam per suos sectarios suis Superioribus præstandam esse volunt, eum supra Deum, supra Reges & Principes extollendo, imò eosdem, licet vnctos Dei, pedibus calcando jugulum eorum, si vsus sectæ suæ requirat, perfectæ suæ obedientiæ ministros & discipulos præscindendo. Præcepta scelerati hominis, æternis divinæ & incorruptibilis sapientiæ mandatis præferendo, sic ut his repugnantes, dummodo illis pareant, pro perfectæ obedientiæ filiis habeant, qui veri Dei mandatis obediunt, & humanis traditionibus repugnant, eos pro rebellibus & seditionibus proscindant, imò ipsos Reges & Principes ob non seruata superioris sui mandata, Regnis, Principatibus & subditis, ipso jure excidisse, subditos ab omni obedientia respecta legitimorum suorum Magistratuum solutos esse.

An non hanc obedientiam, *perfectam* scilicet, Regibus liberis (ii enim qui poculo abominationum inebriati sunt difficilè hæc intelligunt) aliter, quàm hactenus fuit, suisque coloribus depingendam & commendandam esse sanæ doctrinæ sectatores judicaverint, exemplis perfectæ illius Iesuiticæ obedientię in lucem prolatis, ut scorti illius magni probrum omnibus innotescat, & filius ille perditionis tandem omnium ope & consilio destruatur, secundùm Dei zelotis mandatum.

In cap. I. quo Regulæ communes traduntur vers. 30. obseruatione dignum est, quo præcipitur, ut aliæ de aliis Nationibus benè sentiant, & nemo bella vel contentiones inter Christianos Principes in colloquium inducat; hîc Iesuitarum qui præcipuæ omnium factionum, seditionum, bellorum, rebellionúmque & scelerum faces sunt, artes & machinationes ab omnibus veritatis amatoribus sublægendæ, communicandæ & velut in tabella exhibendæ, ut Reges & Principes sibi ab illa Romanensium colluvie queant ociùs & priusquam cum illis pereant, vigilantius caveant.

Monopoliorum Iesuiticorum industria capit. 4. de Admittendis vers. 33. ostenditur, quibus perfectius declinandis, non inutile videtur posse impendi studium.

Cùm verba sint notæ rerum, neque hæ sine illis rectè intelligi possint, semper ab omnibus commendatum fuit, ut qui res perfectè cognoscere vellent, verborum proprietatibus prius operam darent, Iesuitæ more suo in cap. 8. literarum studiis vers. 51. non ante Hebraicæ linguæ studium juventuti permittunt, quàm eum Theologiæ facultate mediocriter eruditi sint, ut nimirum adversus veritatis salutarem cognitionem quæ per exactam linguę sanctæ scientiam ex verbo Dei perfectè hauriri potest, sophisticæ Theologiæ antidoto prius præmuniri possint. Ita veritatis simplicem viam cavillationibus suis obstruunt.

Quæ ipsorum prævaricatio clariùs ostenditur ex versu sequente, ubi summi

Philosophi scripta commentariis orthodoxorum illustrata, non aliter à sophistis suis legi volunt, nisi quatenus Theologiæ scholasticæ subservire possint.

Quòd 54. versu eodem capite traditur, notatu & observatione dignissimum esse videtur, ad vnionem (quâ res parvæ crescunt) inter Socios conservandam, videlicet, vt ingeniorum licentia in opinionibus nouis, vel introducendis vel sectandis, omnibus modis certâ aliquâ lege coerceatur, hac enim facilè veritas & Reipublicæ tranquillitas perturbantur, & intervertuntur. Quod si eàdem operâ Theologię Scholasticæ Professoribus præcepissent, vt veritatem vtriusque Testamenti omnibus nouis opinionibus, quibus pseudo Christiani illam infecerunt, diligenti veritatis perscrutatione, repurgarent, syncerius illi agerent.

Versiculo sequente 50. prȩcipitur vt diligens adhibeatur cura ne desint operarii, qui confessionibus audiendis sint idonei, vtque ad id casibus conscientiæ operam dent, haud dubiè in eum finem vt conscientiarum tortores eò crudelius piorum mentes excrucient & ad varia pœnitentiarum genera carnifices adigere possint, hìc confessiouum Iesuiticarum artes & fines detegendi.

Inter alia & id notari potest, quod capite 1. vers. 8. de officio Rectoris traditur, quod etsi severissimæ sint leges obedientiæ, non tamen Rectorem, authoritate sibi ad eam tuendam concessâ vbique & semper vti debere, quod appellant in virtute obedientiæ jubere, ne scilicet non obediendo authoritas vilescat: Nec Romani quoque nisi ex gravissima causa imperio vtendum esse censebant, vtiliùs esse rati, vt res agantur authoritate suadendi magis, quàm jubendi potestate.

Quòd conscientiæ rationem à suis Rectorem exigere volunt, cap. 3. vers. 22. Titul. Regulæ Rectoris, eò injustius videtur, quod Deus ipse sibi *καρδιογνωσίαν* reseruauit, ita in cœleste Regnum involantes, non contenti terreno; ficuti & id absurdissimum videtur, quod eodem capit. vers. 26. cum sequentibus de pœnitentiarum generibus additur. Quid autem rationem conscientiæ reddere appellitent, id in instructione ad reddendam conscientiæ rationem juxta morem Societatis docetur, his verbis: *Totam*, inquit, *animam suam integrè manifestam faciat nullam rem celando, quæ Dominum vni versorum offenderit.*

Arcani sui tegendi & alieni reuelandi ratio ostenditur versu trigesimo quinto ejusdem cap. vbi literas in Collegio ad exteros vel ab exteris ac Collegiatos scriptas, diligenter Rectori legendas committit, quo etiam referenda Regula tertia Ianitoris, quâ præcipitur, vt literæ omnes & schedulę, quæ domesticis mittuntur, Superiori tradantur, ita vt ne ii ad quos mittuntur, intelligant eas acceptas.

Improbum atque impudentiæ plenum est, quòd in opinionum diversitatibus, Theologiæ Professores ad constitutiones suas, non autem ad sacras literas remittant: vnde etiam ex duobus alterum verum esse necesse est, vt nimirum sacras literas non habeant pro norma veritatis, vel institutum suum non ad Regnum Dei, sed Antichristi Tyrannidem promouendam tendat.

Mirum est quod cap. 6. ejusdem tituli vers. 64. præcipitur, de deposito pecuniæ nullo recipiendo, nisi fortè nimis sibi durum fore putent, reddere quod semel acceperint.

In examine recipiendorum, quod de quinque impedimentis essentialibus scribitur, nimirum quòd inprimis ita sint interrogandi, vt ea impedimenta esse quæ à Societate excludunt, qui recipi se volunt, non intelligant, ne verum occultandi occasionem accipiant, in eo certè illorum ingenii dexteritas manifestatur.

Probationum Regulæ, secundùm quas Magistri Novitiorum eosdem primâ, secundâ & tertiâ probatione, examinare debent diligentissimè inquirendo.

Regula, quæ titul. de Magistris Nouitiorum capite secundo vers. quinquagesimo primo de consuetudine condiscipulorum traditur, obseruau digniſſima est, & talis, vt in omnibus Collegiis vbi profectionis ratio habetur, exactissimè seruanda: id quoq; rectè monitum videtur, quod ingeniorum delectu magis boni communis ad gloriam Dei, quàm particularis cujusque ratio habenda.

Ad magnitudinem quoque secularis Iesuitarum potentiæ pertinet, exactissima illa per vniuersum orbem *Correspondentia*, cujus vtilitas & forma repræsentantur in Titulo de formula scribendi, vbi versu primo dicitur, quòd commercium frequens literarum inter inferiores & superiores, maximè ad vnionem in Societate servandam faciat, ad audienda ea, quæ ex variis locis ad ædificationem, & eorum, quæ geruntur cognitionem adferuntur, & ostenditur in sequentibus versiculis, quibus modis illud commer-

commercium sit exercendum. Verum vers. vndecimo, manifestè apparet, eam correspondentiam non ad domorum & Collegiorum suorum statum cognoscendum tantùm pertinere, sed ad ipsius statûs politici arcana scrutanda: additur enim, vt totius provinciæ statum benè explicent & suppleant, si quid intellexerint, quod Superiores domorum Collegiorum minùs declauerunt, & in vniuersum ita scribere debent, vt generalis omnium rerum, omniumque personarum ac Provinciarum statum, quoad ejus fieri possit, ante oculos habeat. Quis quæso nunc Iesuitas exactissimos omnium rerum exploratores & perrimatores esse negaverit? cùm hæc ipsi suis scriptis fateantur. Quis nunc negauerit Iesuitas sub prætextu Religionis Regna & Imperia scrutari & petere?

Verum cùm tantam vaferrimi hi veteratores ex sola correspondentia vtilitatem ad vnionem inter Romanenses tuendam, sentiant, non abs re est, quòd illi qui Reges & Principes Romanenses in sua manu habent, iisdem persuadeant, vt gravibus propositis pœnis, Evangelicos, ab illo literarum commercio absterreant, hoc enim medio illis sublato, neque de communibus periculis, neque de artibus & machinationibus quæ in illos consuuntur, inuicem præmonere penitus possunt, nec mutuis consiliis & ope juvari: deinde si correspondentia Iesuitis Tyrannidis Romanæ propagatoribus ad vnionem suam longè latéque propagandam & diffundendam summè sit vtilis; consequitur, vt ejusdem defectus, Evangelicis & liberis Statibus maximas haud dubiè adferat incommoditates, iisdemque ob id per conjuratos Romanenses prohibita, vt ita rebellium gentes internis discordiis relinquerentur, illisque piscatio illa hominum in aquis turbatis eo liberior remaneat, qui in tenebris ambulant, lucem oderunt: huius communionis & commercii Christiani vtilitas, quia tanti momenti est, pro concionibus & scriptis publicis pro dignitate omnibusque & singulis tam Regibus Principibus & Magistratibus Christianis & liberis, quàm Rectoribus & Professoribus veritatis cõmendanda est, vt Antichristi fraudibus retectis, Ecclesiæ Christi adversus eas tempestivè & fortiter caueri, & locustarum & viperarum illarum agmina, in puteum abyssi, vnde prodierunt, repelli & præcipitari queant ocyus possint: tantinè semper erunt privata (quæ in publicorum neglectu periclitantur, neque extra eorum tutelam salva esse possunt) vt tolerabilius esse credatur, in publicis perire privata, præ nimio privatorum studio malè publica curando, quàm ad modicum privatis simultatibus & actionibus suspensis, pro salute publica adversus communem hostem vigilare, & in publicis privata tueri.

Notandum quoque est, quod de Præfecto Rerum Spiritualium statuitur, vt nimirum secundùm cognitionem instituti Societatis zelo magno diligenter illud promoveat & tepidos exhortetur, &c. tanta enim est plurium oscitatio, vt neque frigidi neque calidi, nulloque affectu aut commiseratione ducantur; modò sibi benè sit, qua in re quàm necessarium sit charitatis Doctoribus, tepiditatem & oscitantiam illam non tantùm charitate Christianâ, sed & viris bonis indignissimam, decantare, omnes perpendere velim, qui se ejusdem Christi membra esse sciunt & profitentur; an autem minimum hominis membrum dolere possit, citra totius corporis sensum?

Quòd autem institutum Iesuitarum non tantùm ad privatæ rei amplificationem & magnitudinem, sed ad omnia totius orbis Regna sub Romanę Sedis jugum reducenda, tendat, supra ostensum est: verùm quod contra nullos majore odio quàm adversus hæreticos & Septentriones ferantur, ex eo constat, quòd in Catalogo Missarum & Orationum ad finem præcipitur, vt frequentia offerantur sacrificia & circumvolutentur Rosaria, pro Septentionalium & hæreticorum reductione: hoc cum multos ex illis lateat, aut si iisdem notum esse possit, non satis sibi ab eo caveant, movendi & seriò hortandi esse videntur, vt animicidas majore quàm antè odio prosequantur, ac Duplum illis juxta doctrinam D. Iohannis Apocal. 18. retribuant.

Operarios, quibus ex obedientia confessionis audiendi sanctum munus committitur, in titul. Regulæ Sacerdotum vers. 5. volunt, multum ad id affici, & tanquam sui instituti valdè proprium, magnificare, nec sine magna causa. Nihil enim aptius est, non solùm ad familiarum & matrimoniorum, sed & imperiorum, Regnorum & Rerumpub. arcana scrutanda, vnde etiam in Venetorum Repub. Auricularis confessio illis penitus interdicta, sed nihil est, si serpentis cauda feriatur, terendum est caput, si venenum devitare velimus.

Libidinis quoque ſuſpicionem à ſe auertere omni curâ conantur, in verſ. 18. ſuprad. tit. vt & in Summario Conſtit. verſ. 8. & ſeq. maximè autem in confeſſionibus mulierum. Verùm quæ illorum in iis impudicitiæ in omnibus locis, vbi illi lupanaria ſua ſpiritualia collocârunt, palàm eſt, & recens Bruntrutenſibus in agro Baſilienſi.

Sic quoque auaritiæ ſtudium à ſe multis hujus libri titulis & in aliis ſuis ſcriptis, auariſſimi tegere conantur: ſpeciosè autem in vltimo verſ. tituli ſuprad. vbi Confeſſores monentur, vt ægrotos, cùm opus ſit, ad condenda teſtamenta adhortentur, ſed iis conficiendis non aſſiſtant. Quod quàm diligenter ab illis alienarum hæreditatum cæptoribus obſeruetur, ex Collegiis, Domibus vel ſuppellectilibus, fundis & redditibus illorum ſatis apparet: ideóque vel hîc vel in Summario Conſtitut. verſ. 23. & ſeqq. Ieſuitica paupertas, vt murus Religionis firmus, exemplis diuitiarum illorum illuſtranda.

Concionatorum Regulæ tradunt, illos quidem lectioni S. Scripturæ incumbere debere, ſed præcipuè Patrum, tanquam ſi Patres Patre ipſo ſanctiùs docuiſſent, à fontibus ſuos ad riuulos ſeducendo, quæ illorum peruerſitas comprobatur Regula 6. Præfecti, Lectores ad menſam, vbi in celebrioribus feſtis præcipitur aliquid legi omiſſo capite Scripturæ, ex Patrum homiliis & tractatibus, neglectâ lectione Scripturarum, tanquam nimis vulgari & quotidianâ, indigna vt celebrioribus diebus audiretur.

Decima Concionatoribus Regula injungit, vt populum obedientiam eam doceant, quæ Principibus & Prælatis, qui Dui in terris vices gerunt, à ſubditis exhibenda eſt: Vbi notandum verba *qui Dei in terris*, intelligenda eſſe, Dei terreſtris, id eſt, Pontificis, cui cæcâ obedientiâ parendum eſt, vices gerunt: Nam iis qui vices illius non gerunt, ſub pœna excommunicationis prævaricatores illi præuaricando obtemperare prohibuerunt.

Quod ipſi Ieſuitæ in Galliis & alibi exemplis irrefutabilibus demonſtrârunt, docentes, Regem ſibi rebellem à quovis legitimè cædi & occidi poſſe.

Aſtutè præcipitur in 19. Regula Concionatorum, vt non ita exactè proponant argumenta, quibus contraria pars confirmetur, ne ſimpliciores ipſo proponendi modo offendi poſſent: ſciunt enim veteratores iſti veritatis argumenta ſuæ ſuperſtitionis figmentis longè firmiora, indeoque fraude tacendi, illa ſimplices celanda eſſe ſtatuunt.

Concionatorum Regula vigeſima illi ſuis prohibent verborum lenocinia, cùm in eo ſolo lenones illi laborent, vt mendacia ſua verborum & rerum lenociniis velent, id teſtanaibus ipſorum concionibus & ſcriptis quotidianis, quæ impudentiſſimis mendaciis conferta, & per verborum exquiſitiſſimorum fila conſuta conſpiciuntur.

Quæ in prima & ſecunda Regula Miſſionum referuntur, de πολυπραγμοσύνη & tyrannide per omnes Mundi plagas aucupanda, Directoribus Pontifice Romano & Societatis Generali, ea quidem ſuprà tacta ſant, ſed ex hiſce miſſionum Regulis exactius examinatis, multo quàm antè, apertiùs, Regibus, Principibus & Magiſtratibus ob oculos exponitur, eo fine, vt ab hierarchiæ illius fraudibus ſibi & meliùs & vigilantiùs, quàm hactenus, caueant, & in miſſos illos in poſterum diligentiùs animaduertant: aliâs timendum eſſet, ne negligentioribus vigilantiſſimi illi imponant.

In octaua ejuſdem Tit. Regula notatur, quomodo ſe in bonorum virorum notitia circumforanei illi inſinuare debeant, quò efficacius operari poſſint.

Cautiſſimum eſt, quod Regula 19. d. Tit. traditur ad euitandum æmulationes & odia aliorum Eccleſiaſticorum, vt nimirum miſſi nullam reformandi Cleri aut Monialium aliorúmve Religioſorum curæ partem admittant, ſed machinas recta in imperitum vulgus dirigant, illud enim facilè futurum eſſe aucupantibus ſciunt, quia ſuperſtitioni natura deditum.

Opportunitates, quas Deus ad inſtitutum Ieſuitarum promouendum, miſſis dabit, è manibus ſibi elabi finere non debere, oculatiſſimi & vaferrimi illi ſuis commendant Regula 20. dicti tit. ad factiones nimirum in alienis Regnis excitandas; quibus illa tandem ſub jugum Sedis Romanæ reducantur, in quo ſolo ſummum ſedis illius bonum conſiſtere, omnibus notum eſt, qua de re quoque non omnem ipſis converſationem cum ſecularibus, ſed incautam tantùm & nimiam prohibent, vt Regula 26. ne detegantur ipſorum machinationes, aliâs & ea quæ in peculiaribus inſtructionibus à Superioribus præſcribuntur, pari diligentiâ & providentiâ exequi jubentur, in eum finem illis non cum ſecularibus tantum agere mandatur, ſed & in ſeculares ipſos ſe tranſſubſtantiare ad parricidia Regum & Principum eò com-

Iudicium de epiſtola Ignatii de virtute obedientiæ.

commodiùs patranda, & proditiones factionésque machinandas.

Quòd verba hæc *Institutum Societatis* in hoc libro toties & cum tanta commendatione reperuntur, non absque aliquo magno Mysterio est: & proculdubio aliquid monstri in se continent. Illud apparet in regulis procuratoris Generalis, quòd Societas magna tributa Sedi Romanæ summâ diligentiâ pendenda esse compromiserit, cùm Procuratori isti injungatur, vt antequam dies præscriptus venerit soluendi. Quindennia Rectores Collegiorum, ad quos Vniones beneficiorum pertinent, diligenter admoneat, opportuno tempore pecunias Romam mittant.

Bullæ de Cœna Domini obseruatio, ejusque quod in ea mutatur vel additur diligentissimè Procuratori Generali commendatur, vt & motus proprii Pontificis: adeò vt si motu proprio excommunicet Reges & Principes, eosque privet suis Regnis & Principatibus, vel quid sceleratiùs motu proprio statuat, monet vt conscio Præposito Generali Provincialibus omnibus id mittat, vt illi secundùm ea Pontifici cæcâ obedientiâ pareant, & subditos contra Reges & Principes ad factiones & rebelliones suscitent.

Iudicium de epistola Ignatii de virtute obedientiæ.

Pro Colophone Iesuitarum adjicitur Epistola Ignatii de virtute obedientię ex cujus contextu non difficilè erit dijudicare, Epistolam eam per Ignatium ductu spiritus contradictionis congestam esse, quia non tantùm contradictoria non pauca inibi videntur ostendi posse, sed contra sententiam Spiritus Sancti Ignatium, adinstar spiritus infernalis, multa loca sacræ Scripturæ ad impiissimam summam suam de obedientia Iesuitica doctrinam blasphemè detorsisse, vnde Epistola illa exactissimè & velut fundamentum viperinæ illius Societatis examinanda est, ac demonstrandum, Societatem illo suæ tyrannidis promouendæ studio, non quærere salutem, magnitudinem & libertatem Regum ac Principum, sed vt eos suis tyrannicis præceptis subjiciant, déque soliis suis deturbent, ac Reges ipsos, coronas & sceptra eorum ad pedes Pontificum abjiciant: sicuti hoc nuper Pontifex Rom. petiit à Legatis Henrici IV. Galliæ & Nauarræ Regis. Verba relationis talia sunt: *Oultre ce que dessus, on a faict sonder de viue voix par diuerses personnes lesd. Procureurs* (nota hæc verba, non enim Legatorum honore dignatur, sed Procuratorum vili nomine superbè dehonestat Regios Legatos) *si en faisant l'abiuration ils ne voudroyent point au nom du Roy deposer aux pieds du Pape par signe d'vne Couronne le royaume de France, qu'il auroit occupè de faict, soy disant Roy combien que led. Siege l'eust priué du droict successif & de tout autre, qu'il eust peu pretendre à la Couronne de France, que sa Saincteté apres ceste submission la remercioit sur la teste desd. Procureurs.* En præclarum, recentissimum atque indubitabile exemplum obedientiæ, quam cæco impetu cuivis Superiori præstandam esse docent: nonne digni, qui à Regibus & Principibus, omni suppliciorum genere in puteum abyssi profligentur, *&c.*

Notę & Animaduersiones *aliæ ad quasdam summarii* IESVITARVM Constitutiones.

Σκοπὰ γία Iesuitarum.

IN Summario Constitutionum lex vel Regula octaua sic habet: *Vnusquisque eorum, qui Societatem ingrediuntur, consilium illud Christi sequendo, Qui dimiserit patrem, matrem, fratres & Sorores, & quicquid in Mundo habeat, relinquendum: imò sibi dictum existimet verbum illud: Qui non odit patrem, & matrem, insuper & animam suam, non potest meus esse discipulus. Et ita curandum ei est, vt omnem carnis affectum erga sanguine iunctos exuat.*

Exemplum Constitutionis seu Regulæ hujus habemus apud Hasenmullerum: *Erat Landspergæ*, inquit, *Nouitius, nomine Ioannes, artificio sartor: hic cum reliquis Nouitiis animi gratiâ in campum procedit. Obuiam fit illi pater senio confectus, qui filium, quem annum ferè non viderat, alloqui & salutare cupit. Filius autem faciem auertit tanquam ad horrendi monstri occursum, & ne patrem audire & cum ipso loqui cogatur, auffugit. Pater senex filium inclamat: hoccine est mihi nutricationis gratiam referre? at ille surdus & mutus pergit: Pater, faxit Deus, inquit, ita fugias, vt nunquam redeas: & reliquis Iesuitis silentibus, Hæc, ait, est pietas quam Iesuitæ suos docent? Abeat igitur in malam crucem degener iste filius, qui non se gerit vt Christianum decet. Vbi domum deuentum est, Rector re auditâ factum Iohannis maximè probans; Macte virtute fili mi, inquit, qui patrem tibi elegisti Patres Societatis nostræ, quos te magis quàm patrem tuum amare oportet; eò quòd hic secularis sit, illi spirituales. Factum hoc insuper dicto Hieronymi (per calcatum patrem perge ad Christum) confirmare conatus est, & cuiusdam Parisiensis Nouitii exemplo, qui ne quidem matris lachrymis permoueri potuerit, vt ex cœnobio pedem moueret. Addebat denique, parentibus, si eis à*

Societate Ieſuitarum abſtrahere conarentur, dicendum & ſcribendum eſſe, Vade poſt me Satana: quòd non parentibus naturalibus, ſed Societatis Patribus obedientiam abſolutam vouerint.

Iacob. Cruſius Ieſuita Novitium quendam de Ieſuitiſmo deſerendo, & ad ſuos redire cogitantem, hujuſmodi verbis compellavit: *Quid tibi curæ ſunt parentes? Audi Chriſtum Ignatium.* Hic monet vt naturalem ſeu carnalem authorem in ſpiritualem convertamus: hoc eſt, omnem στοργὴν & dilectionem in Patres Societatis transfundamus: Ille verò dicit, *Qui non odit patrem & matrem ſuam, non me eſt dignus.* Hoc eſt, Si vis in Societate vivere, neceſſe eſt, vt parentes tuos, te ad ſeculum retrahere conantes, tanquam capitales hoſtes oderis & fugias, & Societatis amorem parentum dilectioni longè præferas. Hoc eſt enim naturalem erga parentes affectum in ſpiritualem conuertere, vt ſanctus Pater noſter Ignatius docuit. Quid tibi cum patre tuo? En pro patre ſeculari, recepiſti aliquot mille ſpirituales Patres. Quid tibi cum matre tua? En mater tibi eſt Eccleſia Rom. & B. Maria. Quid tibi cum fratribus? En pro vno atque altero fratre carnali tòt habes fratres ſpirituales, quot ſunt Ieſuitæ. Quid cum ſororibus? Tot ſunt tibi ſorores, quot in Rom. Eccleſia virgines. Quid cum tuis opibus & domibus? En pro vna domo tot pulchra Collegia, tot amplas domos, atque tot reditus. Quid cum amicis? Iam tibi ſunt amici Papa Dei Vicarius, Cardinales, Epiſcopi, Imperator, multi Reges & Principes, & omnes Catholici. Noli ergo Satanam audire, dicentem, Redi ad tuos, contrahe matrimonium, &c.

Reſpondebo autem non pro Ignatio Loyola, ſed pro Chriſto: Is nihil tale his verbis, vt Ieſuitæ putant, docere voluit: nimirum, deſerere, vel etiam odio habere parentes, ac Ieſuiticam agere vitam, eſſe Chriſtum plus quàm patrem vel matrem amare: ſed hoc potiùs, vt ipſum omnibus, etiam qui nobis conjunctiſſimi ſunt, quique naturæ legibus nobis commendantur præferamus, imò tantùm non odio habeamus, ſi quando res eò deueniat, vt aut ipſum abnegare, aut ab ipſis diuelli oporteat. Per comparationem igitur dicuntur iſta, vt neminem nobis tam charum aut amicum habeamus, vt in ejus gratiam à Chriſto deficere velimus. Deinde hoc quoque vult, vt eos affectus, qui per ſe etiam laude digni ſunt, in officio contineamus, ne nos à fide & pietate, quam ipſi debemus, tranſverſum abripiant. Vnde dicit, *Qui amat patrem & matrem*, &c. SVPRA ME, aut PLVS QVAM ME, *non eſt me dignus.* Nihil igitur hæc pro ſtabilienda Ieſuitica ἀταξία faciunt. Damnantur etiam tales, qui hoc faciunt, Gangrenſis Synodi Canone 16. qui ſic habet: *Quicunque filij à parentibus, prætextu divini cultûs, abſcedunt, nec debitam reverentiam & honorem illis dependunt, anathema ſint.*

Ieſuitæ dignitates Eccleſiaſticas captant.

Conſtitutio 27. præcipit, *Vt omnes, qui ſub obedientia ſint Societatis, meminerint ſe gratis dare debere, quæ gratis acceperunt, nec poſtulando, nec admittendo ſtipendium, vel eleemoſynas vllas, quibus Miſſæ, Confeſſiones, vel prædicationes, vel quodvis aliud officium ex ijs, qua Societas juxta ſuum inſtitutum exercere poteſt, compenſari videatur.* *Ieſuita nihil gratis dant.*

Quis hîc non meritò exclamet, ô leges & conſtitutiones prodigiosè violatas, everſas & conculcatas. Cùm Canonici Auguſtæ Rectori, & in primario vrbis Templo concionatori 500. florenos in ſingulos annos offerrent, reſpondit quidem, ſibi propter legem hanc eos recipere non licere, vt quæ gratis acceperit, gratis communicet: poſſint tamen loco eleemoſynæ quicquid voluerint ad Collegium Ieſuitarum mittere, ſibi enim licere eleemoſynas, non autem mercedem accipere. Itaque quotannis die Natiuitatis Chriſti ad Ieſuitarum Collegium deferuntur 500. floreni, quos iſti gratis, ſcilicet, pro Roſephi concionibus accipiunt.

Ieſuitæ non ſunt neutrales.

Conſtitutione 43. præcipitur, *Vt in Societate hac, nec ſit, nec ſentiatur animorum propenſio ad partem alterutram factionis, quæ eſt inter Principes & Dominos Chriſtianos: ſed ſit potiùs quidam vniuerſalis amor, qui partes omnes, licet ſibi invicem contrariæ ſint, in Domino amplectatur.* O Conſtitutionem prodigiosè violatam quoque.

Ieſuita ſecularibus negotiis ſe immiſcens.

Conſtitutione 45. ſancitur, *quò pleniùs poſſit Societas rebus ſpiritualibus juxta ſuum inſtitutum vacare, vt à negotijs ſecularibus abſtineat, nec ea vllis precibus adducti obeunda ſuſcipiant, vel in illis ſe occupari ſinant.* At contra Ieſuitæ hodiè in Curiis Senatorum, vt ſupra diximus, & Principum verſantur, à lateribus eorum nunquam diſcedunt, conſiliis eorum ſe ingerunt, in caſtris quoq; & inter armatorum acies circumuolitant, & in ipſa quoque gynæcea ac penetralia mulierum vſque perreptant, & nihil in ſecularibus intentatum relinquunt. In Gallia viſi ſunt Ieſuitæ multi in

Parmenſi

Pauli III. Privilegia.

Parmensi exercitu, quorum nonnunquam currus onusti & bene ornati intercipiebantur, cum insignibus nominis IESV, quę more Principum curribus suis infigebant. Ante hunc Principem nunquam visi fuerunt militiam sequi : imò solebant alios Monachos, inter milites versantes, reprehendere ac damnare.

Iesuitæ dignitates Ecclesiasticas captant.

Ex instituto etiam suo juramento sanctè profitentur, *se dignitates Ecclesiasticas non acceptaturos aut procuraturos, quòd non conveniant religiosæ humilitati.* Sed callidam & deceptoriam hanc rejectionem judicandam, per opera eidem contraria probari potest. Nam dignitates illas & captant & acceptant, præsertim si insignes & pingues sint. Vnde nonnulli ex Pontificiis dixerunt, *Captari ab ipsis dignitates amplas, paupertatis simulatæ & humilitatis quasi escâ.*

Iesuita nihil gratis dant.

Anno enim Domini 1593. Franciscus Toletus licet etiam ipse cum aliis Cardinalitiam & Episcopalem dignitatem abjurârit, à Clemente VIII. in Cardinalium Collegium cooptatus, & ad summam, excepto Pontificatu, Ecclesiasticam dignitatem euectus est. Ac licet finxerint, se cunctari & dubitare, acceptauit tamen, & placuit Reuerendissimus & Illustrissimus appellari. Triennium autem tantummodò superuixit.

Fingit tamen Ribadeneira in Catalogo Scriptorum Iesuiticorum, hoc factum esse magno cum mœrore Societatis, paulò tamen post, videlicet anno 1598. mensis Martii, idem Pontifex Robertum Bellarminum in eundem dignitatis gradum asciuit. Et mox sequentur plures alii : nec cessabunt ambitiosissimi homines, donec Pontificiam sellam occupârint.

Iesuitæ non sunt neutrales.

Excusat tamen eos Gretserus de hac Cardinalitia dignitate contra leges Ordinis assumpta : quod nimirum Pontifex eos cogere, iisque imperare possit sub peccati mortalis periculo. Exigit etiam hoc ipsorum juramenti formula : *Mandata Apostolica totis viribus observabo.* Scilicet.

Iesuita secularibus negotiis se immiscens.

Notę & Animadversiones *aliquot ad* Bullas *ac* Privilegia *à Pontificibus Rom.* IESVITIS *data, ex Helia Hasenmüllero.*

Pauli III. Privilegia.

IN Bulla prima Pauli III. Papæ conceditur Iesuitis potestas condendi tot Regulas & Constitutiones quot volunt, pro libitu & arbitrio, in Societatis suæ vsum & incrementum : hac tamen conditione, vt illarum scopus ac finis sit, Rom. Sedis conservatio. Quid sunt opus est ad Christianam perfectionem tot, & talibus quidem Regulis, quę nihil sunt quam superstitiosorum hominum figmenta & placita? Vnica nostra Regula & via ad salutem est Christus. Is in Decalogo & Evangelio plenè nobis præscripsit, qualiter vitam nostram instituere debeamus, si perfecti esse velimus. Et quicunque juxta hanc Regulam incedent, pax super eos erit & misericordia. Gal. 6. Et quid de hujusmodi Regulis & Constitutionibus senserit primus Eremita Anton. hinc apparet, quòd Petrus Parisiensis Cantor testatur, *cum quibusdam Monachis, petentibus Regulam seu normam piæ vitæ, Euangelicorum codicem obtulisse* : quo ille nimirum indicare voluit, omnia ad pietatem necessaria abundè in sacris literis comprehensa esse, nec esse vllis novis Regulis, Canonibus aut normis opus.

In secunda Bulla tribuit illis diuini nominis laudem, quòd sint in Theologia exercitati, Lutetiæ graduati, & Spiritu sancto afflati, Christo & Papæ dicati, ac speciali voto Pontifici Rom. obligati. Quæ autem est communio luci cum tenebris? quæ concordia Christo cum Belial? Hosne Spiritu sancto afflatos existimabimus, qui se Antichristo speciali voto obstrinxerint, & in hoc conjurârunt, quòd velint orthodoxam doctrinam euertere, & Pontificias superstitiones stabilire? Et quis hos Theologos esse putabit, qui Dei verbum cereum esse nasum, materiam litis & hæreticorum librum calumniantur, & in ejus locum Paparum placita, Conciliorum decreta, humanas traditiones & Monachorum somnia substituunt? Dicit etiam Bulla, *eos esse animarum Zelantes* : concedo vos zelum habere, sed qualem lupi ouitium, & vulpes anserum.

In tertia bulla datur Iesuitis potestas concionandi, sed non Dei verbum, sed humanas traditiones, quales sunt, statuta festa à Pontificibus Roman. instituta seruare : omnibus diebus feriatis Missam, audire; in quadragesima, quatuor item temporibus, Veneris quoque & Saturni diebus jejunare, & à carnibus caseo, lacte, &c. abstinere; semel in anno peccata sua confiteri, circa festum Paschatis Sacramentum altaris sub vna tantùm specie sumere; diebus prohibitis à nuptiis abstinere, &c.

In eadem Bulla datur Iesuitis licentia audiendi Confessiones. Intelligitur autem plenaria omnium peccatorum enumeratio : ita vt nec secreta conscientiarum, nec intima penetralia cordium, nec cogitationes

tiones ullæ Confessarium lateant.

Tertiò datur in hac Bulla quoque iisdem potestas commutandi Vota. Vovent autem Iesuitæ paupertatem, castitatem & obedientiam. Constat verò omnibus eos opes quibuscunque possint artibus, seu, ut illorum verbis utar, *piis fraudibus*, corrardere. Sic si non possunt continere, sequuntur decretum: *Si non castè, tamen cautè.* Eodem modo soli Papæ & Generali suo in fidei rebus vovent obedientiam: eâ non præstitâ, in obedientiam suam flagellis, cilitiis, & aliquâ abstinentiâ eos luere & expiare oportet.

Quartò Bulla hæc potestatem dat Iesuitis audiendi Confessiones, & absolvendi ab omnibus casibus, etiam iis, qui non sunt in Bulla Cœnæ Dominicę comprehensi, & ab iis quoque qui Apostolicæ Sedi reservati sunt. Hac verò potestate contra multos, tum verò vel maximè ad concitationem Ligæ seu Conspirationis illius Gallicanæ adversus Henricum III. Regem, quum præsertim ea Anno 1585. validè emergeret, ita sunt usi Iesuitæ, ut nullum absolutione dignarentur, qui ad proposita eatenus interrogatoria se fidelem Regis subditum ac ministrum obsequentem esse profiteri fuisset ausus. Interea verò numerus eorum, qui confitebantur ipsis, adeò crescebat & adaugebatur, ut paulò post, anno videlicet 1587. in annuis illis Romæ impressis Epistolis ad Generalem suum Aquavivam de Collegio Parisiensi suo scribere non sint veriti: Confessiones auditæ, & quidem universæ vitæ, quàm plurimæ. Hęc est enim communis ferè omnium opinio, tum demum eorum satis fieri Conscientiæ, quum apud nos confitentur: ideóque nonnullus sexaginta milliarium confecit viam, ut à nostris audiretur. Et rursus, anno 1589. Totius vitæ confessiones auditæ trecentæ. Quicumque enim juramenta Regi præstita & debita exinde obsequia sepositerant, eóque perfidiosi fuerant facti, & quos à peccatulis (uti loquuntur) istis Pastores ac Sacerdotes alii non ita leviter aut temerè volebant absolvere: ii Iesuitis erant usquequaque acceptissimi; & indulgentissimam non tantùm absolutionem, sed & ampliſſimam promissionem æternæ retributionis inde consequebantur; modò in rebellione istâ fortiter persisterent gnaviterq; pergerent. Vnde passim in absolutionibus modum hunc observarunt talem; ut nimirum ad inserta Breviariis suis Evangelia jurare tenerentur omnes; quod neque tum temporis regnantem adhuc Regem, nec si fortè sic caderet, ejus successorem Navarræum pro legitimo vellent agnoscere Domino. Id quod à multis appendicem eam haud admittentibus, eóque sine absolutione dimissis, constanter adfirmatum postea & contestatum fuit. Cæteroquin æstimare facilè licet, efficacissimam, quantumvis occultam subfuisse causam, qua Liga seu conspiratio illa ab exiguis sanè primordiis tam exiguo temporis spacio ad tantum fastigium evecta, tantusque non personarum solummodò, sed urbium quoque, nec non Provinciarum integrarum adversus regnátem tum, sed & residentem inibidem Regem numerus concitatus, ac conspiratione facta exarmatus fuit.

Quintò Iesuitis concedit Bulla, Peregrinationes, Vota, &c. pro tempore commutandi: Missam adte diei exortum, & post meridiem celebrandi: Ecclesiastica Sacramenta administrandi: officium Romanum novum, non ex præcepto, sed ex libertate dicendi. Mandatur insuper, ut Assistentes sint & Cardinales, qui resistentes Iesuitis compescant, & rebelles in eos tollant. Sunt quidem hæc satis magna Privilegia, quæq; Iesuitis in illis conceduntur: sed hoc illud ipsum est, quod Daniel prædixit, Antichristum maximis beneficiis remuneraturum esse, quicunque suum illum Deum Mayzim colere, venerari & agnoscere dignentur.

In quinta Bulla permittit Papa, vt quicunque velint, neglecto suo Parocho, Iesuitarum Missas audire, aliáque Sacramenta ab ipsis sumere possint, nec ad proprias Parochias accedere opus habeat. Aliâs verò coguntur in Papatu omnes & singuli, ut intra Parochiæ suæ septa maneant, Missas audiant, & ordinario suo Sacerdoti in anno semel confiteantur. Hæc autem libertas Iesuitis concessa ipsis quæstui inseruit vel maximè. Nummus enim confessionalis, qui hactenus sacrificulis cesserat, nunc Iesuitis cedit. Excusant quidem se Iesuitæ apud seculares Sacerdotes, quòd Confessionis nummum non recipiant, & nullam mercedam propter Missas postulent. Ita quidem illi, dum in Templis sedent, propter Confessionem nihil exigunt: si quis autem pecuniam super altare ponit, tacent, eamque hominibus absentibus, auferunt. Item, Si quis propter confessionem illis pecuniam vult dare, eam illi quidem in manus recipere nolunt: dicunt autem, si quid nobis communicare vultis, illud ad Collegii nostri portas mittite, nobis enim non licet quicquam in Templo recipere.

Secundò, in hac Bulla mandatur, Iesuitas ab omni visitatione & cura Monialium, vel

vel aliarum religioſarum perſonarum liberos & immunes eſſe debere. Ignatius autem Loyola tantâ curâ Moniales eſt complexus, ut etiam publica ſcorta, propriis in domibus lautè foveri & ali curaverit. *Hodiè quoque* inquit Haſenmüllerus, *non quidem viſitatores illarum agunt: ſed tamen in peregrinationibus ſuis ad Monialium Cœnobia libentiſſimè divertunt, Miſſas in illis celebrant, & Confeſſiones illarum audiunt. Si tamen aliqui delectatione capiuntur Monialium agendi curam, eam, juxta Bullam facilè vel ab illorum Generali vel à Papa conſequi poſſunt.*

Tertiò, à Decimis, & ab omni contributione Ieſuitarum bona Papalis hæc Bulla exemit, etiamſi prius ſub cenſu fuerint. A reliquo verò clero maximos reditus cenſúſque ampliſſimos ſingulis annis colligit Papa, omniáque illorum bona tributaria habet. *Non tenentur*, inquit Bulla, *ſolvere bonorum ſuorum decimam, vel aliam dare contributionem ſeu procurationem, nec Papalem nec Canonicam portionem: etiamſi priùs fuêre illa bona ſub cenſu: niſi ſit ſpecificè & expreſſè in literis Apoſtolicis.* Mirum ergo non eſt, Ieſuitas tam brevi temporis ſpacio tam facilè tot tantaſque opes collegiſſe. Papa enim reliquam ſuam turbam miris artibus expilat: Ieſuitis autem pilos aliis evulſos addit: quin cogit Epiſcopos, Abbates & alios Prælatos Ieſuitis de ſuis bonis & reditibus largiter dare, ut Monachii, Fuldæ & pluribus aliis locis factum eſt.

Quartò, dicit, Bulla, *eum qui Ieſuitarum aliquam Eccleſiam, vel alium pium eorum locum, à Præpoſito ſignatum, ſemel in anno viſitârit, indulgentiam plenariam omnium ſuorum peccatorum conſequi.* Aliter verò loquitur Scriptura: *Sanguis Ieſu Chriſti*, inquit Iohannes, *emundat nos ab omni peccato.* Item, *remiſſa vobis ſunt peccata propter nomen ejus*: Non dicit, propter viſitationem Ieſuiticorum Templorum. Et Paulus dicit, *In Chriſto habemus redemptionem per ſanguinem ejus.*

1. Ioan. 1.2.

Iulij 3. privilegia.

Iulius III. Papa in prima ſua Bulla confirmat omnia prædeceſſoris ſui Pauli III. Ieſuitis data Privilegia. In ſecunda verò, quæ ordine eſt ſeptima, die 22. Octob. Anno 1552. nova inſuper addit, nimirum, Profeſſis licere circa jejunia & cibos prohibitos diſpenſare. Si Sacerdos alius vel Monachus, & Secularis etiam, ex ſpeciali permiſſione Sacerdotis, talem permiſſionem habentis, qualiſcunque ille eſſet, jejunii tempore cibis prohibitis uteretur, videlicet carnibus, lacte, ovis, butyro & caſeo, excommunicaretur, vel aliquâ pecuniæ ſummâ mulctaretur. Ieſuitarum autem Profeſſis, qui quadruplici voto [illegible] cet permittere ſibi & aliis libertatem cibis quibuſlibet veſcendi, non quia Deus liberum eorum ciborum uſum hominibus conceſſit, ſed quia Papa illis hanc diſpenſandi facultatem dedit.

Secundò conceſſit etiam Ieſuitis hæreticos quoque abſolvere, hoc eſt, ex Evangelico Pontificium, ex Chriſtiano Antichriſtianum, ex filio Dei filium Satanæ, ſicque duplicem gehennę filium facere. Hæc autem poteſtas Ieſuitis data eſt, ut ſic commodiorem cum Evangelicis agendi occaſionem habeant. Dicunt enim eis, Non eſt quòd mali aliquid de nobis ſuſpiceris: non enim nos ſolemus, ut reliqui Clerici, quenquam Inquiſitioni prodere: iccirco liberè fidem tuam coram nobis profitere: eſt enim conceſſa nobis poteſtas te abſolvendi, & in gremium Romanæ Eccleſiæ recipiendi, modò revoces, & te in omnibus adjuvabimus. Sin verò alios acceſſeris, conſulere quidem eos poteris, ſed non ab iis abſolvi, quia nobis id ex gratia Papæ, non aliis licet. In hoc conſcientiæ foro multorum animos miſerè torquent.

Tertiò obtinuerunt à Papa etiam hoc privilegium, ut intra domorum & Collegiorum ſuorum privatos parietes, ſuos ad quoscunq; volunt gradus promovere poſſint. Ne tamen Academiarum legibus derogâſſe videantur, vbi ſuos examinârunt, ad promotionis diem Rectorem & Cancellarium Academiæ vocare ſolent, qui licentiam promovendi illis dare coguntur, & ne in minimo quidem eis contradicere audent, & ſufficit illis hæc gratia, quòd ad prandium vel cœnam vocantur & admittuntur. Ne quis autem taliter examinatos & promotos contemnat, ut qui publica examina ſubire non auſi fuerint, præcepit Papa, ut tales Socii graduati, qualificati & formati, quaſi in publico id factum eſſet in honore habeantur. Concedit etiam iis eadem privilegia, quę habent ii, qui legitimè promoti ſunt. In quo Papa quæſtûs gratiâ, idem facit, quod illi, qui ſpurios, pro legitimis & honeſtè natis pronunciant.

Pius IV. anno 1561. April. 13. die, in prima Bulla concedit Ieſuitis poteſtatem ædificandi Collegia ubicunque velint, licet id ſeculares & Eccleſiaſtici prohibere conentur. Imò mandat, ut in hujuſmodi conatibus Ieſuitas, parochi, Prælati & Epiſcopi juvent, & contradicentes vel impedientes coerceant. Felix ſanè Ieſuitarum conditio, qui nullis ſupplices fieri tenentur, vt recipiantur: ſed ad quoſcunque à Papa miſſi venerint, eos non modò hoſpitio excipere, gratis alere, ſed etiam Collegia, Domus,

Pii 4. privilegia.

Templa & Scholas ædificare coguntur, quin etiam propriis poſſeſſionibus & hortis cedere, eâque in uſum & dominium Ieſuitarum tradere.

In altera Bulla die 19. Auguſt. Anno 1561. edita, ad imitationem Iulii III. hos ſuos Socios ab omnibus oneribus & gravaminibus tum Eccleſiæ, tum Reipubl. eximit. Nam præcipit, ut & ipſi, & Collegia, & bona ipſorum omnia, perpetuâ libertate, ſine ullo juramento, excepto eo quo Papæ devincti ſunt, ſine omni uſura, fœnore, cenſurâ, decimis & exactionibus liberi relinquantur, tam in iis quę jam poſſident, quàm quæ in illorum uſum futuris temporibus ventura ſint: tam in domibus & Collegiis, quàm in Civitatibus & Academiis: nullum tributum, nullum cenſum, nullas decimas, de domibus, Collegiis & feudis ſolvant, ſed ſua ab omni ſolutione exempta & libera poſſideant. Non immeritò autem tam munifici ſunt Papæ erga Ieſuitas, quia præ reliquis Clericis & Monachis Paparum res augere & propagare nôrunt.

Pij 5. privilegia. Pius V. Anno 1565. Calend. 16. Febr. ne Ieſuitæ aliorum etiam Ordinum privilegiis deſtituantur, conceſſit illis omnia privilegia, quæ Mendicantibus Monachis conceſſa ſunt, ut ſic vbique & quocunque venerint, ſua poſſint habere diverſoria, & Socios habeant, qui illos in procurandis ac promovendis rebus Pontificiis adjuvent; adeóque prætextum aliquem paupertatis habeant, dum opulenti Mendicantibus annumerantur. Hoc etiam ideò à Papa illis conceſſum eſt, ut ſic clam in Monachorum res, opes, vitam & doctrinam inquirere, illos Papæ deferre, & tandem illorum monaſteria ac bona invadere poſſint: ob quem dolum etiam cane & angue pejus Monachi illos oderunt.

Gregorij 13. privilegia. Gregorius XIII. non contentus Ieſuitas cinctos eſſe ſuâ, Cardinalium, Epiſcoporum auctoritate, dedit inſuper facultatem illis anno 1573. Conſervatores, Iudices & Advocatos aſſumendi in quibuſvis cauſis. Illos autem juvare renuentes, excommunicari jubet: ſic ut & ſub Eccleſiæ Romanæ cuſtodia, & politicorum tutela licitè libereque, ſine omni impedimento res Papæ exequi poſſint. Præcipit etiam, ut Archiepiſcopi & reliqui Clerici Ieſuitas laborantes vel periclitantes, cùm potentiâ, tùm opibus juvent, neque permittant, ut vel impediantur, vel ullâ ratione moleſtentur, vel expellantur, vel bonis ſuis cedere cogantur. Hinc tantis ſuperciliis, tantáque licentiâ omnibus inſultant, & impunè quidlibet agunt: ſic ut jam apud ipſos Pontificios in proverbium abierit, ut ſi quando ob ſcelera aliquis plectitur, dicant ei: *Si Ieſuita eſſes, impunè feciſſes.* Aliis, quos noverunt in favore Papæ eſſe, dicunt: *Propitium habes Pontificem, ſed cura ne offendas Ieſuitas, quibus iratis, Papæ clementia in furorem vertitur.* Alii in cauſis malis aperte dicunt: *Si mihi coram Papa cauſa agenda eſſet, mallem à meis partibus Ieſuitas, quàm Chriſtum habere. Illi enim plus, quàm Chriſtus, authoritatis & gratiæ in Papæ oculis obtinent.*

Anno 1575. facultatem illis tribuit, in libris editis quicquid libuerit mutare, detruncare, adulterare & corrumpere. Hinc fit, quòd Ieſuitæ, terras mariáque peragrantes, & Bibliothecas perluſtrantes, Patrum & Hiſtoricorum tum veterum tum recentiorum ſcripta eis repugnantia, interpolant: voces, ſententias, quin integras paginas addunt, aſſuunt, detrahunt, mutant, mutilant & corrumpunt, pro arbitratu ſeu libidine ſua, quòd iſti honeſto, ſcilicet, titulo; ſi Diis placet, Libros repurgare vocant. Hoc juris autem nullus unquam bonus vir ſibi ſumpſit: tentârunt autem idem ſæpè Ariani, aliique impudentiſſimi & audaciſſimi hæretici, quô faciliùs portentoſa ſua dogmata contra orthodoxos tueri poſſent. Expergeſcimi igitur, qui ad clavum Eccleſiarum & Scholarum ſedetis, & hoc audax facinus diligenter attendite, ne quid detrimenti Eccleſiæ & Scholæ veſtræ fidei commiſſæ, inde accipiant. *N. B.*

Anno 1576. die 16. Febr. concedit Gregorius Papa Ieſuitis etiam medendi facultatem, quâ liceat ipſis, exceptâ uſtione, Medicos & Chirurgos agere, & præcipit, ne quis vel Medicorum, vel Chirurgorum eos impediat. Hoc privilegium extorſit avaritia Ieſuitarum, ne cogerentur vel ipſi infirmi ſumptus legitimis & ordinariis Medicis ſolvere, vel potiùs nefandos ſuos morbos aliis revelare. Ideò proprios habent Medicos, Tonſores & Pharmacopolia, vt ſic vbique & in omnibus quæſtum facere poſſint.

Eodem Anno Iulii die 15. eximit Ieſuitas neceſſitate intereſſendi proceſſionibus & funeratis aſſociationibus. Et tamen Ieſuitarum eſt animadvertere tam in Clerum, quàm in plebem, vt ritè & more Romano rectè, devotè, reverenter, ornatè & decenter omnia peragantur: ſecus facientes Epiſcopis produnt, qui deinde pro ſua, ut loquuntur, taxa, eos puniunt. Datum eſt autem hoc eis privilegium, non propterea ſolùm, ne à concionibus, lectionibus & confeſſionibus avocarentur, ſed inprimis ne in proceſſionibus poſtremos eos eſſe oporteret

ret ob nuperum suum ortum & originem. Indultum verò hoc est ipsis contra Tridentinum Concilium, quod Sess. 25. c. 17. decrevit, ut tam Clerici seculares, quàm regulares, quicunque etiam Monachi ad Processiones publicas vocati accedere compellantur, his tantùm exceptis, qui strictiore clausurâ perpetuò vivunt.

Thuanus hist. lib. 35. pag. 735.

Sed quid multis Notis & animadversionibus opus est? Eustochius Bellaius Episcopus Parisiensis sententiam rogatus, uno verbo omnia dixit: nempe, *Multa in privilegiis his Sodalibus à Paulo III. Papa concessis, inesse, quæ cum iure communi pugnent, ac Episcoporum, Curionum & Universitatum auctoritati & potestati præiudicent.*

N. B.

De magna IESVITARVM Machina, *quæ* CONFESSIO *dicitur, & in Regula cum primis instituitur, exigitur ac præcipitur.*

NVllam arcem Philippus Macedonum Rex inexpugnabilem censebat, in quam asinus onustus auro introire posset: nullam ego itidem arcem tutam esse puto, ad quam *Confessionis machina* à Iesuitis admoveri possit. A Iesuitis inquam veteranis, qui soli ejus tractandæ rationem nôrunt, déque modis ejus machinæ ad quosvis muros applicandæ bis in hebdomada disputare solent. Hac enim, cùm nudo & aperto Marte petere videantur, cuniculos agunt, murósque surdis ictibus suffodiunt, quibus vigiles quantúmvis auritos & oculatos fallant. Arces autem caducas & ruinosas potissimùm appetere solent, veteres fœneratores, meretrices obsoletas, nuper nuptas puellas, tenera ingenia, & quidquid facilè everti potest, in quo multas utilitates cum voluptate conjunctas habent. Quid enim æque volupe est curiosis præsertim hominibus, ac rerum occultissimarum veritatem elicere, quam ne suppliciis quidem judices summi extorquerent? quid autem dulcius, quàm à fœneratoribus, & id genus aliis, unâ operâ emungere, quod ipsi multo labore hinc inde corraserunt? Itaque si cujusque labes tam libenter audiunt, eas non tam oderunt, quàm ex acroamate utilitatem cum voluptate quærunt. Cur enim si quis diu de peculatu, aut aliis malis artibus locupletatus est, ad eum potissimùm machinam admovere laborant? Cur non in pauperibus æquè vitiorum ansas præcidere studeant? certè more eorum faciunt, qui latrones vestigant, non tam Iustitiæ studio, quàm ut eos executiant raptóque potiantur: aut quorundam Principum, qui Præfectos Provinciarum, sicut hirundines sanguine suorum subditorum satiari sinunt, ut cùm plenos viderint & turgidos in jus vocent, id est, in torcular, ac semel illum omnem sanguinem exprimant, quem honestè ipsi à populo fugere non potuissent.

Quò autem arcana eruant, mirum quàm astutè machinam suam admoliantur. Negant inprimis arcana confessionis à se revelari posse, quæ enim sibi clanculum aperiuntur, ea non homini, sed Deo aperiri: nec si revelarentur, sibi fidem ullam utpote indignis omni fide testibus adhibitum iri. Sed sanè hîc, si usquam alibi, locum habet Italicum proverbium: *Qui ha fatto la legge, ha fatto l'ingamo.* Nam si quicquam Sociis revelare cupiunt eorum, quæ clanculum audita sunt, rogant confitentem, ut eadem ipsas res extra confessionem sibi enarrare velit. Quod cùm ingenuè confitens negare non possit, locum & horam accipit, quâ ipsos adeat, atque adeò eos omni animę scrupulo liberet, si quid earum rerum deinceps aperire cupiant. Confessionem autem dilucidam & resupinam esse debere probant, non insciâ narratiunculâ. Quendam cùm peccata confiteretur, totidem ex ore serpentes ejectare visum esse narrant: ad extremum, cùm grave quoddam flagitium fateri erubesceret, majorem quendam serpentem, identidem caput exerentem, apparuisse, eúmque cùm foras prorumpere non potuisset, reliquos minores ad se intrò revocâsse. His Miraculis meticulosas mentes percellunt, ut quicquid fraudis & perniciei intus latet, totum in Iesuitarum sinum effundant. Præcipuè cùm solenniores festivitates appetunt, in quibus de more majorum in machinam quisque se invitare solet. Hic ergo immanium usurarum, hic expilatæ hæreditatis se accusat, hic subjectum testamentum aut aliâ fraude quæsitam pecuniam confitetur: Iesuitæ instar Crocodilorum, qui homini, quem devoraturi sunt, collachrymantur, mœstitiam vultu simulant, premunt alto corde lætitiam. Itaque cùm restitutione opus esse dicant, benigni interpretes, legis rigorem ita temperant, ut simul iis qui damnum acceperunt, simul raptoris famæ & existimationi consulant. Cùm enim sine dedecore res palàm iis reddi nequeat, quibus erepta, aut interversa est, ipsi vice restitutionis aliud ἀντάξιον comminiscuntur. Constituunt se Procuratores,

aut sequestros omnium qui læsi sunt, idcò hoc aut illo nomine res restitutas usurpare non verentur. Hoc si quis indignè factum autumat, rem non rectâ reputat viâ, nam vice earum rerum indulgentias se repensuros pollicentur, quę non solùm præsentibus profint, sed & natis natorum, & qui nascentur ab illis: χρύσεα χαλκείων, ἑκατόμβοια ἐννεαβόιων.

Hæc utilitas aliam adjunctam habet, nam perveſtigandis omnibus quas vocant circumstantiis, crimine ab uno discunt omnes criminis particeps, quos stricto nexu deinceps obnoxios tenent, eorumque capiti semper & cervicibus impendet. Hujus tamen inventi laudem non est quòd sibi arrogent, aut Alexandrum Abonotichitam, cognomento ψδομάντιν, de quo Lucianus librum conscripsit, laude suâ privent. Is enim cùm Prophetam ageret, ac se omnium petitionibus responsurum profiteretur, libellos offerentium manu subsignatos perlegebat, in quibus si quod grave in Rempub. flagitium conceptum reperisset, eos penes se retinebat, ut homines sibi malè conscii silentium suum muneribus redimerent. Sed hæc attigisse sat sit.

Nunc venio ad alteram hujus machinæ partem, quæ voluptas est. Nemo ignorat quàm dulce malum sit curiositas, & quàm quisque affectuum suorum cum alienis comparatione delectetur. Solet enim hominum vanitas ad anteactæ vitæ commemorationem gestire, magnámque voluptatem cogitatione usurpare. Vnde fama vulgatus est mos veteris cujusdam aulicæ, Iesuitis veteranis non incognitæ (ac ne mirentur Iesuitæ eam me sibi cognitam asserere, ea ipsa est cui Massiliæ Clemens VII. ejus gratia captus, tantùm indulgentiarum indulsit, si transversum per os corollam suam duceret, quantum aliis sigillatim ad quemque globulum salutationem angelicam recitantibus) quæ magna aviditate hodie ab adventatoribus scisciteri, perindeque audire solet, quid quisque nequissimum in vita gesserit: Ita veterani, tum quod alienarum actionum narratione in suarum recordationem injiciuntur: tum quòd præsentium narratione titillantur, mira sagacitate odorantur omnia, interrogationibus anxiis omnia pertentant, in omnes animi causas se penetrant, præsertim si tenerum aliquod ingenium nacti sunt, unde aliquid insolens, aut delicatum eos pupugerit. Nec enim simplici malefactorum historia contenti sunt, sed eosdem habitus, vultus, accentus sibi repræsentari volunt: unde aliquando accidit, ut quædam fœminæ, ad honestatem paulò propensiores, lachrymis & pudore suffusæ, putidas Iesuitarum interrogatiunculas abruperint.

Mirabitur aliquis tantam mali scientiam in tam sanctis pectoribus habitare, quærétque forsan, unde illa tandem hausta sunt? Atqui sciat Iesuitas, ea quæ à Caietano & Soto Hispano hac de re scripta sunt, non paucis additamentis locupletâsse. Si quid enim turpis, vafrive paulò ingeniosiùs excogitatum, auditúmve est, continuò in arcanas tabulas refertur, in usum Patrum Societatis IESV, qui hanc artem supra modum excoluerunt. Quemadmodum enim in pendendo auro, si quid justo ponderi deest, addito scrupulo impletur pondus legitimum: sic in expendenda gravitate vel levitate peccatorum, momenta circumstantiarum ita examinant, ut una detracta, vel addita, facilè cognoscant, an peccatum sit mortale, vel immortale, statimque pronuntient, ut bonus ille Hilarion ex odore corporum, *Voila qui sent le diable: voila qui sent le diablotin.*

Præterea doctrinam quandam de casibus reservatis conscripserunt, quarum solutio extra ordinem olim ab Episcopis, interdum à Cardinalibus, atque adeò ab ipso Pontifice petenda erat. Nunc penes Iesuitas tota est, magno id quidem suo ipsorum merito: nam cùm Venetiis primùm confessoriam artem agerent, ubi tunc Petrus Carrapha famæ Sanctitatis serviebat, ad eum tanquam ad oraculum confitentes amandabant, si quid τῷ ἁλυτῷ inciderat. Qui à Iesuitis clanculum monitus libros promptos, inibique apertos habebat, ubi de quæstione sermo erat, ut cùm consulentes adventarent, divinitus id accidisse videretur: quo artificio & Prophetæ suspicionem tulit, gradumq; sibi ad Pontificiam dignitatem fecit. Cuius deinde compos factus, cùm beneficii tanti recordaretur, Iesuitas hac omnipotente facultate remuneravit.

Supereſt, referre rationem ejus machinæ ad versandos juvenum animos adhibendæ. Laudant Iesuitæ miris laudibus eas conscientias, quæ frænum libenter admittunt; *ac se ultrò citroque versari patiuntur.* Quibus laudibus gustatis ambitiosæ mentis juvenum certatim se dedunt in machinam versandas. Hujus ambitionis specimen aliquod referre non pigebit. In humilioribus classibus interdum, tentandi

causa

causa provocat Ludimagister, si quis amore in Deum, Deiparámve Virginem verbera pati velit, continuò videas innumeros hinc inde discipulos, dissolutis caligis, nudas ostentare nates: Magistrum autem succincta in lævam tunica, ab extremo ad extremum cursitare, & nunc has, nunc illas aspergere nates. Vide quid possit ambitio. Itaque quasi quiddam valde serium gererent, sua omnia Iesuitis enuntiant, casus, in somnia, *cogitationes*, *lætitias*, *iras*, *impetus*, quicquid otium, ignorantia & juventus suggerere potest. Iesuitæ singulis malis suas medelas adhibent, suaque pietatis adminicula subministrát, cruces ligneas, imagunculas, corollas versatiles, agnos benedictos, libellósque mirificos, quibus religionis suæ faciem fucis & pigmentis exornant. Vbi quis ita diu machinâ versatus est, ut jam vertigine correptus videatur, sicut res in sublimi suspensæ facili momento huc illuc impelluntur, ad se quantum potis est trahunt, interdumque pertrahunt. Perrarò enim hæc alea fallit, præsertim si methodicè fiat.

Est autem methodus hujusmodi. Vbi sæpiùs eâ facilitatem animi, seu solum ferax, in quo semina jacta statim radices agunt, laudibus, ominibus muneribusq; prosequuti sunt, alium gradum superare aggrediuntur. Eam ætatem esse aiunt, quæ ad aliquod certum vivendi genus se debeat comparare, quæ difficillima cogitatio sit. Itaque Herculem in trivio constituunt, cui virtus hinc, voluptas illinc aurem vellicet, hæc agmine Venerum & leporum circumsepta: illa malignâ fronte supercilioq; veneranda: hæc in viam initio planam invitans, sed quę ad extremum dumis horreat: illa viam angustam commonstrans, sed quæ paulatim se explicet, ac in magnificum desinat cum dignitate otium. Hortantur itaque juvenem, ut quantum fieri potest, cogiter, & quidquid in mentem venerit, ad ipsos renuntiet. Iuvenis, sive quod ita videatur, sive gratificandi causa refert, tædere se societatis hominum, ac incessisse sibi cupiditatem, totum se Deorum altaribus consecrandi. Afflatum numinis Iesuitæ venerantur, inibique paululùm subsistentes, multiplices ad otium ferentes vias ostendunt, hinc fratrum Cordigerorum, & Benedictorum Sodalitates: hinc Capucinorum, Carmelitarum, Carthusianorum angelicos greges, quibus tamen singulis sua adhærent vitia. Cordigeri petulantes sunt & vagi: Benedictini Simoniaci toti, beneficiis emundis & vendundis occupati. Carmelitæ, jurium liguritores, & tanquam ex Apitii schola coqui. Carthusiani fætidum quiddam, & porcinum olent, animamque sibi pro sale datam putant. Capucini toti ulmei sunt, habituque cum cacodæmoniis imaginibus penè gemino. Videor audire illos versus.

Hinc Numidæ infræni cingunt, & inhospita syrtis:
Hinc regio deserta siti, latèque furentes
Barcæi.

Sola supereſt dici Iesu Societas, quæ una omnium perfectiones, severitatem, amænitatem, disciplinam, laxitatem, opes, paupertatem, usum & abusum simul complexa est. Quid ni ergo huic subscribat juvenis? Hortantur tamen denuò, ut se deosque consulat, ad id quod optimum maximumque erit eligendum. Procumbit humi juvenis ante ora Deûm, & eorum numina, quantum potest, obtorto collo deprecatur. Inde redit ad machinam plenus imaginibus, sibique cùm in omnes partes animum circum egisset, unicam Iesuiticam arrisisse profitetur. Hîc Iesuitæ lætitiam suam dissimulantes, agnis benedictis graniſque diris oneratum, ad preculas amandant. Iterum magno stridore deos summos, medios, infimos adorat: semperque magisque vitæ Iesuiticæ desiderio inflammatur. Vbi ignem hunc languidum Iesuitæ imis medullis conceptum exarsisse vident, ad veteranos veteratores mittunt, cum quibus negotium nunc, olim otium, transigendum est, apud quos quantùm gratiâ valent, tantùm se in gratiam juvenis enixum iri pollicentur. Quasi operosum quiddam, votisque magnis exorandum sit, Iesuitam conscribi. Audiunt, juvenis supplicationem veterani, composito ad severitem vultu, sesèque aiunt à tam multis urgeri, vt sanctæ societatis venter eos jam capere non possit: se tamen testimonio suorum fretos de pietate juvenis, eum in numerum suorum allecturos: his actis pessumit juvenis sub gurgite vasto.

De Carceribus IESVITARVM *& pœnis eorum qui in illorum ordine præfractarii sunt.*

SI quis, ut interdum evenit, præfractior est, ac paulò duriore cervice renititur, eum in Trophonii antrum conjiciunt, ut in exercitiorum spiritualium madore, tanquam æs, æruginem contrahat, ac viru contracto sibi ipsi contemnendus evadat. Includunt hominem maligno quodam in gurgustio, ad respirandum quidem satis apto, ad ambulandum autem neque

ſpatii ſatis, neque lucis habenti. Ibi totas tres hebdomadas eo more patrum, ſub pellibus ritè excubat, quantumque poteſt maximè vaticinatur: nulli ad eum aditus patet, præterquam Patri ſpirituali, qui ſemel biſve in die eum ad machinam admovet: ac deinde breves chartulas, in quibus ſententiæ ſunt, devorandas obtrudit, quas benè nec-ne concoxerit, ex reſponſis eius ita cognoſcit, ut Medici ex excrementorum aſpectu cruditatem ſtomachi conjicere ſolent. Hujus paſtûs amaror, licet initio nauſeam pariat, aſſuetudine tamen ita miteſcit, ut meliorem ſuccum & ſanguinem in ſe convertat. Sic nonnullis ægris eveniſſe ſcio, ut poſt crebras potiones à Medicis propinatas, immutato tandem guſtu iis delectari cœperint, neque meliorum ciborum dulcedinem deſiderârint. Sunt autem illæ ſententiæ pietatis Ieſuiticę quaſi apices, quibus nil niſi cavum & eximium continetur.

Quis, verbi gratia, Religioſorum ordo de Deo ſuperiſque ſit optimè meritus: utrum majora ſint Franciſci Cordigeri, an Loyolæ Ieſuitę facinora.

An meliùs ſit vigilando ſomniare, an ſomniando ea intueri quæ vigilantes vident.

In quot dies homo ex ſacra hoſtia cum nonnullo alterius panis & vini adminiculo vitam producere poſſit.

An ſacra hoſtia recepta dormiendo idem operetur atque vigilando.

An Bellerophon ſomnis vel alis volaverit.

An non mirabile ſit inſtrumentum à Ieſuitis repertum, quo quis per inane volans ſuum etiam in multos dies commeatum deferre poſſit.

De quibus omnibus niſi aliquid ſatis cavum ſomniaverit, demenſum ei minuunt, ut facilius commercium cum inſomniis habere poſſit. Sed quia non omnes eà cum umbris & ſpectris familiaritate gaudent, interdum fit, ut nonnulli, poſt quatuor aut quinque dies, ringi ſecum incipiant ac feneſtram quærere, unde ſe præcipites dare queant. Ex inanitate enim cerebri, ex ſomniorum imaginibus, ex pædotribæ monitis, varium in modum afficiuntur, ut ad delirium propè & amentiam adigantur. Exacto Myſteriorum tempore emittitur in lucem juvenis vivus, videnſque ſomnians: non caput, non pes, non mens ſatis officium ſuum facit. Olim Heraclitus vigilantibus unum communem mundum eſſe dicebat, ſopitos in ſuum quemque diſcedere: at qui ex hoc antro redeunt, ne vigilantes quidem communi cum aliis mundo fruuntur: novos enim mundos novaſque formas, Tragælaphos, Chimæras, Hippocentauros loquuntur. Sanè in eorum vultu geſtuque contemplando non parum voluptatis ineſt. Hic ſe totum circumſpicit, ac quocunque caput agit corporis ſui figuram in aëre ſuſpenſam intuetur: hic ſe teſtaceum factum eſſe credit, metuque ne allidatur obvios quoſquo vitat: hic hominum inſomnium ſe videre autumat, ſecúmque diſſolvere nequit an ſomnians vigilet, an verò vigilans vaticinetur. Vno enim tempore fulgura, tonitrua, Ieſuitarum, & Cacodæmonum voces audire videtur.

De Regimine & Republica IESVITARVM, *eorumque ſocietatis excellentia, ex epiſtola Italica.*

ANno 1609. in lucem editum eſt exemplar literarum Bariſonii Ieſuitæ ad Venetum adoleſcentem 21. April. Anno 1608. qui relictâ Societate hac ad ſuos redierat; Bononiæ datarum, in quibus Regimen & Reſpublica Ieſuitarum, cum Ordinis illorum excellentia & perfectione ita exactè depinguntur & oculis contemplanda ſubjiciuntur, ut totius illorum Ordinis ideam, ſeu formam & ſpeciem quandam perfectam inde quiſque mente ſuâ concipere queat. Et quia Ieſuitarum artibus factum eſt, ut non omnium manibus teratur, præcipua inde in Lectoris gratiam adſcribam.

In Societatis noſtræ Ordine, inquit auctor literarum illarum, *in promptu & parato reperiuntur ea, quæ in hac vita animo generoſo neceſſaria eſſe queunt; & quæ vel in ſeculari & mũdana vita, vel etiam apud ullam aliam Religionem ſive Ordinem nunquam quis aſſequi poteſt. Nec verò auſterum illud Religioſi nomen & Clauſuræ quenquam deterreat. Tantum enim abeſt ut quidquam inde damni metuendum ſit, ut plus etiam lucri, quàm ulli hominum è qualibet Civitate, aut etiam alia congregatione civili poſſit contingere, hinc ſperare licet. Religioſus enim ſi univerſim conſideres, præter quàm quòd ſacrorum miniſteriorum exercitio occupatur, re profectò quovis precioſiſſimo theſauro venerabiliori, abſque labore vivit, cultus & honoratus ab omnibus, tam in ceremoniis publicis, quàm privatis, ſublevatus in neceſſitatibus, à perſonalibus factionibus, & militia exemptus, à quovis onere & exactione immunis, ad duellũ ſi-*

ve ſin-

ve, singulare certamen non adstrictus, & multis deniq; falsis ac popularibus minimè obnoxius. Similiter & clausuræ illæ non ita se habent, ut ipsimet Religiosi sub his veluti concluſi teneantur, sed ut aliorum bona in ijs adserventur, atque ut ipsi haud magna cum molestia, Dei laudes commemorando vitâ magis liberâ & securâ fruamur.

Deinde si ad particularia perveneris, tum verò longè meliorem conditionem hanc nostram invenies; quandoquidem Societates nostræ Clausuris istiusmodi, uti & alio extraordinario vinculo disciplinæ, vigiliarum, & jejuniorum, quæ certè homines & stupidos faciunt, & conversationi tum negotijs ad proximi salutem necessarijs, minus reddunt idoneos, nequaquam sunt obligatæ: sicuti antiquæ illæ Religiones sive Ordines omnes, nullo Romanæ Ecclesiæ usui existentes, ejus generis apparentibus, & in oculos occurrentibus operibus necessum habent. At nos à Choro, à Processionibus, ab Exequiis liberi & immunes, veluti simplices Sacerdotes seculari quadam libertate gaudentes, omnes operationes nostras ad ea studia dirigimus, quæ homines circumspectos & admirandos reddere, atque insuper etiam sanctam Sedem Romanam, valdè exaltare, & magis magisque illustrare queant: quamobrem etiam digni ab ea sumus judicati, ut quemadmodum veteribus illis Religionum Ordinibus, propter exiguam, quam habent, Sedis ipsius evehendæ aptitudinem, quotidiè privilegia & indulta auferuntur, ita nobis è contra veluti utilissimis ejus Ministris singulis fere horis ea dilatentur & augeantur.

Quæ sigillatim ita considerata, præterquàm quod certum aliquem reddere possunt facilitatis Institutorum nostrorum, præcipuè etiam cognoscendam exhibere queunt Superioritatem illam, quâ Congregatio nostra omnibus alijs Ordinibus præeminet. Idque non absque gravissima ratione: quoniam isti in extremis fundati, domi apud se non admodum sunt durabiles, foris autem etiam animis periculosi. Monachi namque maiorum Ordinum solis divitiis cumulandis operam dantes, servi evaserunt peccati & mundi: & ob id etiam exosi redditi, quotidiè Epicedijs precationibusque incumbunt, officium hoc suum ea tantùm in parte impendentes, quæ redditibus ex alieno statu hauriendis, ad sublevandam Prælatorum & Curiæ Romanæ necessitatem commoda esse queat & utilis. Mendicantes deinde propter affectatam paupertatem suam contempti, quamcunque etiam minutissimam eleemosynam collectum circumeunt, vel ad pagos usque mendicando; & ad postulationem cuiusq; etiam abiectissimæ mulierculæ in ipsis ædium Epistyliis, & privatorũ casis sanctissima Missarũ sacrificia vilissimo pretio celebrant, divinaq; Mysteria cõmunicando distribuunt, seculo se immiscẽtes, atq; iis sese inquinãtes erroribus, unde urgẽs nata est occasio de Reformatione, & si illa non successerit, de universali Ordinis illius destructione cogitandi. At nostra Societas, quæ benè instituta Repub. est, prudentiâ & sagacitate Patrum nostrorum, in mediocritate constituta, super Monachicam opulentiam sese non effert, & nec tamen ideò ad infimam mendicitatem deflectit, sed tantum ab una atque altera, quantum ad Dei Cultum opus est, participans, cum certa animæ salute hunc sibi finem semper habet propositum quomodo Roman. Catholicæ fidei graviora, & maximi momenti beneficia possit promereri. Unde Pontificibus grata, à Principibus observata, & à populo culta, atque circuli solaris æmula, cum filiis suis in omnibus literarum partibus gloriosa erit, in cœlo beata.

Hinc nascuntur invidæ illæ voces à depressis æmulis nostris contra mores & exemplarem doctrinam nostram effictæ, quæ auribus multorum insusurratæ haud dubiè in causa sunt, quòd Societatem nostram immani odio prosequuntur. Incusant nos primùm Superbiæ, quòd SOCIORVM titulum usurpemus, & aliorum hominum Ordines vix Servorum nomine dignemur. Quasi quisquam sit, qui sincero animo iudicans non intelligat, Nos divinâ providentiâ in normam & correctionem aliorum electos esse, ideoque justum, dilectam hanc congregationem ejus, insigni & speciosо aliquo vocabulo à tot Monachorum & Fraternitatum inutilibus sectis distingui. Præterea & hoc reprehendunt, quòd recusemus ciliciis vestiri, aut cibis pasci rusticis: sed illudentes, dicunt, nos vestibus uti ex lana tenuissima, & cutem tegere cãdidissimo, linteo, nutritos optimis & delicatissimis cibis, qui vel in urbe, vel territoriis vicinis reperiantur. Insuper nolle nos in pagis habitare, aut sub tectis humilibus sed cùm Patribus nostris, varias Mundi partes peragrantibus omnis commoditas & venustas excogitata sit possidere nos dicunt in omnibus Regnis & Provinciis Christianissimi, meliores & præstantiores situs atque palatia, quàm alibi haberi queant, non quidem in villis aut castellis casas fundantes, sed in urbibus primariis, & iis rebus abundantibus, quæ generi humano possint sufficere; Sed neque sic Ædes illas acceptari, nisi prius & reditus, & habitationes pro Patrum & Coadiutorum temporalium numero ibi fuerint præparatæ. Non animadvertunt autem affectibus corrupti obtrectatores id quod de vestimentis, cibis & habitationibus dicunt, ad summam laudem Societatis totius, & Patris Ignatii primi Institutoris nostri vergere; qui ut omnium hominum sapientissimus vestes incultas, cilicia & cibos agrestes, quæ miræ corporis afflictiones sunt, ipsum etiam spiritum affligere & debilitare intelligens, usu illarum rerum nobis interdixit, & voluit de iis vestibus & alimentis nobis esse prospectum,

ſpectum, quæ ei conveniant, qui ad exaltationem Eccleſiæ Catholicæ Romanæ, mentem in ſtudijs, linguam verò, ad ſanctorum Apoſtolorum exemplum, in perſuaſionibus publicis & privatis exercet. Habitationes verò quòd attinet, quis non videt, ad decus & ornamentum ſanctæ Religionis ſive Ordinis hoc fieri? idque ita ut fiat neceſſum eſſe: ſiquidem in his fovenda ſunt ſeminaria eorum hominum, quibus Eccleſia & tota Chriſtianitas regatur? Quantum poſtea ad doctrinam, quum maledici iſti ad vera dogmata ſuſtinenda inhabiles ſint, ne impotentes dicam, ad operas & labores Societatis noſtræ exæquandos, eo fatigantur, ut in Dei gratiam & voluntatem omnia reponentes, vanum eſſe demonſtrent grande illud meritum noſtrum: Ideoque Pelagianos nos vocant & Epicuri diſcipulos; propterea quòd ex aſſertione nunquam ſatis laudata Molinæ dicamus, Deum nolle phyſicè moveri animos hominum, ſed in æterna quiete ſua expectare, ut ſuâ gratiâ ad hoc deſtinati, cum merito bonorum operum, ipſimet per ſe paradiſum acquirant. Cæci non vident, Deum in divinitate ſua immobilem, & immediatè, & varijs modis gloriam ſuam amplificare: & nobis in hunc finem deorſum à Majeſtate illa conceſſum eſſe, Regnum ipſius propagare, & mediantibus Regulis noſtris, libriſque ſpiritualibus, hominum animos perſuaſionis vi, quam nobis largitur, movere, & facilem ad cœlum viam reddere cunctis fidelibus, qui exuti omni politicâ curioſitate, noſtris duntaxat præceptis ſalutiferis obedierint. Et quod majus aut certius bonitatis & integritatis doctrinæ noſtræ mundus ſignum deſiderare poteſt, ſi publici errores maximarum univerſitatum, ſingulariter verò Regiæ urbis Pariſiorum per nos fuerunt correcti. Ibi enim, paucis quibuſdam ſeniorum literatorum exceptis, reliqui omnes Moderni & juniores Doctores facilè doctrinæ noſtræ acceſſerunt, non amplius ſcribentes, Rom. Pontificum errores quantûmvis exorbitantes, à Concilijs poſſe corrigi; aut verò defendentes, licitum eſſe Gallorum Regi liberam adminiſtrationem rerum Eccleſiaſticarum impedire, & ſi quæ aliæ ejus Regni Maxima ſunt, ſive Regulæ alicujus momenti aut ponderis. Et ſi enim ob multas rationes, & ſcripturarum allegationes ab antiquiſſimis & celeberrimis Doctoribus approbatas, itemque vanos multorum labores inexpugnabile id exiſtimabatur, conſtat tamen, à noſtris idipſum Patribus jam eſſe evictum: dico illam tantopere decantatam Gallicanæ Eccleſiæ libertatem, quâ expugnatâ, & veluti monſtro à nobis illis (ut ita dicam) Theologiæ Herculibus ſepulto, liberum omninò à quavis impedimento in omnibus Principatibus rurſum evaſit abſolutum S. Sedis Rom. dominium. Nonne ejus rei indubitatam quoque fidem facit, cùm videtur, quomodo apud nos contra hæreticam pravitatem omnes ſcientiæ divinæ & humanæ floreant? & quòd hic viri inſignes, & Magiſtri in omni diſciplina celeberrimi reperiantur? à quibus abſq; avida illa pecuniæ ſpe (quem ſibi finem alii habent propoſitum) major & melior pars juventutis Chriſtianæ inſtituitur: & quidē in dedecus & confuſionem malè affectorum, & ſuā ſaltem commodum inde quærentium pædagogulorum, qui ceſſantibus commoditatibus & emolumentis illis, quibus quam primum Patres noſtri apparuerunt, deſtituti fuêre, varijs impoſturis curârunt laudabiles operationes noſtras inquinare, in vulgus ſpargentes, ad Scholarum eruditionem nos utilitate & voluptate moveri, non verò charitate, aut proximi amore. Idq; inde liquere, quòd ad divites & formoſos duntaxat animum applicemus, de aliis verò parum ſimus ſoliciti, vtrum majores progreſſus faciant, quàm qui ad apparentiam illam conſervandam, quâ cognatos & parentes eorum perpetuò nobis veluti mancipatos habeamus, ſint neceſſarij.

Hoc amplius ſubjungunt obtrectatores, Nos ſub Religionis ſanctiſſimæ prætextu in teneros animos ſubditorum aut civium, ſcholas noſtras, contemptûs & inobedientiæ ſemina adverſus naturales eorum Principes ſpargere, perſuadentes eis, quòd illi ſolummodò Principi, quem nos veluti Monarcham omnium conſtituimus, credendum & obediendum ſit. Et cum ejuſmodi quidem diabolicis inventionibus auſi fuerunt hoc agere, ut ſcholæ noſtræ prohiberentur. Sicuti in nobili quadam Italiæ civitate hoc illis ſucceſſit, extremo cum damno tum illius, tum aliarum Civitatum liberorum Nobilium & Primariorum, qui ſtudiorum cauſa ad eam convenerant. Quibus calumniis, à linguis lucripetis, ſive ſuum ſpectantibus commodum profectis, prolixè quidem reſponderi, poſſet: ſed præſtat eas, ſecundùm Regulas noſtras logicales ſilentio præterire. Hoc tantùm dico, fortunæ bona neceſſaria eſſe ei, qui literis animum eſt applicaturus, & pulchritudinem verum vivacitatis ſpiritûs, & ingenii bonitatis ſignum eſſe atque indicium. Vnde ſi iis, qui ejuſmodi dotibus ſunt prædīti, incumbimus, facimus hoc tanquam in ſubjectis aptis ad diſciplinam natis; non autem voluptatis ergò aut facultatum comparandarum gratiâ. Denique, cùm videre licet, Scholas noſtras undique vel ab ipſis etiam Principum filiis, tanto cum concurſu, ſolitis illis præceptoribus repudiatis, appeti, hinc infallibilis ſequitur concluſio, quemadmodum. Nos & exiſtentiâ & reputatione omnes alios Ordines ſuperamus, ita etiam doctrinas è Domibus & Collegiis noſtris prodeuntes, reliquas itidem omnes, ſive D. Thomæ ſive Scoti ſint, & pietate, & dogmatum ſoliditate excedere. Quo etiam fit, ut quod alijs prohibitum eſt nobis liceat, libros nempe & ſcripta tenere atque perlegere: ex quibus quandoque ob

publi-

publicum bonum, impiorum hæreticorum nomine sublato, & celebris cujusdam Patris nostri in vicem ejus substituto, in publicum ea rursus emittamus. Ideoque hac ætate in Collegijs & Scholis nostris non amplius auditur Aristoteles & Cicero, monstrosa gentilitatis monumẽta, sed cathedræ auctoribus longè illustrioribus Doctoribus ornatæ cernuntur, & in universum solis ibi Alvari, Toleti, Molinæ, atque alij Societatis nostris Theologi leguntur.

Possunt etiam nostri Socij facilè invenire viam & modum, quo ad honores & gradus summos evehantur. Ac potuerunt scientiarum nostrarum facilitate, & mediante vivacitate ingeniorum, aut prædicando, aut docendo celebres evadere: ex quorum uno atque altero maximam utilitatem, & non exiguam existimationem referunt: quandoquidem à viris, à mulieribus, à populo & Magnatibus ipsis colunatur atque sublevantur: nec quicquam ipsis in mentem veniet, quod non illicò, quàm primùm fuerit rescitum, promissuri ipsis sint & donaturi. Ipsis privatorum ades apertæ erunt: cum ijs de maximis rebus civitatis consultabitur: eos secretorum suorum quilibet faciet participes: & quando animum ad hoc applicuerint, extrinsecâ illâ pietatis umbrâ simplicis multitudinis opinionem attrahendo, pro arbitrio ex Magistris aut prædicatoribus; non quidem specietenus, sed reipsâ Imperatores & Monarchæ fiunt: & non solùm sibiipsis commodum & honores conciliabunt, verùm etiam gloriâ ita aucti Societates nostras illustriores & ditiores reddere possunt: sicut multis Patribus in Polonia, Transylvania, Austria, Bavaria, Hispania, atque alijs in locis usu venit: imò in ipsis etiam Indijs maxima Societati nostræ Monarchia erecta & plantata est. Qui exactam informationem, horum quæ scribo, curiosiùs apprehenderet, deprehensurus esset, Provincias Ferdinando Archiduci subjectas supremâ inspectione Societatis nostræ Regi, & vel inde felices esse, quòd omnia Patrum consilijs gerantur, sive de dignitate & Magistratibus conferendis, sive de belli etiam apparatu tractetur. In Bavaria qnoque omnia Patrum nostrorum prudentiâ gubernantur. Ipsaque Transylvania à solo administrata fuit à Carigtio, qui curavit, ut Imperatoris manui & potestati ea subjiceretur. Nonnè Galliam & Regem ipsum Pater Cotton in præsentiarum gubernat? Et in Polonia, non obstante paucorum satis Christianorum tergiversatione, Rex sanctitatis nostræ spiritu atque instinctu vivit. In Hispania, Lusitania, Belgio, Italia & Sicilia, cui ignotæ sunt divitiæ & authoritas, quâ pollemus? Sed quid de Patre Personio dicam? qui Romæ agens, plus auctoritatis habet in Anglia quam Rex ipse: nec Comes ibi, Marchio, aut Prælatus Catholicus, quin pro Superintendante aut gubernatore conscientiæ suæ aliquem ex Societate nostra habeat. Ac ut summatim dicam, Generalis noster, sicuti manifestum est omnibus, Romam regit & Pontificatum.

Nos etiam certo obedientiæ voto sanctæ Sedi obstricti tenemur, ut scilicet non petito viatico eò nos conferamus, quocunque etiam locorum ab ea destinati fuerimus. Inde nos ipsius Sedis ministri facti, & gravissimorum secretorum ejus conscij, id, quod in commodum nostrum cedit, Pontificibus persuademus; Omnes, qui ad functiones aut Prælaturas adspirant, necessitate obstringentes, ut ad intercessionem nostram confugiant. Atque hoc Pontificio ministerio insigniti, & excitatâ, in hos totius mundi opinione, in Civitates, Regna, & ipsorum Principum corda penetramus. Ita fit, ut cùm hi dominium super vitam & bona subditorum teneant, Nos possessionem voluntatis cùm Principum, tum subditorum occupemus.

Et quemadmodum sancta fides ubi innotuerat, maximos faciebat progressus: ita & nos, ubicunque agimus, sub nomine Iesu, insensibiliter, tale obsequium acquirimus, ut posteà in Principum potestate non sit inde nos depellere. Cui rei fidem facere potest amplissimum & potentissimum Galliæ Regnum suis illis turbis novissimus. Quapropter arbitri sæpe numero contentionum non tantùm inter Principem & Subditos; verùm etiam inter Dominos & Vasallos constituti pro lubitu nostro & bellum & pacem mundo adportamus: non absque evidenti prætensione, quòd sanctæ illius Sedis possessio, in Patribus aliquando nostris casura, successivè posteà perpetuari queat. Quod cùm evenerit, tam insigne capiet incrementum Romana Religio; ut spes sit, brevi videri posse ex Principatibus Christianis & mundo universo factum esse unum ovile & unum Pastorem.

Nec verò propter votum illud veluti ligati tenemur, aut quidquam imminuitur libertas aut præeminentia nostra: quin imò ob concitatum in nos omnium timorem & existimationem non dubitamus quandoque pro majori securitate, etiam adversus ipsos Pontifices, ex religionis zelo, calamos & linguam stringere: singulariter verò, si interesse, vel emolumentum Magnatum quorundam, quorum in nos beneficia constant; interveniat. E contrà nemo est, quis adversus nos, auctoritatem Pontificiam regentes, quidquam proferre ausit. A nostris enim, oppugnatas pro hæretico & schismatico ab omnibus habebitur: sicut cœlesti hâc gratiâ etiam sacrosanctos & inviolabiles nos conservemus.

Quod si forsan animus alicui non fuerit gravioribus Mundi negotijs se immiscere, aut Principum sectando familiaritatem, incertam subire fortunam arbitrij sui erit in qua Domo

aut Collegio sibi quàm maximè placuerit felicissimâ frui quiete, & in Ecclesijs sermocinando, pietatem in hominum timidorum, & mulierculârum devotarum pectoribus fovere: quod ipsum majorem quoque honorem & commodum ei comparabit. Nam si eos, qui peccata sua illi confitentur, recensione rerum terribilium, & Miraculorum à Patribus nostris ad hoc collectorum, in officio, ut à peccatis abstineant, continuerit, tum de facultatibus & personis eorum disponet, in honorem Dei, quomodocunque ipsi placuerit.

Ac tametsi sanctus hic zelus ex malitiosa interpretatione sinistrè accipiatur, & passim spargatur, Nos eandem rem diversimodè huic atque illi referentes, discordiam & lites disseminare inter maritum & uxorem, patrem & liberos, fratres & cognatos, atque hac ratione ad trutinam consiliorum nostrorum suspectos habentes privatos, Civitates, & integra Regna dominium. Nos & absolutam tyrannidem in quoslibet usurpare: omnino tamen actiones ille reprehendi nequaquam possunt, cum omne id ad animarum salutem sit directum, Nosq; in hoc conformes reddamur verbo Evangelico, quod habet: Non veni mittere pacem sed gladium. Veni enim separare hominem adversus patrem suum, & filiam adversus matrem suam. Vnde pro errore habendum non est, loqui aut tractare contradictoria, & cognatorum ac civium animos disjungere, dummodo id totum ad utilitatem cedat Ecclesiæ, & Sanctæ Sedis; in cujus servitio & magnitudine vera pietas summaque Religio consistit.

Et ut scrupulos aliquot, qui ex vulgi obmurmurationibus mentibus aliquorum injecti esse possint, illis eximam, advertere eos volo, quòd cùm primarij Domini, & nobilissimæ civitatum Matronæ, ex devotione sua ad Ecclesias nostras concurrant, tum invidi bonum in malum detorquentes, id singulari artificio nostro fieri dicant, & hac illac disseminent, quòd in Confessionibus audiendis difficiles quidem plebeijs atque pauperibus nos exhibeamus, eosque à nobis fugemus, in absolutionibus rigidi, in reprehensionibus asperi, & in pœnitentia injungenda intolerabiles. Adversus divites autem, & mulieres viduas, aut conjugatas aliter procedentes, parvulâ aut nullâ indictâ pœnitentiâ, sæpè etiam absque auriculari confessione, solâ schedulâ consignatorum errorum inspectâ, gravissima eis peccata remittamus, exigendi à quolibet pœnitente generalem confessionem, licet à Deo non mandatam, haud minùs tamen animarum saluti necessariam, ut naturalibus pœnitentiam inclinationibus detectis, peccata eorum conformiter justificare, atque his rebus uti eis ac frui permittere liceat, quas alii Religiosi nunquam concesserint.

Magnam verò illam patientiam, quam imbecillis mulierum animis à scrupulis & superstitionibus, quibus naturaliter subjectæ sunt, expurgandis sustinemus, malevoli malitiosè interpretantes, Nos cum illis aiunt, longis & frequentibus solere uti alloquijs, quibus ita mediantibus, quicquid desideraverimus modò ab ipsis obtineamus, & silentio earum sanctissimis Sacramentis confirmato, illis nos spirituali matrimonio devinciamus, in id incumbentes, ut ubique velut exanima Vrsularum, Clericatarum, Diaconissarum appareant: quibus etiam in casu magnæ cujusdam necessitatis ut sanctissima Sacramenta administrare possint, concedamus, idoneâ ad hoc inventâ, à nobis repræsentatione, per quam licitum illis sit, loco hostiæ apprehendendæ, toreuma quoddam consecratum, & ad formam Agni Dei effigiatum Sororibus in conventiculis suis osculandum porrigere: quo ipso eas vinculis hisce nostris invicem conjunctas teneamus, & sanctæ Sedis in casu politicæ resistentiæ strictissimè obligatas, ita tantum, ut hæc earum devotio in secreto habeatur, atque ipsos etiam maritos, parentes, liberos & alios conjunctos lateat. Id quod summâ utilitate, emergente non ita pridem occasione, usurpatum quidem fuit, tandem tamen aliqua ex parte in lucem prorupit ob penetrantem æmulorum nostrorum sagacitatem, & simplicem devotarum istarum animularum confidentium, ab oraculis consiliorum nostrorum longè dissitarum, & necessario fragilitatis suæ fulcro privatarum.

Cæteroquin, ubicunque etiam commorentur, non est quod metuamus, ne actiones nostræ unquam propalentur: siquidem, cum Magnatibus duntaxat commercium habeamus, à quibus, præter quotidiana honoraria; omne publicum secretum cognoscimus. Ita fit, ut vel proprius honor ipsis os occludat: contrario planè modo; quàm alijs Religiosis usu venire soleat: qui sine discrimine cum quolibet conversantes, absque sanctis hisce artificijs difficulter possint fragilitatem suam occultare. Verùm etiam hæ nebulæ facilè dissipari queunt: quoniam & has, & omnes alias operationes nostras cum Mysterio peragimus: quandoquidem in pauperem plebeculam non ea cadit peccatorum qualitas, aut gravitas casuum, ad quorum resolutionem opus sit singulari & exacto intellectu, aut discursûs profunditate: sed delicta illa vulgares quidam errores sunt & consueti; quibus cùm à quovis Fraterculo satisfieri possit, ingratum sanè divinæ majestati fuerit, si elaboratæ operæ nostræ in his inutiliter consumerentur. Et quamvis confitentibus nobis asperos nos atque servos exhibeamus; tamen hoc non ad repellendos eos fit, sed ut ordinariorum sive consuetorum peccatorum pertæsi

zâsi à gravioribus abſtineant. Id quod divitibus non uſu venit, qui ob facultatum & negotiorum publicorum, in quibus verſantur, tractationem multis ſcrupulis & dubitationibus periculoſis ſunt ſuppoſiti: ideòque in magnam animarum ipſorum utilitatem vergit, ſi à viris doctis & ſapientibus, prout ſunt Patres noſtri, examinentur & corrigantur. Qua de cauſa libenter eos ad Eccleſias noſtras recipimus & leniter tractamus, ne ad deſperationem adigantur, ſed potiùs; ut ex opibus illis, quæ ipſis peccandi cauſam præbuerunt, largas eleemoſynas domibus & Eccleſijs noſtris facientes, & cœlum lucrantes, à viâ, quæ eos ad infernum ductura erat, declinent. Sic & adverſus fœminas, propter ſexûs fragilitatem mirè & abſque rigore procedimus: & quò faciliùs eas ad divinorum præceptorum obedientiam perducamus, res quædam parvi momenti ijs permitti ſolent, dummodo id quod res eſt cognoſcentes, tanquam creaturæ Dei, debitas ei gratias reddant. Sed neque ab his aut illis confeſſionem generalem exigimus, ut appetitui eorum obſecundemus, ſed potiùs, ut pravi illi affectus, & malæ inclinationes naturæ detegantur; quibus poſteà cum diſcretione, & quidem ſuam cuilibet ſingulatim medicinam applicamus; non verò ut veteres illi Religioſi; omnibus confuſim peccatoribus idem remedium adhibemus. Modus profectò ſalutaris, & à DEO, *ad exaltationem fidei ſuæ, nobis revelatus: cum quo detectis etiam animis reſolutis & fortibus, multoties eos, mediante Camerâ Meditationum noſtrarum (quarum ſecreta revelare non eſt licitum) ad internecionem hæreticorum & inobedientium inimicorum ſanctæ Sedis Romanæ conſultò exſtimulavimus; & quidem non privatorum tantùm, verùm etiam magnorum Principum & Regum; heroicis iſtis factis boni illius Ahodi, de quo in ſacra Scriptura legitur, figuram repræſentantes, & immortali cum laude congregationis noſtræ, ſedes paradiſi Sanctis atque Martyribus complentes. Cui rei teſtimonio eſſe queunt multæ effigies, quæ varijs typis æneis paſſim videntur impreſſæ.*

Et ſanè quilibet commemoratorum virorum atque mulierum de Sanctiſſimis Sacramentis non alibi, quàm in noſtris Eccleſijs debebat participare & confeſſionem exercere: ubi præter facultatem & privilegia, quibus à quavis culpa quilibet expiari poteſt, à ſummis Pontificibus conceſſa, facilem habituri eſſent modum animas ſuas ſalvandi: modum inquam à nobis inventum, qui in propriæ ſolummodò voluntatis privatione, & in hoc conſiſtit, ut abſque laborioſa requiſitione alterius, ſequatur quis ejus præcepta, qui propter ipſum ſtudijs inſudat & defatigatur: id quod Patres hi ſpirituales faciunt. Et quidem omne peccandi periculum hoc modo tollitur, non viſo aut cognito ab alijs Religioſis, qui in veteri illa ſimplicitate educati, dum pœnitentes ſuos in libertate relinquunt, parùm ſemper profecerunt, atque etiamnùm proficient.

Ac licet à Politicis, atque alijs mundi hujus ſapientibus hæc noſtra doctrina hæreſis dicatur, non tamen hoc illorum dicterium in ullam conſiderationem trahendum eſt; cum videamus illam ab Epiſcopis Cardinalibus, & omnibus Pontificibus approbatam eſſe. Et ut concludam, quod plus quàm ulla res alia eos relevat, qui Eccleſias noſtras frequentantes ſanctam iſtam obedientiam amplectuntur, id verò eſt, quod participes fiunt innumerabilium meritorum, quæ divina Majeſtas ſufficientia eſſe judicat, non ſolùm ad tollendum delicta jam præterita, ſed ad cancellandum, vel annihilandum ea, quæ in poſterum committi poſſent; & ad redimendum quamcunque animam, quæ ad purgatorium fuerat condemnata.

Nolim verò aliquem vereri, ne commemorata commoda & honores ſectaturus, in difficultatem aliquam offendat: quandoquidem viæ: quæ in Societate noſtra ad eos ducunt, ita tritæ, & tanta cum prudentia accommodatæ ſunt, ut quilibet abſque vacillatione ullâ eorum obtinendorum atque fruendorum ſpem habere poſſit. Ibi enim aſſiduè de Verbis & Rebus tractatur: & quicquid vel publicum vel privatum ad aures noſtras pervenerit, de eo conſultatur: nec quiſquam ulli rei unquam adhibetur, niſi examinatâ priùs naturâ ejus, & perpenſo talento ejus à Patre Generali (qui omnibus exploratis ſigna & notas exquiſi è diſtinctas habet) aptus ad eam perficiendam deprehendatur. Admonito poſteà illius, quòd hoc vel illo die dignum conſideratione occurrit, detegitur id ei familiaribus colloquijs noſtris, aut per confeſſionem nobis devotorum. De eo namque conferentes inter nos, & literis à Collegio ad Collegium ſcriptis, ei quod ſequuturum eſt, aut ſequi poterat, anticipando ſemper obviamus, in quemcunque caſum præparati. Ejuſmodi conſiderationibus aut collationibus, quibus nullum dubium remanet indetiſum, Seniores & ſapientiſſimi, quos habemus, Rectores aſſiſtunt, qui in quavis materia quàm maximè verſati definiunt quomodo viris & mulieribus, viduis aut maritatis, obſequium & beneficia erga Collegia, & particulatim etiam erga nos ipſos debeat perſuaderi, quomodo itidem paradiſi iter ingrediendum ſit, ac quaratione Principum gratiæ quis inſinuetur, quibus medijs voluntas eorum captetur, & quibus in poſſeſſionem animi & opinionis populorum perveniatur.

Laborent sanè in hoc inimici nostri, cœlestis voluntatis ignari, & obloquantur, Nos hisce Regulis & Rationibus damnum privatorum Domibus & Principatibus hujus Mundi adferre. Alij quidem, dum asserunt, Nos rerum horribilium commemoratione, quas simplicioribus pro Concione in Templis, & domi animam jam exhalaturis ingerimus, nosmetipsos & Collegia nostra ditantes, debitâ hæreditate liberos & parentes eorum spoliare: Alij verò, quòd simulatâ quâdam servitute Principes Christiani ad instantiam Ecclesiasticæ Majestatis, fidei nostræ se committentes, imprudentibus consilijs quandoque eò redigantur, ut & statum & vitam perdant. Singularem verò pietatem illam, quæ pro auctoritate sanctæ Sedis dilatanda exercetur, improbi illi Politici traditionum & rebellionum à nobis perpetratarum nomine denigrantes, mundo exosam reddere fatigentur sanè, affirmantes scilicet, prædicationes, & divitiarum atque laudum præmia, ad hæreticos exstirpandos à nobis inventa, proditorios esse modos adversus Principes, & voces adulatrices, quibus veluti sanctitatis & Martyriorum involucro quodam parricidia obtegamus. Exclament, sed falsò, Nos per has ipsas destructionum vias, contra veram Iesu fidem, Iesuitarum nomen mereri, per quas Scipio Carthaginensium Imperium evertens, Africani nomen consecutus sit. Cæterum in tota prout decet, consideratâ liquet, pro peccato istud nequaquam haberi posse, sed veram demùm pietatem esse, quæ in Catholicæ Romanæ Ecclesiæ commodum, animarumque ei devotarum servitium resultat. Inprimis enim non inconveniens est, ut pater propriæ salutis gratiâ filium, & cognatus cognatum hæreditate privet: eò quòd ex Evangelica doctrina quilibet animæ suæ magis, quàm patri, matri, aut liberis sit obligatus. Atque ita opus quoque erit meritorum, si subditi ejus Principis, qui de jurisdictione sua, & commodo subditorum magis, quàm animæ salute solicitus, Pontificijs præceptis, obedire recusat, fidelitatis juramento exsolvantur, ijsdemque significetur, quandoquidem ipsimet se regere nequeant, ut alij Principi Catholico, qui quidem obsequens sit, aut Romano Pontifici confœderatus, adhæreant, Ac si propter inobedientis illius principis potentiam & robur ad ejusmodi apertas declarationes perveniri non poterit: tum legibus Canonicis & sanctissimis Decretalibus minimè erit contrarium, occultè eum, peccatorum absolutione aut premio interfectoribus proposito, vita tollere: asserente idipsum etiam doctissimum historico nostro Ioanne Mariana in quodam tractatu suo ad magnum Hispaniæ Regem; ubi venena, & horum compositiones, tanquam tutissima media proponens, concludit, in eum finem ipsa venena ita præparata cuilibet bono Catholico semper in promptu esse debere. Atq; in sacrosanctis Biblijs exemplo Ieroboami & aliorum legitur, quàm graviter Reges & populi dilecti à Sacerdotibus & Prophetis, propter obedientiam castigati fuerint. Quin imò maximam in populi utilitatem cessurum esset, si pestifero semine Politicorum sublato, & temporali dominio cum spirituali conjuncto, solummodò à nobis Ecclesiasticis regerentur & gubernarentur: sic enim majori cum pietate forent tractati. Atque hic mentis conceptus à Patribus nostris ubique locorum prædicatus, non minùs quàm articulus fidei debuerat observari; quandoquidem alij quidem stertunt, nos autem pro salute eorum semper vigilamus. Atque hoc est prudentissimum Regimen, & Respub. Societatis nostræ, nunquam à Philosopho aliquo tam perfectè descripta, sed à celebri illo Ignatio Loyola miraculosè fundata.

Iesuitæ ut irrepserint in gratiam hominum.

FINIS LIBRI PRIMI.

DE



DE PROPAGATIONE ET INCREMENTIS ORDINIS IESVITICI.

LIBER SECVNDVS.

CAPVT PRIMVM.

IEsvitæ, serpentum in morem, initio terræ pulverem esitabant, & summâ inopiâ adacti solum solo identidem vertere cogebantur. Romæ enim ut excepti fuerint primò, supra indicavimus.

Iesuitæ ut irrepserint in gratiam hominum.

Irrepsêre autem primùm in gratiam hominum, eosque in sui admirationem pertraxerunt diligentiâ & solicitudine suâ in ægrorum morbis curandis, vulneribus obligandis, & molesta, gravi ac putidâ sanie abstergenda.

Secundò, auscultandis confessionibus, undè miserè victum suum excerpebant.

Mox ubi paululùm firmitatis accessit, pueros sine mercede docendos & erudiendos susceperunt; quo artificio non vulgarem vulgi favorem emeruêre, criminandis præsertim alijs Doctoribus, quorum doctrina venalis esset, & scholæ nulli sine mercede paterent, ac interdum etiam doctrina peregrinâ personarent. Incredibile dictu est, quantum hæc criminatio valuerit. Inprimis, ut facilè est in magna piscium multitudine rete suum implere: sic etiam in hac juvenum frequentia Iesuitis facilè fuit continuò aliquos institutis suis implicare. Ea etenim est ætas hodiè, quę blanditijs simul & doctrinæ admiratione permovetur, & propediem ad operam navandam præstò esse potest. Ac reliquorum quidem Monachorum in hoc à Iesuitis emendatus est error, qui pusiones vix dum è cunabulis egressos ad se miserunt, totosque quindecim aut viginti annos nutrierunt, antequam ad praxin eos admovere possent. Hoc sagaces & solertes animadvertentes Iesuitæ, suos in eo ætatis flexu intercipiunt, qui jam ad adultam vergit.

Iesuitæ Romæ tria Collegia erigunt.

Firmato autem & communito à Pontificibus Romanis Iesuitarum Ordine ac vitę instituto, per omnes se Italiæ Vrbes Iesuitæ spargebant, & mox ubique in ea Religione collegia eis ædificabantur. Inprimis autem Romæ sedes suas finxerunt, superstitionum & errorum omnium matre seu officina. Tria enim ibi Collegia exstruxerunt Iesuitæ, unum pro se, alterum pro Anglis, tertium pro Germanis. Nam Ioannes Moronius & Episcopus Prænestinus, qui in Tridentina Synodo legatus fuit Pontificis & Syn. Præses, cõsilium communicavit cum Ignatio, quanto usui esse possit Ecclesiæ Pontificiæ, si Romæ ampliſſimum Collegium exstrueretur, in quo maxima Germanorum multitudo in bonis literis & Religione, sumptibus Pontificis institueretur, ut tandem in Patriam redeuntes, collapsam & conculcatam Pontificiam Religionem ibi instaurare aliqua ex parte possent. Opus igitur illud aggressi sunt Iesuitæ anno Domini 1553. exstructo tali Collegio Romæ, non procul à suorum Collegio. Adolescentes verò Germanos, narrant Payva Andradius & Surius, in

illud Collegium assumi, non ut cooperentur tandem in ordinem Iesuiticum, sed Iesuitas tantùm alendi illos, moderandi & instituendi curam gerere, & ad hunc laborem suscipiendum, solùm Germaniæ salutis desiderio fuisse incitatos, ut per istos emissarios Germania ad gremium, vel si hoc nimium est, ad oscula pedum Romani Pontificis paulatim reduceretur.

Italorũ ingeniũ procliue ad superstitiones recipiendas.

Mirum autem videri nemini debet, Italos tanto animorum & corporum impetu hoc novum sodalitium jam olim excepisse, & adhuc hodie fovere ac cum stupore admirari. Nam, ut omnia ferè sua ipsorum monumenta testantur, semper fuerunt & etiamnum hodie sunt, ex naturali quadam ad hypocrysim inclinatione, ad Deorum multitudinem colendam, & ad omnes, quantumvis prodigiosas atque horrendas superstitiones recipiendas, præ cæteris ferè omnibus Nationibus propensiores. Ex quo fornicationis poculo permulta in Christianam Religionem transfuderunt, eamque ferè totam veneno mortifero infecerunt quo adhuc maxima pars orbis Christiani, suavitate, dulcedine, antiquitate & pulchritudine ipsius illecta deceptaque inebriatur validissimè.

Iesuitæ in Hispanias veniũt.

Ex Italia rectâ in Hispanias Iesuitæ suas duxerunt colonias. Erat enim circa initium confirmationis hujus Ordinis Romæ Petrus Mazcarenhas, à Ioanne Tertio, Lusitaniæ Rege ad Pontificem Orator, qui multum cum Pontifice egit, ut ex viris illis, quorum tunc adhuc pauci numero erant, duos in Lusitaniam mitteret: quo tandem impetrato, profecti sunt illuc Franciscus Xavier & Simon Rodericus anno 1541. ubi à Rege totoque populo, sicut & alij in reliqua Hispania humanissimè excepti, & ubivis locorum in ea gente certatim Collegia eis exstructa fuerunt, nec ullo in loco hodie majori cum studio foventur. Nam vulgò in Hispania & Lusitania *Apostoli* & *Apostolici* viri etiamnùm hodie nuncupantur.

Hispani in superstitionibus nascuntur, & educantur.

Neque mirum: nam gentis hujus homines plus quàm serviliter in Romana Religione nascuntur, educantur, instituuntur & confirmantur, nec alibi ferè obsequentiores & ferventiores filios habet Romana Ecclesia. Tanta enim apud eos fit de fide & religione Romana Inquisitio, tamque arcta, ne inde avolet, septa tenetur custodia, nisi ipsi filij ad parentes suos, hæreseos damnatos, exurendos, allatis propria ex domo lignis carnificem adjuvent, ipsique propemodum parentum carnifices existant, hæretici ferè ab omnibus judicentur, eodemq; digni supplicio censeantur. Ex quo certè necesse est Hispanos superstitiosos evadere, actus Religionis externos multiplicare, & vel mortuos fidem Romanam spirare: ne si minus multa Religionis suæ signa dederint, suspecti extemplo de fide reddantur, & in tertiam ac quartam usque generationem crudelissimè excruciati puniantur. Accedit huic, quòd ab antiquis temporibus Marani, seu infideles nuncupati sunt Hispani, quippe à quibus prognati fuerunt. Vt igitur hanc calumniam à se depellant, in excessu peccant, & Iesuitis, tanquam Romanę Ecclesię columnis, immensos honores exhibent & privilegia dant Hispani per universum suum Regnum, imò aliquibus in locis Magistratibus ipsis parere & obedire præcipiunt.

Ioan. Siliceus Iesuitarum hostis.

Ioannes Siliceus tamen Archiepiscopus Toletanus in Hispania Iesuitarum acerrimus insectator fuit. Compluti in sua Diœcesi Collegium ipsis repente exstructum, ita ægrè ferebat, ut de Iesuitis à sua ditione pellendis toto animo dies noctesque cogitaret. Quotquot è suo clero Iesuitis favere nôsset, eos juris in Ecclesia Toletana dicendi potestate privat: vetat etiam in Ecclesia Complutensi, omninò quemquam à Iesuitis Ecclesiæ Sacramenta sumere. Quæ res in tota Hispania plurimorum animos vehementer commovit, ut qui existimarent, tantum Antistitem non sine gravi aliqua certaque ratione ita de Iesuitis statuisse.

Decretũ Sorbonæ contra Iesuitas.

De Iesuitarum ADVENTV, INCREMENTIS *ac* PROPAGATIONE *in Gallia.*

Iesuita in Gallia difficulter recepti.

IN Gallia verò, non eâdem facilitate, quâ ab Italis & Hispanis, Iesuitæ susceptí sunt. Cùm enim Episcopus Claromontanus *Guilelmus de Prato* eos Lutetiæ primùm, exiguo quidem numero, in Claromontium, quod ibi est Collegium, præ nimio erga illos favore, introduxisset, Anno Christi 1550. & moriens testamento ultra 60000. aureorum legâsset, eâ lege, ut Billonij & Mauriaci in Avernis Schola instituta juventuti erudiendæ incumberent: ante Loyolæ mortem Broetus in Gallia commendatione Caroli Lotharingi Cardinalis, cujus & nomen diplomati appositum est, ab Henrico Secundo impetraverat, ut juxta Pontificium diploma Societas hæc in Gallia reciperetur, & Sodalibus ex eleemosynis ædes & Scholã Lutetiæ, non etiam in alijs

Vrbibus

Vrbibus constructe, ibique juxta normam Ordinis vivere liceret. Haud diu post supplicitèr à Parlamento contenderunt, ut & in Regno hoc tolerarentur,& Societas hęc sub specie tam religiosi Ordinis, quàm Collegij tandem approbaretur. A Gallo-Francis verò tum quidem repulsam tuleruṫ.

Post quatuor nihilominus annos, iterum ut admitterentur, supplicârunt. Cum autem diploma, cujus paulò ante meminimus, in Curia lectum esset, 3. Non Sextil. & id Procurator regius *Noe Bruslardus* vehementer oppugnaret, Parlamentum decrevit, ut regium ac Pontificium diploma, Episcopo Parisiensi, nec non Theologorum Parisiensium Collegio, hoc est, Sorbonæ communicaretur : quibus auditis de tota re decerneretur. Sorbona Anno 1554. Decemb. 1. multis in medium adductis rationibus firmissimis, evidentissimisque, hanc Iesuitarum petitionem omnibus modis avertsata est, & vehementer impugnavit ac rejecit. Decretum autem hoc & sententia Sorbonæ de verbo ad verbum sic habet.

Ioan. Sliceus Iesuitarum hostis.

Decretũ Sorbonæ contra Iesuitas.

Anno Domini 1554. *die* 1. *Decemb. sacratissima Theologia Parisiensis, post Missam de Spiritu Sancto in æde sacra Collegij Sorbonæ, ex more celebratam, jam quarto in eodem Collegio per juramentum congregata est, ad determinandum de duobus diplomatibus, quæ duo sanctissimi Domini Summi Pontifices Paulus* III. *& Iulius* III. *his qui Societatis Iesu nomine insigniri cupiunt, concessisse dicuntur. Quæ quidem diplomata, Senatus, seu Curia Parlamenti Parisiensis dictæ facultati visitanda & examinanda, misso ad rem Hostiario, commiserat. Antequam verò ipsa Theologiæ facultas, tanta de re, tantique ponderis tractare incipiat, omnes & singuli Magistri nostri, palàm atque aperto ore professi sunt, nihil se adversus Summorum Pontificum authoritatem & potestatem, aut decernere, aut moliri, aut etiam cogitare velle. Imò verò omnes & singuli, ut obedientiæ filij, ipsum Summum Pontificem, ut summum & universalem Christi Iesu Vicarium, & universalem Ecclesiæ Pastorem, cui plenitudo potestatis à Christo data sit, cui omnes utriusque sexûs obedire, cujus decreta venerari, & pro se quisque tueri & observare teneantur, ut semper agnoverunt & confessi sunt, ita nunc quoque sincerè, fideliter & libenter agnoscunt & confitentur. Sed quoniam omnes præsertim verò Theologos, paratos esse oportet ad satisfactionem omni poscenti de his quæ ad fidem, mores, & ad ædificationem Ecclesiæ pertinent, dicta facultas poscenti, mandanti & exigenti Curiæ prædictæ satisfaciendum duxit. Itaque utriusque Diplomatis omnibus frequenter lectis articulis repetitis, & intellectis, & pro rei magnitudine per multos dies, menses & horas, pro more priùs diligentissimè discussis & examinatis, tum demùm unanimi consensu, sed summa cum reverentia & humilitate, rem integram correctioni Sedis Apostolicæ relinquens, ita censuit.*

Iesuita in Gallia difficulter recepti.

Hæc nova Societas, insolitam nominis Iesu appellationem sibi vendicans, tam licenter, & sine delectu quaslibet personas, quantùm libet facinorosas, illegitimas & infames admittens, nullam à Sacerdotibus secularibus habens differentiam in habitu exteriore, in tonsura, in horis canonicis privatim dicendis, aut publicè in Templo decantandis, in claustris & silentio, in delectu ciborum & dierum, in jejunijs & alijs varijs ceremonijs, quibus status Religionum distinguuntur & conservantur, tam multis, tamque varijs privilegijs, indultis & libertatibus donata, præsertim in administratione Sacramenti Pœnitentiæ & Eucharistiæ, idque sine discrimine locorum, aut personarum, in officio etiam prædicandi, legendi & docendi in præjudicium Ordinariorum, & Hierarchi Ordinis, in præjudicium quoque aliarum Religionum, imò etiam Principum & Dominorum temporalium, contra privilegia Vniversitatum, denique in magnum populi gravamen, Religionis Monasticæ honestatem violare videtur, studiosum, pium, & necessarium, virtutum, abstinentiarum & austeritatis enervat exercitium; imò occasionẽ dat liberè apostatandi ab alijs Religionibus, debitam Ordinarijs obedientiam & subjectionem subtrahit, Dominos tam temporales quàm Ecclesiasticos suis juribus injustè privat, perturbationem in utraque politia, multas in populo querelas, multas lites, dissidia, contentiones, æmulationes, rebelliones, variaque schismata inducit. Itaque his omnibus atque alijs diligenter examinatas & perpensis, HÆC SOCIETAS *videtur in negotio fidei periculosa, pacis Ecclesiasticæ perturbativa, Monasticæ Religionis eversiva, & magis ad destructionem, quàm ad ædificationem.* Interfuerunt huic Conventui Maillardus, Demochares, Perionius,& Ori Inquisitor fidei,&c. Procuratores fuerũt Benedictus Decanus & Courselles Subdecanus Theologiæ facultatis Parisijs: Itemq, Faber Syndiac & Noe Bruslardus; non Petrus Ramus & Mercerus, ut Iesuitæ mentiuntur.

Arrigite aures Iesuitæ.

Notate Iesuitæ.

Catechismus Iesuiticus lib. 10. cæ. 6.

Sic judicavit hoc tempore Sorbonianum Collegium de Iesuitis, hodiè verò non parum illis favet. Artibus enim suis in illud Collegium paulatim intrudunt Theologos, qui in eorum Collegijs literis operam dederunt, & nunc res

Iesuitarum

Ieſuitarum vehementer ibi promovent.

Ieſuitæ Galli provocant ad Hiſpanos.

Ieſuitæ verò hanc Sorbonæ cenſuram per Hiſpanicam Inquiſitionem annihilari & abrogari curârunt. De quo Ribadeneira libro quarto, cap. undecimo ſic ſcribit: *Porrò in Hiſpania, quòd Sorbonenſe decretum eſſet contra ſanctam Sedis Apoſtolicæ authoritatem, à qua Religio noſtra confirmata & probata eſt, fidei quæſitores illud tanquam falſum, & quod pias aures offenderet, ſuo decreto legi prohibuerunt.*

Ieſuitæ in Gallia intermiſſum negotiũ perſequũtur.

In Gallia autem hâc Theologorum Parſenſium ſententiâ territis Sodalibus, cùm tempori obſecundandum ducerent, & novi Ordinis invidiam tempore mitigatum iri ſperarent Ieſuitæ, altum ea de re ſilentium fuit, uſque ad Franciſci II. Galliarum Regis tempora, ſub quo potientibus rerum Guiſianis, qui impensè huic novo Sodalitio favebant, Ieſuitæ intermiſſum negotium perſequuntur; & ante omnia juxta S. C. Euſtochius Bellaius Pariſienſis Epiſcopus ſententiam rogatur, quam ille ſcriptis mandavit. In ea Societatem Ieſuiticam, ut novos omnes ordines, ſummè periculoſam: & his temporibus admotus potiûs concitandos, quàm Eccleſiæ concordiam ſarciendam, inſtitutam aſſerit: Inprimis Ieſuitarum nomen, ut arrogantiæ plenum, improbat; quippe cum ita ſolis ſibi tribuant, quod Eccleſiæ Catholicæ competit, quæ propriè fidelium congregatio dici poteſt, cujus caput eſt CHRISTVS; illi verò cum hoc nomen ſibi ſumunt ſolis, & hoc dicere videri, ſolos ſe Eccleſiam conſtituere: tum multa in privilegijs ei à Paulo Tertio conceſſis ineſſe dicit, quæ juri communi repugnent, Epiſcoporum, Curionum & Vniverſitatum auctoritati ac poteſtati præjudicent, ac proinde conſultius eſſe, at quando ad Turcorum & infidelium inſtructionem & verbi Dei apud illos populos promulgationem â Pontifice auctorati, ſunt in locis, qui ijs vicini ſunt, domicilia his Sodalibus aſſignentur, uti olim in Chriſtiano limite Rhodienſes Equites excubare juſſi ſunt.

His ſententijs à Rege in Conſiſtorio expenſis, inſtigante Cardinali Lotaringo, diplomate dato 7. Calend. Maij Anni milleſimi quingenteſimi ſexageſimi primi Curiæ mandatur, ut nullâ habitâ Theologorum Pariſienſium & Epiſcipi ipſius interceſſionis ratione, tam Pontificia quàm Regia diplomata in Societatis gratiam facta promulget.

Et quanquam Sodales porrecto Senatui libello ſupplici ſe juri communi ſubijcerent, & juribus ac privilegijs contra illlud à Pontificibus conceſſis, & Epiſcoporum, Collegiorum, Curionum, Vniverſitatum auctoritati, Eccleſiæ Gallicanæ & pactionum inter Reges ac Pontifices initarum juri præjudicantibus renuntiare ſe teſtarentur, nihilominus Senatus 8. Calend. Mart. decreto facto negotium omne ad Conſilium univerſale, aut Eccleſiæ Gallicanæ conventum remittit, ut ab eo novus ordo approbaretur.

Ieſuitæ recipiũtur in Gallia cum cõditione.

Tandem cùm poſſiaci juſſu Regis Præſules de Religionis negotio magno numero conveniſſent Franciſco Turnonio Cardinali Lugdunenſi Archiepiſcopo Præſide, 7. Calend. Octob. referente Bellaio Epiſcopo Pariſienſi, & pluribus conditionibus appoſitis, conventus juxta poteſtatem ei à Curia factam, causâ cognitâ novam Societatem admiſit & approbavit, ſub Societatis & Scholæ nomine, non etiam Ordinis recenter inſtituti, hoc eſt, tanquam Collegium ſolummodo quoddam, non autem novum Religionis inſtitutum vel ordinem, aſtutiſſimo Cardinalis Turnonij inſtinctu: expreſsâ inſuper hac conditione, ut aliud quàm Societatis IESV, aut Ieſuitarum nomen aſſumant, in ipſoſque Socios Epiſcopo in ſua Diœceſi, ut in alios Sacerdotes, juriſdictio ſalva maneat; utque nihil agere poſſint in Epiſcoporum, Collegiorum, Curionum, Vniverſitatum, aut aliorum Ordinum præjudicium, illorumve juriſdictionem & functionem, ſed juxta juris communis præſcriptum regantur, privigelijſque ei contrariis renunciare teneantur. Inſuper additum eſt, ni pareant, aut in poſterum nova à Pontificibus privilegia obtineant, ut approbatio præſenti decreto facta jam nunc revocata intelligatur.

Ieſuitæ non parent cõditionibus his.

Quid Ieſuitæ? nulli iſtarum conditionum inſtiterunt, multóque minus appellationem iſtam Ordinis ſui intermiſerunt: imò cùm primùm hoc decretum impetraſſent, ludum Lutetiæ aperiunt, & portæ Collegii ſui inſcripſerunt, COLLEGIVM DE SOCIETATE NOMINIS IESV.

Caroli Molinæi ſententia de non admittendis Ieſuitis in Gallia.

Cùm igitur univerſa Pariſienſis Academia eorum libertatem audaciamque effrenem interpellaret, rurſus res ad Senatum devoluta eſt. Antequam autem res in Senatu agitaretur, ab Academia conſultus Carolus Molinæus, Franciæ & Germaniæ Iuriſperitus celeberrimus, & in ſupremo Pariſiorum Senatu Advocatus, An Ieſuiſtę, ſic enim eos uocavit, in regno Francię & Vniverſitate Pariſienſi ſint admittendi? conſultatione ſcriptis mandatâ, quæ poſtea etiam publi-

publicata est, respondérat, Non solùm id non esse è Republica, sed contra Rempublicam & utilitatem communem Franciæ Regni, præsertim Vniversitatis Parisiensis, quæ omnium Academiarum primaria sit; his adductis rationibus.

1. *Primùm*, inquit, *Iesuistæ illi novam Religionem instituunt contra antiquos Canones etiam Conciliares: quibus vetitum est, novam ullam Religionem erigere; sed receptos & approbatos conventus subire: alioquin non esset ad finis novarum sectarum & adinventionum, ad explicationem populi Christiani, turbationem & confusionem ordinis Ecclesiastici; qui certis in statis suis finibus contineri debet. Vt text. in cap. ult de Religiosis domibus. Quod desumptum est de Cenecilio Gnerali sub Innocentio Tertio Romæ habito Anno* 1215.

2. *Secundò, & nominatim, hoc est contra arresta supremi Parisiorum Senatus: quibus præfati Iesuistæ jam non semel repulsi sunt, non solùm ut ignoti, sed etiam ut peregrini: imò etiam ut incapaces totius & juris & tituli Collegialis, hujusmodi secta & Religione factitia à tanto Senatu rejecta.*

3. *Tertiò, contrà solenne Consilium & conclusionem longâ & maturâ deliberatione factam Nicææ mense Iulio, Anno sesquimillesimo trigesimo octavo, à novem selectis præstantissimis & doctissmis viris. Quorum quatuor erant Cardinales, reliqui Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, à Paulo Tertio Pontifice Romano congregatis & diris adjuratis, ut absque illa dissimulatione veritatem edicerent, & consilium darent ad judicandum & corrigendum abusus, & medendum morbis Ecclesiæ: Qui inter alios abusus corrigendos, censuerunt prohibendam esse admissionem novorum Religiosorum, etiam in Conventuatibus jam receptis ordinibus: Sed omnes, qui tum nondum erant professi abigendos & expellendos; multò minùs novos Conventus erigendos etiam ordinum vel Religionum approbatarum: multò minùs novas factitias Religiones admittendas. Idem ante eos censuit Petrus de Alliaco Cardinalis Cameracensis in suo libro de Reformat. Ecclesiæ, edito in Concilio Constantiensi, considerat. Idem ante eos censuerunt Archiepiscopus Armacanus de Sancto Amore, sacræ Theologiæ doctor insignis quondam in Schola Sorbona hujus Academiæ & Scholæ.*

4. *Quartò: contra bonum publicum totius Regni nimis jamdudum multitudine Conventuum gravati, ut res ipsa clamat. Quod si nova hæc secta ad novum unum Conventum exigendum admissa fuerit, mox per totum Regnum serpet non solùm sumptu & onere populi, sed etiam Ecclesiarum Regni detrimento & gravamine luculento. Cujus rei recens extat exemplum, quòd à leviori principio nondum septuaginta annis ortum habuit: Anachoreta ille Franciscus à Paula, qui sub ortum Ludovici Vndecimi venit in agrum Turonensem, ubi cum sex jugera terræ emisset, objit: famuli ejus peculio magistri non contenti, quânam arte intra viginti annos tam multa novæ suæ Minimorum sectæ Monasteria ample dotata in Gallijs ædificârunt? Iesuistæ isti ut majus & augustius se habere principium gloriantur, ita majores spiritus colligunt, & majora sese brevi facturos sperant & jactant. Principijs igitur potissimum obstandum.*

5. *Quintò, non solùm tam est contra commoda publica, sed etiam vergit in magnum periculum Regni, nempe detegendorum & revelandorum passim secretorum exteris. Multos enim non solùm commorantes, sed etiam identidem communicantes alliciunt & alunt Italos & Hispanos, & quosvis exteros: Nimis opportuna res exploratoribus secretis Regni revelandis; quod ut suspectum & periculosum, omni adimadversione & prohibitione dignum censuerunt antiquæ & politicæ leges. leg. omne delictum. ¶. Exploratores. Pandect. de re militar. leg. mercatores. de commerc. & mercator. Adeò ut hac ratione etiam ritè electi Episcopi repelli possint, ut post Innocentium, in cap. cum superis tradunt. Ibi Panorm. col. 3. Fel. col. 4. extra. de appellat. Innocentius, in cap. quod sicut. & ibi Panorm. extra. de Election. & in cap. cum terra. eod. tit. Dominic. de sancto Geminian. in cap. in novo, col. ult. 21. distinct. Zangelin. in extravagant. execrabilis, in verb. diversorum Regn orum, sub tit. de præbend. Quantò fortiùs excludi possunt novi Monachi?*

6. *Sextò, istud est contra jus publicum, quo novorum Collegiorum erectio prohibetur. Et in summa omne Collegium illicitum est, nisi specialiter approbatum appareat. lib. 1. leg. Collegia. ¶. In summa. Pand. de coll. illic.*

Porrò Collegium illicitum usurpans non minori pœna tenetur, quàm tenentur hi, qui hominibus armatis loca publica vel Templa occupant. leg. 2. Pandect. de colleg. illic.

Et Collegium non specialiter approbatum, nec passivam quidem Testamenti factionem habet l. Collegium. C. de hæred. instituend. Non obstat l. C. de Sacrosancta Ecclesia, quia loquitur de publico & ordinario ministerio Ecclesiæ seu Collegio Catholico, sive alibi per universalem Ecclesiam Christianam, qui ante Constantinum non licebat aliquid legare, nec Ecclesiam Christianam hæredem instituere; quod cùm Lucina matrona fecisset, Maxentius, qui tum ante adventum Constantini Roma rerum potiebatur, eam relegavit: teste Platina in Marcello. Quod Constantinus devicto Ma-

Iesuitæ recipiuntur in Gallia cum conditione.

Iesuitæ non parent conditionibus his.

Caroli Molinæi sententia de non admittendis Iesuitis in Gallia.

xentio factus Imperator correxit d. l. 1. ad populum lata, quæ non est facta nisi in favorem Ecclesiarum Christianarum, & ministerij ordinarij. In Ecclesia nulla erant Cœnobia; nulla Collegia Episcoporum & Parochorum, qui in locum Apostolorum & discipulorum Christi successerunt, quod nullo modo dici potest de Cœnobijs seu Monasterijs institutis, quæ manent sub Regula prohibitiva, & sub genere Collegiorum illicitorum, nisi de speciali approbatione appareat. leg. 1. & 3. Pandect. de colleg. illicit. Et sic nullo modo includi possint nec contineri sub gratia & promissione, dict. leg. 1. quæ adhuc propter abusum clericorum Romanæ Eccleſiæ, facultatibus morientium insidiantium, revocata fuit per Valentinianum, & Valentem Imperatores tempore B. Hieronymi, qui eam legem laudat, propter sordidam & insatiabilem avaritiam Clericorum & Monachorum Ecclesiæ Romanæ: quam avaritiam valde deplorat & detestatur in Epist. 2. ad Nepot. tom. 1 Epistolarum suarum: qui si viveret, non minus deploraret & execraretur sordidum quæstum & avaritiam dictorum Iesuistarum, qui preces suas & suffragia vendicant: Non enim alium habent reditum: & tamen nec manibus operari volunt: ut exemplo Beati Pauli jubet sanctus Augustinus in libro suo de opere Monachorum: Nec se alijs antiquis approbatis Conventibus submittere, ut sacri Canones jubent. can. ult. de religios. domibus. Sed sibi solis novum Regnum erigere, idque stipe simplicium, quod vetat & maledicit Christus, Matth. 23.

7. *Septimò, quòd in medio ipsius Academiæ, sine ejus permissione, de facto construant novam Ecclesiam, novum Collegium, noves Lectores & novas lectiones: Nec volunt eidem Academiæ subijci, sed novum Collegij & exercitij caput erigere. Quod non solùm monstrosum est, sed seditiosum, & contra jus publicum. l. 1. ¶. hujus studij, Pand. de Instit. & Iur.*

8. *Octavò, Academia Parisiensis abundat multis congruis & approbatis Collegijs, & ab antiquo fundatis, etiam plus quàm sufficientibus; imò quædam superflua sunt: Et sic multò minùs admitti & tolerari debet Collegium novum Iesuistarum.*

9. *Nonò, sine auctoritate Episcopi, & approbatione doctorum Theologiæ concionantur, & novum suum Catechismum quasdam superstitiones continentem, plebi & etiam mulieribus, omnibus promiscuè obtrudunt, ut de industria sese ingerere videantur ad dandum occasionem infringendi pacificationis edicta: quare nihil perniciosius esset & periculum irreparabile secum trahit.*

Quibus consideratis, Procurator generalis ejusdem almæ Vniversitatis Parisiensis justam causam habet, & pro debito officij debet præfatis Iesuistis novum opus nunciare: eosque ut ab indebitis illis novitatibus desistant per legitimos tramites compellere. Et ita censeo ego Carolus Molinæus Franciæ & Germaniæ IC. & in supremo Parisiorum Senatu antiquus Advocatus.

Secundum hæc igitur & alia similia causa ista frequenti Senatu acriter agitata est. Pro Sodalibus Petrus Versorius magni nominis Patronus laudatâ multùm eorum origine, quam suprà memoravimus, & institutione peroravit. Stephan. Pascasius vel Pasquierius contra pro Academia Parisiensi disseruit, & sectam eam ambitiosam & fucatæ Religionis plenam appellans, in Hispana latam Lutetiæ adultam, Venetijs exercitatam, Romæ initio exagitatam, postremo receptam, & privilegijs immodicis & à jure communi exorbitantibus donatam, posteà in Gallia Theologorum Parisiensium sententiâ damnatam, itemque à Parisiensi Episcopo rejectam fuisse dixit; nunc verò gratuitæ puerorum institutionis specie grassari, & inde familias captatis testamentis exhaurire, inde juventutem specie Religionis corrumpere, & fastinatis per superstitiones puerorum ingenijs jam nunc seditiones & defectiones in Regni perniciem aliquando erupturas moliri. Tum inter plura eorum vota illud exagitat, quo *Præposito* suo, quem tanquam Deum præsentem in terris venerati se dicant, obedientiam, quam *cæcam* appellent per omnia & in omnibus polliceantur. Deinde in ambitiosum eorum nomen invehitur, quod cum sectarii alii ante ducentos annos usurpâssent ab Ecclesia reiecti, & iusto Dei iusto Dei iudicio ac flagello omnino dissipati perierint. Hoc nomine nihil aliud agi, quàm ut inter eiusdem religionis Professores scissura constituatur, & Iesuitæ alii Christiani. Quòd verò adeò se erga Pontificem obsequentes præbeant, eò magis suspectos eos Gallis esse debere, qui Pontificem quidem tanquam caput & Principem Ecclesiæ agnoscant, sed ita, ut sanctis decretis & œcumenicis Conciliis tanquam inferior parere teneatur: nihil aduersus Regnum ac Reges pronunciare, aut contra Curiæ placita, aut in præiudicium Episcoporum intra eorum fines decernere valeant: tum subiicit, novis Sectariis istis semel admissis, totidem hostes intra Regni viscera ali, qui si contingat, ut excandescente perversa bile in Gallos arma vertant Pontifices, Regi nominique Gallico bellum indicturi sint. Postremò versà

Step. Pasquierius de Iesuitis. judicium.

Bapt. Menilius de Iesuitis.

ad

ad Senatores oratione, *Vos*, inquit, *qui nunc Iesuitas toleratis, aliquando ipsi, sed serò credulitatem vestram accusabitis, cum conniventia vestra effectum videbitis, ut horum àstu, dolis, superstitione, dissimulatione, præstigijs ac malis artibus publica tranquillitas, non solum in hoc Regno, etiam per universum orbem Christianum periclitetur.*

Step. Pasquier. de Iesuitis. judicium.

Bapt. Menilius de Iesuitis.

Post eum replicavit Versorius: ac demùm Baptista Menilius Cognitoris Regij partes sustinens, qui increpitâ initio Patronorum utrinque acerbitate, postquam de novis Ordinibus & periculo in eorum admissione non solùm quantum ad religionem; sed etiam quantum ad civilem administrationem multa dixit: tandem contra Iesuitas peroravit, qui, utpote voto obligati, in Scholæ Parisiensis corpus ad juventuté erudiendam nullo modo cooptandi essent, & à Senatu petijt, videret in quam rem Claromontani Episcopi legatum converti posset, aut deberet, ut memoria testatoris & voluntas alio genere conservaretur. Causa hæc biduum integrum agitata est. Senatus sive futuri securus, sive odio Protestantium, quibus debellandis isti homines nati credebantur, de hoc negotio ampliùs deliberandum censuit, libertate interim Sodalibus ludum aperiendi & juventutis erudiendæ concessâ. Hoc Non. April. decretum, Anno millesimo quingentesimo sexagesimo quinto.

Hac igitur occasione Societas ista Paulatim in Gallia augetur & firmatur, & non tantùm communis populi, sed Principum sanguinis & Regum ipsorum gratiam ac favorem sensim adipiscuntur, qui magnifica Collegia eis in diversis, & quidem primarijs Vrbibus ædificârunt atque liberaliter dotârunt. Mansit nihilominus altâ mente repositum conceptum, non solùm Sorbonistarum, sed etiam totius Vniversitatis & studij Parisiensis in Iesuitas odium, ita ut occultè semper inter hos & illos fuerint æmulationes & contentiones: frementibus nimirum in eos Academiæ Professoribus, quòd seorsum & extra ordinem privatum habeant sodalitium; quòd in hunc usque diem decreta Vniversitatis detrectent, Rectori non sint audientes, sed suis duntaxat Præfectis priuatim morem gerant, quòd castoris instar dubij sint ordinis, omnium plumas furentur, non unâ Spartâ sint contenti, pastoribus suas oves surripiant, privatis sacrificijs quoslibet suscipiant & absolvant, cæterorum exuvijs dites sint, & nescio quo hamo ex nobiliori qualibet familia adolescentes incautos expiscentur, suis quoque fascinationibus bello durante omnem pubem post se traxerint, obsessa & esuriente Lutetiâ, frequenti in Schola docuerint, & soli Vniversitatem fecerint, quæ olim tot musæis frequentibus & vix turbas auditorum capientibus floruerit.

Quum autem paulò ante deditam Henrico IV. Lutetiam consilia Iesuitarum in Gallia rursus canerisare ac in deterius ferri, vicissim autem omnia in bonum Regis & universi Regni quietum ac tranquillum statum inclinare paulatim incipe-rent; Generalis eorum Aquaviva, ut impendenti malo aliquo modo occurreret ac præveniret, Provinciales, Rectores, ac præcipuos seu Seniores ordinis universi Patres omnes Anno millesimo quingentesimo nonagesimo tertio Romam ad generalem congregationem evocauit, ubi tum, occasione sic ferente, quò tempori nempe se accommodarent, in Novembri Decretum tale condiderunt: *Vt ab omni specie mali abstineatur, & querelis, etiam ex falsis suspicionibus provenientibus, præcipitur omnibus in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœna inhabilitatis ad quævis officia & dignitates seu prælationes vocisque tam activæ privationes, ne quispiam* PVBLICIS ET SECVLARIVM PRINCIPVM NEGOTIIS *ullâ ratione se immiscere, nec etiam quantumvis per quoscunque requisitus aut rogatus, ejusmodi res tractandi curam suscipere audeat vel præsumat. Idque serìo commendatur superioribus, ne permittant socios ijs rebus ullo modo implicari, & si quos ad ea propensos animadverterent, eos loco mutandos quàmprimum commutent, si alicubi sit occasio vel periculum se ejusmodi implicationibus irretiendi.*

Decretū Iesuitarum.

Iesuitas autem in istiúsce Decreti promulgatione non seriò egisse; sed hominibus ita saltem imponere oculosque perstringere voluisse; ne videlicet minus ipsis fideretur; vel inde liquet; quòd eorum Superiores istud nunquam observârunt; quin potiùs ubicunque & quandocunque vel paululùm relaxationis adeptos esse se putârunt, antiquos dolos & astutias reassumere, & juxta præsentem rerum conditionem sua consilia moderati neutiquam intermiserunt; quum tamen Decretum istud allegatum & jurata illa cœca obedientia diversum planè requiret; nisi si aliud in recessu reconditum id habuisset, & ipsimet ejusdem sensum meliùs intellexissent. Rem ita se habere inde quoque manifestum est, quòd Comoletus Iesuita in concione quadam super caput tertium Iudic. Lutetiæ habitâ, post excitatos de

Iesuitæ decretis non satisfaciunt.

Henrici III. Galliarum Regis occasu plausus ingentes & evectionem istius Parricidæ Iacobitæ vel supra Sanctos omnes, in hanc erupit exclamationem: *Ahodum nos oportet aliquem habere; si vel Monachus sit, seu miles: sive cerdo denique seu subulcus; Perinde enim est; saltem ut Ahodum quempiam habeamus. Hoc videlicet unicum adhuc restat, tum quidem omnia nostra probè componemus, & ad optatum deniqne finem perducemus.* Idem Commoletus postea quoque in Regem Henricum IV. similiter debacchatus est, & ad perduellionem, seditiones, tumultus ac bella civilia subditos concitavit. Vnde quidam sic de eo:

Concio, Romani dicta est furiosa Tribuni
Quæ rapit ad cædem seditiones suas,
In Cathedra flantem, rabidâ cum voce boares
Commole te populus vidit & obstupuit
Qui Regis cædem, Regni qui funera suades,
Qui varios motus hic & ubique cies,
Cujus in ore frequens furor est patriæq; ruina,
Hæc est Iesitæ conscio sacra pij
Cum tua parturiat civiles lingua procellas,
O Iesita Dei sancte Tribune, vale.

Ita quoque posteà Anno 1597. Iesuita Richardus Walfodt Eduardo Squirreo venenum præbuit, quo Principem suam legitimam Angliæ Reginam infiseret & extingueret. Ita Iesuitæ quoque Duacenses Anno seq. 1598. victorem quendam Hyprensem Petrum Panneum induxerunt, ut illustrissimum illum belli ducem Mauritium Nassovium interimere cogitârit. An autem hoc sit PRINCIPVM SECVLARIVM NEGOTIIS NVLLA RATIONE SE IMMISCERE, & literalis istius Decreti sensus ita observetur, Iesuitis quidem ad defendendum, omnibus autem præjudicijs nondum occupatis hominibus alijs diiudicandum relinquitur.

De ejectione Iesuitarum ex Gallia agitur.

Lutetiâ verò Regi anno 1594. restitutâ, ac bello civili sedato, cùm apud omnes; præsertim Academicos, constaret, Iesuitas perduellionis, seditionum, tumultuum ac omnium turbarum præteritarum in Gallia primariam causam fuisse; ac suis tribunitijs concionibus, tanquam facibus, civile bellum magis magisq; accendisse; Vniversitas Parisiensis Ioanni Passeracio, Regio Eloquentiæ Professori disertissimo injunxit, ut Iesuitarum expulsionem authoritate quoque suâ promoveret. Is igitur præfatiuncula in disputationem de *Ridiculis*, quæ est apud Ciceronem lib. 2. de Oratore gravissimè in Iesuitas, suppresso tamen illorum nomine, invectus est, & illorum ejectionem ex Regno vehementer suasit: *Lustranda*, inquit, *& expianda nunc est Academia, Musisque iterum dedicanda, diligenti cautione adhibitâ, ne amplius earum Templa & cerimoniæ contaminentur. Id ut rectè fiat atq; ordine, abigēdæ sunt inprimis obscœnæ volucres (Iesuitæ) quæ rapinis, contactuq; omnia fœdant immundo.*

Decolor est illis vultus, deterrima ventris
Proluvies: uncæque manus, & pallida semper
Ora fame: ——————————
Non agnoscitis volucres, agnoscite sine plumis bipedes.
Curva quibus pullam subnectit fibula vestem.

Has harpyias nisi Senatus, & amplissimi ornatissimique viri, quibus Academiæ Scholaque Regiæ instaurandæ tradita est provincia, fugârint & exterminârint, ut pinnati Aquilonis filij in fabulis, frustra littoralibus Dijs vota nuncupabimus: rursus ad eos scopulos, ad quos nuper est fermè adflicta, navis nostra referetur. Ne quicquam in excolendo Musarum fundo sudabimus: ne quicquam lolium, carduos, lappas & tribulos exstirpabimus, nisi ex agro nostro hæc filix radicitus evellitur.

Meminisse debemus, quónam pacto profugi homines, nec minùs vagi quàm Schytæ, novâ gratuitæ doctrinæ professione vulgò commendati, huc irrepserint; quibus artibus, inhiantes locupletum fortunis, divites orbos, vel celibes, deliros senes, superstitiosas mulierculas, & adolescentulos imperitos deceperint, & velut Circeo poculo, repentè immutârint: ut religionis specie, quam inexplebili avaritiæ, suisque fraudibus obtendunt, equum Trojanum paulatim introduxerint: ut semper in insidijs manserint, & in speculis steterint: proditionis occasionem expectantes: ut eâ oblatâ, machinam suam continuò aperuerint, armatisque hostibus hanc urbem, & totam Galliam omni genere calamitatum repleverint.

Ne verò insidias & paratam pestem caveremus, nevè impendentia prospicientibus & prædicentibus cordatis viris crederemus, obstiterunt Coroebi quidam & Vcalegontes, qui plures in Ilio nostro quàm Laocoontes fuerunt. Et hos adhuc in Sinu habemus Sinones?

Quid hos, malùm, fovemus? aut quid hi sciunt?
Nisi uncta devorare patrimonia.

At Gratis docent. Muta literulam, rem acu tetigeris: Gratis nocent, eoque mactandi majore infortunio, quòd gratuitò sunt mali: quam-

Rescriptum

quamquam vix istuc tibi persuadebit, qui eos bene noverit. Testes honestissimæ amplissimæque familiæ, quarum sanguinem pro levi docendi opella, & exiguo Minervali, isti hirundines exorbuerunt. Testis immanis eorum census, qui cum Regum & summorum Pontificum opibus certat. Præclara liberalitas, repudiare drachmam, & talentum extorquere. Mirum genus benignitatis, pro stipe menstrua immensæ pecuniæ legata, opimasque captare & rapere hæreditates. Institutio puerorum his aucupibus est illex, pendebunt pulchrè qui ab ea transenna turdi lumbricum petent. Gratuita doctrina illis est pro hamo, vel potiùs pro reti-jaculo, qua callidi piscatores cuncta convertunt cum pulvisculo. Stolidi parentes, qui suos ijs credunt liberos, eâdem operâ columbas accipitribus, pullos milvis, & oves committent lupis. Sed quid tandem isti per aureum funem de cœlo delapsi magistri discipulis suis tradunt? nihil sapere, ritus Hispanos, odium legum institutique patrij, &, ut priscis utar verbis, imbelliam, imbalnitiam, impolitiam, imparentiam, meramque cum Lavernæ sacris barbariem, quam consultò huc invexerunt, opinor, ut eam soli docerent. Interim delitescunt in vepretis nostris, nitedulæ, quæ rem civium arrodunt; nobiscum impunè versantur speculatores & exploratores Philippi, & ejus tyrannidis acerrimi satellites.

Atqui discuntur apud eos boni pudicique mores. Sanè tristes, cùm aspicias frugi censeas, nec tamen si fibulam gestant, sunt Hippolyti: nec si bonos authores evitant, ideò bonis placent, Gallis præsertim, quibus naturâ sunt invisi Deliaci. Magna laus est scilicet, ac palmarium facinus, ex hirco caprum, ex ariete vervecem, & ex verre majalem facere. Atque utinam fabri Patribus eorum, quâ parte opus fuit, perpetuam imposuissent fibulam, recta hic non depravarent ingenia dum curva corrigere videntur, nec suos edocerent artem mentiendi & dolos, quos appellant industrios. Quid autem aliud præciperent vulpeculæ, si scholam aperirent? Sic amant verum hi Chamæleontes, polypi ac stelliones. Hujusmodi doctrinam & hos mores illis non invidemus: sibi habeant, abeantque simul cum strigibus ἀκυσώρυς ἐσὶ νῆας, & inde revertantur unde malum pedem huc attulerunt. Iam pridem vasa collegerunt, profectionis signum datur: quid morantur amplius? Academia nostra certè, quæ longum periculosumque, morbum eorum contagione contraxit, nisi hoc levetur vomitu, vix unquam convalescet, &c. Hucusque Passeracius.

Reſcriptum

Bouceretus artium Doctor, opportunitatem quoque inde nactus, institit Universitati, ut Iesuitæ in jus vocarentur & è Regno Franciæ prorsus ejicerentur. Universitas igitur hujusmodi rescriptum Boucereto dedit: *An. Dom.* 1594. *die Lunæ* 18. *Mensis Aprilis convocata Vniversitas omnium Ordinum hujusce inclyti studij Parisiensis apud ædem S. Mathurini pro supplicatione peragēda ab Academia ad ædem Sanctæ Capellæ Regalis Palatij Parisiensis, ad reddendas gratias Deo altissimo, pro reductione felici hujusce almæ Vrbis, prosperitate, & felicissimo successu Christianissimi & invictissimi Domini nostri Henrici IV. Regis Francorum & Navarræ, conservatione dictæ Vrbis, sub ditione & protectione dicti Domini nostri Regis, & pro quam pluribus alijs rebus ad Academiam spectantibus, atque super supplicatione facta à D. & M. Laurentio Bouceret, artium Doctore, de in jus vocandis Iesuitis, ut omninò eijciantur. Dicta Vniversitas debitè (ut moris est) horâ solitâ convocatâ, ex consensu unanimi omnium Doctorum & Magistrorum, singularum quatuor facultatum, & quatuor Procuratorum nationum, nemine repugnante censuit & determinavit, esse annuendum supplicationi dicti D. Boucereti, ideoque in judicium & jus ritè & convenienter Iesuitas vocandos, ut eijciantur omninò. Eandem ob rem censuit Vniversitas ex singulis ordinibus nominandos aliquot selectos viros, qui ea diligenter curent, quæ ad litem contra Iesuitas movendam pertinent. Vnde facultas Theologorum nominavit D. Magistrum Adrianum d'Amboise, summum Regiæ Navarræ moderatorem, & alium Doctorem, quem dictus D. d'Amboise voluerit eligere. Facultas Decretorum quæ acta sunt approbavit; & quia unicus tantùm Doctor, nomine Dominus David Son aderat; promisit se nominaturum aliquem alium ex suis Doctoribus. Facultas autem Medicorum ordinavit D. & M. Iacobum Causinotum. Postremò facultas artium nominavit dictum M. Laurentium Bouceretum, & D. Georgium Critonium. Sicque statum fuit unanimiter, & concluſum nomine reclamante, per D. Iacobum d'Amboise Academiæ Rectorem, totamque Academiam anno & die præfatis, quod rescriptum subsignatum fuit* DVVAL, *& à latere visum nos Rectorem Iacobum d'Amboise, sigillo rubriceri munitum.* Fovebant tempora postulatis Academiæ, & recordatio malorum recentium in bello civili à Iesuitis excitatorum vel silenti Rectori & Vniversitati patrocinabatur.

Vniverſitatis Pariſiē. de ejiciendis Ieſuitis.

Ad hanc igitur litem Iesuitis intendendam, designati, postquam consilia inter se contulissent, libellum supplicem Parlamento Parisiensi exhibuerunt, cujus hæc ferè summa est. *Submissè supplicant Rector,*

Libellus ſupplex Parlamento Pariſiē. de ejiciendis Ieſuitis exhibitus.

Decani & facultates, nationum procuratores, ſuffragatores, & ſtudioſi Academiæ Pariſienſis, dicentes ſe jam pridem conqueſtos eſſe apud Curiam, de ingenti confuſione, quam in Academia peperit nova quædam ſecta ex Hiſpania & locis finitimis oriunda, ambitioſum titulum Societatis nominis Ieſu ſibi aſciſcens, quæ ſemper, ſed his potiſſimùm poſtremis civilibus bellis ſe factioſam, & fautricem Hiſpanicæ conjurationis exhibuit, ad ſtatus noſtri everſionem; non in hac Vrbe Pariſienſi tantùm, ſed in omnibus alijs regni locis. Quod quidem à primo ipſorum adventu proſpectum fuerat à prædictis ſupplicatoribus, & præſertim decreto facultatis Theologicæ, quod tunc temporis interpoſitum fuit, quoniam hæc facta introducta videbatur ad Ordinem Eccleſiæ tùm politicum, tum Hierarchicum & inprimis Academiæ ſubvertendum, abnuens Rectori obſequium, atque adeò Archiepiſcopis, Epiſcopis, Curionibus & alijs in Eccleſia Superioribus. Effluxerunt autem anni triginta, ex quo ſuffragatores prædicti Societatis nomen Ieſu ſibi atrogantes, cùm in hac urbe tantùm, & non in alijs regni oppidis venenum ſuum effudiſſent, libellos ſupplices obtulerunt, poſtulantes in Academiam noſtram aſciſci. Quæ cauſa cùm primum propoſita fuiſſet ad futuri conſeſſus diſceptationem rejecta fuit, & ſtatutum, ut res in eodem ſtatu relinquerentur, quod erat prohibere, quò minùs Ieſuitæ quicquam in illius ſententiæ præjudicium aggrederentur. Cui tamen non ſatisfecerunt, ſed quod gravius fuit, funeſtis ſuis conſilijs res politicas perturbantes miniſtros & exploratores ſe in Gallia geſſerunt, ut Hiſpani commoda promoverent, ſicut omnibus manifeſtum fuit. Hæc cauſa ad futuros conceſſus relata, non ampliùs in judicium venit, nec utrinque actiones excerptæ fuerunt ac proinde penitùs concidit. His ergò ritè examinatis, Domini placeat vobis, decreto veſtro, hanc ſectam, non ſolùm ex Academia, ſed ex univerſo Franciæ ſolo eliminare, & ſic ex jure & æquo ſtatuetis. Signatum Le Royer, & à latere d'Amboyſe Academiæ Rector.

Etſi verò Patres Ignatianæ Societatis tam graviter eſſent accuſati, & tam capitales haberent inimicos, non deſtinêre tamen ſe opponere, neque hoc ſolùm: ſed in concionibus publicis, privatiſque confeſſionibus multa in præſentem Galliæ ſtatum, in Principes Regni, in Regem ipſum tam defunctum, quàm præſentem liberiùs fortè, quàm prudenter locuti ſunt. Quare potentum in ſe indignationem magis provocârunt, ignemque (ut aiunt) gladio foderunt: Hinc in ſuſpicionem ſeditionis concitandæ venerunt. Sed & ex confeſſione cujuſdam Barrierij, Meloduni ob tentatum in Regem parricidium extremo ſupplicio affecti, criminis læſæ Majeſtatis rei ſunt habiti.

Quæ omnia multorum animos ab illis abalienârunt; adeò, ut tandem Curia Pariſienſis ſeptimo die Iulij anno milleſimo quingenteſimo nonageſimo quarto eis diem dixerit, eoſque in jus vocaverit: ut publicè cauſam dicerent. ſeſeque defenderent. Ieſuitæ, poſt varias tergiverſationes, ac frivolas hic inde conquiſitas excuſationes, per Advocatum ſuum Claudium Duretum à Parlamento petierunt, ut cauſa ſua, non uti ſolitum aliâs eſſet, palàm, ſed occluſis januis ſecreto tractaretur: iſto cum prætextu; quòd pro Apologiæ ſuæ ratione ſeu conditione, adeòque neceſſitate ipſâ, non poſſunt aliter, quàm ut multos, qui Regis miniſtri admodum fidi velint haberi, perſtringerint, eoque non parum offenderent. Quod ipſis, ut ut longè aliud ſpectantibus, permiſſum tamen, atque conceſſum fuit. Decretum igitur eſt ut proceſſus juris clauſis foribus inſtituatur. Deſignati ſunt Advocati Academiæ Magnus Antonius Arnaldi; Paſtorum urbis, qui ſe Academiæ junxerant, Ludovicus, Dolleus; Societatis M. Claudius Duretus, Procuratoris Generalis ſuæ Majeſtatis, Dominus Seguirius.

Societatis defenſiones uti & aliorum accuſationes videre nobis non contigit: unius M. Antonij Arnaldi accuſatio nuper ad manus noſtras pervenit, cujus hæc ferè præcipua capita ſunt.

Capita Proceſſus in Ieſuitas inſtitut.

Ieſuitas ad ſummas opes perveniſſe: In Italia & Hiſpania Comitatus & Baronias poſſidere ad Cardinalatum evectos, & poſt Pontifices Romanos futuros. In Hiſpania novem aut decem millia eſſe; Collegia ibidem habere ducenta viginti octo, poſſidere plusquàm viceſies centena aureorum millia, &c.

2. *Primarium eorum votum eſt, per omnia & in omnibus obedire ſuo Generali, aut procuratori, qui ſemper eſt Hiſpanus, aut Hiſpaniæ Regi ſubjectus. Qui ſi dixerit; Abi & interfice Regem Franciæ, eundum eſſet.*

3. *Societas hæc primùm probata eſt in Hiſpanijs Videtur nata ad Imperium Hiſpanicum promovendum, vocant Regem Philippum maximam potentiam, murum & ante murale Domûs Dei orant pro Rege Philippo, &c. Pro Rege autem Franciæ non orant.*

4. *Docent Pontifici jus eſſe excommunicandi Reges Franciæ, ſubditos ab eorum obedientia ſolvendi. Cujus contrarium oſtendere conatur.*

5. Pa-

5. *Patriarcha eorum Ignatius Loyola Castilanus, capitaneus unius peditum vexilli, in oppugnatione Pampiloniæ militavit: ibique ab obsessis in crure vulneratus, incredibiles sensit dolores. Quare vovit perpetuum se & capitalem Franciæ fore hostem, & quidem infensiorem, quàm Hannibal Romanorum. Eum sectantur omnes ejus filij. Naturam, ait, prudenter agere, ut animalia ferociora & noxiora minus sint fœcunda. At Iesuitas 60. qui primùm hanc Societatem instituerunt, ita brevissimo spatio multiplicatos, ut decem millia inventa sint, quæ Societatis institutum profiterentur. Commemorat deinde quàm parvis initijs favore Cardinalis Turonensis, & Lotharingij ad magnam amplitudinem pervenerint.*

6. *Conjurationes plusquàm Catilinarias in eorum Collegijs, in platea S. Antonij, & S. Iacobi à Legatis Hispanicis Mendoza, Daguillonio, Diego, VVarra, Taxi, Feria & alijs fabricatas, Nobiles quosdam absolvere noluerunt, nisi juramento, quo Regi defuncto erant devincti, renunciarent, seditiosis suis concionibus multas Vrbes & Oppida perdiderunt. Cum duobus Cardinalibus Legatis Franciscis consilia contulerunt; Vrbem Parisiensem Philippo Regi Hispaniarum tradere voluerunt; Regi Philippo statum Regni perscripserunt. Eorum dictum esse, Vnus Deus, unus Papa, unus Rex Christianissimi, magnus Rex Catholicus & universalis. Omnia eorum acta & dicta, omnes eorum cogitationes eò spectare, ut Regem Hispaniarum Europæ Monarcham constituant. Parricidæ sunt Majestatis Regiæ, ut ex confessione Barrierij, Meloduni extremo supplicio interfecti, omnibus est notissimum. Nam etsi propositum malè successerit; maluissent tamen patrati, quàm inepti facinoris esse rei. In publicis concionibus laudârunt factum Iacobi Clementis, Henrici Regis III. interfectoris. Docent licere omnes Principes Regni, à Pontifice excommunicatos interficere, &c.*

7. *In suis statutis articulum habent; Absque anno probationis se recipere eos, qui se offerunt ad faciendum votum suum; post quod, etsi simplex sit, hi qui votum fecerunt, irrevocabiliter suo Generali obligantur. Generalis autem votum reddere potest irritum, quandocunq; illi placuerit, etiam post 25. aut 30. annos. In quam constitutionem Magister Antonius magno orationis fervore invehitur.*

8. *Iesuitæ authores sunt mortis Regis Lusitaniæ Sebastiani. Per Iesuitas Hispanus Regno Lusitaniæ potitus est: Iesuitis impulsoribus in Insulis Terceris 28. Barones, & 50. nobiles Franci uno die, in una cataста sunt capite multati; infiniti milites suspensi, 500. etiam Franciscani alijque Monachi strangulati.*

9. *Iesuitæ sunt ministri Regis Hispaniarum: testatur hoc favor, benevolentia & liberalitas, quâ illos prosequitur*

10. *Iesuitæ fiunt Cardinales, ut postea fiant Pontifices. Toletanus enim Cardinalis is est, qui Duci Nivernensi tam superbum responsum reddidit.*

11. *Iesuitæ ante 38. annos, cùm locum in Gallia peterent, tam à Curia, quàm à Sorbona sunt rejecti. Et quia nec seculares sunt, nec Religiosi, etiam cùm confirmationem Societatis peterent à Cadinalibus repulsi sunt.*

12. *Etsi Iesuitæ edicto Regio non comprehendantur; comprehenduntur tamen edicto 4. Aprilis, anni 1594. quia sacro fœderi nolunt renunciare, & Regi juramentum fidelitatis præstare.*

13. *Salvis Iesuitis, salva non potest esse Parisiensis Academia.*

In his omnibus tacitæ simul objectioni occurrit: *Iesuitæ instituunt & docent juventutem.* Respondet, *imò docent, sed Reges suos jugulare & occidere, seditiones movere, tyrannidem Hispanicam stabilire: Qui filios suos Iesuitis tradunt instituendos, & filijs & bonis suis periclitantur. Ab adolescentibus magnum minerval pro institutione accipiunt. Tyrannus Hispaniæ seminavit Iesuitas per Galliam, ut teneris Gallorum animis amorem sui nominis & dominationis inserant.*

Deinde, quia Societas maximè se tueri videtur Consilio Anni 64. ea quæ pro Iesuitis facere videtur quoque refutat.

Vocat illos non sine gravi causa *Hispanorum coryæos, homines sceleratissimos, cruentis manibus, immani avaritiâ, nocentissimos, quibus fides, decus, pietas, honesta atque inhonesta omnia quæstui sint: ad excogitandum acutissimos, ad audiendum impudentissimos, ad efficiendum acerrimos.*

Occurrit etiam illis, qui dicunt; *Si eijciamus Iesuitas, qui dicent Romæ? distingue, ait, inter ipsos dicentes, Hispani dicent; Qui Iesuitas Franciâ expulerunt omnes sunt Hæretici. Alij verò qui Romæ & in Italia sunt, & Hispaniam non viderunt, dicent; egregium esse factum, quo Franci significant, se libertatem amare in libertate velle manere, & inimicos esse juratos omnium Hispanorum.*

Si Iesuitæ tam pernicioſi sint Franciæ, cur tanta Miracula fecêre in Indiâ? Hic omnem tyrannidem Hispanorum, quam miro verborum ornatu amplificat, solis Iesuitis adscribit.

Respondet quoque illis, qui dicunt; *Si tam scelerati sint Iesuitæ, cur non condemnantur & occidúntur? & respondet, occidi quidem posse, ut Fratres olim, qui Humiles dicebantur, & ut Templarij, sed non expedire.*

Denique occurrit his qui dicunt, *Non omnes Iesuitas esse externos & advenas. Fatetur*

Cupita Processus in Iesuitas institut.

tetur quidem multos esse indigenas, natione, at quia mente peregrini sunt, inter indigenas non esse numerandos. Ego, inquit, potius cives credam qui in extrema Scythia nati, benè de Gallia cogitant, quàm qui Lutetiæ geniti & educati, locum, libertatem, gloriam, in qua nati sunt, per summum scelus perdere velint & conentur.

Lis inter Iesuitas & Academiam Parisiensem.

Pervicerunt tamen hoc adhuc tempore Iesuitæ, tum privatis efflagitationibus, Principum summorumque procerum suffragijs, ut lis mota suspenderetur, adeoque veteraſceret. Carolus Borbonius Cardinalis procellæ huic, tanquam obicem sese opposuit, dato supplici libello ad hos qui actioni huic destinati erant, cùm gravissimè decumberet, adjecto in calce propriâ manu, *si per valetudinem liceret, vox perageret, quod tremulâ manu exarat calamus.* Ludovicus à Gonzaga Dux Nivernensis, supplici itidem libello, non solùm rogat in Nivernensi oppido & Ambarris suis, musæum Iesuitarum sartum salvumq; relinqui, sed etiam ob collegarum aliquot dementiam non esse vindicandum in universos. Claromontanus Episcopus similiter intercessit.

Iesuitæ adulantur Academiæ Parisiensi.

Nonâ quoque die Iulij Anno 1594. supplicem libellum obtulerunt Iesuitæ facultati Theologicæ Parisiensi, in quo exposuerunt, superioribus mensibus Rectorem, tam suo, quàm omnium facultatum nomine, à supremâ Parlamenti Curia petijsse, ut ipsi cum universa Societate, ex toto Galliæ regno pellerentur: Se autem non credere, sacratissimam facultatem huic petitioni assensum præbuisse: petere igitur, quatenus placeret dictæ facultati declaratione aliquâ testificari, eam hujus petitionis & litis intentæ, nullo modo participem esse. Facultas igitur dicta in hunc modum decrevit; *Se quidem censere Iesuitas redigendos & recensendos in ordinem & disciplinam Vniversitatis, non autem Regno Galliæ expellendos esse.* Et hoc quidem Decreto Societatem hanc non simpliciter approbavit facultas Theologica, sed quatenus Vniversitatis decretis & statutis sese subijciat.

Iesuitæ edunt Apologiam contra Sorbonam & Academiam.

Finitâ autem hac postremâ actione forensi scriptum Apologeticum ediderunt Iesuitæ, *in quo probare conantur, Rectorem & Academicos non esse ferendos, cùm sua non interest, sed publicæ cognitionis ac Triumvirorum fiscalium, in quorum potestate publica sit censura & animadversio Decretum Mathurineum Sorbonicâ definitione cõvulsum his verbis: Censere prædictos Patres Societatis Iesu redigendos esse in ordinem & disciplinam Vniversitatis, Regno autem Gallico nullo modo expellendos. Facultatem artium decreto fidem abrogâsse, syngraphâ trium Procuratorum nationalium. Decanum Professorum Iuris Pontificij, Medicinæque Syndicum, non de expellendis, sed tantùm in ordinem cogendis cogitâsse. Rectorem penè unum Decreti esse conditorem. Ex quadraginta circiter Pastoribus urbanis, quatuor esse duntaxat qui controversiæ nomen dederint, Episcopo & Decano inscijs: non licuisse autem paucis Vniversorum nomine in foro causam dicere. Sodalitium Iesuitarum in Tridentina Synodo Pontificij rescriptis Pauli 3. Iulij 2. Pij 4. & 5. Gregorij 13. & 14. & à Clero Gallicano in Poisiaceno consessu ab Henrico 2. Francisco 2. Carolo 9. Henrico 3. atque à supremis Curijs approbatum & receptum. Senatum Parisiensem non semel pias largitiones & legata sibi facta addixisse. Cameram rationalium computorum immunitati Collegiorum suorum calculum adjecisse. Non esse quòd Rector ipse & commilitones Academici conquerantur; siquidem parati sint jurare in verba & decreta Academiæ, Regi Henrico IV. summam fidem & intimum obsequium polliceri, colere & observare pro suo legitimo Principe, qui à Ludovico IX. indigere ortum duxerit, quem ordo sanguinis & cognationis, ac patriæ leges ad avitum imperium acciverint. Publicâ & universali clementiâ Regis, & rerum præteritarum condonatione non esse excludendos, qui cum cæteris dictorum & factorum consortium habuerint, ut publicis delictis sic gratia æquandos; si sua domestica facta citra livorem excutiantur, minùs fuisse populares, tribunitios & rerum bellicarum gnaros, cum nec fœderationi publicæ, quam Vnionem vocant, nomen dederint, ut ab Ecclesiasticis pro cæcitate illorum temporum factum sit: non galeam, non arma induisse: non in publica lustratione nedum Ecclesiasticorũ, sed religiosorũ armatorũ conspicuos, aut irridendos potiùs fuisse: non externo auro aut stipendijs venalem fidem habuisse: non cœtibus illicitis aut cruentis consilijs interfuisse: peccâsse quidem exemplo & cum cæteris publicam insaniam insanivisse: in posterum non esse metuendum ab illis ut rebus aulicis se immisceant; quandoquidem sui sodalitij privatis legibus in nova congregatione Romæ recensitis Novembri 1593. cautum veritumque sit districtè, ut ab omni rerum secularium tractatione, & Principum negotijs abstineãt. Si regno facessere cogantur æmulorum invidiâ, non leve damnũ bono publico illatum iri, cùm pij elargitores cõditoresq; Collegij Claromõtani, legatorum indictionibus anniversarijsq; parentalibus priuentur. Ex primarijs patricijsq; viris non paucos, emissis regno Iesuitis, qui hoc institutum professi sunt liberis agnatisq; carituros: pubem Christianã, ac præcipue egentes, quorum minervalibus persolvẽdis*

Quatuor capita objecta Iesuitis & ad ea responsio.

res

res angusta domi impar sit, non levem jacturam facturos: qui subsunt ferulæ Iesuitarum, magno compendio temporis & sumptus, plurimùm proficere; præcipuè in disciplinis placitisque Philosophorum, in quibus citra invidiam, sui Professores primà teneant.

Quatuor capita objecta Iesuitis & ad ea responsio.

Hæc vel non dissimilia Apologeticus ille sciptor multò latius explicuit, ac probra forensia sigillatim diluere conatus est. Quatuor autem potissimùm, præter superiora illis objiciebãtur. Primò quòd Pontifici Ron nimiùm addicti sint: secundò, quòd à Gallis degeneres, Hispanicos mores induerint: tertiò, quòd irrequieti sint & tribunii in vulgo: quartò, quòd Regum Principumque vicarii sint.

Ad primum respondit Apologeticus, Iesuitas un cum cæteris Ecclesiæ nascentis Christianis, *Pontificem Roman. ut vicarium Christi in navicula Petri gubernatorem, caput Ecclesiæ agnovisse. Hæc elogia & obsequia non esse privata neque recentia Iesuitarum, sed ordis universi, qui Christo regeneratus sit. Papam nunquam rerum temporalium moderatorem, clientelari obsequio & vasallorum more agnovisse, qui in Principum Regumque ditiones & imperia jus summum distringere, & ea ad nutus variare possit. Falsò collegæ suo Bellarmin tribui, quòd in ea fuerit sententia lib. 5. cap. 9 de Roman. Pontifice. Affirmâsse quidem eum Papam in Exarchatu, Bononiâ, Spoleto, Æmliâ, Ravennâ, cæterisque Poncificijs ditionibus summum esse Principem, jus habere vitæ & neis, denique agere quod Reges omnes in regnis suis. Tribus votis tantùm alligari: quartum habere aliud certo modo circa missiones duntaxat, hoc est, si Pontifex cuipiam ex contubernalibus, ut adjuvandam rem Christianam ad Indos, Peruvianos, Lestrigonas profectionem imperaverit. Quarto illo voto ad obeundam illam provinciam, & duriorem, si jubeatur, alligari, votum illud ut à probro vindicetur, ejus hanc esse conceptis verbis formulam: Insuper promitto summo Pontifici specialem obedientiam circa missiones. Votum hoc quartum non tam Ignatianum, quàm commune cum universis Presbyteris esse, qui cùm initiantur, apud suos præsides hoc sacramento se alligant: Promittis mihi & successoribus meis reverentiam & obedientiam? promitto.*

Secundò, quòd Celtiberi sint, pugnantia illis exprobrari: nam si, ut primo capite insimulentur, Pontificis Roman. clientes sint, eique serviliter addicti, non posse fieri, ut Hispano serviant, cùm dominium sit impatiens consortis: Pontificem & Hispaniæ Reges esse plerunque in seculariibus admodum dissitos & discrepantes, ita ut invicem armis decernant. Non cœlo & solo Hispanico natos; totâ Galliâ nullum habere Hispanum commilitonem: cum religione neutiquam exuisse patrios mores, non illam ademisse ingenium & mansuetudinem Gallicam: non esse hoc opprobrium tribuendum optimo instituto, ut quasi Circæo poculo in aliam gentem transformati & efferati sint; vel vultu ipso testari patriam, non adustâ & fuscâ cute referre Africanos. Concordes esse votis & ritibus vivendi, sed genio & naturâ, cum Stoicâ severitate Hispanorum multùm discrepantes. Non solùm indigenas esse quotquot Galliam incolant Iesuitæ, sed non paucos esse qui gentilitate & cognatione proximâ Patres Conscriptos attingant. Mirari se plurimùm, quòd pro exploratoribus, institoribus, emissarijs, ambactisque Hispanorum traducantur, cùm, si eam noxam inciderint, patriam parentesque, & amicos hac proditione venderent. Ab Hispano non aurum, non stipendia meruisse, at plurimi qui in Lutetiana egestate, auro Indico fidem venalem habuerint. Angustias annonæ cum cæteris anxiè tolerâsse; in eadem navi fecisse, quod lex nautica & Rhodia de jactu cogit, quod argumento sit ut plurimùm, nusquam se Regi Hispanorum devovisse; cum prece, pretio, Comitijsque publicis, regnum Galliæ affectaret & ambiret, illum ad eos non scripsisse, ut ad plurimos, quorum intercepta literæ nomina & syngraphas prodidère. Cũ verò anno superiori populari insaniâ; Augustæ seu Infanti Hispanicæ & Ernesto Archiduci (quasi lilia hastæ & auctionibus ac pluris licitanti subjacerent) deferendum regnum publicaretur, Iesuitas tam insolens propositum ut portentum, privatim verbo & facto exhorruisse. Non esse vero simile, sodalitium suum D. Ludovici memoriæ tum ob summum inter Cœlites suum Principatum, tum ob senioris Borbonij Cardinalis sui gentilis summa beneficia addictissimum, suis nepotibus ut avita lilia eriperentur & Francico solo avulsa in alienam gentem coalescerent, procurâsse. Cunabula Ignatij Loyolæ institutoris sui, à maledicis malè intellecta, cùm ille non Hispanus, sed Astur & Cantaber fuerit, adeoque Navarræus: & si jura sinerent Henrici IV. & proavorum indigena & subditus erat. Sed fuerit Hispanus, tamen Dominicus Calguritanus, meréque Hispanus; Franciscus Assisias, atque Italus fuit, nihilominus tolerantur in Gallia. Nec Ignatii institutum in Hispania, sed in Regina Galliæ Lutetia primordia duxit, qui cum sibi accitis decem artium Magistris, lucro animarum & juventutis institutioni devovit. Qui objiciant, non nisi Hispanum creari Generalem inter Iesuitas, vel hoc uno rerum gestarum & recentium profiteri imperitiam, cùm Claudius de Aquaviva, ex Parthenopæorum Principum familia ortus, hoc nunc munere perfungatur, cujus gentilibus Hispanus insensissimus fuerit, quòd partes Gal-

licas Andegauorumque Ducum adversus Aragonios sequuti sint : qui eum antecesserit, fuisse Trajectensem Belga Germanum. Similiter loco figmenti habendum, quòd illis exprobratur, adversus Antoninum Lusitaniæ Regem pro Philippo stetisse. Et quæ Genuæ ad oram Ligusticam historia excusa dicitur, Genevæ potiùs excusam fuisse, nec pro germana, sed ab æmulis confictа habenda. Matthæum illum, qui ad Regem Hispaniæ, à Sexdecim vulgo nominatis personatus tabellarius scriptas literas deferebat, ut exprobatur, non fuisse Iesuitam, sed ex Mendicantium familia, & quidem Hispanum. Iesuitas non Gallos juvenes in Hispanos commutare, sed solùm, ne hæreticâ pravitate imbuantur,

Quod ad tertium objectum attinet, Iesuitas seditiosos & vulgi concitatores esse, ab hoc scelere se alienissimos esse. In Italia, Hispania, Germania, Belgio & Sarmatia à pluribus annis scholas & sodalitia habuisse, nec apud gentes illas de eorum moribus ullum rusticum & vicanum conquestum; scholis & concionibus occupatos, longè à tumultu & intemperijs vulgi, in Musæis quietos vixisse.

Quartum similiter negat, nempe, Iesuitas esse Regum ac Principum sicarios. Varadum enim Regiæ cædis sicario Barierio non solùm non suasorem fuisse, sed cùm à perdito & dementi urgetur, hominem ablegâsse : fiduciâ insontis animi, post ingressum Regis Lutetiæ, mansisse Varadum, donec certior factus, tanti criminis labe aspergi, atque hinc in discrimen vocari, livori delatorum se subduxisset, nec illum tam conscientiâ sceleris, quàm quòd intellexisset, maluisse Regem eum alibi esse, quàm Lutetiæ, ut voto morem gereret discessisse. In suo sodalitio pro Regibus & Principibus preces & vota quotidiana indiscriminatim fieri, sed privatim enixè & effusè pro ijs, in quorum finibus suum incolatum habeat. Eundem Augerium, sui Ordinis olim totâ Galliâ notissimum, in sua Christiana Parenæsi, pro incolumitate Regum Galliæ privatas preculas scripsisse. Ribadanairam Hispanum pro Hispano Rege id ipsum feciße, id Galliæ Iesuitis vitio verti iniquum esse : nec in liturgia aliisque precationibus vocem illam ab ullo mortalium exauditam, Oremus pro Rege nostro Philippo, sed hoc ab aliis fictum esse. Hæc quidem ille, sed protestatio contraria est facto, ut infra Cap. de Iesuitarum nefariis facinoribus, proditionibus, &c. videbitur.

Iesuitæ ex Gallia eiiciuntur.

Sub finem autem anni 1594. opportunè prioribus gravissimis justissimisque accessit horrendum parricidium Ioannis Castellii octodecim annorum adolescentis, & Collegii Iesuitarum, cui nomen est *Clarmontium* Lutetiæ alumni, qui Regem Henricum IV. è medio tollere voluit. Criminali igitur sententiâ Castellione hoc ad mortem damnato à Parlamento, supremo Regio Consilio, decernitur simul eidem sententiâ, *Vt omnes Sacerdotes Clarmontii Collegii, & omnes Iesuiticæ Societati adicti, tanquam corruptores juventutis, perturbatores publicæ tranquillitatis, inimici Regis & Regni, infra tres dies post promulgationem edicti, Lutetiâ, & aliis Vrbibus aut locis, ubi sua habeant Collegia, discedan, & infra quindecim subsequentes dies toto regno exeant, &c. ut inferius ex ipso edicto Lector pleniùs intelliget.*

Quamvis autem multa Iesuitæ opponerent, ac scriptis etiam apud Regem causam suam agere ac defendere niterentur, tamen ut admitterentur iterum impetrare non potuerunt, sed solùm ertere cogebantur.

Qui igitur Lutetiæ erant Iesuitæ, earumque affectæ omnes, portâ Antonianâ emissi, comitantibus lugentibusque discipulis, alii Virodunum, alii in Lotharingiam & Germaniam, alii in Belgium præsertim Antuerpiam, sese receperunt. Quotquot etiam in finibus Parisiensis Curiæ, at Avarici Biturigum, Noviodunia d Ligerim & Lugduni habitârunt, coato cœtu, evectisque sarcinis Rhodano Avenionem devehuntur. Qui Rotomag Scholas habuerunt, quamquam Lutetino foro exempti essent, tamen odio vulgi aliò penates suos efferre coguntur. Vsque adeò tædebat omnes tentati parricidii ut vel ad insontes obiurgatio, querimonia, & ipsa ultio redire. Qui enim in Scholis Iesuitarum tyrocinium egerant, toruè adspiciebantur; pro hæretico, jamque ad publicam pyram deducendus existimabatur, qui vel verbo à Iesuitis parricidium Castellii depellere voluisset.

Petri Castelli ades destruitur in memoriam parricidii sui filij & in ejus locum erigitur pyramis ejusque descriptio.

Ejectis ex Gallia Iesuitis, quia Petrus Castellus, supra dicti Ioannis Castelli pater, filii sui parricidiale contra Regem propositum, ab ipsomet intellexerat, & nihilominus occultaverat apud se ac reticuerat : à Parlamento judicatum fuit, ut quæ erat ejus ante Prætoriam Portam Palatii domus, funditus destrueretur, publicareturque, & nunquam in posterum reædificaretur : sed in ejus area, ad perenne monumentum immortalis flagitii pyramis seu columna erigeretur, quæ literato marmore Senatusconsultum publicè testaretur : atque in ejus vertice crux aurea fastigietur ; quaternisque angulis totidem insideant ore virgineo virtutes, quas Cardinales vocant, quadrifariam adglutinatæ marmoreis tabulis, in

quibus

quibus Senatus consultum literis aureis scriptum esset, & parricidium Castellii, adeoque causſa, ob quam Iesuitæ in exilium relegati, universaque Gallia exturbati sint, sequentem in modum.

Arrestum CVRIÆ, *ut &* Versus, *&* tractatus Latini nigro marmori literis aureis inscripti in quatuor faciebus Baseos Pyramidis, *ante* Palatii portam Parisiis extructæ.

VIso per curiam, magna Camera & Tornellis in unum coactis, criminali processu per præfectum Palatij Regij incepto, & postea in eadem peracto, ad petitionem procuratoris generalis Regij actoris & accusatoris adversus Iohannem Chastellium, Parisijs ortum, & studiosum, qui studiorum cursum in collegio Claromontano absolvit, captivum in Palatij carcere detentum ob maximè execrandum & abominandum parricidium in Regis personam intentatum: Quæstionibus & confessionibus ejusdem Iohannis Chastel auditi & interrogati in eadem Curia super eiusdem parricidii negotio: Auditis itidem eodem loco Iohanne Gueret presbytero, qui se de congregatione & Societate Iesûs affirmabat esse, eodem in collegio agente & antehac eiusdem Iohannis Chastel præceptore: Petro Chastel & Dionysia Hazart parentibus præfati Iohannis: Conclusionibus Generalis procuratoris Regii & rebus omnibus perpensis.

Dicetur eandem curiam pronunciâsse & pronunciare præfatum Iohannem Chastel convictum criminis læsæ Maiestatis divinæ & humanæ in primo capite, ob maximè impium & maximè detestandum parricidium id Regis personam intentatum: In cuius criminis reparationem præfatum Iohannem Chastel in multam honorariam adjudicavit & condemnavit, ut ante summas valvas templi Parisiani nudus, solo opertus induſio, cum face cereâ ponderis duarum librarum manibus gestâ, eaque ardente, flexis genibus dicat & pronunciet se iniquissimè inhumanum, & maximè abominandum parricidium susscepisse, & Regem in facie cultro læsisse: seque falsa & damnanda institutione inductum in suo processu dixisse, Licere Reges occidere, & Regem Henricum quartum nunc regnantem, non esse in Ecclesia usque quò à Pontifice approbatus fuerit: eorumque omnium pœnitentia duci, & veniam petere à Deo, à Rege, & à Magistratu. Hisque peractis, ut plaustro in locum Grevianum deducatur, ibique brachijs & fœmoribus candentibus forcipibus inuratur, & manus dextra, cultrum, quo prædictum parricidium perpetrare est adnixus, gerens, abscindatur, deinde ipsius corpus quatuor equis discerpatur, membra & corpus discerpta in ignem conjiciantur, & in cineres redacta in ventos projiciantur. Pronunciavit eadem Curia & pronunciat universa & singula ejus bona Regi acquisita. Ante quam executionem quæstioni ordinariæ & extraordinariæ idem Iohannes Chastel applicabitur, ut flagitij sociorum, & aliarum quarundam rerum, quæ ex ejusdem processu resultant, veritas innotescere possit: Inhibuit omnibus, cujuscunque qualitatis aut conditionis demum sint, sub pœna criminis læsæ Majestatis, ne dicant aut proferant in ullo loco publico, aut privato prædicta verba quæ eadem Curia pronunciavit & pronunciat scandalosa, seditiosa, verbo Dei contraria, & sacris decretis ut hæretica condemnata.

Statuit ut Presbyteri & studiosi collegij Claromontani, & reliqui omnes qui se ejusdem esse Societatis profitentur, tanquam corruptores juventutis, publicæ tranquillitatis perturbatores, Regis hostes & Regni, Vrbe Parisiana intra tres dies post præsentis Arresti significationem excedant, ut & alijs urbibus & locis, ubi eorum habentur collegia; & quindecim post diebus, toto Regno: sub comminatione, si ibidem post id temporis deprehensi fuerint, futurum esse ut puniantur tamquam facinorosi & rei ejusdem criminis læsæ Majestatis. Omniaque ipsorum bona tum mobilia, tum immobilia operibus pijs applicabuntur, & quomodo ab ipsa Curia fuerit constitutum. Præterea inhibet omnibus Regis subditis, ne studiosos in prædictæ Societatis collegia quæ extra Regnum sunt immittant, ut ibidem instituantur, sub pari pœna læsæ Majestatis.

Statuit eadem Curia, vt copia præsentis Arresti, ad præfecturas Provinciarum hujusce judicatus emittatur, vt isthîc executioni secundùm ejus formam & tenorem mandetur. Mandat præfectis, eorum locum tenentibus generalibus & particularibus, ut id executioni mandent intra terminum in eo contentum: & Procuratoris generalis substitutis, ut manum teneant ad hoc vt fiat executio, & in delinquentes inquirant Curiam, qui doceant de sua diligentia intra mensem, sub pœna privationis officiorum.

Signatum.

TILLET.

PRonunciatum ipsi Iohanni Chastel, & executioni mandatum die Iovis vigesimo nono Decembris, Anni 1594.

Petri Castelli ades destruūtur in memoriam parricidii sui filij & in ejus locum erigitur pyramis ejusque descriptio.

II.

Quod SACRVM votumque sit Memorię, perennitati, Longęvitati, salutique maximi, fortiss. & Clementiss. Principis HENRICI IV. Gallię & Navarrę Regis Christianiss.

AVdi viator, sive sis extraneus
Sive incola vrbis, qui Paris nomen dedit.
Hîc alta quæ sto pyramis, domus fui
Castella, sed quam diruendam funditus
Frequens Senatus crimen ultus censuit.
Huc me redegit tandem herilis filius,
Malis magistris usus & scholæ impia:
Sotericum, eheu! nomen usurpantibus:
Incestus, & mox parricida in Principem,
Qui nuper urbem perditam servaverat,
Et qui favente sæpe victor Numine
Deflexit ictum audaculi sicarij,
Punctusque tantùm est dentium septo-tenus.
Vbi Viator, plura me vetat loqui
Nostræ stupendum civitatis dedecus.

In PYRAMIDEM eandem.

Quæ trahit à puro sua nomina Pyramis igne,
Ardua barbaricas olim decoraverat urbes;
Nunc decori non est, sed criminis ara piatrix:
Omnia nam flammis pariter purgantur & undis.
Hîc tamẽ esse pius monimentum insigne Senatus,
Principis incolumis statuit, quo sospite, casum
Nec metuet pietas, nec Res grave publica damnũ.

III.

D. O. M.

Pro salute Henrici IV. Clementiss. Regis, quem nefandus parricida pernicios. factionis hæresi pestifera imbutus, quæ nuper abominandis sceleribus pietatis nomen obtendens, unctos Domini vivasque Majestatis ipsius imagines occidere populariter docuit, dum confodere tentat, cœlesti numine scelestam manum inhibente, cultro in labrum superius delato, & dentium occursu feliciter retuso, violare ausus est. Ordo amplissimus, ut vel conatus tam nefarij pœnæ terror, simul & præsentissimi in Opt. Principem ac Regnum, cujus salus in ejus salute posita est, divini favoris apud posteros memoria extaret, monstro illo admiss. equis membratim discerpto, & flammis ultricibus consumpto: Ædes etiam unde prodierat, heic sitas funditus everti, & in earum locum, salutis omnium ac gloriæ signum erigi decrevit.

IIII. Non. Ian. Ann. prox. 1595.

EX. S. C.

Heic domus immani quondã fuit hospita mõstro,
Crux ubi nunc celsum tollit in astra caput.
Sanciit in miseros pœnã hanc sacer Ordo Penates,
Regibus ut scires sanctius esse nihil.

V.

D. O. M.

SACRVM.

Quum Henricus Christianissimus Francorum & Navarrorum Rex bono Reipubl. natus, inter cætera victoriarum exempla, quibus tam de Tyrannide Hispanica quàm de ejus factione priscam Regni hujus Majestatem justis ultus est armis, etiam hanc Vrbem & reliquas Regni hujus penè omnes recepisset, ac denique felicitate ejus intestinorum Franciæ nominis hostium furorem provocante, Ioannes Petri F. Castellus ab illis submissus, sacrum Regis Caput cultro petere ausus esset, præsentiore temeritate, quàm feliciore sceleris successu: Ob eam rem ex âmpliss. ordinis consulto, vindicato perduellione, diruta Petri Castelli domo, in qua Ioannes ejus F. inexpiabile nefas designatum patri communicaverat, in area æquata hoc perenne monumentum erectum est, in memoriam ejus diei, in quo sæculi felicitas inter vota & metus urbis, liberatorem Regni, fundatoremque publicæ quietis à temeratoris infando incœpto, Regni autem hujus opes attritas ab extremo interitu vindicavit, pulso præterea tota Gallia hominum genere novæ ac maleficæ superstitionis, qui Remp. turbabant, quorum instinctu piacularis adolescens dirum facinus instituerat.

Testimonium urbis Parisiẽsis de Iesuitis.

S. P. Q. P.

Extinctori pestiferæ factionis Hispanicæ, incolumitate ejus & vindicta parricidij læti Majestatique ejus devotiss.

Duplex potestas ista fatorum fuit,
Gallis saluti quod foret, Gallis dare:
Servare Gallis, quod dedissent optimum.

Iesuitæ prohibentur in Gallia scholas & prædicationes instituere.

Iesuitæ ut pestiferas suas doctrinas enatiore cũ structu propagare possint, se in omnes formas mutant

Post aliquod tempus multi Iesuitarum, qui è Regno Galliæ relegati erant, in id rursus sese intrudere conabantur. Alii igitur mutârunt sua nomina & vestes; alii simulârunt se Ordinem ac sectam Iesuiticam abjurâsse, petere igitur ut rursus recipiantur constituendarum Scholarum vel prædicandi causa. Horum subdolorum conatuum Curia Parlamenti Parisiensis certior facta, Arresto omnibus subditis totius Regni prohibuit, ne Iesuitas in hos usus vel publicè vel privatim recipiant. Arrestum de verbo ad verbum sic habet.

Extra-

Extractum ex REGVLIS Parlamenti.

Ieſuitæ prohibentur in Gallia ſcholas & prædicationes inſtituere.

Teſtimonium urbis Pariſienſis de Ieſuitis.

Ieſuitæ ut peſtiferas ſuas doctrinas eò atiore cũ ſtructu propagare poſſint, ſe in omnes formas mutant

POſtquam Procurator Regis Generalis oſtendit ac demonſtravit, ſe certiorem eſſe factum, quòd quidam eorum, qui ante hac è Societate illa de nomine Ieſu dicta, tam in Collegio Claremontano hujus urbis Pariſienſis, quàm in alijs huius Regni locis fuerunt, in plures urbes, præſertim limitaneas, rediviſſent, ubi conſtituendarum Scholarum, & prædicandi cauſa, ſub prætextu, quòd priſtinam, ut præ ſe ferrent, prætenſi Ordinis & ſectæ illius Societatis profeſſionem abjuraſſent, reciperentur: Ex quo periculum foret, ne juventus per prævarum doctrinarum blanditias & illecebras corrumperetur, & populus falſis prædicationibus circumveniretur: quodque ſi toleraretur, Arreſtum Curiæ 29 Decembr. Anno 1594. declaratum, contemptui & illuſioni exponeretur: ea de cauſa requiſivit, ut omnibus perſonis, corporibus & communitatibus, officialibus & privatis, cuiuſcunque ſint qualitatis, aut conditionis, mandaretur, ne quenquam eorum, qui de dicta nominis Ieſu Societate ſe dicunt, ſub prætextu cuiuſcunque abiurationis, quam feciſſent, aut facere poſſent, ſive ſcholarum vel publicè vel privatim conſtituendarum, ſive in Eccleſiis prædicandi, ſive quacunque alia de cauſa reciperent, aut recipi paterentur, ijs qui illos receperunt, recipient, aut tollerabunt, quòd læſæ Maieſtatis rei & convicti declarandi ſint, pœnâ indictâ: Ieſuitis etiam ijs quæ in dicto Arreſto continentur, ſuppliciis propoſitis. Dicta curia, deliberatione, ſuper hac materia habita, decernit, ut dictum Arreſtum 29. Decembris, Anno 1594. promulgatum, ſecundùm formam, & tenorem ſuum executioni mandetur, & iuxta illud mandavit, & mandat omnibus perſonis, corporibus & communitatibus civitatum, officiariis & privatis, cuiuſcunque ſint qualitatis aut conditionis, ne quenquam Præsbyterorum, aut ſcholarium de Societate nominis Ieſu ſe dicentium, quamvis etiam priſtinum Profeſſionis ſuæ votum abiurârint, eique renunciârint, ſive Scholarum publicè privatimve conſtituendarum, ſive quacunque alia de cauſa recipiant, aut recipi patiantur: ijs, qui ſecus facient, quòd læſæ Majeſtatis rei, & convicti, declarari debeant pœna indictâ. Injunxit & injungit Diœcetis & Præfectis, aut ipſorum locum tenentibus, ut executioni præſens hoc Arreſtum mandari faciant; Gubernatoribus Vrbium, ut manum huic rei admoveant: & ſubſtitutis dicti Procuratoris Generalis, ut diligentiam in his adhibeant, & Curiam intra 15. diem certiorem reddant, pœnâ proprio nomine reſpondendi propoſitâ. Factum in Curia 21. Auguſt. Anno 1597.

Signatum *Badin.*

Arreſtum CVRIÆ Pariſienſis *contra* IESVITAS Lugdunenſis, *ne ibi* ſcholas inſtituant, *aut* conciones habeant: extractum *ex* Regiſtro Parlamenti.

DIe Iovis, 16. Octobr. Anno 1597. quum Mario loco Procuratoris Generalis Regis in Camera Vacationum dixiſſet, quòd juxta illius decretum ipſi in manus Balonij Procuratoris in Parlamento, & Procuratoris Præfectorum Mercatorum, & Buleutarum civitatis Lugdunenſis obteſtationes illas tradidiſſet, quæ in conventu generali in Curia municipali dictæ urbis Lugdunenſis 20. Septemb. proximi habita recitatæ, & per illos dicto Procuratori generali tranſmiſſæ fuerunt, ſuper executione Arreſti 21. Auguſt. proximi die decreti, per quod omnibus perſonis, corporibus & communitatibus, quenquam præsbyterorum & Scholarium de Societate nominis Ieſu ſe dicentium recipere prohibitum fuit, licet etiam priſtino profeſſionis ſuæ voto renunciâſſent, illudque abiurâſſent, ſub pœnis in eo contentis. Cui etiam Ballonio proximo die Martis iniunctum fuiſſet, ut conſilium dictorum Præfectorum, Mercatorum, Buleutarum certius faceret, & hoc manè adeſſet: Ballonius iſte ea de re in dicta Camera auditus fuit, qui dixit, ſe hoc decretum M. Bartholomæo Thomæ dictæ Civitatis Lugdunenſis Secretario in hac urbe iam præſenti notum feciſſe, qui ſe nulla memoralia & inſtructiones ea de re habere ſibi reſpondiſſet. Et cum dictus Ballonius iuſſu dictæ Cameræ illas obteſtationes prælegiſſet, & Mario, loco Procuratoris generalis, eas propter rationes, ab ipſo deductas nullâ conſideratione dignas eſſe dixiſſet: Requirens ſimul, ut iis non obſtantibus, dictum Arreſtum 21. Auguſti declaratum in urbe Lugdunenſi executioni mandaretur, præſertim quantum id Porſanum in dictis obteſtationibus denominatum attineret. Et ut nihilominus Porſanus ille, antequam cum executione contra ipſum procederetur, captivus in cuſtodias Palatii duceretur, juxta Arreſtum de ipſo in vincula conjiciendo per dictam Cameram decretum, quo juxta crimina, & informationes contra ipſum factas proceſſus adverſus eum formaretur, & perficeretur: mandato ſimul ſubſtituto Procuratoris generalis iis in locis dato, vt omnem diligentiam adhiberet: ac præter auxilio Præfectis Mercatorum, & Buleutarum ad Principalem & Regentem Catholicum doctum, & virtutibus præditum,

Institutioni juventutis in dicta urbe Lugdunensi inveniendum, oblato. Illis digressis, re in deliberationem sumptâ.

Dicta Camera, nullo dictarum obtestationem habito respectu, decrevit & decernit, ut dictum Arrestum 21. Augusti proximi declaratum iuxta formam & tenorem suum, in urbe Lugdunensi executioni mandetur: præsertim quantum ad dictum Porsanum attinet, quem in isto comprehendi declaravit & declarat. Et nihilominus, iuxta Arrestum 25. Septemb. statuit, ut Porsanus iste capiatur, & captivus in custodias Palatij ducatur: quo de iis, quæ informationibus ante hac factis continentur, interrogetur & audiatur, & contra eum, pro ut ratio postulabit, procedatur: Iniunxit & iniungit substituto dicti Procuratoris generalis in Municipio, & sede præsidiali Lugdunensi, vt Arrestum hoc præsens executioni mandari faciat, & Curiam Parlamenti de sua diligentia intra mensem certiorem reddat. Et quantum ad administrationem & directionem Collegii dicta urbis Lugdunensis attinet, ei de principali, Rectore & aliis personis idoneis & capacibus, pro vt ratio postulabit, prospicietur: Et præsens hoc Arrestum ex vi Extracti illius executioni mandabitur.

Signatum: TILLET.

Ex his intelligitur Arresta & decreta hæc non levi animorum motu, sed maturâ deliberatione præhabitâ, prolata fuisse. Id etiam testatur Arrestum Parlamenti Parisiensis 18. Augusti Anno 1598. contra Dominum Touronensem, Iesuitas in suo territorio defendentem, integro anno evoluto, quo prohibetur omnibus cuiuscunque sint statûs aut conditionis, liberos ad Collegia Iesuitarum, quocunque sint in loco, literarum causa mittere. Id enim sic de verbo ad verbum habet.

Henricus, Gratiâ Dei, Galliæ & Navarræ Rex, omnibus, qui literas præsentes videbunt, salutem. Notum facimus, quòd super iis, quæ Procurator noster generalis, à Magistro Ludovico Servino, & Simone Marione Advocatis nostris adiutus, Curiæ nostræ Parlamenti per dictum Servinum ostendit, quòd scilicet per Arrestum 1. Octob. superioris die publicatum Dominus Touronensis condemnatus fuisset, ut Presbyteros, & Scholares de Societate nominis Iesu se dicentes, intra duos menses, pro ultima dilatione ipsi à significatione præfixos, è finibus & limitibus urbis & Dominii Touronensis discedere & abire faceret, & uno mense post sub pœnis ibi constitutis, dictam nostram Curiam certiorem redderet: quodque id Arrestum dicto Touronensi in hac urbe Parisiensi undecimo dicti mensis Octobris personaliter significatum fuisset: & ille tamen nihilominus non satisfecisset, neque obedivisset: Quòd etiam ipse, dictus noster Procurator generalis certior factus esset, multos subditorum nostrorum, contra inhibitiones per Arrestum 29. Decembris, Anno 1594. promulgatum factas, liberos suos in dictam urbem Touronensem & Pontamousonium, & in alias regiones & loca tam intra quàm extra Regnum, ad Collegia dicta prætensa Societatis nominis Iesu, studiorum & institutionis causa emisisse, unde plurima & notabilia mala, & pericula metuenda essent: præsertim cùm isti Presbyteri, & Scholares dicta prætensa Societatis, post dictum vicesimi noni Decembris Arrestum, non solùm damnabilem, & per illud reprobatam doctrinam continuaverint, verùm etiam alias novas & magis abominandas doctrinas, & institutiones, quas ubicunque inprimis in Regno nostro per libros execrandos spargunt, prioribus adiecerint: Et propterea postularet ut dictus Touronensis pœnas in dicto primi Octobris Arresto constitutas incurrisse declaretur, & inhibitiones in Arresto 29. Decemb. Anno 1594. declarato contenta reiterarentur, & dennò publicarentur, commissione inquirendi data in eos, qui contravenisse invenirentur: & ut omnes illi, qui, post illud, apud prætensos illos dicta Societatis, aut in ipsorum Collegiis, quocunque sint in loco, literis operam dedissent, privilegiis Academicis privarentur, & gradus, quos postmodum in quacunque Academia obtenturi essent, pro nullis, nullius momenti & valoris declararentur. Visis dictis Arrestis 29. Decembris 1594. & primo Octobris proximi declaratis, unà cum actione significationis illius undecimo dicti mensis Octobris factæ, simul etiam Arrestis 21. Augusti, & 16. Octobris proximi editis: Re in deliberationem adductâ.

Dicta NOSTRA CVRIA, *conclusionibus Procuratoris nostri generalis consideratis per Arrestum suum dictum Touronensem pœnas in dicto primi Octobris Arresto constitutas incurrisse declaravit & declarat: Decrevit & decernit, ut omnia ipsius bona occupentur, & in nostram potestatem redigantur: Injunxit & injungit nostri Dominii Quæstoribus, singulis in eo, quòd sui est officii, ut fructus & proventus recipiant, & de iis, ut & de aliis acceptorum suorum pecuniis, rationem reddant, juxta desgnationes, quæ per Thesaurarios Galliæ fient, & quas illi in manus dictorum Quæstorum tradent. Et Officialibus earum terrarum, quæ occupabuntur, sive clientelari jure, sive iurisdictione nobis obstrictæ sint, ut dictam iurisdictionem nostro nomine exerceant: sub pœna, quod processus, quicunque in alia, quàm nostrorum Officiariorum qualitate ab ipsis fient, pro nullis haberi, impensæ, damna & versuræ partium ipsorum proprio*

ipſorum proprio & privato nomine facta æſtimari, & ipſi cujuſcunque officii noſtri, aut alius muneris publici incapaces declarari debeant. Statum & officium Præfecti Auvergnenſis, quo dictus Touronenſis ornatus fuit, vacans & impetrabile. & eum Touronenſem illius gerendi, aut exercendi incapacem & indignum declaravit, & declarat. Mandavit & mandat Vicariis & Officialibus dictæ præfecturæ, ne ipſis ullum ingreſſum aut dignitatem in ſuis ſedibus permittant: & omnibus noſtris ſubditis, ut ipſum pro tali agnoſcant: Notarijs, ne ullas commiſſiones ſententias, & alias actiones in ipſius nomine ampliùs conciptant: Omnibus Rationalibus, ne ipſi ulla ſtipendia, aut jura propter dictum officium ſolvant: omnia ſub pœna repetendorum dictorum ſtipendiorum & jurium privationis officii, amendarum arbitriarum, & aliarum majorum multarum, ſi ſecus actum fuerit. Et præterea mandavit, ac præcepit, mandat & præcipit omnibus perſonis, ne ſcholaſticos ad Collegia dictæ prætenſæ Societatis, quocunque tandem in loco & Regione ſint, ſtudiorum causâ emittant: pœnis, quæ in dictis Arreſtis continentur, indictis, quæ denuò locis & Regionibus conſuetis publicabuntur, quo omnibus innoteſcant. Et dicto noſtro Procuratori generali negotium in ea, quæ ſecus agentur inquirendi committetur, ut informationibus in dicta Curia noſtra factis, per eandem adverſus contravenientes, prout ratio poſtulabit, procedatur. Et de præſenti decrevit, & decernit, ut omnes noſtri ſubditi, qui in Collegiis dictæ prætenſæ Societatis, vel intra vel extra Regnum poſt Arreſtum vigeſimo nono Decembris, Anno milleſimo quingenteſimo nonageſimo quarto decretum, informati, aut inſtituti fuerunt, nullis privilegiis Academiis, tanquam graduum incapaces, fruantur. Gradus etiam, quos jam obtinuerunt, aut in poſterum in quacunque Academia obtinebunt, nullos, nullius momenti & valoris declaramus, ut ratione eorum nec docere, nec officiis ornari, nec beneficiis graduum affici; nec in dicta Curia noſtra, aut alijs quibuſcunque locis pro Advocatis recipi, nec ullis juribus, prærogativis & præeminentiis, fructibus, commodis, aut emolumentis dictorum graduum frui poſſint. Decernit dicta noſtra Curia, ut præſens Arreſtum in omnibus municipiis & præfecturis promulgetur: iniungit ſubſtitutis dicti Procuratoris noſtri generalis, ut executionem eius perſequantur, & dictum Curiam certiorem reddant de iis, quæ contra dictum vigeſimi noni Decembris, anni milleſimi quingenteſimi nonageſimi quarti, Arreſtum agentur, ſeſe informent: & informationes intra duos menſes ad Grapheum mittant, pœna illis proprio & privato nomine reſpondendi propoſita. Sic ex Decreto dictæ noſtræ Curiæ mandamus omnibus Diœcetis, præfectis, aut ipſorum locum tenentibus, ſingulis in ſua Diœceſi & præfectura, & ſuo loco, ad quos hoc pertinebit, ut præſens Arreſtum, juxta formam & tenorem ſuum debitæ & integræ executioni mandent: omnes eos, qui ad hoc cogendi ſunt, modis & medijs debitis & æquis cogentes. Mandamus omnibus, ut hiſce ſicuti decebit, obediant. Datum Pariſiis in Parlamento noſtro, decimo octavo die Auguſti, Anno gratiæ milleſimo quingenteſimo nonageſimo octavo, Regni noſtri decimo.

Signatum.

per CAMERAM.

Ieſuitæ in Gallia recipi petũt.

Exacto jam ferè decennio à Ieſuitarum ex Gallia ejectione, anno videlicet 1601. totis viribus, conatibus ac modis variis, imprimiſque Apologiis, & ſupplicibus libellis apud Regem tentârunt, ut reciperentur in Regnum denuò.

Regis reſponſum.

Sed tunc quidem adhuc temporis tale Reſponſum à Rege acceperunt. *Perlegi ego, Sacerdotales, Apologiam veſtram, ſatis verboſam, ac diligenter mecum perpendi omnia, quæ ſatis ſcitè innocentiæ veſtræ gratia collegiſtis. Quia verò negotium arduum eſt, nec res dijudicatæ temerè reſcindendæ, breviter, & ut Regem decet, quid faciendum ſtatuam, exponam. Totus jam in hoc ſum, ut Regnum meum bellis civilibus attritum & viribus opibuſque exhauſtum, recens cum Hiſpano pace initâ priſtino nitori reſtituam, legibus firmem, humanitate recreem. Id quando aliâ ratione fieri non poteſt, niſi ut æquali jure & benevolentiâ Catholicos & Huguenotas appellatos complectar, tum in Eccleſiaſticis tum in politicis: accuratè mihi de vobis revocandis cogitandum eſſe video. Novi ego vos viros doctos & diſcitos; novi Zelo Catholicæ & Romanæ doctrinæ inflammatos; novi vos acerrimo Huguenotarum flagrare odio: novi vos ſanctorum reliquias, cereos divini Agni orbiculos, Deiparæ Virginis numiſmata, Roſaria vel aliud quidpiam à Pontifice conſecratum, devotè venerari; quæ Huguenotæ ut ridicula aſpernantur ut Idololatrica exſecrantur. Metuo igitur, ne vehementia, quâ in concionando uti ſoletis, & condemnationum, quas ſcribendo iteratis, acerbitate, multorum animos, nunc prorſus pacatos, denuò irritetis, atque ita etiam imprudentes turbarum auctores ſitis. Iam, res ut ſunt humanæ, levi aliquâ occaſione fieri poſſet (quod tamen nolim) ut bellum inter me & Hiſpanum recrudeſcat. Quid tũ animi mihi futurum ſit, malim vos*

cogi-

cogitare, quàm me dicere. Quid autem ante quadriennium admissum fuerit, Regium non est, vel vobis vel alijs objectare. Sententiam igitur semel latam non muto. Vos, si verè Galli estis, magis totius tranquillitati Regni, quàm vestræ vtilitati consulatis. Dixi quæ volui. Abite & valete.

Non tamen quiescere statuerunt irrequieti homines, sed post hæc omnia, varia rursus inierunt consilia, quibus tandem machinis Regis obfirmatum animum expugnare possent: Pontificis quoque, Reginæ & multorum Principum auxilium opemque imploârunt. Eóque rem deduxerunt, ut Rex tandem expugnatus & victus de receptione eorum cogitare inciperet. Amplissimus Curiæ Parlamenti Parisiensis Senatus, cùm hoc resciviſſet, imprimis quòd Pontifex Romanus per Legatos & Nuncios Iesuiticæ sectæ restitutionem per universam Galliam urgeret, nervosâ & verissimâ Oratione 24. Decemb. Anno 1603. ab hoc proposito Regem avertere conatus est. In hac Oratione nihil à Parlamento Parisiensi Regi in memoriam revocatur, quod non Acta ipsissima antecedentia & sequentia evidentissimâ veritate niti ostendant. Verba autem Orationis illius ex Gallico in Latinum fideliter translata, hæc sunt.

Rex Galliæ expugnatis, de Iesuitarũ restitutione deliberat multi verò à Proposito eum dehortantur.

Oratio Parlamenti Parisiens. *contra* IESVITARVM restitutionem comminationibus Pontificis Roman. *petitam coram* Rege HENRICO IV. *recitata.*

„ PArlamenti vestri Curia institutâ deliberatione super literis vestris patentibus, de præsbyterorum & Scholarium Collegii Claromontani (qui Iesuitarum sibi nomen indidêre) in quibusdam hujus jurisdictionis locis restauratione, decrevit: ut humilimæ obtestationes vestræ Majestati fierent, ac nobis mandavit, ut quædam vobis puncta repræsentaremus, quę ad rerum vestrarum bonum & ad salutem publicam, quæ â vestri conservatione dependet, multum conferre judicavimus, quæ etiam nos retinuerunt, ne ad earum approbationem continuò procederemus.

„ Et priusquam ad singula proponenda accederemus, ut vobis humilimè gratias pro eo honore ageremus, quo nos afficere placet, quòd videlicet gratum vobis sit, ut vivâ voce has obtestationes faciamus, quo ostenditis vestram erga nos indulgentiam ac benignitatem, tanto majore laude dignam, quantò longius à primorum Imperatorum Romanorum auctoritate abest, qui subditis accedendi sui copiam non faciebant, sed conctas petitiones & supplicationes codicillis sibi exhiberi volebant.

„ Ordinis hujus, qui se Iesuitas dicunt, in hoc Regno institutio: huic statui tam pernicioſa judicata fuit, ut se omnes Ordines Ecclesiastici ipsorum admissioni oppoſuerint, adeóque Collegium Sorbonianum decreverit, quòd ista Societas non ad ędificationem, sed ad destructionem inventa esset. Illa quidem in Synodo Ecclesiasticorum Anno 1551. mense Septem. habita, cui Archiepiscopi & Episcopi intererant, & Cardinalis Turonensis præsidebat, approbata fuit, verùm tam multis cum clausulis & restrictionibus, ut si Iesuitæ eas observare debuissent, verisimile fuerit, quòd locum citò mutaturi fuissent.

Iesuitarum Ordo quam noxius Regno Galliæ.

„ Nec fuerunt admissi nisi per provisionem, ipsisque Iesuitarum ac Societatis Iesu nomen, per Arrestum Anni 1564. assumere prohibitum fuit: quo tamen non obstante, nomen illicitum usurpare, ac se insuper omni potestati tam seculari, quam Ecclesiasticæ eximere voluerunt.

Nomen Iesuitarum ut & Societatis Iesu ipsis interdictum.

„ Vos autem, illos nunc restaurando, majóri eos auctoritate ornabitis, & eorum conditionem meliorem, quam unquam fuit reddetis. Dignius itaque à vestri Parlamenti Senatu judicatum fuit, imò Procuratores & Advocati, omnesque Ordines vestri necessarium existimant, istos homines continere talibus cautionibus, quibus ipsorum licentia, quæ alias in ipsorum actionibus nimis soluta est, cujus quoq; incrementum publico bono summè pernicioſum esset futurum, impediatur. In oratione Advocatorum vestrorum, qui ipsis non patrocinantur, præmonito est valde expressa, quòd necessarium sit, ut huic rei provideatur, ne eo quod jam perspiciunt, pejus aliquid inde proveniat.

Iesuitarum licentia coarctanda.

„ Et quemadmodum hujus Societatis nomen & votum Vniversale est, sic etiam axiomata doctrinæ ipsorum uniformia sunt, quòd videlicet Superiorem non agnoscant, nisi S. Patrem nostrum, cui juramentum fidelitatis & obedientiæ in omnibus rebus præstant, & pro Regulâ indubitatâ habent, quòd ille excommunicandorum Regum potestatem habeat: quòd Rex excommunicatus nihil sit, aliud quàm Tyrannus, cui populus rebellare

Iesuitarum nomen, votum & præcepta sunt universalia & qualia.

„ lare possit. Quòd omnes Regnicolæ, qui
„ minimum in Ecclesia ordinem habent, si
„ quodcunq; crimen committant, illud pro
„ læsæ Maiestatis crimine haberi non pos-
„ sit, propterea quòd Regum subditi non
„ sint, nec ad eorum iurisdictionem perti-
„ neant: sic ut omnes Ecclesiasticos, & per
„ consequens etiam se ipsos à potestate se-
„ culari exemptos esse, & impune sanguina-
„ rias suas manus sacratissimis Regum per-
„ sonis iniicere posse dicant. Hoc est quod
„ in concionibus apud alios docent, hoc
„ est, quod scribunt, impugnantes senten-
„ tias eorum, qui propositiones contrarias
„ tuentur.

„ Duo iuris Doctores Hispani, cùm Cle-
„ ricos Regum & Principum potestati sub-
„ iectos esse tradidissent, aliquis ex huius
„ Societatis præcipuis contra eos scripsit, in-
„ ter cæteras rationes asserens, quòd sicuti
„ Levitæ in V.T. ab omni potestate seculari
„ exempti fuissent, sic etiam Clerici ab ea-
„ dem potestate per novum Testamentum
„ immunes & liberi sint, Regesq; & Mona-
„ narchæ nullam in eos iurisdictionem ha-
„ beant.

„ Has Regulas, ut nimis falsas, ac erro-
„ rum plenissimas, Majestas vestra non ap-
„ probavit. Oportet igitur, ut illi, qui te-
„ nent, & in Regno vestro manere volunt,
„ eas publicè in suis Collegiis abjurent:
„ Hoc si facere noluerint, permittentis ne
„ vos, ut illi hîc permaneant & fundamenta
„ potestatis, & auctoritatis vestræ Regiæ
„ subvertant? sed si id faciant, creditisne
„ vos, quod possint habere aliquam doctri-
„ nam, quæ Religionis suæ pars est Romæ,
„ Hispaniæ & aliis omnibus salutarem, quæ
„ eadem & Galliæ talis esse possit: cum illa,
„ quæ alii acceptant, rejiciat? & quòd de
„ loco in locum commeantes, remeantesq;
„ illam & deponere & recipere possint?
„ Quòd si dixerint, se hoc per aliquam di-
„ spensationem secretam posse: quam quę-
„ so securitatem vos in iis ingeniis habe-
„ bitis, qui in ea professione fuêre enu-
„ triti, quæ per adversitatem & muta-
„ tionem locorum se bonam & malam red-
„ dit?

„ Illa doctrina omnibus, quâcunque or-
„ bis sint plagâ, communis est, & tantas vi-
„ res in Regno vestro assumit, ut si illi re-
„ staurati fuerint, tandem in Collegia e-
„ tiam moderatissima sit irreptura. Ante-
„ hac majorem Adversarium, quàm Col-
„ legium Sorbonianum non habebant, nunc
„ illud ipsum iis favet, propterea quòd in
„ eorũ Collegiis quidem Iuniorum Theo-
„ logorum literis operam dederunt: reliqui
„ idem facient, ad altiora contendent, ac ad
„ prima in Parlamẽtis vestris officia admit-
„ ti potuerunt, & servantes eandem doctri-
„ nam se potestati vestræ subducent, cun-
„ cta Diadematis vestri jura & Ecclesiæ
„ Gallicanæ libertates everſioni relinquen-
„ tes: ac nullum crimen læsæ Majestatis,
„ quasi per Ecclesiasticum commissum, pu-
„ niendum censentes. Imò hoc jam fraude
„ suâ effecerunt Iesuitæ, ut continuò Re-
„ giorum domesticorum vel præcipuorum
„ Ministrorum 24. liberi in novo Flessiaco
„ Collegio Iesuiticis præceptis imbuantur,
„ & ex illis singulis annis ita Regiis officiis
„ præficiantur, aliis sex in eorum locum in
„ illud summissis: & sic hisce cuniculis in-
„ tra paucos annos Iesuitæ totum illud Re-
„ gnum sub Pontificis & suam tyrannidem
„ adigent.

„ Atque nos adeò in hac nostra vita in-
„ felices fuimus, ut etiam detestabilia
„ effecta ex ipsorum institutionibus pro-
„ deuntia, in propria vestra sacratissima
„ persona conspexerimus. Barrierius (hor-
„ reſcit animus ad rei commemorationem)
„ instructus per Varadem fuit, & confessus
„ est, se juramento inter ipsius manus in ne-
„ cem vestram facto, Sacramenti commu-
„ nionem percepisse; sed cùm scelus pera-
„ gere nequivisset; alii animum addiderunt
„ huic pravæ viperæ, qui ex parte peregit,
„ quod conjuraverat. Guignardus libros
„ suos propriâ suâ manu scriptos habebat,
„ asserens parricidium in Regem Antecess-
„ sorem vestrum justissimè commissum es-
„ se, confirmando propositionem in Con-
„ cilio Constantiensi damnatam. Et quid
„ nos, recordantes pessima ac perfidissima
„ ipsorum acta, quæ facilè renovari pos-
„ sunt, timendum non habemus?

„ Si nos, vestram vitam in periculo cer-
„ nentes, dies nostros, in perpetuo metu
„ transigere oportebit, quam tranquillita-
„ tem nostris procurabimus? Nonne sum-
„ ma hæc impietas foret, prævidere pericu-
„ lum malumq;, ac, ut tam propè ad vos ac-
„ cedat, permittere? Nonne hoc esset se
„ in profundissimam miseriam præcipitem
„ dare, si quis hujus Regni exitio, & ruinæ
„ supervivere vellet? quæ, ut aliquoties vo-
„ bis demonstravimus, non ulteriùs, quàm
„ vitæ vestræ longitudine à nobis abest?
„ Deo, propter mutuam inter vos, & san-
„ ctum Patrem nostrum benevolentiam, sit
„ gloria. Deus vobis, vestrum Diadema, &
„ ipsam sanctam Sedem longissimè conser-
„ vet; verùm si senectus aut valetudo dies
„ ipsius præcideret, ac successor ipsius malo
„ animo, gladium suum spiritualem contra

Iesuitarum Ordo quam noxius Regno Galliæ.

Iesuitarum licentia coarctanda.

Nomen Iesuitarum ut & Societatis Iesu ipsis interdictum.

Iesuitarum nomen, votum & præcepta sunt universalia & qualia.

Periculũ prævidere & non summovere impietas est.

„ vos ſtringeret, quemadmodum Anteceſ-
„ ſores ipſius in veſtros Reges Franciæ &
„ Navarræ,idem factitarunt,quantus quæ-
„ ſo dolor ſubditos veſtros occuparet,ſi tot
„ hujus Regni hoſtes, & contra Majeſta-
„ tem veſtram conjuratos,in ipſius viſceri-
„ bus viderent , quot contra ſuperiorem
„ Regem feliciſſ. memoriæ viderunt ? cùm
„ præcipui Rebellionis auctores & mini-
„ ſtri , neque etiam parricidii in ipſum pa-
„ trati inſontes , ex proprio ipſius Regno
„ fuerint?

„ Scelera ſua anteacta non magis , quàm
„ reliquorum Ordinum & ſocietatum o-
„ mnium,qui non minùs, quàm ipſi errave-
„ rint , iſti notari aut exaggerari debere a-
„ junt.Fortaſſis in præjudicium ipſorum di-
„ ctum fuerit,quòd etiamſi in omnibus re-
„ liquis Ordinibus,& Societatibus vitia de-
„ prehendantur,illa tamen non univerſalia
„ fuerint. Societates erant diverſæ , omnes
„ verò illi , qui earundem uni adhærebant,
„ ſe obedientiæ Majeſtati veſtræ debitæ
„ non ſubduxerunt:ſed qui de ipſorum ſunt
„ Societate,unitiſſimè ac pervicaciſſimè in
„ rebellione ſuâ perſtiterunt, ac non ſolùm
„ nullus ipſorum partes veſtras eſt ſecutus,
„ verùm è contrario veterum Regni hoſtiũ
„ partibus præ cæteris deditiſſimi fuêre; ac
„ cùm tales eſſent , Odo , unus ex ipſorum
„ Societate per ſedecim illos conjuratos
„ pro principe electus fuit.Et ſi exemplum
„ aliquod externum noſtris interjicere fas
„ eſt,miſerandum aliquod ex Hiſtoria Lu-
„ ſitaniæ referemus. Cùm Rex Hiſpaniæ a-
„ nimum ad Regni Luſitanici uſurpationẽ
„ applicâſſet,omnes Religioſorum Ordines
„ conſtantes in fidelitate Regi ſuo debitâ
„ permansêre; ſoli ipſi , ut Dominationem
„ Hiſpanicam adjuvarent,deſertores fuêre:
„ ex quo etiam factum eſt,ut plus quam duo
„ millia tam Religioſorum , quàm cætero-
„ rum Eccleſiaſticorum miſerrimè perie-
„ rint:ad quod expiandum Bulla abſolutio-
„ nis conceſſa fuit.Ipſorum doctrina,& an-
„ teriora geſta cauſa fuêre, ut, cùm Caſtel-
„ lus adverſum vos inſurrexiſſet,Arreſtum
„ tam contra ipſum, quàm contrà omnes i-
„ ſtius Societatis participes, per os veſtrum
„ proprium damnatos, ſecutum ſit ; Quod
„ Arreſtum nos , velut feliciſſimum noſtri
„ temporis Miraculum , memorię conſe-
„ cravimus; Indicantes tunc,quò ſi juventu-
„ tem malitiosâ & execrandâ illa doctri-
„ nâ inde imbuere pergerent , nihil ſecuri-
„ tatis veſtra vita habitura eſſet. Quæ e-
„ tiam cauſa idonea judicata fuit,quòd nos
„ formulas quaſdam tranſiliebamus , qui-
„ bus adſtringebamur ad judicandum cum
„ cauſæ cognitione de inſtantiis formatis;
„ quæ ſaluti publicæ poſtponebantur.

„ Nullâ nos invidiâ , odio , aut malevo-
„ lentiâ,neque generatim neque ſpeciatim
„ contra ipſos laboramus ; ſi laboraſſemus,
„ Deus nos puniviſſet,quòd nihilominus i-
„ pſorum judices eſſe voluiſſemus. Nihil
„ niſi attrocitas criminis , & affectus ille,
„ quo Majeſtatis veſtræ conſervationem
„ in poſterum quoque proſequimur , ad il-
„ lud Arreſtum incitavit , quod in Parla-
„ menti Rothomagenſis,Diviodunenſis ju-
„ riſdictione executioni mandatum fuit,&
„ quidem ad veſtrum proprium manda-
„ tum , idque idem etiam in aliis omni-
„ bus factum fuiſſet , niſi illi qui nondum
„ obedientiæ veſtrę ſeſe ſubjecerant, reſti-
„ tiſſent: quique etiam à propoſito ſuo, niſi
„ cum nimis magno malæ ſuæ voluntatis
„ ſupplicio,recedere poterant.

„ Conqueruntur in ſcriptis ſuis,quòd to-
„ ta Societas propter delicta trium aut qua-
„ tuor non debeat puniri. Verùm etſi ad
„ Fratrum Humiliatorum conditionem re-
„ dacti fuiſſent , occaſionem conqueren-
„ di nullam haberent : cùm ob cædem in
„ Cardinalem Boromeum per Religioſum
„ unum tantùm ex ordine Fratrum Humi-
„ liatorum patratam (quod annis abhinc
„ ferè triginta accidit) totus Ordo per
„ Pium V. Pontificem juxta reſolutionem
„ in conventu Cardinalium factam, ſpreta
„ etiam Regis Hiſpaniæ deprecatione , a-
„ bolitus fuerit. Noſtrum judicium non eſt
„ tam ſeverum. Si dixerint,Humiliatorum
„ cum ſuo Ordine,qui longè major ſit, nul-
„ lam eſſe comparationem : Nos ipſis di-
„ cemus,multò minorem eſſe comparatio-
„ nem Cardinalis, cum potentiſſimo Mun-
„ di Rege, qui dignitate Cardinalem lon-
„ giùs , quàm ipſorum Ordo etiam mini-
„ mum, ſuperet : Fratres etiam Humilia-
„ tos minùs peccâſſe , quàm ipſos : Nam
„ eorum unus tantum cædis in Cardina-
„ lem patratæ author fuit , at ipſi omnes
„ parricidii in vos tentati propter inſtitu-
„ tionem ſuam rei ſunt.

„ Supplices vos rogamus , ut , quem-
„ admodum gratum habuiſtis Arreſtum
„ juſtiſſimè factum , & tum temporis ad
„ deterrendos tam multos , ne contra vos
„ conſpiratent,proditores, neceſſarium: ſic
„ etiã illud conſervare, & nobis præmoni-
„ tionem illius periculi,in quo tum eramus,
„ cùm nimirùm communi noſtro Parenti,
„ cuius vita nobis propria vita charior eſt,
„ interitum parari videremus , condonare
„ dignemini.Ac certè ſummum etiam infi-
„ delitatis, & ingratitudinis vitiũ exiſtima-

remus,

„ remus, si illius perpetuam curam non age-
„ remus : quandoquidem vos nostram vi-
„ tam, nostram tranquillitatem, & nostra
„ bona nobis reddidistis. Memoria præteri-
„ torum cautioni nobis esse debet, ut pro-
„ videamus, ne per incuriam in abysso se-
„ cundi naufragii sepulti maneamus.

„ Non possumus etiam omittere, quin sin-
„ gulares Majestati vestræ, ut Academiæ
„ hujus misereri velit, preces exhibeamus.
„ Reges vestri Antecessores hoc optimæ
„ vestrę civitati Parisiensi ornamentum re-
„ linquere voluerunt: ac nunc intra paucos
„ dies bona ejus pars deseretur : Fieri non
„ potest, quin si quantam hujus urbis par-
„ tem videatis incultam, & à tam multis fa-
„ miliis, Bibliopolis & aliis, qui à literarum
„ studiis victum quæritare solebant, nunc
„ ad stipem redactis, relictam, idque ad gra-
„ tificandum tantùm novorum Doctorum
„ parvo cuidam numero, qui sanè studere,
„ legere, docere, & publico bono servire
„ cum cęteris, at nullum corpus singulare,
„ ex ordine & religione novâ compositum,
„ facere debebant. Scimus sanè quòd Vni-
„ versitas reformatione opus habeat ; ve-
„ rùm hæc per ipsius ruinam fieri non de-
„ bet: quæ evitari non potest: non quidem
„ ob horum, qui in hac sunt Societate, ab-
„ sentiam, sed propter Collegiorum, quæ
„ in diversis sententiis permittetis, multi-
„ tudinem ; quæ ubi eam commoditatem
„ ad manum habuerint, liberos suos in
„ hanc urbem non amplius mittent: quod
„ vos facilè magni præjudicii esse judica-
„ bitis, quia facilè est videre, quòd, qui
„ hîc educantur, sese à teneris ad Reges,
„ & summi Imperii insignia suspicienda &
„ & agnoscenda assuefaciant, illi verò qui
„ in parvis Oppidis educabuntur, eandem
„ educationem non recipient, neque simi-
„ lem affectum habebunt. Et sic Academia
„ hæc, aliâs florentissima, penitus everte-
„ tur, constitutis decem, aut duodecim
„ Collegiis eorum, quorum Societas sem-
„ per suspecta, & institutio juventutis peri-
„ culosissima erit.

„ Hæ sunt humilimæ obtestationes, ra-
„ tionesque summariæ, quæ nos à litera-
„ rum publicatione hactenus abstinue-
„ runt, metuentes, ne justè nobis vitio
„ verteretur, quòd nimis leviter ad ea-
„ rum approbationem descendissemus.
„ Humilimè supplicamus, ut eas in melio-
„ rem partem accipiatis, eamque nobis
„ gratiam faciatis, ut si nobis aliquid
„ mandaveritis, quòd nobis videatur sal-
„ vâ conscientiâ executioni mandari non
„ debere, id non inobedientiæ nostræ, sed
„ muneris nostri officio adscribatis. Quâdo-
„ quidem existimamus, vos illam non vel-
„ le, nisi in quantum ea justa, & æqua est,
„ & intellectis rationibus, propter quas il-
„ la talis declarari non possit, non gravi-
„ ter laturos quod obedientia vobis præ-
„ stita non sit. È contrario, quando admo-
„ nebimini, ut promissum aliquod præste-
„ tis, illius Monarchæ responsum dare ve-
„ litis, qui cùm rogaretur, ut promissum
„ suum verbis Regiis factum impleret, re-
„ spondit, se id velle præstare, si justum es-
„ set, & verba non ulterius obligare.

„ Domine, Rex es, & quidem Rex ma-
„ gnus, qui meliùs judicas id, quod justum
„ est, quàm omnes vestri subditi. Verba
„ vestra ipsa justitia sunt. Verùm si nos
„ vobis supplices esse possimus, vosque per-
„ missuri sitis, ut vobis cum omni humili-
„ tate ostendamus : dicemus, quòd Ante-
„ cessores vestri illo semper Parlamenta
„ honore dignitati sint, quo Imperatores
„ senatum: nimirum, ut causas Iustitię ipso-
„ rum consilio moderarentur: & quamvis
„ absolutâ potestate uti potuissent, illam
„ nihilominus ob hunc respectum depo-
„ suerunt, ac voluntates civilitati Legum
„ accommodaverunt.

„ Pergite hac erga nos uti gratia, & con-
„ servare autoritatem illam, quam An-
„ tecessores vestri Curiæ vestræ Parla-
„ menti concesserunt, quę re ipsâ non
„ ipsius, sed vestra est, quia non aliun-
„ de, quàm à vobis dependet : & quam-
„ vis illa eam perderet, ignoscite quæ
„ sumus nobis, dicentibus, quòd jactura
„ non in ipsam, sed in vos cessura sit. Deum
„ toto corde & affectu precabimur, ut dies
„ vestros in omni potestate & felicitate
„ amplificet, Reginam, & D. Delphinum
„ tam vobis quàm subditis vestris conser-
„ vet, & hanc nobis gratiam largiatur, ut
„ omni felicitate humilimisque servitiis
„ nostris demonstrare possimus, quòd nul-
„ lam majorem corporis animique felici-
„ tatem optemus, quàm ut à vobis habea-
„ mur pro iis, qui sumus, humilimi videli-
„ cet, obedientissimi & fidelissimi vestri
„ subditi & Ministri.

Oratio Exhortatoria *ad* Regem CHRISTIANISSIMVM *de* IESVITIS in Regno GALLIÆ *non recipiendis.*

AB hoc etiam proposito Gallo-Franci quidam alii seu patriæ verè amantes

omnibus modis Regem avertere conati sunt. Excusa est anno 1603. ingenua Oratio Galli cujusdam φιλοπατρίδου, de eo quod tum postulatum & in deliberationem adductum fuit: nempe, ut Iesuiticæ restituantur in Regno Galliæ; in qua multis rationibus & argumentis graviſſimis & firmiſſimis hoc Regi dissuadet: Hanc rationem integram huc adscribam, in Lectoris gratiam, ad cujus manus fortè illa non pervenit, ut omnes tam Pontificii, quàm Reformati inde excerpant ac mutuentur, sibi quod ex usu fiet, & quod sapientis esse aiunt, ex aliorum infortunio ac damno præcaveamus nostrum. Et hic quidem Orator, quisquis sit, tanto apud omnes dignior esse debet, in iis quæ ad profligandas Iesuitica monstra promit armis, quantò minùs favet Lutheranis & Calvinianis, ab utrisque enim partibus se alieniſſimum esse profitetur, & quantò est καθολικώτερος, sediſque Romanæ observantior, quatenus non Hispanizat.

Respondet his quæ huic cõsilio obstare videtur.

In hac autem oratione PRIMO respondet ad ea, quæ huic salutari consilio obstare videri potuissent: ac „ Verum quidem „ est, (inquit,) ô Rex, posse te plurimùm „ Iesuitarum restitutione magnæ Catholi„ corum parti in Regno tuo satisfacere, „ qui eos ducunt utiles ad novas opinio„ nes, quæ in causa Religionis exiſtunt, „ convellendas; teque eâdem operâ Car„ dinales non paucos tibi obstricturum, qui „ eorum causæ multis nominibus student: „ vel eo maximè, quòd magnos labores „ sufferunt ad fidem Catholicam, & pote„ statem Pontificiæ sanctitatis in orbe ter„ rarum propagandam. Homines sunt a„ ctuosi, diligentes, studiosi, animosi, „ quibus multum Sedes illa debet: venerunt in „ tempora rerum difficultatibus admodum „ circumfluentia.

Iesuitæ plus damni quam utilitatis afferunt literis.

„ Hæ sunt, ô Rex, maximæ & præcipuæ „ causę, quæ te possunt in illorum partem „ commovere. Nam quod de juventutis „ institutione dicitur, id magni fieri non „ debet: quia revera, omnibus expensis, „ plus damni literis, quàm utilitatis attu„ lerunt. Rationem breviter explicabo.

„ Antequam veniſſent in Galliam, præ„ stantia quæque ingenia, & adolescentes „ ingenui literis operam dabant in Pari„ siensi Academia: ubi semper ad viginti „ aut triginta studiosorum agebant millia „ Gallorum exterorumque. Hæc tanta „ multitudo attrahebat eò doctiſſimos „ quosque & celeberrimos Europæ viros, „ sive eminendi animo, sive utilitatis ca„ piendæ. Lectorum publicorum loca à Re„ ge Francisco I. Instituta captabantur am„ bitiosè, tetinebanturque, per lumina li„ terarum summa toto antè decennio „ quàm essent vacua. In unica Gymnasii „ Cameracensis aula meliores doctioresque „ lectiones, uno mense habebantur, quàm „ toto anno postea in tota Academia, com„ prehensis quoque Iesuitis, fuerunt habi„ tæ. Hi artem invenerunt sese constabi„ liendi paulatim in optimis quibusque ci„ vitatibus Regni; atque hoc facto obstru„ xerunt fontes, unde tanta illa studioso„ rum multitudo profluebat, eademque „ maximum bonum alterum interverte„ runt ad juventutem perveniens studen„ tem Parisiis: Magis enim juventus exco„ lebatur, & sermone Gallico, & moribus „ & studio erga Remp. totam, quàm postea „ exculta fuerit, ex quo substitit in Provin„ ciarum suarum finibus.

„ Accedit altera ratio, quam Patavina A„ cademia observavit, cum anno CIↃ. „ IↃXCI. apud Rempub. Venetam de iis „ quereretur, quando fuit interdictum, ne „ aliis quam sibi ipsis legerent, aliósve in„ stituerent: nempe quòd, prout Theolo„ giæ incumbunt maximè, non alios fermè „ singulis suis classibus exceptâ primâ, præ„ ficiunt quàm juvenes, qui potiùs discunt „ ipsi quàm alios doceant: adeò ut pueri, „ qui in doctiorum juvenum curę ad an„ num usq; decimum quintum aut sextum „ commissi sunt fiant unquam magni ad„ modum. Paucos certè videmus de nu„ mero ipsorum, qui in congressibus emi„ neant. Demonstravit res ipsa luculentis„ simè anno CIↃIC. XCIIII. quum eos „ libello supplice pulsavit Parisiensis Aca„ demia. Nam de suo numero investiga„ verunt aptum aliquem Advocatum, qui „ causam ipsorum ageret: quæ res aliquo „ pacto eam adiuvisset. Multos quidem à se „ institutos, & omnis ętatis invenerunt, qui „ verò gravi causæ sustinendæ esset ido„ neus, invenerunt neminem. Quapro„ pter ad optimum quidem patronum con„ fugere eos oportuit, sed qui nunquam ab „ eis quicquam didicisset. In contempla„ tione quidem magis, quàm in studio & a„ ctione informant suos. Inter medicos, „ quę facultas est pleniſſima scientię, pau„ ci sunt qui præluceant de schola ipsorum. „ Literis humanioribus & arcanis lingua„ rum minùs dant adhuc operam. Vera cer„ tè professio ipsorum est Theologia: hic il„ lis thesaurus, hic Marathon, in quo ver„ santur plurimùm: ideoque ingenia exci„ tata, & acumine aliquo prędita deligunt „ tempestivè: qui in manus ipsorum vene-

runt,

„ runt, effugiunt rarò : diversarum gen-
„ tium turba miscella est, iuvant,& studia
„ inter se conferunt. Necesse est denique
„ fateantur omnes , illos disputationibus
„ huius scientiæ, aliarum reginę; excelle-
„ re.

„ Quum arcana linguarum ab eis teneri
„ nego , non continuò inveniri apud eos
„ nego viros mediocri literarum humanio-
„ rum scientia tinctos : sed hoc est quod
„ volo,non esse quærendos in numero ipso-
„ rum viros æquales quatuor illis Galliæ lu-
„ minibus, literarum Regibus, qui tales a-
„ gnoscuntur , & censentur in Vniverso
„ Mundo,quorum tres adhuc sunt superstiti-
„ tes , & quartus adhuc vivit optimâ sui
„ parte.

„ Omnes Iesuitæ, quotquot exstiterunt,
„ vix unquam digni sint, qui unius de qua-
„ tuor illis discipuli mereantur dici : atque
„ hoc confido agnituros quicunque ex ipsis
„ aliquid habent scientię. Hoc unum re-
„ sponsuri sunt, se non dedisse operam huic
„ studio, præcipuumque suum studium esse
„ Theologiam:& verum est. Tenendum il-
„ lud præterea, quicunque in numero sunt
„ ipsorum aliquâ scientiâ insignes, eos non
„ amplius informationi juventutis incum-
„ bere. Statim se ad Theologiæ studium
„ conferunt, ubi maximorum, qui inter i-
„ psos fuerunt labore adjuti,ad scribendum
„ veniunt : neque infitiandum est, commo-
„ dare illis admodum defensioni nostræ
„ Religionis Catholicæ contra nostrorum
„ adversariorum scripta. Quorum in tanto
„ numero unus & item alter,si fortè inven-
„ tus est dictione bona, stilo audace, moti-
„ bus excelsis,dispositione commodâ, & e-
„ legantibus mille acuminibus.

„ Denique, si quid iudicare possum , li-
„ belli supplices, quos exhibuerunt Maie-
„ stati Tuæ,duo sunt scripta insignia,in qui-
„ bus ea omnia quæ summi artis Magistri
„ docuerunt,accuratè deprehenduntur ob-
„ servata. Causa quidem certè ipsorum de-
„ fendi melius non poterat. Atque hoc qui-
„ dem magno labore illorum in studio
„ Theologiæ irritatos fuisse eos, qui Reli-
„ gionis reformatę dicuntur, dubium esse
„ non potest : Verumtamen neque hoc
„ quoque negari potest, multa actionibus
„ multa doctrinę illorum inesse,quę odium
„ ipsis Catholicorum summorum creave-
„ rint, qui nihilo ipsis in Religionis studio
„ inferiores sunt. Dicam de uno tantùm.
„ capite ipsorum , quia iniquum est tanti
„ Principis abuti audientiâ: Sed hoc profe-
„ ctò dignum, si ullum est, quia in hoc rei
„ summa agitur. Interdum apud Sorboni-
„ stas, ô Rex, comperti sunt, sed pauci &
„ rarò, qui se patientes decipi eorum pi-
„ gmentis,qui Romæ scripta ediderunt de
„ potestate clavium , auderent affirmare
„ penes Pontifices esse , ut Reges excom-
„ municent , & à iureiurando ac fide data
„ absolvant subditos:Sed propositiones istę
„ illico , tanquam Schismaticæ tum à cor-
„ pore Sorbonæ fuerunt damnatæ,conjun-
„ cta Gallicanæ Ecclesiæ totius auctorita-
„ te, tum Arrestis Parlamenti tui : qui duo
„ maximi clypei exstiterunt, quibus maio-
„ res tui adversus omnes impetus,quos ten-
„ tabant hostes,fuerunt defensi.

„ Sunt sæpè,ut & nunc est,optimi Ponti-
„ fices, proclives studiis in Galliam, maxi-
„ morum meritorum recordatione,quibus
„ S.Sedes: ô Rex, coronæ tuæ obstricta est:
„ sed etiam nonnunquam eligantur alii,qui
„ in partes Hispanicas, & tibi adversas in-
„ clinant planè.

„ Si quando contingit istud malum , si
„ crederent Galli posse Regem suum ex-
„ communicari legitimè , seque à iureiu-
„ rando & fide data absolvi, profectò gra-
„ vissimum Regibus nostris foret periculum, ne spoliarentur dignitate suâ, & re-
„ vera nullum imperium nisi precarium
„ obtinerent,id est,omninò pendens ex bo-
„ na vel mala gratia illius, quem D.Cardi-
„ nales elegissent: quorum numero semper
„ insunt multi, qui maxima beneficia in di-
„ tione Mediolanensi, Regno Neapolita-
„ no,atque adeò in ipsa Hispania obtinent,
„ Hîc non amplius Rex futurus esset , sed
„ Prorex, nomine Rex, Vicarius generalis,
„ vel ἀποστρητὸς re & veritate : cuiusmodi
„ Reges illi erant , quibus Romani dabant
„ & tollebant sceptra arbitratu suo. Pro-
„ pterea quotquot in hoc Regno, ex quo
„ Christianum factum est, vixerunt, Pro-
„ positionem istam exploserunt , velut o-
„ mnium (si insideret animis populi) peri-
„ culosissimam , & summè adversantem
„ verbo Dei , qui dixit , Regnum meum
„ non est de hoc Mundo, Ioh.18. Quem in
„ locum August.tract.115. Audite Iudæi &
„ Gentes; audi præputium ; audite omnia
„ Regna terrena: non impedio dominatio-
„ nem vestram in hoc Mundo. Et apud S.
„ Lucam cap.12. ait quidam de turba : Ma-
„ gister, dic fratri meo, ut dividat mecum
„ hæreditatem. At ille dixit ei,ô homo,quis
„ me constituit judicem, aut divisorem su-
„ per vos? Qua de re D. Bernhard. lib.1. de
„ consideratione: Non monstrabunt, puto
„ qui hoc dicent, ubi aliquando quispiam
„ Apostolorum sederit judex hominum,
„ aut divisor terminorum, aut distributor

„ terrarum. Stetiſſe denique lego Apoſto-
„ los judicandos, ſediſſe judicantes non le-
„ go. Erit illud, non fuit.

„ Ex quibus indubitatis rationibus & a-
„ liis innumeris, quas brevitatis cauſa omit-
„ to, Sorbona & unâ cum ea Gallicana Ec-
„ cleſia tota ſemper definivit, ſchiſmati-
„ cam illam propoſitionem eſſe, quòd
„ Papa habeat poteſtatem excommuni-
„ candi Reges noſtros, aut inſtituendi
„ quicquam in majeſtatem Chriſtianiſſi-
„ mam ipſorum. Ideoque Johannes Tan-
„ querellus anno CIↃ. ↃLXI. Arreſto
„ Parlamenti fuit condemnatus in ſolen-
„ nem profeſſionem honorariæ pœniten-
„ tiæ, & ut à Rege veniam de eo poſceret,
„ quod ſuis theſibus propoſitionem iſtam
„ fuiſſet auſus inſerere, quamuis expoſuiſ-
„ ſet eam à ſe tantùm diſputandi gratia
„ perſcriptam eſſe: & parùm abfuit, quin
„ adjudicaretur morti. Commodè accidit,
„ quod Rex undecim tantummodo anno-
„ rum eſſet, ſi annum egiſſet Rex decimum
„ quartum, nunquam tale ſupplicium mor-
„ tis effugiſſet.

„ Quod dixi Propoſitionem iſtam ſem-
„ per à Sorbona fuiſſe damnatam, id volo
„ intelligi ad illud demùm uſque tempus,
„ quo Patres iſti Ieſuitæ complureis ſtu-
„ dioſos inſtituiſſent, lectionibus ſuis affi-
„ duis Theologiæ. Etenim anno milleſi-
„ mo quingenteſimo octogeſimo nono
„ quum excommunicatio in defunctum
„ Regem piæ memoriæ fuit allata, & in
„ Sorbona quæſitum eſt, utrum poteſtatem
„ iſtam haberet Pontifex: continuò Do-
„ ctores antiqui, Faber Syndicus, Camu-
„ ſus, Chabotus, Faber Curio S. Pauli, Cha-
„ vagnacus, omneſque alii vetuſtiores, &
„ bonæ notæ fortiter reſtiterunt: ſed benè
„ proſpectum erat huic choragio: omnes
„ enim juvenes qui apud Ieſuitas Theolo-
„ giæ ſtuduerant, Boucherus, Pichenatus,
„ Varades, Semella, Cullius, Aubourius,
„ & alii innumerabiles vicerunt pluribus
„ ſuffragiis contra verbum Dei, omniaque
„ axiomata Galliæ. Quin etiam hanc Ie-
„ ſuitarum ſententiam eſſe, quòd Papa
„ Reges excommunicare poſſit, popula-
„ reis à juramento fidei abſoluere, & ſce-
„ ptra, coronas, dignitatemque eis adi-
„ mere, bonâ fide negari non poteſt. Nam
„ cum Pariſienſis Academia periculoſum
„ iſtud dogma eis objeciſſet, tantum ab eo
„ negando abfuerunt, ut contra ſuis defen-
„ ſionibus communi totius Societatis judi-
„ cio editis commodo ſuo, anno cIↃ. IↃ.
„ XCV. quarum inſcriptio eſt: Veritas de-
„ fenſa contra actionem Antonii Arnaldi
„ pag. 70. utantur his ipſis verbis: Non e-
„ rat cur probares, Reges eſſe, aut eſſe
„ oportere dominos ſolos temporales in
„ regnis ſuis: cùm Papa; ut dixi, nihil
„ arroget ſibi in iſto imperio ſummo, niſi ut
„ corrigat tanquam pater, atque adeò
„ TANQVAM IVDEX, eos qui pernitioſi
„ Eccleſiæ futuri eſſent. Tum enim id non
„ ſolum poteſt, ſed etiam debet ſe oſten-
„ dere SVPERIOREM ILLIS bono ipſo-
„ rum & publico. Exceptio hæc ſtoma-
„ chum tibi commovet, facit ut ringaris;
„ ſed oportet haurias & de cætero fatearis,
„ tibi nec rationem eſſe, nec conſcien-
„ tiam. Nam primũ id Principibus eſt utile,
„ qui continentur perſæpe, aut ad officium
„ retrahuntur potiùs REI TEMPORALIS
„ METV, quæ ſemper illis eſt cordi, licet
„ improbis, quàm rei ſpiritualis: cujus tan-
„ tam non habent curam, niſi habeant &
„ bonam conſcientiam, quod non ſemper
„ accidit. Idcirco Deus Regibus Iſraelis
„ minabatur potiùs ſe AMOTVRVM
„ TEMPORALE REGNVM, niſi obſerva-
„ rent legem, quàm eos privaturum æterna
„ vita: ATQVE HOC IPSVM IN PRI-
„ MVM REGEM EXERCVIT, CVI SCE-
„ PTRVM ABSTVLIT.

„ Quia verò animadvertunt, ô Rex, o-
„ mnia axiomata Eccleſiæ Gallicanæ, &
„ Arreſta Parlamenti tui periculoſæ iſti
„ doctrinæ adverſari, quam inſtillant pau-
„ latim mentibus populi, ab hac peſte o-
„ lim maximopere abhorrentis, eò tan-
„ dem venire cogâtur audaciæ, ut hiſtorias
„ Regum noſtrorum, quas adferimus, di-
„ cant exempla rebellionum eſſe, his ipſis
„ verbis: Adeò deſipis & adeò improbus
„ Gallus es, ut velis producere exempla
„ REBELLIONIS ex hiſtoriis Galliæ, ob-
„ ſcurantia ſplendorem Regum noſtrorum,
„ & matris communis noſtræ, &c. Et poſt
„ duas ferme paginas: In Rege, (inquiunt,)
„ ſive virtus, ſive vitiũ, magna omnia: qui ſi
„ potentiã ſuam ad malefaciendũ occupet,
„ nulla niſi magna potentia inhiberi poteſt.
„ Ac propterea videmus gladium in perſo-
„ nam multorum Regum, in multis Regnis
„ fuiſſe uſurpatum, quod ſi non ſemper fuit
„ utile exercitium ejus, ſemper tamen utile
„ potuit eſſe: SIQVIDEM SVBIECTI BE-
„ NE FVISSENT DISPOSITI. Nihil un-
„ quam ſcriptum evidentiùs: nihil unquam
„ in orbe terrarum exſtitit, quod magis pu-
„ gnet cum verbo Dei, hoc enim præ-
„ cipit gratias agi Deo, ſi bonos Reges
„ miſerit nobis; ſin malos, vult etiam lau-
„ demus, eumque credamus facere bono
„ noſtro, ut minùs hunc Mundum diliga-
mus,

1. Contro. 3. lib. 5. c. 6. pag. 1081. edit. anno 1601.

„ mus, eoque alacriùs discedamus de Mun-
„ do.

„ Deus solus statuit Reges, idemque so-
„ lus potest amovere, & cùm videtur, eos
„ recipere. Claves quas dedit S. Petro, & S.
„ Patribus successoribus ipsius, ad Regnum
„ cœlorum duntaxat pertinent, ad Re-
„ gnum terræ nullo modo. Ille ipse omni-
„ potens, cum hîc in terris ageret, non in-
„ stituit castigare Reges, non coronas eo-
„ rum effringere; sed contrà vita ipsius fuit
„ quidam apertus humilitatis liber. Nec a-
„ lia arma dedit Apostolis ad stabiliendam
„ legem suam: dixit eis: Reges nationum
„ dominantur ipsis, & qui auctoritate in eas
„ valent, dicuntur benefici. Sed non ita e-
„ rit vobis. Noluit Deus ut S. Petrus, suc-
„ cessoresve illius S. Patres nostri plus ag-
„ grederentur ipso: neque verò hoc fece-
„ runt qui successerunt primi. Si alii contra
„ hoc venerint, abutuntur hic potestate
„ suâ, nec sunt audiendi. Hoc semper Galli-
„ cana Ecclesia judicavit, eosque excom-
„ municauit, qui contra affirmarunt, velut
„ inhumanæ & infeliciſſimæ doctrinæ au-
„ ctores: quæ per impietatem volens ho-
„ mines pios efficere, mundum (ut ita dica-
„ mus) parit innumerabilem cædium, incen-
„ diorum, raptuum fœminarum virginum-
„ que, & desolationum per Vrbes Provin-
„ ciasque totas. Abyssus abyssorum est, abo-
„ minationum Oceanus: hoc ad extremum
„ usque experti sumus: & tamen Iesuitæ
„ magis magisque obfirmant se: quibus si
„ credimus, poterunt Romanæ bullæ spo-
„ liare omnes Reges terræ, EISQVE TEM-
„ PORALE DOMINIVM ET SCEPTRVM
„ EXCVTERE. Atque his quoque conve-
„ niunt ea, quæ D. Bellarm. Iesuita, nunc
„ Cardinalis scribit de hoc argumento:
„ Quantum ad personas, (inquit,) non po-
„ test Papa, ut Papa, ordinariè temporales
„ Principes deponere, etiam justa de cau-
„ sa, eo modo quo deponit Episcopos, idest,
„ tanquam ordinarius Iudex & tamen po-
„ test mutare Regna, & VNI AVFERRE,
„ atque ALTERI CONFERRE, tanquam
„ summus Princeps spiritualis, si id neces-
„ sarium sit ad animarum salutem, ut pro-
„ babimus. Id probaturus cap. 8. adfert insti-
„ tuta violenta, quæque ex diametro pu-
„ gnantia cum verbo Dei, & quæ historiæ
„ omnes exsecrantur: quorum serie doce-
„ mur stabilimentum Mahumetani illius
„ Imperii maximè ex bellis intestinis, &
„ furiosis Christianorum inter se proveniſ-
„ se, quæ usurpationes istæ peperer̃, fece-
„ runtque ut Europa ab Ortu & Occasu
„ pariter suorum ipsius liberorum sangui-
„ ne innataret. Optimè S. Ambrosius sese
„ temperavit, ne vel de attingendo sceptro,
„ corona, & temporali dominio cogitaret,
„ deque subdito ullo liberando à jurisiu-
„ randi fide: nec verò potuisset, nisi directè
„ venire contra Dei mandata voluisset. A-
„ eri solùm admonitione usus est, ut culpæ
„ gravissimæ notitia ac sensu Imperatorem
„ afficeret.

1. Contro. 3. lib. 5. c. 6. pag. 1081. edit. anno 1601.

„ Id etiam valdè observandum, quod i-
„ dem Bellarm. atque Iesuitę in suis Defen-
„ sionibus sustinent, & confirmare nituntur
„ famosam illam Extravagantem commu-
„ nem, Vnam sanctam, de majoritate, & o-
„ bedientia, quam semper damnavit Gallia.
„ Nam si Papa fallitur, si errat, si plus insti-
„ tuit quàm ex officio debeat, hâc tamen
„ Extravagante homines tenentur obsequi,
„ Deusque solus eum judicare potest. Itaq;
„ licet Papa planè injustissimè fulmina ja-
„ cularetur in Regem, prout factum vidi-
„ mus anno CIↃIↃ LXXXXIX. contra de-
„ functum Regem nostrum summè Catho-
„ licum, nemo tamen ex Iesuitarum doctri-
„ na de causa potest cognoscere, omnibus
„ interdicta est cognitio, & Deo soli reser-
„ vata. Interea verò oportet Rex ante ora
„ & oculos subditorum omnium, etiam per
„ ipsos, dignitate & corona sua spolietur, &
„ succedat in locum ipsius quemcunque su-
„ prema illa potestas voluerit statuere, ut
„ habent illa Bellarm. verba; MVTARE
„ REGNA ET VNI AVFERRE, atque
„ ALTERI CONFERRE: quæ eadem sunt
„ Tanquerelli verba, regno & dignitatibus
„ privare potest, celebri Arresto condem-
„ nata. Etsi nondum eo audaciæ venerat
„ Tanquerellus, ut diceret dare posse uni
„ Papam, quod alteri ademisset.

Bellar. 1. cent. 3. lib. 5. c. 7. Iesuita pag. 42. Verit. defens. min. edit.

„ Idem Iesuita Bellarm. procedit ulte-
„ rius: affirmat enim disertis verbis: O-
„ mnes Ecclesiasticos Regni tui non am-
„ plius tibi subjectos esse. Quæ senten-
„ tia tamen directè adversatur verbo ex-
„ presso Dei & thesibus Ecclesiæ Galli-
„ canæ: quam cætera illa, quæ diximus.
„ Audet tamen tueri illud & istud & S. Pau-
„ li verba cavillis puris tentat evertere: O-
„ mnis anima subjecta sit potestatibus su-
„ perioribus: non enim potestas est nisi à
„ Deo, & potestates supereminentes sunt à
„ Deo ordinatæ: ideò qui resistit potesta-
„ ti, resistit ordinationi Dei. Et postea:
„ Quapropter oportet subjectos esse non
„ solùm ad vitandam iram, sed etiam
„ propter conscientiam. Nam eadē de causa
„ pendi-

Rom 3. Tract. de exēpt. cleric. edito anno 1599. cum altero de indulgentijs.

„ penditis tributa illis, quia administri sunt „ Dei, in hoc se occupantes. Quem in lo- „ cum S. Ioannes Chrysostomus observa- „ vit hæc verba non solùm Laicis impera- „ ri, sed etiam Clericis, Religiosis, ipsis- „ que adeò Apostolis. Vult etiam idem „ Bellarm. hæc S. Petri verba eludere: I- „ taque estote subditi omni humano ordi- „ ni propter Deum, sive Regi, ut eminen- „ tiori, sive Gubernatoribus, ut missis ab „ eo. Et inter cætera idem Bellarminus, „ Tempore illo, inquit, valdè erat neces- „ sarium moneri Christianos diligenter, ut „ obsequerentur Regibus, ne impediretur „ fidei prædicatio. Hoc pacto efficeretur „ Religio nostra Religio circulatorum Cy- „ beles, Religio vulpinantium: qui primùm „ quidem dicerent, Regnum nostrum non „ est de hoc Mundo, non omnes æquè Ec- „ clesiastici ac alii Regibus Præsidibusque „ obedimus: postea verò quum loco supe- „ riores sunt, & in auctoritatem optatam „ posuerunt pedem, tum demum sermone „ contrario planè uterentur, idque arroga- „ rent sibi, quod Deus ille omnipotens sibi „ soli in Reges Israelis & alios omnes re- „ servavit. Hæc bona fide vera doctrina „ Iesuitarum est, hæ technæ illorum, hæc „ via quam insistunt, ut se in honores in- „ trudant. Sed longè aliter se habet Reli- „ gio Christiana: quæ semper loquitur in- „ genuè, verè, sine fraude, sine fuco & fal- „ laciis: nec subditum avertit à suo Princi- „ pe, aut ei eripit, ut doctrina Iesuitarum „ facit. Nam hæc demùm conclusio ipsa „ est ejusdem Bellarmini, pag. 271. tracta- „ ctus illius de Exemptionibus. Sed dices, „ Principibus fieret injuria, si contra volun- „ tatem ipsorum privarentur jure, quod „ habuerunt in Clericos, antequam cleri- „ catum adepti essent. Respondeo: Nul- „ lam fieri injuriam eis, quia nemini inju- „ riam facit, qui iure suo utitur. Is autem „ utitur iure suo, qui statum eligit, quem „ sibi convenientiorem iudicat. QVAM- „ VIS PER ACCIDENS SEPARATVR, „ PRINCIPEM PRIVARI SVO IVRE. „ Hoc non est aginari, non tergiversari, „ non circuitione uti: hic præcisè dicit Ma- „ iestati Tuæ uno verbo, quot in Gallia „ sunt Ecclesiastici, tot esse subditos Pon- „ tificis. Quinetiam pag. 255. his verbis u- „ titur: Papa exemit omnes Ecclesiasticos „ ex subiectione Principum suorum secu- „ larium: ex quo sequitur, non esse illos „ Principes supremos in eo quod ad perso- „ nas Ecclesiasticas attinet, &c. sic, ut aper- „ tè dicam, alterum imperium in tuo, ô „ Rex, constituitur, alterum Regnum in „ tuo. Itaque ut doctrinam istam probet, „ quæ Christianæ fidei adversatur, pla- „ nè, eodem in loco argumentatione u- „ titur à simili, perinde esse dicens, ac si „ Rex aliquis partem Regni sui alteri sub- „ iiceret, atque hoc pacto iure belli, iustó- „ ve alio quocunque titulo partem imperii „ sui amitteret. Et verissimum est quod ibi- „ dem dicit, stabilimentum istius propositi- „ tionis principibus plus creare periculi; „ quàm si magno vincantur prælio, aut am- „ plam Provinciam amiserint. Nam in vi- „ sceribus delitescit malum, & ii qui iam „ sunt perditi, alios persæpè adducunt eò „ secretis suis confessionibus, ut ipsam Mo- „ narchiam, in qua nati sunt, subruant. „ Quod si interdum Magistratus suos co- „ gatur agnoscere, ut vi dicunt fieri, vela „ contrahi oportere, sed ex eo non valere „ consequentiam: quod diligenter opus est „ observari.

Pag. 268 tractat. einsd. de exempt. cleric.

„ Ampliùs dicunt, Edictis Regnum, et- „ si nihil est quod Scripturæ Canonibus- „ que & sanctis decretis adversetur, tamen „ non obligari Ecclesiasticos nisi ad dire- „ ctionem, non ad coactionem. Hæc pro- „ pria ipsorum verba pag. 269. quod idem „ asserunt postea pag. 271. quum aiunt, Cle- „ ricos non esse ampliùs temporali Princi- „ pi subiectos, hunc illos amittere: prout id „ revera extra controversiam est, eum non „ ampliùs subiectum esse, qui non ampliùs „ ad obsequium legum cogi potest. Istæ „ hæreses olim fuerant radicibus, ô Rex, „ è Gallia tua exstirpatæ: Sed ecce ve- „ nerunt artifices, qui eas magna copia se- „ minaverunt denuò, & nova quadam arte „ farraginis tractatui de indulgentiis hunc „ tractatum inferciverunt, intruseruntque „ in sementes alias nequà observari pos- „ sent.

„ Ex ista autem Propositione, Ecclesia- „ sticos non esse ampliùs subiectos, admi- „ rabile nascitur consectarium, posse il- „ los intentare in Regem suum citra læ- „ sę Maiestatis crimen. Atque hæc con- „ sequentia disertis verbis habetur in A- „ phorismis Confessorum, quos Iesuita E- „ manuel Sa composuit, in voce Clericus. „ Ait enim; clerici rebellio in Regem non „ est crimen lęsę Majestatis, quia non est „ subditus Regi. Et in voce, Princeps, de- „ monstrat adhuc evidentiùs quantum Dei „ verbo adversentur: quo præcipitur ferri „ Principes malos insidentes maiorum suo- „ rum throno, velut manu illius datos. Sic „ enim illi: Rex potest, inquiunt, per Rem- „ public. privari ob tyrannidem, & si non „ faciat officium suum, & quum est causa

Edit. Antverp. vel Co- lonien. I. Pet. 2.

aliqua

„ aliqua juſta : & eligi alius à majori par-
„ te populi. Quidam tamen ſolùm tyran-
„ nydem cauſam putant.
„ Inprimis certæ malitiæ eſt, quòd rem
„ tam gravem hærere in incerto ſinunt.
„ Deus novit, an arte faciant, ut pro ra-
„ tione optati conſiliorumque ſuorum mo-
„ dò hoc, modò illud ſentire poſſint.
„ Secunda, quid magis cum fide Chri-
„ ſtiana pugnat: quàm ſi libertatem tribue-
„ ris populo judicandi de bona & mala prin-
„ cipis ſui adminiſtratione, eiq; perſuaſe-
„ ris, poſſe eum conſcientiâ integrâ & ſe-
„ cundum Deum aut ejicere, aut trucida-
„ re Principem. Veruntamen hâc cau-
„ tione aut lege, ut ita pars major cen-
„ ſeat: quæ conditio apprimè eſt neceſſa-
„ ria. Nam ſi furentem iſtam opinionem
„ pars minor defenderet, periclitaretur de
„ vita magna autem jactura eſſet, ſi per-
„ derentur homines BENE DISPOSI-
„ TI ad Ieſuitarum doctrinam, id eſt ad
„ ejiciendum Dominum & Principem
„ ſuum, excitatis in tyrannum clamoribus,
„ ex hæreditate ipſius. Idcirco in calce il-
„ lius libri Inquiſitor Antuerpianus, Par-
„ do Anno clɔ. Iɔ. xcvii. pronunciat eum
„ magnam utilitatem allaturum. Cognovit
„ Dominus utrum plus utilitatis allaturum
„ eſſe Domino ſuo cenſuerit, quàm promo-
„ vendo diſſipationem regni tui, quòd tum
„ flammâ & ferro oppugnabat. Ijdem Ie-
„ ſuitæ in ſuis illis Aphoriſmis Confeſſo-
„ rum, quos indeſinenter obtrudunt ani-
„ mo populi, in voce TYRANNVS : ad-
„ dunt iſta : Tyrannicè gubernans juſtè
„ acquiſitum dominium non poteſt ſpo-
„ liari ſine publico judicio : latâ verò ſen-
„ tentiâ poteſt quiſque fieri executor: po-
„ teſt autem deponi à populo, etiam qui
„ iuravit ei obedientiam perpetuam, ſi mo-
„ nitus non vult corrigi.
„ Vtrum autem hæc doctrina tota ad te,
„ ô Rex, pertineat maximè, judicare tuum
„ eſt. Non tam attingit ſimul reliquam
„ terram totam, quàm te & poſteritatem
„ tuam : Gallia eſt tua hæreditas, quam
„ à Deo ſolo obtines, & juſto gladio tuo.
„ Si decies mille annos ſtaret Mundus : &
„ tantundem tua poſteritas (ut ſperari à
„ nobis convenit) ex ratione eſt ut ſem-
„ per in Gallos imperium teneat : ac non
„ Pontifices, qui interdum hoſtes tuæ fa-
„ miliæ poſſunt exiſtere, poſſint Gallum u-
„ nicum abſolvere à jurejurando fidelitatis,
„ quo poſteris tuis tenebuntur. Quod ſi
„ theſes iſtæ in noſtros animos illaban-
„ tur coronam ſuam poſteritas tua ô Rex,
„ geret, ſceptrumq; tenebit, tantiſper dum
„ ſanctæ ſedi videbitur, ac non diutiùs.
„ Ab hac propoſitione prima dependet
„ altera; ſuper cujus argumento video tam
„ multa ultrò citróq; ſcripta; ſed nemo rem
„ acu tetigit. Dicũt quidam: Ieſuitas auc-
„ tores eſſe, ut Reges occidantur: hoc falſum:
„ nam contra eis miniſtrant, idque non ra-
„ rò ex animo. Sed hæc rei diſtinctio: Cre-
„ dunt, ſi quos excommunicavit Papa eos
„ ampliùs non eſſe Reges, ſed tyrannos. Au-
„ diviſti quid illi in vocẽ TYRANNVS pro-
„ nuncient. Planè ſi de prima illa propoſi-
„ tione convenit, ſecunda eſt conſectaria.
„ Nam ſi poteſt Papa manũ injicere in ſce-
„ ptrum Regum & dominium temporale
„ ipſorum, ut Ieſuitæ aſſerunt, ex eo procul
„ dubio conſtat, ſi quem Regẽ fulmine pe-
„ tit Pontifex privatum eum reddi, priva-
„ tum permanere, Regẽ non eſſe ampliùs:
„ quod ſi velit & perſter regnare, tyrannum
„ eſſe. Quiſquis in propoſitionem primam
„ conſenſerit, neceſſariò ad ſecundam hanc
„ compelletur, Itaque liber ſcriptus propriâ
„ manu Ioan. Guignarti Ieſuitæ, quẽ in ple-
„ no Parlamento agnovit Cameris duabus
„ unà cõgregatis, habuit ambas iſtas Propo-
„ ſitiones contumeliosè ſcriptas. Nam inter
„ alia exſtabat ſcriptum: Sævum Neronem
„ ab uno Clemente occiſum eſſe, & Mona-
„ chum ſimulatũ manu veri Monachi con-
„ fectum: FACTVM HEROICVM A IA-
„ COBO CLEMENTE PATRATVM VE-
„ LVT S. SPIRITVS DONVM, HOC NO-
„ MINE A THEOLOGIS NOSTRIS AP-
„ PELLATVM, juſtè per defunctum Prio-
„ rem Iacobitarum Burgoing. Confeſſorem
„ & Martyrem laudatum eſſe. Coronã Gal-
„ liæ in alteram familiam quàm Borboniã
„ transferri debere & poſſe. Cum Bearnen-
„ ſi, QVAMVIS AD FIDEM CATHOLI-
„ CAM CONVERSO, lenius actũ iri, quàm
„ ſit promeritus, ſi detur ipſi corona Mo-
„ nachalis in conventu aliquo benè refor-
„ mato, ut illic pœnitentiam agat, de tot
„ malis quæ apportavit Galliæ, & gratias a-
„ gat Deo; quod ipſi gratiam contulerit ſui
„ ante obitum agnoſcendi. SI ABSQVE
„ BELLO DEPONI NON POTEST, GE-
„ RATVR BELLVM: SI BELLVM GERI
„ NON POTEST, MORS PARETVR IPSI.
„ Protocollum Majeſtas tua poteſt conſu-
„ lere : res lectu digna eſt.
„ Prætereà Ambroſius Varades Pariſijs
„ fuit Gymnaſiarcha Collegij Ieſuitici per
„ ipſos electus, tanquam unus ex optimis
„ in Ordine ipſorum, & adhuc inter ipſos
„ eundem honorem, quem ante obtinet.
„ Verumtamen ſi placebit Majeſtati Tuæ
„ mandare, ut acta Bareriæ ad ſe afferantur,

„ comperies illum fuisse Varadem qui post
„ mensem à felici conversione tua, sua-
„ sit ipsi ut cultrum suum bipennem in-
„ deret in ventrem tuum, datoque Eucha-
„ ristię Sacramento eum obligavit, confir-
„ mans per Deum viventem nil ab eo posse
„ fieri magis meritorum, foro ut ipsum
„ Angeli in Paradisum exportarent. Si id
„ non est verum, purgare sese Varadem
„ oportuit: latitavit dies aliquot in hac Vr-
„ be, quum ingrederetur Majestas tua, &
„ veste mutatâ abijt, Romamq; profectus
„ est, ubi fruitur admodum magnis hono-
„ ribus. Non est difficile inficiari voce, sed
„ facta validiora sunt, & sermonis menda-
„ cia redarguunt. Varades perpetrato isto
„ horrendo & execrabili scelere vinctus
„ per Iesuitas ipsos adduceretur, ut justo
„ supplicio alijs exemplo esset, si eadem
„ sententia non insideret mentibus ipso-
„ rum.

„ Nunc verò ubi tam fides hominem
„ istum, & supra quàm unquam ab istis ho-
„ nore affici; adeoque tam audaces esse il-
„ los, ut eum inter viros maximos ordinis
„ sui referant, omninò sequitur, eos voto,
„ voluntate, studio per Varadem Gymna-
„ siatcham suum, velut organon appositiss-
„ mum, animavisse Barreriam, nec particu-
„ lare istud, se generale parricidium esse.
„ Nititur enim profectò maxima propos-
„ tione illorum, à cujus executione &
„ effectu plus sibi spondent ipsi laudis,
„ quàm ex alia re ulla, ut post dicturi su-
„ mus. Et ubi nam, quæso, adhuc locant
„ Varadem istum inter præcipua societatis
„ suæ columina? habetur locus pag. 265.
„ Defensæ veritatis ipsorum (ut ipsi qui-
„ dem obtendunt) post annum excusæ,
„ quàm Varades aufugerat.

Pag. 198. min. edit. „ Quid enim multi (inquiunt) MAGNI
„ VIRI hujus societatis pertulerunt? Quis
„ nescit (ut de Gallia nostra dicamus) con-
„ tumelias ibi intortas, & calumnias enun-
„ ciatas contra Ioan. Maldonatum, Emun-
„ dum, Augerium, CLAVDIVM Mat-
„ thæum, Iacobum Tyrium, & nunc etiam
„ contra Annibalem Codretum, Iacobum
„ Commoletum, Bernardum Roilletum,
„ Ambrosium Varradem? Atque hîc ob-
„ servatu dignum est, hos scilicet esse ma-
„ gnos martyres, & multa perpessos. Tam
Pag. 60. min. edit. „ propria, tam Christiana est hæc appella-
„ tio, quàm illa quæstionis habitæ Parisijs
„ anno 1564. Nam terribilem persequu-
„ tionem illam vocant, incredibiliter hac
„ voce abutentes. Magis verò proprium
„ fuerit si furiosa funestaque bella, quæ
„ in toto hoc Regno Iesuitæ excitârunt,
„ persequutionem bonorum omnium Gal-
„ lorum appellaveris.

„ Quod si Iesuitarum discipulus fuisset
„ Barreria, educatus & instituturus in do-
„ ctrina ipsorum, Varadem vix accusavis-
„ set: nam eos credunt esse damnatos,
„ qui judicibus auctores suasoresque faci-
„ norum istorum indicaverint. Atque hęc
„ tertia jam propositio est ex prima illa &
„ secunda consequens. Nam si potest
„ Reges excommunicare Papa, & bonum
„ est factum, ac meritorium, si quis post
„ vibratum Papale fulmen eos occiderit;
„ continuò sequitur, martyrium ferri po-
„ tiùs constanter oportere, quàm in causa
„ esse, cur ij tradantur mori, qui ter ad
„ vitam æternam ostenderint. Hæ pro-
„ positiones catenâ quâdam inter se devin-
„ ctæ & pari procedunt passu.

„ Quapropter etiam Chastellus noluit
„ accusare nominatim Iesuitarum quen-
„ quam; cùm præsumptâ fiduciâ faciendi
„ bene, ut ipse exposuit, statuisset cultro ju-
„ gulum tuum petere. Credidisset enim ex
„ eo argumento se damnationem sibi ac-
„ cersere, si indicâsset eum, qui iter Paradisi
„ ipsi ostenderat, prout depravatum erat
„ judicium illius. Verumtamen ut Deus il-
„ le protector Regum eruit veritatem ex
„ ore illorum, qui eam celatam maximè &
„ dissimulatam volunt, ecce affero ipsissima
„ verba ex actis interrogatorijs vel quæ-
„ stionibus Chastelli, quorum protocol-
„ lum Majestas tua potest consulere, &
„ quorum actorum veritatem D. Præsides
„ aut Consiliarij ampliùs triginta confirma-
„ bunt, ijq; mille modis digniores fide, quàm
„ sit dignum fide quicquid isti rei in sua
„ ipsorum causa parteśve afferre possunt.
„ Quæsitum, ubi Theologiam istam novam
„ didicerit, respondit, ex Philosophia. Ro-
„ gatus utrum Philosophiæ studuerit in Ie-
„ suitarum collegio: respõdit studuisse, idq;
„ sub patre Guereto, qui cum ad annos duos
„ cum dimidio sit versatus. Rogatus, annon
„ fuerit in conclavi Meditationum, quò
„ graviores peccatores intromittebant Ie-
„ suitæ, ubi spectarent figuras multifor-
„ mes Diabolorum complurium horren-
„ das, specie revocandi eos in meliorem
„ vitam, ut commoverent animos ipso-
„ rum, & monitis ejusmodi ad patrandum
„ grande aliquod facinus, excitarent. Ro-
„ gatus quis persuaserit ipsi: ut Regem oc-
„ cideret: Respondit, multis se in locis au-
„ divisse, hanc propositionem verissimam
„ haberi oportere, quòd Regem liceat occi-
„ dere, & qui affirmabant, TYRANNVM
„ eum appellâsse. Rogatus, annon sermones
„ de

Excusi Lugduni anno 1589.

„ de occidendo Rege, apud Iesuitas essent „ ordinarij? Respondit se audivisse dicentes „ licere Regem occidere, eum extra Eccle- „ siam esse, nec ei obsequēdum esse, eumvè „ habendum pro Rege, donec à Papa fuerit „ approbatus. Interrogatus iterum in ma- „ gna Camera D. præsidibus & Consilia- „ rijs ejus atque Tornellis congregatis, ea- „ dem responsa dedit : expressè verò pro- „ posuit & defendit thesin istam, quòd Re- „ ges liceat occidere, etiam Regem nunc „ regnantem, ut qui in Ecclesia non sit, pro- „ ut aiebat, quia non est à Papa approbatus. „ Quisquis libellos supplices leget, quos „ tibi, ô Rex, obtulerunt Iesuitæ, statuet, „ illos non fuisse à Chastello accusatos: a- „ deò negant audacter veritatem. Ego ve- „ rò haud scio, utrum gravior accusatio „ inveniri possit, aut quod gravius excо- „ gitari crimen, quàm quod tenellos ad- „ huc juventutis animos tam furibundâ „ doctrinâ fascinent, quâ ad trucidandum „ Principem suum feruntur præcipites.

„ Huic persimile est, quod legimus de „ confessione Guillelmi Paryi facta ante „ excessum ipsius se Benedicti Palmij Ie- „ suitæ suasu adductum esse, ut de cæde „ ista cogitaret : quam rem se cum Sacrifi- „ co quodam, cui nomen Vates, commu- „ nicavisse : hunc verò dissuasisse, dicendo, „ ipsum damnatum forè : ideoque se Con- „ fessionis ergo ad Annibalem Codretum „ Iesuitam abijsse, qui ex necessitate esse „ dixerit, ut ille Vates esset hæreticus : „ Quoniam vera Ecclesia minimè dubitat „ Reges à Papa excommunicatos, Tyran- „ nos esse, ac proinde occidendos. Ita- „ que Commentator libri, qui inscribitur „ summa Constitutionum, aliâs, septimi „ Decretalium, pag. trecentesimâ octavâ, „ postquam Iesuitas supra modum laudibus „ extulisset (ut bonis revera dotibus instru- „ cti sunt) tandem ut laudum cumulo exor- „ net eos, pronunciat de eis: Tyrannos ag- „ grediuntur, lolium ab agro Dominico „ evellunt. Poterit Majestas tua librum „ istum in manus sumere : facilè sermonem „ istum Latinum intelliget : audivi quum „ difficiliorem exponeret. Significatur de- „ nique his verbis, optimè illos & animo- „ sissimè novisse lolium ex arvo Domini „ evellere, eosque tollere quos Roma ex- „ communicaverit : hoc certo est certius, „ omnes quâcunque tandem religione sint, „ tyrannos vocant.

„ Enim verò Rex defunctus nunquam „ alius fuit quàm summè Catholicus : id „ noverunt omnes, & quàm benè esset de „ Ecclesia meritus multis nominibus. At- „ qui simul Romę excommunicatus est, si- „ mul pater Commoletus, pater Bernar- „ dus (quos suis defensionibus ante prola- „ tis in cœlum evehunt) & universè o- „ mnes alij Iesuitæ nunquam post illud „ tempus eum ad mortem usque alio no- „ mine donaverunt, quàm tyranni, Holo- „ phernis, Moabi, Neronis, quæ omnia „ bellè cum definitione tyranni, quam su- „ pra adduxi, consentiunt.

„ Die natali Christi anno cIↃ. IↃ. xciii. „ tua Majestas erat Catholica : & tamen „ ille ipse Commoletus in æde Sancti Bar- „ tholomæi dicebat, Ahod nobis opus „ est, sive Monachus, sive Miles, sive „ Pastor, nihil refert : sed Ahod nobis o- „ pus est. Postea verò ubi cognovit quæ- „ stionem de eo haberi, sibi consuluit „ fuga.

„ Hoc negari magis non potest, quàm „ factum Varadis: etsi hoc valere quærunt, „ dicentes Barreriam quidem ipsi exposuis- „ se consilium suum : hunc verò illi re- „ spondisse, Non posse se, cum sit Presby- „ ter, ipsi de re consilium dare.

„ Sed demus sanè, hoc unum esto: quid „ hoc revera aliud est dicere, quàm istud? „ tuum erat facere, at non amplius com- „ municare: præsta, & effare minus.

„ Verumtamen si Majestas tua Acta de „ morte Barreriæ adferri ad se curarit, Va- „ radem istum Iesuitarum Gymnasiarcham „ hortatum esse, hominem accendisse, & „ Sancto Sacramento altaris obstrinxisse, „ ut manum promptè alacriterque injce- „ ret. Et certè nunquam in majore pe- „ riculo, dum vixit, versata est Majestas „ tua : Novit Dominus quæ Miracula de „ tua morte confinxissent, cum de morte „ defuncti Regis tam affabre fecerint, mo- „ numento ejus superbè insultantes, lite- „ ris in omnes partes orbis terrarum datis, „ quas etiam Romæ ad majorem ostenta- „ tionem excudi curaverunt.

„ Hæ inter solennes literas & annales „ ipsorum relatę sunt pag. 35. quarum hæc „ verba sunt: quo die nos Regis edicto Bur- „ degalâ pallebamur, eo die Rex ipse, qui „ ēdixerat, verâ depulsus est. Ab eo com- „ pingebamur ad S. Macarij, ut simul op- „ primeretur omnes (sive hoc suspicio, sive „ fama tulit) nisi antea oppressus ille unus „ fuisset. Hoc porrò nunciatum cùm esset, „ afflixit animos adversariorum. Nun- „ quam gravior incessit animum meum „ admiratio, quàm quum partem istam „ litterarum, quas præscripserunt, lege- „ rem. Etenim quis unquam putavisset ho- „ mines Religiosos, adeoque Christianos

Excusi Lugduni anno 1589.

„ fore, qui furorem tantum, & inimicitias „ ferreas atque irreconciliabiles etiam post „ mortem ostenderent. Natura nos docet „ inimicorum nostrorum misereri, quum „ eos videmus humi prostratos; non pos- „ sunt ampliùs nobis inimici esse, qui non „ sunt ampliùs. At subditum pedibus pro- „ terere ventrem heri sui, domini sui, & „ primi in Christiano orbe Regis, atq; de eo „ pæana canere: hoc verò crimen, & o- „ mnem barbariem, omnem inhumani- „ tatem, omnemque sęvitiam exsuperans, „ quæ unquam in mentem possit cadere.

„ Ac istam quidem contumeliam non „ sensit miser iste Princeps: neq; verò tam „ est illata ipsi, quàm tuæ Majestati, ô „ Rex, & ijs omnibus, qui gerunt Fran- „ corum nomen.

„ Verùm sensit gravissimè venenum Li- „ gæ conspiratorum ve, sibi à Iesuita Clau- „ dio Matthæo præparatum, qui sub fi- „ nem anni 1588. in Italia obijt ex labori- „ bus molestis quæ indesinenter fecerat in „ Hispaniam, Italiam, Helvetiam, Ger- „ maniam, Belgium, ut extremam clau- „ sulam adderet, constringeret atque con- „ firmaret maximam illam atque horren- „ dam conspirationem, quæ in defunctum „ Regem, totamque Borboniam familiam „ fuerat inita. Vidit Majestas tua, quid super „ hac re Iesuita Guignartus scripserit, Co- „ ronam Gallię posse & debere in familiam „ alteram, quàm in Borboniam transportari. „ Et quicunq; noverunt arcana conspiratio- „ nis istius, a pertè clamant: Patres Ie- „ suitas fuisse Germanos istius conspiratio- „ nis patres: hos reos esse, & omni jure te- „ neri mortis eorum, qui in profundissimam „ istam abyssum corruerunt. En tibi per „ brevem historiam, quæ rem confirmabit „ luculentissimè. Notum est consilium Se- „ decim virorum ex literis interceptis, qui- „ bus Vrbem Parisiorum dedebant Regi „ Hispaniæ. Et ubi homines isti præsidem „ sanguinarij consilij sui quæsiverunt? Ad „ Iesuitas accesserunt rectâ, qui patrem O- „ donem Pichenatum rei prępfecerunt. Hoc „ suis defensionibus agnoscunt Lutetię ex- „ cusis: sed ideò factum prædicant, ut le- „ nirent Sedecimvirorum impetum. Non „ desunt qui responderent, oleum camino „ addi, quùm Iesuita in turbam seditioso- „ rum immittitur: Ego verò aliter sentio, „ istos Sedecim viros fræno ac non calca- „ ribus opus habuisse: nec aliam viam ex- „ titisse, quâ sceleratum consilium ipsorum „ daretur effectum, quàm si violentior ipso- „ rum impetus sisteretur. Et quis obsecro, „ non videat convenientiam istorum Se- „ decim carnificum admirabilem (nam a- „ liter vocari non possunt, cùm solum „ præsidem illum Parlamenti, qui Lutetiæ „ restabat suspenderint) quis inquam, non „ videat admirabilem istorum Sedecim „ cum Iesuitica Societate convenientiam; „ quando unum potiùs de numero illo- „ rum sibi deposcerunt Præsidem, quàm „ alterum Ecclesiasticum, laicumve quem- „ quam.

„ Tum inde ab eunte anno 1585. Iesui- „ tarum domos Lutetiæ & alibi passim, sta- „ tiva fuisse perpetua omnibus, qui res Hi- „ panicas curabunt promoveri: litterarum „ fasces eódẽ latos, apertos distributos esse: „ cõsilia ordinariè cum Legato Mendozza „ & successoribus ipsius Parisijs, cumq; alijs „ gestoribus & procuratoribus negotiorum „ Regis Philippi in potentioribus quibusq; „ Civitatibus, ubicunque erant, com- „ municâsse, Res nota est atque notoria. „ Hoc quis meliùs novit, quàm Maje- „ stas tua?

„ Aiunt quidem illi, te, ô Rex, tam „ arcto vinculo cum Rege Hispaniæ con- „ strictum esse, ut juvetur hoc dicto magis, „ quàm lædatur ipsorum causa. Nam „ Majestatem tuam nemini tam studere, „ quàm ijs, qui ex animo Hispanum di- „ligunt.

„ Hoc nunc fortè obtendi posset: At „ mihi quidem certè permirum videbatur, „ istos homines, quo tempore maximè „ nostrum fervebat bellum cum Philip- „ po Rege, his verbis uti: Nam tempore „ Caroli IX. nunquam de Hispanis sermo, „ nisi in partem optimam habeatur: sed hę- „ retici non odio gentis (nam Anglos & „ Germanos eis plus odio oportet esse, qui „ graviore injuriâ Galliam, quàm alia gens „ ulla affecerint) sed magis Religionis odio „ eos efficere exosos studuerunt causa prę- „ texta Regni. Videntur profectò mihi „ plus studium suum erga Hispanos eo „ tempore retexisse, quo Gallorum mil- „ lia aliquot in Picardiæ finibus trucida- „ bant. Non decet viros bonos usque a- „ deò traduci communi studio & voto Re- „ gulæ suæ, ut obliviscantur natales suos, „ & ab aliquo sensu doloris ex miserijs pa- „ triæ suæ concepti abstineant: præser- „ tim cùm illi ipsi essent Catholici, quos „ omni ætate & sexu, maximo numero & „ sine ulla misericordia jugulabant. Duri „ videtur planè & feri animi esse, si hoc „ de ijs pronuncietur, qui eodem tempo- „ re in Gallorum, & quidem Catholico- „ rum sanguine mersabant sese. Si magis „ colunt, honorant & reverentur Hispanis „ si

Vita Ignatij anno 1587. Antuerp. p. 403.

„ si majoribus bonis officijsque Iesuitas pa-
„ tres afficiunt: si eos vocant Apostolos, ut
„ scribunt ipsi: tamen non convenit, ut de
„ ijs tempore belli perinde sermonem ha-
„ beas ac pacis.

„ Supplice libello, quem post exhibue-
„ runt Majestati tuæ, in hoc argumentum
„ liberius excurrerunt: & majori cum ratio-
„ ne, his verbis; Quod nos criminabantur
„ Hispanos esse, fabrefacta fuit in fabrica
„ temporis criminatio, cui vires addebat
„ oportunitas temporum ac occasionis re-
„ spectu solùm, id est, cùm Gallia & Hispa-
„ nia bellum inter se miscerent: tunc no-
„ men erat odiosum, suspectum, ingratum
„ nomen: nunc verò ubi Christianiss. Maje-
„ stas tua nodum firmavit sanctę pacis cum
„ Rege Catholico, ubi Gallus frater est
„ Hispano, & Hispanus Gallo, antiquata
„ est hæc criminatio, intempestiva, à ra-
„ tione omni aliena.

„ Id tamen apud te, ô Rex, fatear ne-
„ cesse est, ut taceam jamque plus nobis de
„ hac re constare, homines istos videri mi-
„ hi hâc bellâ suâ oratione prodere, quàm
„ mirificè Regi Hispaniæ obstricti sint. Ve-
„ hementer cupiunt omnes tibi suspiciones
„ eximere, & in id laborant accurato planè
„ artificio: id tamen optimè novimus, in eo
„ maximè ab eis operam sumi, nolle ut vi-
„ deant subditi tui alios ipsos esse, quàm
„ servos studiosissimos Philippi Regis, quia
„ hoc rebus suis valdè judicant commoda-
„ re. Cùm autem ista comparo cum Arresto
„ Inquisitionis, quo antiquatum est decre-
„ tum Sorbonæ contra ipsos datum 1564. ut
„ quidem gloriantur ipsi, & cum prima in-
„ stitutione ipsorum per capitaneum Hispa-
„ num facta, postremo cum istis verbis, quę
„ exstant in vita Ignatij pag. 169. Debemus
„ etiam atque etiam orare Deum noctes &
„ dies, ut servet quàm diutissimè in omni
„ sanitate & prosperitate Philippum Re-
„ gem Catholicum, qui hæreditaria & ex-
„ cellenti pietate ac devotione suâ, pruden-
„ tiâ singulari, vigilantiâ incredibili, & po-
„ tentiâ ad infinitum majore quàm un-
„ quam fuerit in Mundo ullius Regis, est
„ propùgnaculo ad defensionem Religio-
„ nis Catholicæ. Quam rem non solùm ar-
„ mis suis præstat, quæ semper fuerunt in-
„ victa, sed etiam opera magni illius Se-
„ natus Inquisitionis, qui vigilat continen-
„ ter pro Religione Catholica. Quum ista
„ simul omnia comparo, hoc ego apud te
„ ô Rex, profitear necesse est, si quo infor-
„ tunio bellum tibi oriretur, in metu fore
„ me pergravi, ne isti homines clanculum
„ omnibus modis præstarent operas iniquis-
„ simas. Nec tamen alio tempore otiosi ja-
„ cent: Semper enim doctrinæ illius suę
„ quam destrinximus ante, curant propa-
„ gationem, in qua se plurimùm laboravis-
„ se, & valdè jamq; provexisse anno 1589. o-
„ stenderunt. Nam si contra Henricum II.
„ Regem talis prolata fuisset excommuni-
„ catio, ne minimam quidem Regni Vrbem
„ commovere tantillum potuisset: patrum
„ verò Iesuitarum operâ & labore quasi
„ triginta annorum exitum filio illius at-
„ tulit, qui illam perinde ut antecessores
„ sui ludum fuisset facturus. Rem stupen-
„ dam, ne copias quidem ducenties mille
„ hominum fuisse tantum effecturas con-
„ tra defunctum Regem, quantum ducen-
„ torum Iesuitarum manus, disponendo
„ subditos illius, id est, animos eorum ita
„ ab alienando, ut ex templo incendium
„ ab eis exarserit, cùm priùs Gallia ma-
„ gnus quidem Oceanus esset, in quo simul
„ cadebat, simul exstinguebatur hoc fulgur.
„ Ac tantisper quidem dum benè Majest.
„ tuæ & tuis convenerit cum Pontificibus
„ magnus doctrinę istius effectus non est
„ proditurus. Quod semper benè sit conve-
„ turum, sperare oportet, sed futura incerta
„ sunt. Quapropter rectè fit, quòd pacis
„ tempore diligenter finibus tuis prospicis.
„ Vix autem fieri potest, ut ter ex ordine
„ sanctæ sedi prospiciatur, ne in manus ho-
„ minis veniat partium Hispanicarum stu-
„ diosi: adeò magno sunt numero inter D.
„ Cardinales. Tum verò ingenuè dico, ô
„ Rex, & sine assentatione, Corona tua
„ sceptrumque tuum & Regnum ab hac
„ voce unica penderet, si plures in subdi-
„ torum tuorum numero doctrinam Iesui-
„ tarum, quàm adversam colerent. Si do-
„ ctrina ipsorum obtineret, nullus futu-
„ rus esses: sin esset infirmior, retineres
„ quidem Dominium tuum, sed planè san-
„ guine exitioque multorum ex subditis,
„ bonorum, malorum promiscuè cõiunctũ.

„ Hîc etiam cogitare oportet Majest.
„ tuam, istud excommunicationis caput
„ longè nunc nobis esse periculosius, quàm
„ quum ditiones in Italia & copias habere-
„ mus. Hac etenim viâ poteramus Papę ad-
„ jumento esse, si qua fortè vis eum coge-
„ ret, ut noceret nobis. Hodierno autem
„ die unus Prorex Neapolitanus cum fa-
„ ctiosis Hispanien sibus in Vrbe Roma ju-
„ gulum premit sanctorum Patrum, qui
„ ter obsessi, ter capti essent antequam di-
„ midium iter emensi essemus in subsi-
„ dium ipsorum. Vt illud taceam, quòd
„ nunquam Roma vixit, nisi ex tritico Si-
„ ciliæ, sui granarij.

Vita Ignatij anno 1587. Antuerp. p. 403.

„ Accedit ad hæc omnia, unum hoc „ obſervatis dignum, quòd videntes Ie- „ ſuitæ quantum periculi hæc doctrina „ Principibus afferat, aſtutè ab ea rete- „ genda cavent, quum ſe inſinuant primum „ ditionibuſq; illabuntur: quum autem in „ loco benè radicati ſunt, tum eam paula- „ tim curant inſtituere, quaſi de manu in „ manum per populum hauriendo iſti ve- „ neno plus ſatis à natura idoneum. Quid e- „ nim ſuavius in multorum ingenijs, quàm „ ab ea ſubjectione abſolvi cui obſtringun- „ tur ſuis naralibus? Non ſum neſcius bo- „ nos viros tenere ſcitum illud dictum Phi- „ loſophi, Regi ſuo obſequi veram magnâq; „ libertatẽ eſſe: nos & naturâ & gentium ju- „ re doceri atque obligari, ut ſerviamus ho- „ noremusque Principem, cujus ſub im- „ perio ſolem primum lucemque vidimus: „ neminem hominem in orbe terrarum li- „ berare nos ab eo obſequio poſſe, quo nos „ ipſi obſtrinxit Deus. Sed ſicubi mens una „ eſt compoſita, quæ in hac opinione ſit, „ comperias ternos qui diverſum ſentiunt. „ Tum verò peſſimè habet quòd audaciſſi- „ mi quique & ad licentiam projectiſſimi „ in hoc præcipitium ruunt plurimùm, par- „ vaque ferè iſtorum mobilium hominum „ & axitioſorum manus multitudine alio- „ rum ſuperior exiſtit. Quid? nonnè hoc „ experti ſumus? Eſt omninò mihi perſua- „ ſum, cùm Lutetiæ cœperunt iſti Tyran- „ num dicere defunctum Regem, ut qui à „ Papa excommunicatus eſſet, eumque ex- „ terminari oportere, duplò plures fuiſſe, „ qui contra judicarent, & qui Regem „ maluiſſent videre in Lupara tranquillè „ regnantem, duodecimque ſeditioſos „ pendentes de patibulo: ſed reſpiciebat „ alter in alterum; animus, non vis deerat, „ quemadmodum contingit ſæpè, ut Mer- „ catores decem à tribus prædonibus ex „ improviſo invadentibus ſpolientur. Qui „ regiam inſiſtunt viam, ſeque in obſequio „ naturæ continent, dormiunt de nocte „ diem in ſuis negotijs ſingularibus occu- „ pant: At ex contrario qui rebus novis ſtu- „ dent, & everſioni publicæ, hi de nocte „ coeunt, conſpirant, inque dies confir- „ mant ſeſe, nihil aliud ſatagunt, vivunt „ ex occultis penſitationibus, & alios tan- „ dem inopinanteis opprimunt: qui pri- „ mus in arma ruit, primas tenet.

„ Cùm itaque Ieſuitæ conſtanter pe- „ riculoſas iſtas propoſitiones teneant, & „ in mundo ſeminent, ut ante fuit demon- „ ſtratum: equidem non poſſum quin pro- „ fitear, ô Rex, videri mihi periculum im- „ pendens à doctrinæ iſtius Propagatione, „ ſi benè examinabitur: longè gravius eſſe „ omnibus rationum momentis, quæ in „ contrarium appendi poſſunt.

„ Nam quod ad confutandas opiniones „ novas in Religionis cauſa, verè poſſu- „ mus adfirmare, quemadmodum primis „ illis quinquaginta annis fuerunt Lutheri „ & Calvini errores ſuperbè propoſiti, prę- „ dicati, atque promulgati: Sic inde à vi- „ ginti quinque & quaſi triginta annis, eos „ jam magnificè, potenterque & vivâ voce „ & ſcriptis eſſe convulſos, & infinitâ qua- „ dam profunditate ſcientiæ ſuperari in „ hoc tempore, quicquid alij unquam at- „ tulerunt: adeò ut ſi ipſi opinionem iſta- „ rum auctores revertantur in hanc lucem, „ eos putem fore à ſuo errore diſceſſuros, „ quum magna illa argumenta ſua, quo- „ rum præſidio tantopere confidebant, de- „ pulſa animadverterent. Itaque primores „ videmus & acutiſſimos eorum redire quo- „ tidie in Eccleſiæ gremium: qua in re opi- „ nor, animi noſtri debent plurimum ac- „ quieſcere. Felices enim converſiones „ iſtę non fiunt eculeis, non tormentis, non „ terroribus mortis, ut Inquiſitio ſolet „ Hiſpanica (cui unà cum Caſtellanis ar- „ mis, Ieſuitæ acceptam ferant Religionis „ Catholicæ conſervationem, ut ante de- „ monſtravimus) ſed gladio S. Spiritus ęter- „ noque verbo, quod docent noſtri Docto- „ res, Paſtoreſque & boni Epiſcopi, qui in „ cauſa doctrinæ nihilo inferiores Ieſuitis „ patribus videntur eſſe, quamvis inter- „ dum optimis & validiſſimis argumentis „ eorum utantur. Ita enim cenſeo, tam di- „ ligenter à nobis colligi eorum libros in „ controverſis capitibus Religionis opor- „ tere, quàm eos procul abijci quibus diſſe- „ minatur doctrina illa, quam ſupra atti- „ gimus.

„ Neque verò hoc celaturus ſum, etſi „ nonnunquam patres Ieſuitæ converſio- „ nibus quoque fuerunt adjumento, eos „ tamen non æquè mihi in hac re for- „ tunatos videri, ut ſunt Epiſcopi & Do- „ ctores noſtri. Auſterior illorum ratio, „ à natura Gallorum alienior, homines „ prima fronte reddit attonitos: adeò ſæ- „ pè cum exteris agunt, & ita ſeſe exemplo „ primi auctoris ſui gente Hiſpani confor- „ marunt, ut vultu, geſtu, actione ſal- „ tem pleriſque ipſorum grandiorem præ „ ſe aſperitatem ferant.

„ Ita eſt tamen, accommodari nos opor- „ tet ad rationem ægri, & de Medicis non „ ingratis proſpici: ſi quis eum rectè cura- „ tum volet: Is nullo pacto Gallis Ieſuita „ eſt. Tam furenter maximas contumelias

„ blaſphe-

„ blaſphemiasq; in Regem defunctum in-
„ tonuerunt, ut adhuc animus horreat.
„ Ineſt Gallis neſcio quæ naturalis in amo-
„ rem ſui Principis inclinatio, quæ juſtam
„ parit nauſeam horroremque uti ſermo-
„ nes ita ſęvos de ſuis Regibus audiunt pro-
„ nunciari. Curavi illis aliquando dici (nam
„ diligebam eos fortè ſupra quàm debue-
„ rim) ægrè mihi eſſe, quod eos viderem
„ tam infeſtos mortuo; videri mihi officia,
„ quæ miſer ille Princeps erga Eccleſiam
„ ad ſanguinem & vitam uſque toties tot
„ obſidionibus fecerat, ſaltem mereri ut
„ aliquid memoria ipſius condonetur. Re-
„ ſponderunt cuidam ex intimis, apud quẽ
„ rem expoſueram, ſpecioſum quidem eſ-
„ ſe illius dictum: ſed tempus ita flagitare,
„ nunc demum Religionem Catholicam
„ ſtabiliri in Gallia, aut nunquam oporte-
„ re. Satis his intellexi, quid ſibi velent:
„ ipſis nempe certum & deliberatum eſſe,
„ ut exoſam redderent populo Monar-
„ chiam, ſub quæ tam diu vixerunt, cu-
„ rarent mutari Dominum, exſtinctâ Bor-
„ boniorum ſtirpe. Vt itaque vidi præſidia
„ Hiſpanica & Neapolitana poſt ingreſſam
„ Lutetiam; tum verum principium eſſe
„ duxi, quo reſponſum illud ſuum effectum
„ redderent. Et ne quid apud te, ô Rex,
„ diſſimulem, exordium hoc putabam eſſe
„ Tragœdiæ, actum eſſe, nunquam regreſ-
„ ſuram Pariſios Majeſtatem tuam, & tan-
„ dem minora Oppida majoribus & poten-
„ tioribus eſſe conceſſura.

SECVNDO, *ad rem ipſam accedit Orator noſter*, & Neceſſe eſt, *inquit*, ut de tribus his capitibus unum aliquod ſtatuatur: ut aut Ieſuitis fiat ſatis ex animi ipſorum ſententia: aut jubeantur Arreſto obſequi, quod exiliũ omnibus ex Regno imperat: aut deniq; eo loco res, quo nunc ſunt, ſinãtur eſſe. „ Initium faciam ab ultimo, quia maximè „ primâ fronte videtur plauſibile; & tamen „ hoc ipſum re, & veritate eſt, quòd mini-„ mum habet ſpeciei, cùm id omninò con-„ ſtet; Ieſuitas aut ubique reſtitui, aut ubiq; „ ad parendum cogi oportere. Iſta ſegmen-„ ta opera turpia ſunt, periculoſa ſunt, attin-„ gunt exiſtimationem, auctoritatem tuam. „ Si juſtum & utile eſt eos retinere, cives „ oportet maneant, ac non exules: ſin mi-„ nùs, oportet exeant, non exemplum re-„ bellionis præbeant pecuniâ ſuâ, ut adhuc „ fecerunt diutiùs æquo. Breve ſolùm „ ex membrana ad ſemunciæ magnitudi-„ nem mittebant Lacedæmonij: & mo-„ mento eodem neceſſe erat mandatum „ exſequi. Id omninò eſt neceſſarium ut „ eam Burdegalę & Tholoſę pareatur Ma-„ ieſtati tuæ, quàm Lutetiæ aut ad Bella-„ queum fontem. Sunt tibi illic ſervi & „ bono numero: quod Regis & Domini au-„ ctoritate juſſeris, id efficietur, ne dubita. „ Quod ſi Ieſuitæ tibi non ſunt utiles, ne al-„ tiùs radices in Provincijs duabus illis a-„ gere ſinas. Arbor quam hoc anno potes „ unica manu provellere, anno altero non-„ niſi ambabus manibus eradicabitur: ligo-„ ne & ſecuri opus eſt in anno tertio. Su-„ ſpectam nobis oportet eſſe iſtam vanita-„ tem Hiſpaniæ: ſemper accuſati fuerunt „ Hiſpanienſium partium: id omnibus ſuis „ actionibus confirmârunt, quò antiquior „ fuit de illis querimonia, eò fuiſſe verio-„ rem, eò juſtiorem. Ex Regno cætero „ exacti ſunt: ecce autem præmuniunt & „ circumvallunt ſeſe in duabus Provincijs, „ conterminis Hiſpaniæ, qui ex Hiſpania „ venerunt. Quòdnam hoc humilitatis „ exemplum eſt atque obſequij? Si locus „ ullus eſt ubi confirmantes eos ſeſe ferri „ minimè oporteat, id profectò eſt in Re-„ gione Regni limitanea, remota à noſtro „ Sole & ad Madritanum propiùs acceden-„ te. Ibi videntur Hiſpaniæ eos humeris ſu-„ ſtinere: ibi ſe videntur jamq; ob vallare „ contra Majeſtat. tuam, & palàm dicere: Tu nos Lutetia & alijs locis ejeciſti: ſed breviores tibi lacerti ſunt, quàm ut nos propellas ulterius. „ Hoc verò eſt indigniſſi-„ mum. Quid ſibi nõnulli velint, qui ſe Sca-„ binos prædicant, eorum diſcipuli, & nunc „ veneno ipſorum imbuti, equidem neſcio „ quum tam ferociter pro illis dimicant. „ Hoc illi tamen oportet ſentiant, ſe æquè „ tibi, ô Rex, debere obſequium, quàm de-„ bet tenuiſſimus Lutetię incola. Nimia hîc „ eſt arrogantia, nimis obfirmata rebellio. „ Hactenus ſpreverũt illi orbitatem tuam, „ ut olim aiebat quidam: cura nunc, ut ſen-„ tiant, ſe tibi & toti poſteritati tuæ per-„ petuum ſemper debere obſequium: ne-„ mo tam celſus futurus eſt, qui non con-„ tremiſcat. Nunquam in filio excidit inju-„ riarum, qua patri factæ ſunt, recordatio. „ Igitur aut Ieſuitæ pareant neceſſe eſt, aut „ irrita fiant Arreſta tua. Atq; hoc eſt ma-„ ximum deliberationis argumentum. De „ priore illo gaudebant multi, ô Rex, de „ poſteriori multi. De me autem, non ar-„ bitror tam ſpectari à Majeſtate tua opor-„ tere, quid ſit his aut illis placituri ũ, quàm „ quid juſtum ſit, quid utile. Non potes de „ hac re, iſta ſtatuere, quin voluptatem ex „ ea multi, dolorem percipiant multi. Se-„ mel tamen oportet ſtatui, non ſem-„ per in certo fluitare. Et quæ melio-„ res, obſecro, anchoræ eligantur, quàm

utilitatis

„ utilitatis & juſtitiæ, quæ honeſtum com-
„ plectitur.

„ Quod ad juſtitiam, manibus Regum
„ eam commiſit Deus. Anteceſſores tui, ô
„ Rex, inde ab omni antiquitate eam fidei
„ Parlamenti illius tui, quod *Parium* voca-
„ bant, permiſerunt, & prout abundave-
„ runt negotia, inſuper alia Parlamenta ad
„ ſeptenarium uſque numerum ſtatuerunt.
„ Sed Parlamenti Parium ſemper obtinuit
„ hæc prærogativa atque auctoritas (ut æ-
„ quum fuit ac neceſſarium) quòd ea deci-
„ dit quæ ſpectant Vniverſitatem Regni.
„ Hic ordo magnis viris eſt confertiſſimus
„ in omni argumentorum genere verſatiſ-
„ mis: qui omnium maximè in cognoſcen-
„ dis cauſis capitalibus atq; judicandis ſo-
„ lent excellere. Nam ſi qui ſunt in orbe
„ terrarum, qui ſummum judicium indu-
„ ſtriamque ad cognitionem cauſarum af-
„ ferant, hi profectò ſunt: itaque nun-
„ quam quisquam eſt accuſatus inſons, qui
„ hos ſibi judices præ alijs omnibus non
„ poſtulaverit. Hoc novit Majeſtas tua.

„ Non eſt autem novum quòd quæri-
„ moniæ contra Ieſuitas ad Parlamentum
„ hoc delatæ ſunt. Nam inde ab anno 1564.
„ decem advocatos unico Actu audive-
„ runt, qui litem eis intenderunt: quorum
„ is, qui orationem communem habuit,
„ vir bonus, & qui tam ſtudioſus erat Do-
„ mini ſui, quàm qui maximè (rem miram,
„ ſtupendam narro) prædixit omnes actio-
„ nes atque inſtituta, quæ in iſtis homini-
„ bus poſteà competimus.

„ Quum ea omnia videmus contigiſſe,
„ uæ ille prævideràt: primùm caſum Aca-
„ demiæ, quam ad paucitatem ſtudioſorũ
„ ter mille adegerunt, proeo quod tricies
„ mille in eavivebant prius, ut principio di-
„ ximus: deinde, ſe ſubducentes paulatim
„ ſubditos ab eo obſequio, quod ſuo Prin-
„ cipi debent, & ad Polum alterum ſpe-
„ ctantes: hîc omnes demùm fremere (nam
„ Ieſuitę jam ſtabiliverant potentiam ſuam
„ & facti erant alijs formidabiles) omnes
„ muſſitare, & voce ſubmiſſâ dicere, Hoc
„ rectè nobis Meſſinius Advocatus Regius
„ fuerat vaticinatus: nec ipſi fidem habe-
„ re viſum eſt, nec Sorbonæ, quæ præ-
„ monebat eodem tempore Societatem
„ iſtam eſſe ad deſtruendum, non ad ædi-
„ candum natam; importaturam turbas &
„ temporalibus principibus maximum da-
„ mnum allaturam. Hæc ipſa verba ſunt
„ Decreti illius, quæ ex authentico exem-
„ plari ejus (ſi exhiberi juſſeris) recogno-
„ ſcet Majeſtas tua.

„ At ubi ante ora & oculos omnium ordo
„ politicus everſus eſt habenæ obſequij re-
„ fectæ, Magiſtratus in vincula rapti, etiam
„ excarnificati quidam, furibundus po-
„ pulus ad exemplum leonum liberè vagan-
„ tium in bonos ſæviens; tum Ieſuitæ Pa-
„ tres plebem, belluam iſtam animantes,
„ & hinc Commoletus, inde Bernardus
„ Oceanum blaſphemiarum in Regem ſuũ,
„ Dominum ſuum emoventes. Contra verò
„ efferentes Hiſpaniæ Regem, & Panegyri-
„ cis orationibus eum celebrantes, quem
„ maximum orbis terrarum Monarcham
„ pingebant, potentiorem Romanis ipſis,
„ & ampliore dominatu, nunquam ſe ab il-
„ lo deſertum iri, ſe illi eſſe chariſſimos tan-
„ tum bono eſſe animo & recognoſcere
„ vires ſuas oportere, nunquam ſibi auxi-
„ lium à viris, pecunia comeatu eſſe defu-
„ turum: tum demum bonos omnes, qui
„ radicatum in animo adhuc lilij florem
„ geſtabant, pœnituit vehementiſſimè fi-
„ dem Caſſandris iſtis minimè habuiſſe:
„ At ſerò ſapiebant Phryges.

„ Quum Vrbem Pariſiorum Majeſtas tua,
„ ô Rex, in obſequium ſuum revocâſſet,
„ omnes pro certò habuerunt, te eodem
„ momento infidos à poculis iſtis ejectu-
„ rum, qui bonam populi tui partem ſuo
„ veneno infecerant, & qui tam apertè cõ-
„ jurari hoſtilia omnia in defunctum Re-
„ gem & in Te exercuerant: ſed prudentiſ-
„ ſimè viſum eſt Majeſt. tuæ rem manibus
„ eorum tradere, qui juri dicundo præſunt.
„ Academia, quæ multis de cauſis ruinam
„ particularem ſuam Ieſuitis ratione ma-
„ xima imputabat, ut de cauſa generali ra-
„ ceam, menſe Maio anno 1594. libellum
„ ſupplicem obtulit Parlamento tuo: Idem
„ fecerunt Curiones & Parochi urbis: cauſa
„ fuit agitata, ſed occluſis foribus; quæ res
„ Ieſuitis maximè commodavit. Nam
„ pleraque crimina, quæ objecta fuerunt
„ ipſis, teſtari potuiſſent multi, qui fo-
„ ribus apertis circumſtetiſſent; & nova
„ crimina fuiſſent prolata, dum cauſa illa
„ compluribus diebus ageretur. Superve-
„ nit ictus ille, quem Deus avertit à tuis
„ faucibus, teque dentibus tuis obvallavit.
„ Nemo dubitavit, à quibus auctoribus;
„ præſertim ubi innotuit, alumnum Ieſui-
„ tarum eſſe, qui ſe ex illis aiebat didiciſſe,
„ Regem adhuc extra Eccleſiam eſſe, Oc-
„ cidendum eſſe, ut in pleno Parlamenti
„ conceſſu teſtatus eſt Extremum illud at-
„ que infelix inſtitutum non aliundè pote-
„ rat exſiſtere, quàm ab iſtis ſævis feroci-
„ buſque propoſitionibus, quas anteà dixi-
„ mus. Hæc cogitata non creſcunt natura-
„ liter, præcipuè in animis Gallorum, qui

„ procul

„ procul absunt ab Africa, & qui monstra „ priùs non viderant, quàm Iesuitæ ad nos „ ingressi essent. Nostrorum solum non „ ferr hæc venena ex sese: necesse est ut ab „ alio dicantur fata.

„ Quamobrem itur ad Collegium ipsorum: invenitur inter alia narratio patris „ Guignardi, manu ejus tota, quæ succum „ medullamque totius furiosæ, cruentæ, & „ horrendæ istius doctrinæ continebat, omnia convenientia cum ijs, quæ prævisa fuerant inde ab anno 1564. & quæ recens ferant prænunciata, licet non haberetur fides. Cognitio itaque instituitur „ plenè atque solenniter, convocatis duabus Cameris seu Collegijs Parlamenti: „ manum suam Guignardus agnoscit: Chastellus omnibus dominis audientibus dicit, hunc Ordinarium Iesuitarum sermonem esse, *Regem adhuc extra Ecclesiam esse, licet Catholicum, quia perduret adhuc excommunicatio, eumque tolli oportere è medio.* Hæc „ planè consona cum Guignardi discripto: „ *Si non potest componi sine bello, geratur bellum: si bellum geri non potest, occidatur.* „ His omnibus cognitis, quid potuit lenius „ Parlamentum tuum, ô Rex, statuere, „ quàm ut judicaret secundum libellum „ supplicem Academiæ? Cùm Deus ipse „ quadam specie Miraculi judex in hac causa esse voluerit; revelans funditus, & tamen sine incommodo, idipsum quod toties dictum, repetitum fuerat contra Societatem istam; & cui ne certa haberetur „ fides, artes eorum, mellita verba & hypocrisis impedimentum semper attulerat, ne citò ab eis expediremur.

„ Post maximam igitur cognitionem „ causæ, Parlamentum Parisiense tuum Arrestum suum pronunciat, quo jubentur „ exulare ex toto Regno tuo, omnibusq; „ tuis subditis interdicitur, Ne liberos suos „ ablegent peregrè in Collegia ipsorum: „ quæ quidem verè cautio est maxima & „ sine cujus observatione vix dimidium „ fructum ex eo perceptura est Majestas „ tua. Semper enim daturi sunt operam „ diligentissimè, ut periculósas istas propositiones doceant adolescentes, qui amandabuntur ad se & obstringent eorum conscientias, ut easdem alijs instillent.

„ Dicitur quidem tibi, Rex Christianissimè, non posse id exsequutioni mandari; „ parentes non posse impediti, quò minùs „ extra hoc Regnum liberos ad Iesuitas „ ablegent informandos: Sed nihil est in orbe terrarum faciliùs. Statuatur solùm „ in eos, qui primo contra hoc Arrestum „ venerint multa coronatorum millenûm, „ cujus dimidium ad delatorem pertineat, „ ergo toties duplicetur, quoties reus contra Arrestum fecerit: ne unus quidem „ postea compariturus est. Itanè ergo hæc „ res videtur factu difficilis, ut etiam meritò impossibilis dicatur esse?

„ Altero Arresto Guignardus fuit adjudicatus morti: horror blasphemiarum, quibus defunctum Regem dominum suum „ subditus petiverat, furensq; doctrina illius „ adversans vitę tuę, non sinebant ei servari „ vitam sine pergravi tuo periculo.

„ Atque hæc Arresta adeò justa & necessaria comperta sunt, ut in alijs omnibus Iuridicis conventibus sine mora effecta data sint, si à Tholosano & Burdegalensi discesseris.

„ De Tholosa nihil mirum? Nam adhuc erant abalienati ab obsequio Majestatis tuæ, quo mense demum Aprili anno 1596. reducti sunt. Burdegalæ autem „ degebant multi summi Catholici, sed Hispanorum & Iesuitarum (qui Hispanorum „ tibicines sunt atque emissaria) hostes infensissimi, qui summis votis expetebant, „ ut ex Aquitania sua pariter extruderentur, ut ex alijs Regni partibus ejecti sunt: „ Sed Iesuitæ illico, ubi de sententia contra se lata cognovissent, factionem magnam & potentem excitârunt, per intimos congerrones suos in duabus Civitatibus Aginni, & Vesunnæ Petracorio„ rum, ubi tum adhuc calebant cineres „ perduellis hujus incendij. Sic intercessiones perscribi curaverunt, adeò miras, adeò horrendas; ut nihil possit excogitari „ hujusmodi: sed non est ignotus Iesuitarum calamus. Nam ut summatim dicam „ Parlamenta omnia, quæ ipsis exilium imperaverunt, tuamque Majest. ad istud edictum pertraxerunt, erant hæretica. „ Hæc ipsa sunt illorum verba *Relig. Catholicæ, Apostolicæ, atque Rom. inimici Majest. tuam imbuerunt falsis criminibus ut eos „ ipsi Regnoque ipsius exosos, & suspectos redderent.* Item: *sine alia forma & modo processus, & causæ cognitione minimum in consilium missa, exilio eos multaverunt.* An „ verò unquam Parlamentum Galliæ, tantâ iniquitate, mendacio, & syncophantia laceratum ab ullo fuit, atque proculcatum? Sed ne hoc quidem fuit illis satis: „ procedunt longiùs, utantur minis, affirmantes supplicibus libellis suis, res novas „ Remp. invasuras, non posse istam mutationem sine alteratione & rebus novis „ existere. Si ætate Francisci Primi Regis, non libellus supplex hujusmodi „ (nam quis cogitare fuisset ausus?) sed

„ſcriptum ullum ad hos ſermones vel tan-
„tillum accedens prodijſſet, capite ſuo fuiſ-
„ſet luiturus, quiſquis illud offerre præ-
„ſumpſiſſet. Enim verò iſta præſumptio,
„inſolentia iſta, iſtę στελλιζόντων voces, iſtæ
„contumeliæ manentes ab illis, diſcipuliſ-
„que ipſorum, qui veneno ipſorum infecti
„ſunt, (eſt autem hoc, Principes, man-
„data, Senatumque ipſorum contemni o-
„portere) graviſſimè offenderunt viros tuos,
„ô Rex; quibus id erat conſtitutum, ut
„eos cogerent in Majeſt. tuæ obſequium,
„nec controverti mandata tua paterentur.
„Vicit tamen multitudo urbium, quæ ta-
„men adhuc rebellabant, Tholoſę ſubſidio
„fultæ: facitque ut conſilium de tolerando
„malo caperetur. Videbant omnes rabiem
„furoremque inimicorum tuorum, qui
„gladium adhuc ſtrictum geſtabant contra
„te perſtare diu non poſſe: omnia ipſos
„deficere; poſt itaque brevi rem facilè ef-
„fectum iri. Hanc exeſecutionem varię
„cogitationes, varij caſus adhuc retardâ-
„runt. Habes narrationem bonâ fide, ô
„Rex, & ſine fuco, quomodo res illæ ge-
„ſtæ ſunt, expoſitam: quid judicatum &
„decretum contra Ieſuitas, quid effectum
„ex parte, quid non.

„ Iam verò non ignorat Majeſtas tua,
„vim Reip. in conſervatione & exequu-
„tione Arreſtorum placitorumque conſi-
„ſtere, quæ ſummæ Curiæ ſtatuerint. Quo-
„ties de eis labefactandis agitur, ſæpè
„multumque deliberari neceſſe eſt: Opus
„eſt graviſſimum, cujus multa ſunt conſe-
„ctaria. Arreſta hæc nomen tuum in
„fronte gerunt, ac infringi non poſſunt,
„quin lædatur Majeſtas Regum; quorum
„judicia ab omni retractatione & muta-
„tione convenit eſſe alieniſſima. Adde,
„quod in illo conſenſu, ô Rex, è duabus
„Cameris adunato, ne unus quidem no-
„minari poteſt, qui ſumus non ſit Ca-
„tholicus, & omnis adverſæ ſuſpicionis
„expers. Annus jam ſeptimus agitur,
„quum Ieſuitæ vitam ſcrutantur illorum:
„an unquam res ulla exſtitit, cujus nomi-
„ne res criminari poſſent? Quorſum igi-
„tur occentari iſta, Oderunt nos, qui o-
„pinionem ſequuntur novam? hoc qui-
„dem verum eſt: ſed quis cum illo cœ-
„tu? quid in conceſſu illo potuerunt?
„non magis profectò, audeo dicere: quàm
„in conſiſtorio Romæ: nihil magis.

„ Veruntamen inſtant, & aiunt Parla-
„mento ſe fuiſſe odio. Quamobrem quæ-
„ſo? An ideò quòd Turonibus non fue-
„rint? Hæc verò cur illi dicerent, cùm
„maxima pars conſeſſus Curiæ pedem
„Lutetiâ non moverit? An ergo quod Ie-
„ſuitæ ſummi ſunt Catholici? multò mi-
„nus: Nam domini illi, qui ſunt in con-
„ſeſſu Curiæ, magis Catholici ſunt quàm
„illi, & ſine labe hæreſeos. Qua igitur
„causâ malos in vos fuiſſent animo? ni-
„hil ſanè adducturi eſtis, quod vel mi-
„nimam ſpeciem habere poſſit, niſi fortè
„dixeritis: *Oderant nos, quia fueramus*
„*in cauſa tot malorum, quæ obtigerant Gal-*
„*liæ.* At ego vobis reſpondeo, nullo ju-
„re, hanc rationem odij in cenſum ve-
„nire poſſe. Si Catilina fuiſſet compre-
„henſus, an ergo Romæ Iudices non fuiſ-
„ſet inventurus? Certè: & tamen o-
„mnes Magiſtratus optimique cives omnes
„facem illam patriæ oderant. Novum
„igitur Parlamentum *Parium* inſtituendum
„eſſet damnandis ſeditioſis, & ijs, qui fa-
„ctiones exteras adjuvant. Atq; hîc tibi, ô
„Rex, rem unam breviter ſuggero, quam
„agnoſcent Ieſuitas, aut ſi tui omnes ſub-
„diti amaviſſent, te ut Ieſuitæ iſti, non jam
„tot elegantes libelli ſupplices ad te afferrẽ-
„tur, nunquã Luparam illam Regiã ingreſ-
„ſus eſſes. An iſti hoc negaturi ſunt? ſi ne-
„gent, annon tua tamen Majeſtas ſecum
„ſentiet?

„ Poſtremò autem, ubi non non habent,
„quod Iuſtitiam Arreſti hujus labefacter,
„eò prorumpunt, ut dicant: ſi nos Cha-
„ſtellus accuſavit, ſi rei ſumus, cur non
„afficiebamur ſupplicio ultimo? *Hîc ego*
„*reſpondeo: metiri homines iſtos alienum a-*
„*nimum ex ſuo. Cum enim cruento eorum*
„*conſilio præfuerint, qui innumera capita*
„*tradiderunt morti, ut tyrannidem ſuam*
„*horrore confirmarent, judicant homines iſti*
„*ſe acerbiorem pœnam fuiſſe meritos. Cur*
„*ergo non ſunt adjudicati morti? quia non*
„*Chaſtellani, non Ieſuitæ fuerunt ipſorum*
„*Iudices, qui in Terceris Inſulis cervices præ-*
„*ſcindi viginti octo proceribus, & nobilibus*
„*quinquaginta duobus Gallis uno die in tabu-*
„*lato eodem curaverunt, & quingentos Fran-*
„*ciſcanos alioſque Religioſos ſuſpendi, qui*
„*Conciones ſecundùm Luſitaniæ Regem ha-*
„*buerunt. Sævitiam iſtam odimus Galli:*
„*in clementiam ſemper inclinamus, modò ne*
„*inhumana ſit. Tot homines ſi morti fuiſ-*
„*ſent traditi crudele fuiſſet factum: ſin è*
„*diverſo ferrentur ij, qui tot barbaricis ma-*
„*leficijs cauſam attulerunt, nec incubant,*
„*hæc altera fuiſſet graviſſimaque crudeli-*
„*tas. Quid igitur? ut damnarentur exilio.*
„*Admodum ſcitum eſt illud apud Taci-* Annal.
„*tum:* Si; Patres conſcripti, unum 3.
„id ſpectamus, quæ immania ſunt iſto-
„rum hominum ſcelera, non laqueus in

„eos

„ eos suffecerit; sed viam novi, quâ nos
„ clementiæ simul ac severitatis non pœni-
„ niteat: jubeamus eos exire Regno.

„ Et ipsi quoque Iesuitæ ut se telis de-
„ stitutos vident, quę in hoc Arrestum adeò
„ utile & necessarium Galliæ jaculentur,
dicere non dubitant, (vide quousque ra-
bie & furore suo traducantur) non esse
amplius Parlamentum Parisiense Parisijs.
Vbi ergò, quæso, nunc est maximum il-
lud Parisiense Parlamentum, quod in pre-
tio est & admiratione omnibus Gallis, o-
mnibus exteris? An fortè est Madriti?
Eône vultis provocare à Rege & Parla-
mento ipsius? Placetne ut ibidem cum
Pæane triumphali magnum illud Arrestum
fiat irritum, prout ibidem fieri curavistis
decreto Sorbonæ, quod anno 1564. fuerat
editum? Vide per DEVM immortalem,
oro, vide, ô Rex, hominum impudentiam,
fastum, superbiâ, qui ausint in Gallia dicere,
„ Parlamentum Parium Galliæ non esse
„ amplius in Gallia, non amplius Pa-
„ risiense Parlamentum esse Parisijs. Sed
cur ab ijs parci Supremæ Curiæ petimus,
cum Reges bipennibus cultris occidi cu-
rent, & subornent emissarios!

Iustum igitur est, ô Rex, justissimum
procurari, ut mandetur exsequutioni
Arrestum Parlamenti tui: Iustitia ipsa
est. Non aberrat, qui hoc iter insistit,
iter ab omnibus tuis majoribus tritum,
qui magis studuerunt, laboraveruntque
ut judicatum fieret Parlamenti sui quàm
aliud quidpiam. Nam absque hoc fuis-
set, quomodo confirmari potuissent fore,
ut libri sui, quos nonnunquam in cunis, e-
tiam in matrum utero reliquebant, tot
magnis post se populis imperarent sine his
viribus justitiæ suæ, fulcimento sceptri sui,
columnis coronæ suæ, & stabilimento suc-
cessionis suæ.

„ Quicunque author est tibi, ô Rex,
„ ut commoveas Arresta de gravissima
„ causa Reip. in Parlamento tuo pronun-
„ ciata, nunquam istius plagæ gravitatem,
„ consequentiam, adjunctaque omnia ex-
„ pendit satis. Nihil deinceps ibi in orbe
„ certum futurum esset, si quando immi-
„ nueres, si infirmares, si denique labe-
„ factares amplitudinem tuam amplissi-
„ mam maximumque tuum propugnacu-
„ lum contra omnes rebelliones subdito-
„ rum eorum, & contra omnia extraneo-
„ rum instituta.

„ Atq; hæc de jure: ad utilitatem venia-
„ mus. Quis tam hebes est ô Rex, qui non
„ videat hoc ipsum Arrestum in magna fe-
„ licitatis parte ponendum esse, quam Deus
„ in te contulit? Si parricidam unum spatio
„ novem mensium in plantario suo, in suo
„ illo seminario nacti sunt, quàm multos
„ septennio adepti essent? Plurimum re-
„ fert utrum conficias centum passus, an
„ octingenta passuum millia. Dum otium
„ datur cogitandi, dum indormiscendi,
„ diversa sæpè subit cogitatio: unico so-
„ lùm bono momento opus est, & horæ in-
„ sunt diei viginti quatuor, quod vulgò
„ dici solet. Sed cum eodem æstu, eadem ra-
„ bie, eodem furoris impetu is, qui ex illo
„ infernali cubiculo Meditationum prodit,
„ horæ momento potest latera sua tegere,
„ hîc alea gravis est, ô Rex, hic pericu-
„ lum evidentissimum. Non est in diver-
„ sorijs commorandum, non adferuntur
„ Lugduno monita (nôsti quid dicam) non
„ lingua differens, non vestes variæ. Nul-
„ la ex parte monita; nam signa imagi-
„ nesq; adferri possunt: simul constitutum,
„ simul factum. An dubitat quispiam, quò
„ nobis proprior, eò formidabiliorem esse
„ pestilentiam?

„ Ad alia descendamus: videamus ex
„ actionibus ipsorum, quænam spes nobis
„ ab ipsis hominibus in posterum ostenda-
„ tur. Quanquam æquum est ante omnia,
„ ô Rex, concedi illis postulatum suum:
„ nempe, ne persequaris vindictam cau-
„ sarum *Navarreni Regis, Aurelianensis Ducis.*
„ Iustissima postulatio. Quicquid Iesuitæ
„ mandato defuncti Regis commiserunt
„ contra Majestatem tuam, non debet
„ ipsis obesse; Amplius affirmabo, ipsis pro-
„ desse debet. Domino suo servierunt, tum
„ eis non fuisti Dominus. Sed neq; de ea re
„ unquam ullum verbum fuit cum illis
„ communicatum. Monstra mea fi gunt,
„ quæ oppugnent, quod eis solemne: hoc
„ nunquam eis objectum est, nec speciem
„ ullam in Parlamento tuo habuisset. Alia
„ in rationem venerunt, diversa omnia:
„ Nam inter res alias innumeras observa-
„ tum fuit, quo se modo erga regem defun-
„ ctum gesserint. Huic se benè fideliterq;,
„ dũ opus fuit, serviverunt in adversis reb⁹,
„ etiamsi contra germanum ipsius filium (si
„ quem habuisset) homines ipsi ministrâssẽt,
„ mererentur laudem. Rex verò defunctus
„ non fuit Rex Navarræ, non Dux aliquis
„ Aurelianensis: Rex fuit Galliæ. Non adij-
„ ciam istud gravius, Regem fuisse erga
„ ipsos beneficum, favisse ipsis per omnia
„ ignoravisse scelesta omnia facinora, quæ
„ machinabantur in ipsum, nam quum dixi
„ *Regem fuisse Galliæ*, dixi omnia. Erat
„ Dominus illorum, illi natalibus subdi-
„ ti illius: huic serviendum fuit, qua-

„ liscunque esset (an verò unquam exstitit
„ melior? (feceruntne isti? utrum fideliter
„ serviverunt, an prodiderunt ipsum ne-
„ quissimè? Hîc Rhodus, hîc saltus, hîc pa-
„ læstra. Non licet hic excurrere, non cam-
„ pos patentes quærere, non plausibiles
„ communes locos, ut ostendant eloquen-
„ tiam suam: ad hunc nodum, ad caput
„ istud redeundum. Audite Domini Iesui-
„ tæ non loquor de Aurelianensi Duce,
„ non de Navarreno Rege; mihi vobiscum
„ de Rege vestro sermo est. An huic Do-
„ mino, inquam bono Regi, qui vos tanti
„ fecerat, serviviſtis? qui tam fuerat gratio-
„ sus vobis, tã ad assentationem blandus? fru-
„ stra rogo, non sunt responsuri, cavebunt
„ diligentissimè. Quid huc prolaturi sunt
„ quòd non ementiatur Majest. tua? Alium
„ testem eorum non desidero, quæ Rex de-
„ functus de ipsis pronunciabat. Nunquam
„ Princeps ullus tot effudit quærimonias,
„ & justas querimonias de subditorum suo-
„ rum proditionibus. Ac propterea Rex il-
„ le mitis, benignus, facilis; facilior æ-
„ quo præ alijs omnibus subditis, curavit
„ istos Burdegala exturbari; quo certissi-
„ mo argumento docemur, istos summo-
„ pere & quasi ad infinitum læsisse Regem
„ suum atque ostendisse. Et quis hæc in du-
„ bium vocare possit? an ergo usque adeò
„ hîc peregrinamur, ut nondum teneamus
„ eum scripta legisse, & certò comperisse,
„ hos veros Ligæ & conspirationis aucto-
„ res esse? qui omnes æquo magnos ac par-
„ vos eloquentiâ suâ fascinaverint, qui
„ istam conspirationem constrinxerint a-
„ gitaverintque adversus Rempublicam,
„ qui velis remisque contenderint, ut Ro-
„ mæ Majestas regia excommunicatione
„ feriretur, qui procuraverint ut istud to-
„ nitru Galliam percelleret, postquam
„ hanc scelestam fidem subditis infudis-
„ sent, Regem excommunicari potuisse,
„ non ampliùs esse Regem, sed tyrannum,
„ & ipsos à jurejurando fidei absolutos es-
„ se? Et quis nostrum adeò malitiosus, ut
„ nolit istud cernere, si Iacobus Clemens
„ non fuisset veneno isto Iesuiticæ doctri-
„ næ imbutus; ne cogitaturum quidem
„ fuisse unquam de Hero suo, Domino suo,
„ suoque Rege trucidando? Nonne abo-
„ minanda ista persuasio firmè infixa & in
„ animo ipsius radicata fecit, ut cultrum
„ in ventrem uncti Domini impelleret?
„ nonne hæc brachium firmavit, ictumque
„ iterati jussit; credenti se hoc facto He-
„ roico (sic nominabat Guignardus) avo-
„ laturum in Paradisum esse? Vtrum com-
„ mittit cædem, lapisne vel telum, an-
„ is qui immiserit? Quis, inquam, adeò
„ malitiosus, au rerum nostrarum imperi-
„ tus est, ut nesciat, quàm Iesuitæ primum
„ in hoc Regno posuerunt pedem, omnes
„ Gallorum animos tam procul abfuisse ab
„ istis hæresibus (nam alio nomine quî vo-
„ centur, potestne ulla existere periculo-
„ sior?) ut inter decies centena hominum
„ millia non fuisset unicus inventus, qui
„ tantum scelus vel cogitatione voluisset
„ attingere? contra verò majores nostri
„ pertuderunt montes ipsos, Italiamque
„ transmiserunt, ut abirent eum compre-
„ hensuri, qui Rogem floris Liliacei ex-
„ communicare tentaverat, hominemque
„ audacem ad honorariam multam & pœ-
„ nitentiam publicam impulerunt, qui
„ scintillam aliquam incendij immierat.
„ „ Ante denique quàm isti homines ad-
„ venissent, nihil tam ab istis sceleratissimis
„ propositionibus, quàm Gallorum animus
„ abhorruit.

„ Dicitur *Iacobi Clementis* Apologiam
„ *Boucherus* probavisse. Res factu facilis!
„ Novit Boucherus nunquam se Lutetiam
„ reversurum esse; lata in Guignardum
„ sententia est, illius gubernatio; Spon-
„ dent sibi quotidiè Iesuitæ, se eò regres-
„ suros esse: facit amici officium, cùm pro-
„ bat Apologiam: certior illis amicus nun-
„ quam fuit, neque conjunctior. Nequo
„ verò studuit Theologiæ, quàm illis præ-
„ ceptoribus. Hæc tota scit Academia.
„ Sed ne respiciamus istas: solùm aperia-
„ mus illum infaustum librum, infaustam
„ Apologiam, spectemus fundamenta prin-
„ cipiaque illius. An alia sunt fundamenta
„ ejus, quàm posse excommunicari Regem
„ ejusque subditos à jurejurando fidei præ-
„ stito liberari? Quid dicunt aliud, quid
„ proclamant Iesuitæ libris suis omnibus,
„ quos ante contulimus? Pergamus lon-
„ giùs. Quid aliud ista concludit Apo-
„ logia, quam *Ahodem quari, inveniri A-*
„ *hodem oportere*? Vnde hoc didicit, nisi
„ ex Commoleto & Guignardo, qui scri-
„ psit: *Si non potest deponi sine bello, gera-*
„ *tur bellum: si bellum geri non potest occida-*
„ *tur*? Et ante: *Factum heroicum à Iacobo*
„ *Clemente patratum, & donum Spiritus San-*
„ *cti vocatum hoc nomine à nostris Theologis,*
„ *justè laudatum est. Observemus istas vo-*
„ *ces, nostris Theologis.* Quinam sunt isti
„ Theologi? Sanctusne Augustinus, Ber-
„ nardus & alij illi boni & docti Patres?
„ nequaquam: contrarium planè ostendi-
„ mus: hi sunt isti reverendi Patres Ie-
„ suitæ; ab illis quàm diversissimi. Apo-
„ stoli sunt, sunt de Societate Iesu: at

illi

Vnio Portu-Galliæ excusa Genuæ f. 1976. & 2146.

„ illi quos modò nominabam, nihil quàm „ servi illius erant abjectissimi, indigni qui „ corrigiam solverent calceamentorum e- „ jus. Tandem verò Pater ille Guignar- „ dus, qui theses istas calamo ferreo im- „ buto Regum nostrorum sanguine perscri- „ pserat, defletur ab illis p. 266. Defensio- „ nis ipsorum, tanquam si jacturam fuis- „ sent passi gravissimam. Quid magis ca- „ ninâ rabie, magis furiosum in ista latro- „ num parricidarumque Apologia ?

„ Hîc autem subit animum quærere, si „ non probarent Iesuitæ istam Apologiam, „ eamne Duaci palàm vendi, ut fit, permit- „ terent ? paterenturne ibi hanc narratio- „ nem postulare ? Etsi non sum auctor cui- „ quam, ut occidat Regem Hispaniæ. Mori „ malim quàm auctor esse. Cõtrà enim asse- „ ro quisquis intentat in vitam ullius Regis, „ eum procul dubio damnatum esse : Nam „ sic intentatur in DEVM, à quo institu- „ tus est.

„ Sanè Iesuitæ non possunt impedimen- „ to esse, quin illa Apologia Duaci venda- „ tur palàm & circumferatur in diversoria, „ ut vendantur Gallis. Miseri scilicet Re- „ ligiosi illi nihil auctoritatis obtinent in „ ijs Oppidis, quæ domui Austriacæ pa- „ rent, nullo pretio sunt. Mirum est quòd „ dicam, sed tamen verissimum. Nove- „ runt omnes quàm sit homini Gallo diffi- „ cile ut ingrediatur in arcem Mediolani: „ Sabaudi speciem oportet induat, & ma- „ ximo periculo si compertus fuerit, com- „ pareant Iesuitæ omnes, qui adhuc in A- „ quitania & lingua Occitana supersunt, eò „ ingressuri ; & unus Pater Iesuita, Medio- „ lani agens, dicat se eos pro Iesuitis agno- „ scere; sine mora sternetur pons, magnę „ aperientur portæ. Adeò baphium Iesui- „ ticum omnes colores exsuperat. Enim „ verò qui nam sunt homines in orbe ter- „ rarum, qui meliùs sint de Castellanis me- „ riti, quàm qui Societatis istius ? quid ad „ exaltationem & amplificationem impe- „ rij illorum tantum operæ contulit? Nam „ huic Lusitaniam debent, ut narrat ipso- „ rum historia. Sed unde obsecro, tantum „ Iesuitarum in Hispanum studium? duas „ animadverto causas. Prior est ab ortu „ ipsorum Hispanico, quo tanquam de „ manu in manum accepto, in hoc arden- „ te spiritu, aluntur, augescunt, educantur. „ Posterior est, quòd propositionem hanc „ ipsi persuadent sibi, non posse Ottoma- „ nicum imperium everti nisi ab eo, qui „ Monarcha sit totius orbis Christiani : & „ postquam huc illuc oculos in omnes par- „ tes circumduxerunt, nihil à se videri pu- „ tant adeò potens, adeò opulentum, adeò „ magnis ditionibus imperans, quàm do- „ mum Austriacam, quæ tenet imperium, „ partem Germaniarum & Belgij, amplius „ dimidium Italiæ. Hispanias omnes, & ab „ ortu & occasu Indias : ut taceam id illis „ persuasum esse, solùm Hispanię Regem „ sufficere, qui totam Christianitatem ef- „ ficiat Catholicam.

„ Nemo autem est in orbe terrarum, qui „ meliùs noverit quàm Majest. tua quousq; „ ferantur consilia domus Austriacæ, & „ quàm primùm id sibi spondeat, quòd Ie- „ suitæ exoptant. Tres fratres aut affines „ te circumstant ; à Bajona Caletum usq; „ Geryon est: sed modo consilium arcanum „ ipsorum, & quicunque suis mussitatio- „ nibus concilians eis gratiam apud tuos „ subditos, ex Regno tuo exeant, non est „ quòd labores : Geryon fuit Rex Hispa- „ niæ, sed Gallum Herculem nactus est. „ Scit Majestas tua fabulam illam equi „ Trojani, non alia de causa fuisse inven- „ tam, quàm ut doceamur, quinquagin- „ ta hostes ignotos unâ nocte in Republica „ effecturos ea, quæ aperti hostes quin- „ quagies mille non possint toto decennio: „ Indicavit etiàm aliquos ferè existere, qui „ istos latentes inimicos retegant, sed eis „ fidem multos habere nolle. Hæc pro- „ fectò, nobis adhuc contigerunt : nihil „ enim de Iesuitis ac consilijs eorum di- „ ctum, quod nisi post ictum obtinuit „ fidem.

De equo Troiano fabula explicatur.

„ Vt autem in gratiam redeant, duo expo- „ nunt nobis ; se magno numero esse, & se „ officia magna Principibus quibusdam „ præstitisse. Prius illud multitudinem „ adduci, non video cui sit bono ; nisi „ fortè, ut nobis incutiant metum. Equi- „ dem valdè ab eis metuò, dum in regno „ sunt : foris verò non sunt venturi ad Ba- „ jonam obsidendam, modò ne Burdega- „ læ sit à quibus separemur. Persuadere stu- „ dent fortasse nobis, suam illam magnam „ propagationem benedictionis Dei argu- „ mentum esse. Hæc conclusio & pericu- „ losissima est & pessima : non enim post „ multos adhuc annos Arsacidas vel parri- „ cidas consortes suos numero æquaturi „ sunt : ut de Arrianis, Albigensibus, Iu- „ dæis & Mahumetanis taceam. Hoc ar- „ gumentum Lutherani frequentarunt, Ie- „ suitæ frequentaverunt : nunc verò abuti „ in suam rem volunt ; non benè conve- „ niunt ista.

„ Quod de suis officijs prædicant, quæ „ Principibus nonnullis præstiterunt, nun- „ quam dubitavimus, quia homines sunt

Vnio Portu- Galliæ excusa Genuæ f. 1976. & 2146.

„ capaces, atque ad illa idonei. Sed in „ Mundo quid periculosius magno ingenio „ studente malefacere? Quorsum tot ja- „ ctationes illius ἱκανότητος & sufficientiæ „ suæ nemo dixit eos stolidos & barbaros „ esse. Officia quidem illa, opinor, præ- „ stituri sunt: sed ijs qui virgulâ divinâ „ quadam nec Papam inimicum unquam „ habuerint, nec causam cum domo Austria- „ ca ullam disceptandam: quisquis vel de „ obolo cum illa litigat, si fidat istis ho- „ minibus, deijcietur tandem aliquando, „ sive citò sive tardè: hoc illi persuasum „ esto.

„ Si placebit Majestati tuæ curare, ut „ prælegantur orationes, quas nobiles Po- „ loni quidam in Comitijs habuerunt, vi- „ debit seditionem civiliumque bellorum „ Iliadem, quæ inter Christianos vastarum „ Regionum illarum, quæ à Septentrione „ ad Ortum pertinent; Iesuitæ soli exci- „ tarunt: qui plurium illic præliorum fue- „ runt auctores, quam per quingentos in- „ tegros annos fuerint olim commissa. Non „ est hujus rei ignara Majest. tua, si volet „ meminisse. Quanquam non habemus „ opus ullis exteris historijs; qui alijs suppe- „ ditamus ipsi exemplorum satis est. O si „ querelæ nostræ, & justæ metus causæ „ minus haberent veritatis.

Summa constit. pag.507. „ Sed annon eas potiùs dupplicaturi su- „ mus, si attenderimus Regulas, & bullas „ ipsorum cavere, ut jurent se obsequutu- „ ros suo generali per omnia & in omnibus „ ut Christo præsenti? Rogo autem si „ Deus ipse aliquid nobis mandaret, suo „ ipsius ore, nonne faciendum esset? licet „ cum Abrahamo de occidendo filio Isaa- „ co ageretur? Quis ergo non videat, si „ quis miser educatus in disciplina propo- „ sitionum istarum de excommunicatione „ Regum includatur in illo Meditationum „ conclavi, & alter Varades mandatum à „ Generali adferat; quum Princeps, cujus „ agitur cędes, versatur in proximo: quis, in- „ quam, non videat miserum illum, qui „ credit se damnatum fore animamque „ suam perditam, nisi obsequatur Genera- „ li, suo rem momento aggressurum esse? „ Esto autem; decem, viginti, triginta „ renuant: unus tamen inveniatur necesse „ est, qui nos lachrymis & ærumnis cumu- „ let. Equidem non possum, ô Rex, cum „ animo meo comminisci, quomodo ij qui „ importunius causam agere apud tuam „ Majest. volent, eo delabantur, ut sibi „ non ponant id ante oculos, quod jamq; „ viderunt; nec reputent se suosque poste- „ ros in tota Gallia probro æterno fore, si „ infortunium alterum accideret. Eos itaq; „ rogatos volo, cogitent diligenter ac recor- „ dentur, nihil facilius abscondi quam sce- „ leratum consilium, nec posse quenquam „ penetrare in animum atque cogitata ho- „ minem, nisi Deum solum. Cur ergo tam „ periculosam aleam ineundam putant.

„ Quod si qui obfirmiores in sua senten- „ tia fururi sunt (etsi non putem) cogita, si „ placet, ô Rex, non esse illos cultrum Iesui- „ ticum expertos ore; non irruisse in eos „ Barreriam, posse vades eorum esse innu- „ merabiles subditos, sicubi Iesuitis opus „ habuerint: fortè adhuc nonnullos esse, qui „ statuant æquo diutius Galliam bellis ci- „ vilibus vocaturam esse, nisi hæ turbæ, hæ „ faces revertantur. Quisquis attendit ad „ consilia sua: quisq; suis consulit negotijs. „ Tuæ Majestatis est, ô Rex, ut imperium „ hoc tuum posterorumque tuorum confir- „ mes adversus omnia turbinum, procella- „ rum, fulminumque genera.

„ At Papa, inquiunt, postulat, cupit, vult: „ an hoc illi tam bene multis nominibus „ meritò recusaturus es? Respondeo, multis „ modis. Primùm namq; sanctissimus Pater „ eos probaturus est, qui persuadere cupiunt „ Majest. tuæ rem damnosissimam; idq; hac „ specie, quòd interpellaverit Majestatem „ tuam, qui de ea optimè sit meritus. Hic „ enim audi quid dicat vetus author: *Nihil „ beneficijs periculosius: si nos servitute obli- „ gent, ut faciamus id, quod pernicioſum nobis „ judicabimus.* Et alter elegantius: *Si homi- „ nis benè meriti postulatione rem fecero, quæ „ mihi valdè sit damnosa, non solùm perit gra- „ tia, sed etiam justa mihi supereſt occasio quæ- „ rimoniæ.* Rex profectò Galliæ in con- „ ditionem miseram delapsus est, si aliâ „ viâ meritum non potest agnoscere, at- „ que compensare, quàm turbando Re- „ gnum suum incendio. Secundò, nego „ planè hoc desiderari à Sanctitate ipsius: „ magis diligat Galliam. Novit se de hac „ vita discessurum esse: hanc verò Socie- „ tatem perpetuam iri subrogatione. Hæc „ cùm nos invadet, non poterit ille am- „ pliùs succurrere. Aiebat quidem Phi- „ losopus: *Vt noris si quis quid velit, oportet idem posse nolle.* Quis autem hoc ne- „ scit, non posse Papam Iesuitis recusare, „ quin subscribat omnibus literis, quas illi „ poposcerint? Quid D. Cardinales dictu- „ ri essent, studentes Regi Hispaniæ, quo- „ rum parti annuam pensitationem pendit? „ nonne acerbè & supra modum quererен- „ tur, deseri in suis difficultatibus homines, „ qui tot labores ad S. Sedis amplificatio- „ nem sufferunt? Cogitur ergo sanctitas

„ illius

„illius optatis eorum subscribere ; vo-
„luntas autem coacta, no voluntas qui-
„dem dicenda. Progrediar longiùs. Si
„Papa cuperet Valentiam ad Comitatum
„Avenionensem adjici, an propterea fie-
„ret? certè nequaquam. Quòd ad sum-
„mam rei spectat Regnumque universum,
„id nonne pluris est, quàm Valentiæ de-
„cem? Quartò, hoc quidem ego didi-
„ceram, Arrestis Parlamenti irritas fieri
„bullas, quæ veniunt contra libertates &
„theses Ecclesiæ Gallicanæ, aut contra
„Edicta Statutaque nostrorum Regum, aut
„contra Arresta Parlamentorum ejus, id
„verò nunquam didiceram voluntate Pa-
„pæ in Gallia posse Arresta subrui. Quid
„ergo hîc opus facto? Rem factu faci-
„lem. Oportet sanctitatem ejus de ra-
„tionibus præcipuis informari, cur omni-
„nò necesse mandari exsequutioni Arresta
„Parlamenti. Inter eas autem hæc ob-
„servatione digna, quæ nondum addu-
„cta sunt : in alijs quidem cœtibus &
„communitatibus quibusdam homines
„compertos esse; qui se furenter gesserint
„contra officium Regi debitum, nec le-
„suitis in re ulla cesserint. Paria fece-
„runt illis. : si quis altâ contendit voce,
„alter pulmonem rupit clamoribus. Hoc
„illi accuratè annotant hodierno die, &
„tanquam Oratores magni personant mi-
„rificè : exstant in scriptis eorum supplici-
„busque libellis de hac re narrationes in-
„tegræ, quarum summa huc redit : Si
„multum mali attulimus, alij Religiosi ea-
„dem fermè vestigia sequuti sunt. Sed
„non dicunt quod est rei caput; ab hoc
„cavent, hoc prætereunt silentio. Quid
„autem? Quod in alijs cœtibus, si qui a-
„nimi perturbatione partibus Hispani stu-
„duerunt alij tamen non deerant ejusdem
„ordinis, qui ex dignitate servirent, Tu-
„ronibus, Cadomi, Redonibus, Andi-
„bus, Catalauni, & in alijs civitatibus pau-
„cis insignibus, quæ in obsequio nostri
„Regis defuncti perstiterunt. Hi boni viri,
„verè Christiani, verè Catholici, ac religio-
„si refellebant, destruebantq; in suis cathe-
„dris veritatis ac non mendacij, consola-
„tionis, ac non scandali, perversam de-
„fectionis doctrinam, quam Iesuitæ & di-
„scipuli ipsorum in Civitatibus rebellibus
„indesinenter replicabant.

„ Apud Iesuitas verò omnes, mirum,
„permirum, ne unum quidem inventum
„esse, qui uno paucius? iterum dico, ne u-
„num quidem inventum esse, qui inde ab
„anno 89. ad annum usque 94. vocem uni-
„cam protulerit, quâ patriæ suæ, Principi
„suo commodaret: summis fuerunt in lau-
„dibus, alienigenæ, & in levando metu
„dominationis illius Quæ cum ita sint,
„quid ampliùs adduci potest? quis neget
„conspirationem generalem, maximam,
„horrendam, furiosamque exstitisse? Nunc
„verò quum malè cecidit, miseros esse nos
„& plenos stuporis arbitrantur, si adhuc
„sperant, sed apud nos servatum iri, ut a-
„liâ occasione, meliùs provisis rebus, non
„omneis cum regno pessumdent.

„ Ac duo quidem, ô Rex, adducuntur,
„ut tibi omnis recordatio istius rei & sen-
„sus eximatur : unum est homines istos
„valdè mutatos esse; non eos jam esse, quos
„videris, qui te modis tam multis infesta-
„verint : alterum quod ostenditur est, e-
„tiam si illis animus esset nocendi Majest.
„tuæ, non tamen posse.

„ De priore, ostẽdatur in oculis tuis De- *Notate Iesuitæ.*
„cretum magnum abipsis factum: *Ne se de-*
„*inceps negotiis statûs sive Regnorum rerumq;*
„*publ. immisceant.* Age diem Decreti illius
„facti videamus. Dicunt factum esse anno
„93. Quid ergo? jámne oblitus es, ô Rex i-
„stos homines bis ab eo tempore cædem
„tuam procurâsse? Quænam hęc Decreti
„exequutio est? An ignoramus generalem
„exceptionem in statutis suis omnibus (ni-
„si si quid est pro Religionis bono) excc-
„ptionem ad omnia, quæ velit aliquis, pro-
„rogandã? Veruntamẽ si placet cognoscere,
„quâ certô constituerint, ne se porrò nego-
„tijs ad statũ pertinentib. immiscеat, & quá-
„ti statũ faciant Reip. legendæ solùm sunt
„nobis defensiones ipsorum, quas veritatis
„defensæ nomine ediderunt p. 229. ubi utũ-
tur his verbis: Sed status iste quænam creatu-
rę est? videamus in os illum, ne Iesuitæ
negotia illius ineant, neque indignationem
eorum experiantur, qui propugnant ipsum,
& sunt æmuli ipsius, *Item pag.* 231. Expen-
dant itaque boni isti Catholici, quid di-
cant, cùm eos accusant, quòd se negotijs
æquo pluribus occupent : & ipsi viderint,
ne perdant statum, dum tam parvam suæ fi-
dei rationem habent : & ne terrenam re-
quiem procurando, tum eam non recupe-
rent, tum illam, quæ in cœlis est, amittant.
„Potestne superbius & arrogantius demon-
„strari hanc ipsius voluntatem esse, ut per-
„gant diligentius quàm fecerint unquam
„perdere & subvertere statum, quem se
„novisse negant? atque hoc quidem cum
„ratione dicunt: nunquam animo illorum
„alia insedit cogitatio, quam ut res o-
mnes publicas subvertant, Magistratuum
contemptum, motum subditorum ex-
citent : „prout se conjuratos eorum ho-
„stes

„ stes declarant esse, qui sunt amantes pa-
„ cis. Et illud plurimùm obsservatu dignum,
„ quòd in eadem p. 229. *ut odium populi con-*
„ *cilient ijs, qui tuum statum, ô Rex, tuam co-*
„ *ronam, tuum sceptrum colunt*, novam vo-
„ cem Gallicam fabrefecerunt, ut *Estatiens,*
„ *Statuales* appellarent. Durantibus procel-
„ lis ipsorum, nos *Politicos* appellabant; hac
„ voce jam non audent uti, exolevit; cu-
„ derunt alteram; hæ perpetuæ illorum
„ artes.

„ Vides igitur, ô Rex, quàm bellè Ie-
„ suitæ suum illud Decretum exequantur:
„ atque hoc tamen utuntur propugnaculo,
„ ut labefactent omnia, quæ Majestati
„ tuæ exponuntur. Sed quis unquam fan-
„ do audivit, ejusmodi promissionibus, ejus-
„ modi decretis haberi fidem? Tantidem
„ facio, quàm si Piratæ Mercatoribus o-
„ stenderent, se in concessu generali sta-
„ tuisse, ne ampliùs exerceant piraticam,
„ nec prædentur ampliùs, se liberam eis
„ copiam facere secum navigandi. Hoc
„ pueris facilè persuaserint. Et quis tam im-
„ peritus administrationis Mundi, qui ne-
„ sciat, Iesuitas nunc ad omnia tam admo-
„ vere manum, & ampliùs, quàm unquam
„ fecerint? Quid longè abeamus? Proximi
„ vicini nostri sub tyrannide ipsorum ge-
„ munt, & id unum cogitant, quâ viâ sese
„ ab illis expediant. Sed ut ad institutum
„ sermonem redeam, si Iesuitæ ad nos re-
„ vertissent, quis eorum obsservator esset,
„ sive autigrapheus? quis de omnibus nun-
„ cijs faucibusque subeuntibus in domos &
„ per domos ipsorum cognosceret? de ar-
„ canis consilijs quæ haberentur? de ijs quę
„ adferrentur judicijs? Quis non illos mo-
„ mento videat in eandem libertatem, qua
„ anno octogesimo octavo usi sunt, ventu-
„ ros esse? Ampliùs adhuc dico; etiamsi
„ artes illorum contra dignitatem tuam, ô
„ Rex, compertæ essent, quis putas, dein-
„ ceps eas judicaturus esset Magistratui?
„ quis sibi non metueret ab anni 89. redin-
„ tegratione, ne quando iterum superbam
„ ipsorum tyrannidem subeat, præsertim si
„ ex tam solenni exilio reversos viderit.
„ Cernentes itaque patroni illorum, ægrius
„ tibi, ô Rex, persuaderi posse, nunquam
„ Iesuitæ voluntatem pravam defore; ad
„ caput alterum transiliunt, non eis ad fo-
„ re potestatem maleficiendi tibi. Atque
„ ut ad hanc fidem meliùs adducant Ma-
„ jestatem tuam in libellis supplicibus suis
„ exultat Iesuitarum oratio, victorias tuas
„ efferentium, & sermones quosque Pa-
„ negyricos in vernaculum nostrum sermo-
„ nem convertentium. Homines à natura
„ amant audire, quum narratur ipsorum fe-
„ liciras, ô Rex amplitudo, firmitas status
„ & dignitatis suæ posterûmque suorum
„ laudibus ipsorum conjuncta. Gaudeo
„ equidem cum video homines æquè tui
„ amantes ac vitæ suæ, ex animo studio-
„ sos tui, in cœlum usque arma tua, trium-
„ phos tuos provehere. Hoc meretur vir-
„ tus, hoc pabulum, hoc elementum
„ ipsius, hæc pulcherrima ipsius compen-
„ satio. Sed caveamus, ô Rex, obsecro,
„ caveamus ab inimicorum laudibus. An-
„ notaverunt veteres, magos augustissi-
„ mos laudando fascinâsse. Caveamus, ô
„ Rex, ab istis Sirenibus; quæ adeò sua-
„ viter auribus adblandiuntur, ut soporent
„ nautas, & gravatos somno lacerent.
„ Quum tam speciosa verba audis, ô Rex,
„ in ore ipsorum, annon recordaris, os
„ tuum ab uno de seminario isto vulnera-
„ tum? Cùm tot flores audis eloquentię,
„ tonne tibi in mentem venit, Gymna-
„ siarcham eorum Barrerię animum accen-
„ disse hoc flumine eloquentiæ? Non
„ malè obsservaverunt illi, ô Rex, in suo
„ libello supplice, non dico clementiam
„ (quæ semper est laudabilis judicio con-
„ juncta, alioqui virtus esse desinit) sed
„ bonitatem stolidam Iulij Cæsaris ab il-
„ lo Principe Romanæ eloquentiæ eve-
„ ctam esse, & quinquaginta duobus prę-
„ lijs, quæ ille gesserat, antepositam: Sed
„ non perducunt ad finem historiam: nem-
„ pe, sic eum obstupefeciisse sui sermonis
„ elegantiâ, ut suos capitaleis hostes re-
„ vocaverit, lateribusque suis adesse cu-
„ raverit; qui paulò post eum stilis confe-
„ cerunt, quem neque Mars, neque Bel-
„ lona, neque multa centena armatorum
„ millia potuerant offendere. Patere fu-
„ cum si tibi fieri, non magis tibi parcitu-
„ ri sunt. Ac tum æquè triumphum ca-
„ nent, ut Orator ille, qui post clamabat:
„ *Pauci manu percussérunt Cæsarem, sed omnes*
„ *animo occiderunt*. Scio te responsurum, ma-
„ ximum illum Imperatorem fuisse usurpa-
„ torem: at ego vicissim respondeo, *unicam*
„ *membranam Romanam ex Iesuitarum doctri-*
„ *na posse efficere, ut tyrannus habearis*: quam
„ doctrinam profitentur, & jactant hoc
„ hoc adhuc tempore; neque deinceps
„ negaturi sunt, nisi Generalis ipsorum
„ subjectus Hispano, ut alij quatuor o-
„ mnes exstiterunt, priùs dispensationem
„ indulserit, ad cautelam, dissimulandi
„ doctrinam suam, ut pedem reponant
„ in Galliam. Sed hoc verbum ægrè pro-
„ nunciaturi sunt; Non posse Papam
excommunicare & fulmine ferire pro au-

ctoritate

ctoritate Reges, & ſubditos Religione jurisjurandi & datæ fidei exſolvere. „ Quo„ modo ſcripta ipſorum omnia conciliatu„ rus eſſet ? Hæ mutationes nova in ipſos „ crimina, novæ probationes eſſent. Ad in„ ſtitutum redeamus.

„ Hoc ergo tibi dicitur, ô Rex; quàm „ optimè conſtabilitus es, admodum me„ tueris, valdè es terrori, tremunt omnia „ ſub pedibus tuis, quid Ieſuitæ poſſent in „ te efficere? Specioſa verba, & eò ſpecio„ ſiora, quòd maxima ex parte vera: quo „ benè nobis eſt, & illis malè. Sed in pri„ mis te oportet, ô Rex, iſtud advertere, „ eos, qui tantopere magnificant poteſta„ tem tuam, ſe adhuc in duabus provinciis „ Regni tui, contra auctoritatem tuam, „ contra edictum tuum, contra Arreſta tua „ tutatos eſſe. Non ſum neſcius, eos ex pau„ culis annis ſpeciem aliquam dilationis „ exorâſſe: at eam non ſemper habuerunt. „ Præterea memineris, ſi placet, ô Rex, in „ menſe Majo anni 84. fuiſſe optimè con„ ſtitutum defunctum Regem in hæredita„ te fratrum, patris, avi; & tamen poſt an„ nos quatuor eum à Ieſuitis Luparâ extru„ ſum eſſe. A Ieſuitis dico: nam alii brachia „ fuerunt, & pedes ſolùm: hi fuerunt illud „ ipſum corpus, quod regebat ſcapham. „ Hæ quis meliùs noverit, quàm Majeſtas „ tua ?

„ Vt tamen liberè dicam, ô Rex, quod „ ſentio, nec amplificatis juſtis metûs cau„ ſis, nec imminutis (hoc poſterius foret „ longè periculoſius: Optimum pharma„ cum in cauſis ſtatus & Reipubl. eſt diffi„ dentia: ſæpè uſa eſt Majeſtas tua & bene „ fuit) ut igitur dicam tibi, quod ſentio, „ non arbitror dum ſuperſtes futurus es, „ (faxit Deus, ut ſis ſuperſtes quinquaginta „ adhuc annos & amplius) Ieſuitas aper„ tè ſcenam ſuam acturos eſſe. Veruntamen pro certo habeo, in hac re mihi „ aſſenſuram Majeſtatem tuam, neque in „ tua eſſe, neque in tuorum Parlamen„ torum manu, impedire, quin leniter & „ ſenſim animis ſubditorum tuorum infun„ dant opinionem ſuam de cauſa excom„ municationis, viribuſque illius, in locis o„ mnibus, ubi futuri ſunt.

„ Ecce igitur malum, non parvum, non „ mediocre, ſed magnum, maximum; & „ quod gravius malum poteſt exiſtere, „ quàm ſi tibi fortè ante quadriennium e„ ripiantur amplius decies centena ſubdi„ torum millia? ô lucem periculoſiſſimam! „ hoc, inquam, malum eſt, quod te ſu„ perſtite, te Rege accidet, ut diligentiam „ ſummam, providentiam maximam hîc „ adhibueris, non poteris impedire. Me„ mento dictum.

„ Quòd Regulæ, reſtrictiones, & mo„ dificationes tibi proponuntur, falleris. „ Et quæ poſſunt hæ Regulæ elegantes eſ„ ſe? Videamus, agendum, caſque in con„ ſilium mittamus. Quid, an Ieſuitæ ne„ minem deinceps alloquuturi ſunt? nemi„ ne uſuri? quis ergo uſus illorum futurus „ eſt? nonne juventutem informaturi ſunt? „ Hic verò ſolus eorum prætextus eſt, qui „ patrocinatur illis; etſi revera literas ſu„ pra quam ex parte dimidia exſtinxerunt, „ quas magnus Rex Franciſcus Muſarum „ pater in Galliam revocaverat [ceſſante „ autem cauſâ in Regno univerſo, ceſſabit „ malum] Ergo juventutem ſub ferula ſua „ habituri ſunt: & qua via hîc nos putamus „ impedire poſſe eam imbuant illis pericu„ loſis omnibus documentis, quę ante dixi„ mus.

„ Sed fingamus eis non eſſe Collegia: o„ mneis certè veteres ipſorum fratres, ſen„ tinam urbium non impedies, quin revi„ ſant ipſos. Et novit Deus, quàm admirabi„ lia effecta novitas in Gallia aſſequatur! „ Deus novit, quæ tubæ, qui præcurſores, „ qui jam adventârint! Deus novit, quàm „ fortiter cantaturi triumphos, & ſigna re„ poſituri ſint! Certè non mandabis occlu„ di eorum januas, ne quis inviſat: an poteſt „ ulla hora prætextus pietatis homines iſtos „ deficere? Tum quàm importunè inſta„ bunt [reputet Majeſt. tua] qui in Regno „ & extra Regnum patrocinantur ipſis, ut „ hæ omnes Regulæ, omnes reſtrictiones „ amoveantur, quas proponunt in hoc tẽpo„ re, ut janua eis aperta ſit? Illi ipſi qui nunc „ proponunt eas, primi omnium acturi ſunt, „ ut expungantur, & vbique reſtituatur Ie„ ſuitis locus. Hoc ipſum eſt, quod illis in „ aurem inſuſurrant: Hoc tantùm accipite, „ in hoc tantùm eſtote, minuamus Arreſtum „ iſtud, cætera vobis ne ſunto curæ. „ Quot „ interventores illis præſentibus futuri „ ſunt, quibus abſentibus ſunt tam multi? „ Tum verò Majeſt. tua non eſt ampliùs „ magnum illum clypeum habitura, Arre„ ſtum Parlamenti ſui, quod eſſe oportet „ inviolabile. An ulla in Mundo poteſt tibi „ juſtior ſuppetere excuſatio contra iſta o„ mnia importunè dicta? Hic Clypeus ubi „ effractus fuerit, quid tum poterit affetri, „ ut impediatur, ne pedem vbique ponant, „ ſicut anno 88. niſi iſtud, eſſe periculorum „ artifices? Deum immortalem! quid eſt, cur „ iſtud non dicas hoc ipſo tempore? Eſt ad„ huc tibi eorum memoria recens, quæ no„ verunt facere: ſi oblitus es, per feneſtram

„ respice: vix in ullo Regni tui loco futurus „ es, quin ex eo videas innumera domuum „ rudera, quas corruperunt igne; orpha- „ nos infinitos; quos ad paupertatem rede- „ gerunt. Et hoc tibi non afficit animum? „ Afficit, scio; nam tibi melior est animus. „ At intercessores ipsorum te jugulo te- „ nent: an tibi lacerti desunt?

„ Centesimam fortè mali partem, ô Rex, „ habes, quod illi te vivo & vidente allaturi „ sunt. Si chartam hanc meam in aliquem „ conclavis tui angulum conjeceris, postea „ verò imprudens aliquando casu in eam „ incideris, me vera dixisse judicabis.

„ Sed esto, demus, eos nec mutire, ne spi- „ rare ausuros, dum videbunt aspectum „ tuum: nónne prudentia magnorum Prin- „ cipum tenetur ulterius penetrare & pro- „ spicere propter vitâ suam; præcipuè si ad- „ sunt liberi? Dum corpora nostra benè ha- „ bent, ô Rex, non sentimus plurima incom- „ moda, quæ invadente morbo solent exi- „ stere: Ita, cum valetudo magnorum Re- „ gnorum accidentibus perturbatur, quæ „ Deo placet immittere, excitantur non „ pauci humores pravi, quorum stante feli- „ citate nullus sensus exstiterat. Hæc sunt „ tempora, hæ occasiones, quas Iesuitæ ob- „ servant statarii, nec unquam sinunt effu- „ gere. Si primo impetu locum non obti- „ nent, altero vires ingeminant, itemque „ tertio. Vincunt in omnibus pervicaces.

„ Non semper idem vigor inest, idem ad „ resistendum animus. Quis morbus recidi- „ vo gravior? cujus minor est commisera- „ tio, si quâ nostrâ culpâ factum est: præser- „ tim ubi causa mali benè animadversa est, „ & nobis curæ non fuit, ut benè ab eo ca- „ veremus. Faxit Deus, ut sim falsus vates: „ sed prospicio animo tandem hoc Re- „ gnum operâ Iesuitarum in cineres abitu- „ rum. Id semel videmus per illos confla- „ grâsse tam horribili incendio, ut inde ab „ Asia ipsa videretur: inventus est Rex ma- „ gnus, plenus virium, plenus experientię, „ non capiens somnum, nisi quum vellet, „ ferreus ad labores, ad pugnas chalibeus, „ qui hoc impetu extinxit malum. At non „ semper magnos illos Principes, & flo- „ rente ætate largitur Deus. Ecquis non „ videt, quum hujus Regni prima nox in- „ cubuerit, hoc incendium malè extin- „ ctum gravius quàm ante unquam redar- „ surum, & liberos nostros perditurum? vos „ deploro, ô miseri mei liberi: nam mihi „ quidem hunc metum adimit ætas cadu- „ ca canities mea.

„ Animadverto aliquem tibi, ô Rex, in „ aurem dicturum: Rectè quidem tecum a- „ gitur scripto & speciem magnam habent „ quæ exponuntur tibi: sed capere animo „ non possum, quomodo Iesuitæ officia tibi „ non multa essent delaturi, si ita esset do- „ ctrina illorum, ut modò audivimus. For- „ tasse etiam, ô Rex, qui hoc tibi dicit, idem „ credit, agitque bonâ fide: quemadmodum „ plerique eorum, qui causam illam agunt „ apud te, sunt ignari veritatis, quam modò „ coram te protuli. Quam illi si tenerent, „ non minore studio rogarent, ut Arrestorũ „ tuorum executionem mandes, quàm im- „ portuni sunt hodierno die ut infringas ea. „ Iam ergo rei declarationem ex veritate „ affero. Quum tibi Iesuitæ, ô Rex, magnos „ illos supplices libellos exhibuerunt, adeò „ phaleratos, adeò splendidos, adeò melli- „ tos, conveniebat tum optimè tibi cum „ Patre sanctissimo: quæ ratio igitur fuisset „ impedimento illis, ne tibi sponderent of- „ ficia sua? quid aliud fuissẽt dicturi? an glo- „ riaturi adhuc fuissent se tibi hostes con- „ juratos & capitales esse? Hæccinè Lute- „ tiam via?

„ Sed an observâsti, ô Rex, quamvis li- „ belli isti supplices circumfluant longitu- „ dine supra modum, tamen eos non protu- „ lisse, neque attigisse hoc caput quęstionis, „ hunc nodum controversiæ, hunc doctri- „ nę scopulum periculosissimum? videlicet, Nonne credant, doceantque, posse Papam excommunicare Reges, & manum injice- re coronis ipsorum? „ quæ certa basis & „ fundamentum est cædium omnium, quæ „ perpetratæ in Europa aut intentatæ sunt, „ & fons calamitatum omnium, quas per- „ pessi sumus, ex quo sceleste sissima hæc do- „ ctrina tam audacter fuit seminata. Huc, „ boni Oratores, huc vos venire oportet; „ non autem narrationes pertexere de ob- „ sequio, quod à natura subditi suo Regi „ debent. Rem magnam scilicet: quid? „ nonne semper instructi estis exceptio- „ ne vestrâ? quâ tandem? nimirum ista: Modò ne Reges sint excommunicati à Pa- pa, qui potest omnes subditos à Religione jurisiurandi & datæ fidei absolvere. „ Hoc „ demum est rei caput. Præcisè nobis re- „ spondete, & nihil circuitione utimini: „ Vtrum verum est, vobis hanc exceptio- „ nem præstò esse ad manum, an verò esse „ calumniam? Sed quid ego consumo tem- „ pus in roganda super hac re ipsorum sen- „ tentia? En libros illorum, plenos istius „ argumenti: hoc unum clamant, hoc unum „ intonant. Ex quo alio fonte profluxit ma- „ lum, quod tulimus? sumúsne expertes sen- „ sus? Quis ergo fecit, ut excommunicatio „ contra defunctum Regem anno mille si-

mo

„ mo quingentesimo octogesimo nono in „ Gallia obtineret ? quæ profectò absque „ Iesuitis fuisset , non valuisset amplius „ quàm illa anni 1591. Turonibus, ubi non „ erant nigræ animæ Iesuitæ , & ab extra„ neis redemptæ. Nonne videmus, tantum „ abesse, ut doctrinam istam negaverint, ut „ contra gloriati de ea sint, etiam post exi„ lium suum , ut principio demonstravi ? „ An verò tam imperitos eos putamus es„ se , ut supplicibus suis libellis in has cas„ ses ruant ? Profectò non benè versavis„ sent suam Rhethoricam , quæ silentio „ præterire eas objectiones jubet , ad quas „ non datur responsio. Ad has Lector accu„ ratè non semper attendit, traduntur obli„ vioni : modò respondeatur ad id , quod „ propè abesse videtur, sufficit. An unquam „ melius sua ars oratori cessit, quam Iesui„ tis ista ? Quis certiorem fecit Majest. „ tuam, eos silentio prę terire magnum hoc „ quæstionis caput? An quisquam exposuit „ tibi, Iesuitas parcos in dicendo esse? Gal„ licè non loqui ? nunc assentari , quando „ benè cum Papa agitur? At illi cavent sibi „ diligentissimè ab eo dicendo, quod dictu„ ri essent, si Deus nos usque adeò affliget „ ret , sanctissimo hoc Patre recepto ad se, „ Roma aliquem nobis daret Bonifacium „ VIII. Benedictum III. Iulium II. qui ex„ communicationem ad nos transmitteret „ aliis consimilem, quarum fulmina vibra„ verunt cõtra Reges nostros Christianissi„ mos, summè Catholicos , & primos orbis „ Christiani Reges , ex libris illorum, ex o„ mnibus actionibus & ex tot prædicatio„ nibus illorum, ô Rex, agnovimus, si fides „ ipsis haberetur, illos tali occasione datâ, „ te aut successorem tuum effecturos Re„ gem à subditis , dominum ab hæreditate „ nudum , privatum hominem , particula„ rem, maledictum, execrabilem, miserum, „ errabundum; denique ejusmodi, qualem „ te & defunctum Regem speraverant ef„ fectum iri, & reipsa fuissent effecturi; si o„ mnes Catholici Galliæ fuissent boni Ie„ suitæ: quemadmodum planè consilia dan„ tur ad efficiendum, istorum hominum re„ vocatione: ut doceant, & certam hanc fi„ dem mentibus infigant *juventutis* , & Te „ & totam posteritatem tuam in perpe„ tuum unicâ Bullâ ex throno S. Ludovici „ exturbari posse.

„ Sed quid rationibus opus est, cùm e„ xempla suppetant, quæ Te attingunt pro„ ximè? Adeptus es, ô Rex, notitiam histo„ riarum multarum : audivi Te historias „ narrantem , quas ignorabant multi , qui „ polyhistores sibi videbantur. Quòd si „ nunquam fortè nisi unicam didicisses, ea „ hæc futura esset : narrabo tamen paucis, „ quia necesse est eam Tibi è memoria ex„ cidisse. Anno millesimo quingentesimo „ duodecimo agebatur annus vigesimus no„ nus , quum Catharina Regina frueretur „ Navarræ Regno, quod ipsi obtigerat ex„ cessu Francisci Phœbi fratris, ex succes sio„ ne quàm plurimorum antecessorum Re„ gum. Anni octodecim elapsi erant, ex quo „ cum Ioanne Albretano marito suo coro„ coronata fuerat Pompelone: Deus illis fi„ lium unum dederat cum filiabus tribus: „ Regnum eorum opibus & potentia adeò „ floruerat, ut semper Castellanos & Arro„ gonios feliciter cederet. Iustâ pace cum „ illis utebantur, summoque & antiquo fœ„ dere cum Regno Galliæ, Regi nostro Lu„ dovico XII. magno Regi , magno Duci „ quàm dilectissimi: deniq; , non videbatur „ fore, ut ipsa tota Europa de aggrediendis „ illis vel cogitare præsumeret. Papa tamen „ percitus Gallorum odio, in hos Reges vi„ bravit excommunicationem suam, subdi„ tos eorum à Religione jurisjurandi, & da„ tæ fidei liberavit, Regnumque eorum ex„ posuit prædæ , primo cuivis occupaturo: „ qui stilus est ordinarius. Eâdem Bullâ in „ Regem quoq; nostrum vibratur fulmen, „ ut jam ante factum. Quid autem accidit? „ à Gallis ne unus quidem nutavit unquam: „ contra verò (atq; hîc mirari possit, ô Rex, „ indolem bonam nostram & naturale stu„ dium erga Reges , antequam gustavisse„ mus doctrinam illam Iesuiticam: quæ res „ evidentiùs commonstrabit , plagam Re„ gno tuo per illos impositam) contrà , in„ quam, majores omnes nostri, nemine ex„ cepto, geminas vireis animi contulerunt, „ ut servirent Regi, frendente Iulio, qui o„ dio in ipsum ardebat; & amorem suum in „ Principem suum adeò amplificaverunt, ut „ vix crederent incolumem nisi viderent, „ Patrem suum, Servatorem suum, Regem „ optimum appellarent : Deniq; permansit „ illi ex eo tempore inditum nomen *Patris* „ *populi*, & in æternum permansurum est.

„ Ex contrario autem quid Navarreno „ Regi accidit? Rex & Regina Tutelam or„ dines convocârunt: placuit, eis servitium „ præstari vel ad mortem vsque , non ob„ stante Papę excommunicatorio fulmine. „ Ecce autem repentè seditiosi homines „ exstiterunt, turbatores, atque obærati, re„ rum novarum studiosi, qui nunquam par„ cè velum Religionis obducunt rebus suis, „ qui soli hominum (si fides habebitur) sunt „ planè Catholici : isti in populo cæperunt „ disseminare illam doctrinam , quam ante

„ expoſui,quamque poſtea Ieſuiſarum ope-
„ râ ſatam in Gallia vidimus. Quid itaque
„ factum eſt in Navarreno Regno ? Sedi-
„ tioſi iſti alios omnes effecerunt veterno-
„ ſos, deſtitutos manibus pedibuſque, hos
„ Religione,illos ſeditioſorum interminan-
„ tium metu:adeò ut abavus & abavia tua,
„ ô Rex,in medio ſubditorum ſuorum ſine
„ ſubditis comperti ſint, & ſine milite per
„ medias acies.Nunquam denique defectio
„ proditioque exſtitit adeò fœda,& puden-
„ da,& miſerabilis, qua illi coacti ſunt tra-
„ hentes quaternos liberos,ex quorum uno
„ genus ducis,ô Rex,fugâ ſe in Galliam pro-
„ ripere, efficiente membranâ unâ Rom.
„ ſpatio unius horulæ,quod totâ Arrogania
„ & Caſtella tota mille annis non fuiſſet ef-
„ fectura. Cùm Regnum amittitur, poſt
„ trium aut quatuor præliorum inſignium
„ jacturam,quæ res innumeris aliis accidit,
„ id ſaltem aliquid conſolationis habet: ſed
„ ubi Rex ſe Regno expulſum videt, nemi-
„ ne ſubditorum contra ſtringente gla-
„ dium, Religionis prætextu; hoc verò in-
„ dignationes omnes deſolationes, & o-
„ mnes calamitates ſuperat, quæ apud ho-
„ mines excogitari poſſunt.

„ Sequente anno Rex noſter juſto dolo-
„ re percitus, quòd Regem Reginamque
„ ſuâ occaſione videret exules Regno,col-
„ lectis copiis tranſmittit Pyrenæos ſaltus,
„ & rectà Pompelonem petiit : quàm adeò
„ graviter preſſit, ut ab Inſula Villeriis &
„ Cannæo ſigna muris imponerentur oppi-
„ di; ſed ita fortiter eſt propugnata, ut re
„ infectâ oportuerit diſcedere. Poſt annos
„ 8. rogatu Henrici Albretani Navarrę Re-
„ gis, alterum exercitum ſubmiſit Rex
„ *Franciſcus*, qui Pompelonem recepit; ſed
„ mox iterum amiſſa eſt. In hoc bello *Igna-*
„ *tius Loyola* virum ſe præſtitit, & unus ex
„ ducibus ſignorum Hiſpanicorum fuit:ſed
„ rem ita geſſit pretio unius pedis,& altero
„ pede infirmior eſt factus ex vulnere. Hic
„ Dux, auctor, & Pater Ieſuitarum eſt.
„ Nunc vide, Rex, annon diſcipuli veſtigia
„ Magiſtri ſui ſecuti ſunt ? nonne ardens
„ ſuum ſtudium erga Caſtellanum impe-
„ rium, & extremum odium contra Gal-
„ liam ſcitè aluerunt?

„ Admodum fundator eorum juvit, ut
„ Navarreni perſtarent ſub Caſtellano ju-
„ go,diſcipuli verò aleæ ùnius prælii expo-
„ ſuerunt Galliarum libertatem. *Vnius* dico
„ nam unum prælium non poteramus per-
„ dere,quin te perderemus,ô Rex,qui nun-
„ quam aliud perfugium habere quàm ad
„ ſigna florum lilii voluiſti:te autem perdi-
„ to, ecquis non videt manſuram fuiſſe
„ Galliam, ſicut & Navarram ſervam, ca-
„ ptivamque ſub Caſtellano jugo ad remos
„ & vincula?Quid amplius? auctor iſtorum
„ fuit unus ex Ducibus præſidii Hiſpanici
„ Pompelone : diſcipuli verò, Lutetiæ per
„ triennium præſidium Caſtellanum loca-
„ verunt, atque defenderunt. Veruntа-
„ men hæc omnia nihil ſunt ad illud, quod
„ jam ſum dicturus. Loyolæ iſtius diſcipu-
„ li acri judicio prævidentes, Regis illius
„ Reginæque tam miſerè exturbatorum ex
„ hęreditate nepotem Caſtellanis olim ter-
„ rori fore, fecerunt quicquid in mentem
„ conjuratiſſimorum,ac ſummè capitalium
„ hoſtium venire poteſt, ut hanc ſobolem
„ perderent: quumque eam invito furore
„ ſuo in Thronum S. Ludovici evectam
„ animadverterent, & metum & conatus
„ ſuos contra ipſum Regnumque ipſius in-
„ geminaverunt, idem venenum in popu-
„ lum illius copiosè effundentes,quod olim
„ Regnum Navarræ perdiderat, & quod
„ nunquam in Galliam, niſi per iſtos ſubti-
„ les & audaces pharmaceutas poterat im-
„ portari.Nihil horum fugere hæredem il-
„ lum Catharinę Reginæ potuit; & tamen
„ neſcio quæ influentia,neſcio quod infor-
„ tunium æquè Gallis ac Navarrenis fata-
„ le atque inevitabile mox perſuaſerit, ut
„ eoſdem Loyolæ diſcipulos retineat in
„ Regno, ex quo ſolenniter juſſi ſunt per
„ Parlamenta ipſius exulare. Quis rem
„ tam inauditam unquam creditурus eſt,
„ poſtquam leoninâ pelle pugnatum eſt
„ tam diu, nunc eum ſe vulpinâ decipien-
„ dum exponere ? At non invenitur Iulius
„ Secundus in omni tempore.Certè;ac nec
„ ſemper exſtant quæ amittantur Regna.
„ Non opus eſt tot Iuliis : unico opus eſt, ſi
„ modo Gallos tam benè *Diſpoſitos*, quàm
„ Navarrenos invenerit.Pondera,ô Rex,e-
„ tiam atque etiam quod mox ſum dictu-
„ rus. Excommunicatio Sixti Lutetiam,
„ Lugdunum, Tholoſam, Maſſiliam, Am-
„ bianum,Narbonem, Aurélianum, Bituri-
„ gas.Nannetas,Trecas;Divionem in defe-
„ ctionem adduxit, & alia innumera. Quid
„ de Ieſuitis dicas?nonne ſtrenui ſunt mili-
„ tes, homines induſtrii ? ſi tantum ſpatio
„ triginta annorum progreſſi ſunt, quid
„ deinceps fuiſſent facturi, poſtquam tot
„ conſcientias commoverunt, & tot juve-
„ nes docuerunt, qui ad honores in diem
„ aſſurgebant?Cur in conſeſſibus ſenes fer-
„ mè omnes probi Galli, juvenes fermè o-
„ mnes inimici tui comperti ſunt ? Cur to-
„ ties filium planè adverſantem patris ju-
„ dicio vidimus, niſi quia ſenes lac Ieſuiti-
„ cum minimè ſuxerint?

Sed

„ Sed placétne, ô Rex, cognoſcere auda-
„ ciam iſtorum, quâ gloriantur magnum i-
„ ſtud & horrendum vulnus animis ſubdi-
„ torum tuorum à ſe fuiſſe illatum, quod
„ ſingulis diebus augent, ſcabunt, atque am-
„ plificant? Oportet eas ſolùm voces in ani-
„ mum revocari, quas ante tranſcripſi ex
„ Defenſionibus ipſorum. Ac propterea, in-
„ quiunt, videmus gladium in perſonam
„ multorum Regum in multis Regnis fuiſſe
„ uſurpatum: quod ſi non ſemper fuit utile
„ exercitium ejus, ſemper tamen utile po-
„ tuit eſſe: *Siquidem ſubjecti benè fuiſſent diſpoſiti: Nonne hîc perſpicuè clamant* ? Olim
„ non fuerunt Galli benè diſpoſiti ad de-
„ ferendos Reges, cùm primùm intona-
„ ret excommunicatio, ſed contra potiùs
„ ſtudium ſuum erga eos ingeminaverunt:
„ Nos verò triginta annis adeò bonam ma-
„ gnamque eorum partem diſpoſueramus,
„ ut parùm abfuerit, quin victoriam ſimus
„ aſſequuti. Quòd ſi artibus noſtris, & tam
„ variis hinc inde commendationibus nos
„ adhuc ibidem tutari poſſumus, tam benè
„ diſponemus Gallorum animos, ut ple-
„ num triumphum canamus altero im-
„ petu. Enimverò plurimùm fueris, ô
„ Rex de poſteritate meritus, ſi eam mi-
„ ſerè ſubjeceris ejus arbitrio, qui primus
„ inſidens ſanctæ ſedi partes Hiſpanicas
„ colet; eos homines reſtituendo, qui eò
„ audaciæ ſuperbiæque devenerunt, ut
„ ſchiſmaticam hanc doctrinam ſerant, de-
„ que ea glorientur, eam altâ voce procla-
„ ment, lociſque omnibus promoveant. Sic
„ opus accelerabitur. Et quorſum, ô Rex,
„ tot blanditiæ, quibus infantem in cunis
„ excipis, ſi eodem tempore ſtructores in-
„ tromittas, potentes arces in Gallia ex-
„ ſtructuros, ut ad primam tubæ ſignifica-
„ tionem ſubditi ejus tam attoniti enerves-
„ que reddantur, tam *diſpoſiti* quàm anno
„ 1512. fuerunt Navarreni? Annon id tibi ſa-
„ tis eſt, hâc doctrinâ ipſi Pompelonem e-
„ reptam eſſe, niſi & Lutetia per eam ere-
„ pta ſit?

„ Offerunt quidem tibi Ieſuitæ ſupplici-
„ bus tuis libellis, ſponſores, qui tibi &
„ tuis omne damnum præſtituri ſunt. Sed
„ inauditum mihi adhuc fuerat, ô Rex,
„ in cauſis Regni fideijuſſores dari. Ete-
„ nim apud quos judices poterunt cita-
„ ri, ſiquis ejectus, errans, vagabundus
„ eſt per orbem terratum: Rem tamen
„ oportet accommodari. Acquieſcamus er-
„ gò cautionibus, modò ſint idoneæ: alio-
„ quin fruſtra eſt.

„ Videamus, quænam futuræ ſint. Apud
„ tuos ſubditos, ô Rex, nemo futurus eſt o-
„ pulentus ſatis: nam ejus bona nè mille ſi-
„ ma quidem pars iſtius ſummę futura ſunt,
„ de qua eſt opus caveri. Apud exteros quę
„ idoneũ offerant, ut caveat de Regno Gal-
„ liæ? Video quid ſit, ô Rex, fideijuſſor, quem
„ tibi daturi ſunt, cavens de fide, de ſtudio i-
„ pſorum in ſervitiũ tuũ, eſt Rex Hiſpaniæ,
„ qui corpus ſuum pro corpore ipſorum pi-
„ gnori deditur us eſt. Hic tam opulentus
„ eſt, tum multarum ditionum Dominus,
„ *tam amat Galliam*: cur eum tenuas?

„ Atque hęc quidem de cautionibus, be-
„ ne eſt: tranſeamus ad cætera. Quid fiet il-
„ lâ columnâ, ô Rex, quę ante Curiam hanc
„ tuam præfert notam in marmore poſteris
„ noſtris illius ſtudii, quo magnus ille po-
„ pulus univerſus flagrat erga ſuum bonum
„ Regem, ſuum magnum Regem, liberato-
„ rem ſuum, qui eodem anno è cervicibus
„ ipſius jugum Hiſpanorum exemerat? co-
„ lumna magis honorata, magis glorioſa,
„ quàm illæ Trajani & Antonini cum an-
„ nis certantes, & immortalitati conſe-
„ cratæ?

„ Eámne adhuc ſtare ſines, ſi cõtra omni-
„ nò feceris, quàm tu ipſe Arreſto ſanxiſti,
„ quod tibi inciſum eſt? Quid dicturi ſunt,
„ qui contra videbunt, quam legent? hicci-
„ ne magnus ille Senatus Galliæ? ſunt quidẽ
„ ſculpta in marmore Arreſta ejus, ſed re-
„ vera contemptui ſunt, porerũtur pedibus.

„ Rem profectò pudoris plenam. Quid
„ ergò faciamus? eundum jamjam, & colu-
„ mna evertenda? Quid? evertẽda? Extarét-
„ ne in mundo quiſquam adeò infortuna-
„ tus, ut tibi abominandum iſtud conſi-
„ lium vellet ſuggerere, ut tu ipſe, ô Rex,
„ maximarum & ampliſſimarum victoria-
„ rum tuarum trophæa ſubruas? tuam me-
„ moriam metu & puſillanimitate itáne
„ fœdes? ut quemadmodum primũ ex ſtre-
„ nuis Regibus noſtris annotemus eum, qui
„ effregit jugum Romani imperii, ſub quo
„ miſeræ Galliæ tot annos languerant; ſic
„ te è diverſo in perpetuum hiſtoria anno-
„ tet fuiſſe primum, qui fractus ad manda-
„ tum Romæ, ipſe tuas laurus avulſeris,
„ marcidaveris palmas tuas, monumentaq;
„ miſerè dejeceris rerum tuarum fortiter
„ geſtarum, & beneficiorum tuorum erga
„ Regnum tuum & Lutetiam tuam, domi-
„ cilium magni hujus Imperii, gloriam Eu-
„ ropæ, & Mundi Miraculum?

„ Proh, quid ampliùs Generalis Ieſuitarũ
„ optare poſſet? ſi magna acies Hiſpanica
„ deducta à ſuis & ſuorum ſedecim virorũ
„ reliquiis univerſa per muri labem ingre-
„ deretur Lutetiam, nonne initium ab ef-
„ fractione iſtius columnæ facturi eſſent?

„ Galliámne pati, ô Rex, te Rege, te man-
„ dante maximam turpitudinem, facinus-
„ que maximum quod ab insolentia Castel-
„ lana unquam subire possit?

„ Si postridie felicis illius conversionis
„ tuæ, ô Rex, in fanum Dionysii adveniss-
„ set Angelus è cœlo, qui tibi Lutetiam o-
„ stendens dixisset, Iesuitæ præsidiumque
„ Hispanicum, quod in magna illa urbe lo-
„ caverunt, & quod in ea continent ha-
„ bendo conciones apud populum in gra-
„ tiam illius, hi soli impediunt ingressum
„ tuum, desiderant te in ea omnes boni; in-
„ gredieris tamen istis sceleratis invitis, &
„ brevi; Post novem menses dabunt operâ
„ ut trucideris, sed non poterunt efficere:
„ magnus ille Deus supernè avertet ictum,
„ facietque ut confiteatur parricida nefa-
„ riam Iesuitarum doctrinam & quotidia-
„ nos eorum sermones contra te habitos, i-
„ psum perduxisse, & impulisse in cædem
„ tuam : Dabit etiam Deus ut ista decla-
„ ratio insuper scriptis & propriâ manu i-
„ psorum comprobetur : Itaque omnes in
„ exilium mittentur : tu verò septimo post
„ anno restitues eos ad eversionem Regni
„ tui, & desolationem familiæ tuæ : si [in-
„ quam] Angelus è cœlo hæc tibi prædi-
„ xisset, ô Rex, fuisséne pro vero habiturus
„ sermonem illum? Minimè gentium pro-
„ culdubio : adeò postremum hoc caput à
„ tua voluntate pendens tibi visum fuisset
„ alienum. Vide tamen, si placet, vide quàm
„ propè abfueris à perficiendo hoc malo,
„ tam citò oblitus mali, quo affecerunt te,
„ & quotidiè possunt afficere homines isti,
„ qui antiquos Reges nostros *Rebelles* vo-
„ cant, quòd sua diademata, coronas suas
„ ad primum strepitum excommunicatio-
„ num contra ipsos emissarum in solum
„ non affixerint, & qui furiosæ istius do-
„ ctrinæ consectarium istud innumeris de
„ populo persuaserunt, Regem defunctum
„ nostrum *Tyrannum* & *Rebellem* extitisse:
„ quæ res profectò ei cruentam mortem
„ attulit.

„ Non ponis tibi, ô Rex, ante oculos ima-
„ ginem excelsam, pallentem, cogitabun-
„ dam, tristem magni illius Principis, opti-
„ mi tui fratris; ut erat quum affectus vul-
„ nere & sanguine madens, paternum stu-
„ dium testabatur tibi ad extremum usque
„ halitum, amplexando te in media sua a-
„ cie, totâ madente lachrymis, & ultionem
„ spirante?

„ In superis agit, beatus est, mortuus pro
„ libertate patriæ, pro liberis ex captivitate
„ liberandis : contemplatur actiones tuas.
„ Quid? irrita facere te Arresta Parlamenti
„ sui, facta contra parricidas ipsius, qui ipsum
„ viventem cultro mactari curaverunt,
„ mortuumq; suis pugionibus confoderunt,
„ proclamnando in universa Europa : Eo-
„ dem die, quo nos Bundegalâ jubebat eji-
„ ci, vitâ depulsus est: Ajunt, eum mandavis-
„ se ut S. Macarii compingeremur omnes
„ ibidem jugulandi, nisi jugulatus fuisset
„ prius? Non est unicus Iesuita, ô Rex, cor-
„ pus Iesuitarum est, Iesuitę omnes, qui suis
„ literis, annalibus, solennibusq; in univer-
„ sa Europa decantant hunc Triumphum.
„ Europa autem? imò in universo terrarum
„ orbe in suis coloniis, ubi nunc crudelia
„ effecta suarum propositionum periculi
„ plenarum ostentant, ubi tropæum sta-
„ tuunt cruentum indusium nostri defun-
„ cti Regis; superba, inquam, spolia primi in
„ Mundo Regis, quasi de cœlo tacti toni-
„ trubus, quæ in Galliam vibrari curave-
„ runt, ubi ante adventum ipsorum nullis
„ unquam viribus extiterant.

„ An ergò placeret, ô Rex, consolatio-
„ nem, quæ restat nobis eripere, & solam
„ notam, & monimentum solum, quod ne-
„ potes nostri de cæde Regis defuncti, &
„ Domnini nostri defuncti habituri sunt?

„ O miser Domine mi! ô miser Princeps
„ Domine mi! si nihil aliud potui, hos sal-
„ tem extremos fletus, has ultimas lacrymas
„ humillimi servi tui & fidelissimi subjecti
„ habeas: fortè etiam suspiria comitabuntur
„ decies centies mille Gallorum me legen-
„ tium, si non hac ætate, at certè posteriori-
„ bus; Cur enim singultus mei, cur mei ge-
„ mitus non durarent tantum, quantum
„ boni Galli in terra duraturi sunt?

„ Si majores nostri ô Rex, venenatam i-
„ stam excommunicationis doctrinam, &
„ de potestate Regnorum transferendo-
„ rum hausissent, magna hæc successio non
„ fuisset ad te usque ventura; olim tuis ma-
„ joribus avulsa esset. Exilium Iesuitarum
„ est sceleratæ istius doctrinæ exitium ve-
„ rò doctrinæ istius, vita est & gloria &
„ splendor regalis familiæ tuæ. Si qui
„ contra apud te dixerint, eam videre
„ humi prostratam cupiunt. Rem tenes:
„ quod si tenens non medicaberis, sub-
„ ruis ipse fundamenta Regni tui, quæ
„ tuum est confirmare.

„ Magnanimus & generosus Regis ani-
„ mus non solùm in bello spectatur, in prin-
„ cipiis feræ aciei accendens nobilitatem
„ suam, fultus multiplicibus undequaq; plu-
„ mis, ut sit hostibus conspicuus, proritans
„ audaciam illorum & lanceárum silvam,

„ quam mox fulmineo impetu protriturus „ est: sed magis adhuc elucet, ô Rex, in magnis gravibusque negotiis regni consilio „ tractandis. Ibi prudentia opus est emicet: „ sed exterminandus omnis motus displi„ cendi, omnis creandæ molestiæ formido: „ hæc te indigna est, indigna Rege Galliæ, „ etiamsi non esset id, quod es, Rex Galliæ „ legem aliunde, quam à Deo non patitur. „ Vide, ô Rex, quid justum; vide, quid tibi, „ posteris tuis, & Regno tuo utile: aliud ne „ spectes.

„ Ius est, ô Rex, ut Arresta Parlamenti „ tui, Parlamenti Galliæ, mandentur exe„ cutioni in Gallia: hîc maximè Regni tui „ vires. Quis ergò tibi auctor est, ô Rex, „ ut brachium dexterum ipse præcidas ti„ bi? revera, mentitis nominibus Rex „ Philippus est, qui cupit, qui instat, qui „ molitur. Frater tuus est, novi, sed con„ siliis periculosis utitur. Iuvenis est, am„ bitiosus est, magnus est: scit Regi„ næ Catharinæ hæreditatem à se deti„ neri, ab hoc verme arrosum fuisse ani„ mum patris ad mortem decumbentis. „ Dum vixit, assentatus est ipse sibi, fre„ tus Iulii potestate: quum verò sensus e„ jus quòd sibi coram magno domino co„ ram magno Iudice mox comparendum „ esset, horrorem attulit; tum inquisitionis „ illius assentationes, blanditię Iesuitarum „ illius non potuerunt ipsum contra scien„ tiam ipsam, contra conscientiam suam de„ fendere, necesse habuit loqui, necesse te„ stari, & istam perturbationem, istam facẽ, „ ista tormenta dispositione testamentariâ „ allevare. Verùm tantum abest, ut hoc te„ stamentum filius velit exequi, ut contra „ infinita, incredibilia consilia agitet: sola „ Gallia inhibet cursum illius. Quàm foret „ ipsi commodum, si haberet semper in vi„ sceribus magni hujus Regni homines cer„ tos, promptos, acreis, forteſque exequen„ dis omnibus optatis ipsius, quovis pericu„ lo? Quàm commodum, si semper haberet „ exploratores adeò pervigiles, adeò auda„ ces; adeò peritos dissimulandi arcani, ut „ quisquis sive Gallus, sive extraneus in Re„ gnum conspiraturus, nunquam dubitet „ eos appellare? In aliis conventibus fieri „ potest, ut unus pro altero per errorem ac„ cedatur, proditio veniat. Sic fecit Barre„ ria: si institutum suum Iesuiticum solùm „ retexisset, erat de te omnino actum. Quid „ unquam commiserunt simile Templarii „ in Gallia? Humiliati in Italia? Franciſca„ ni conventuales in Hispania? Infinita qui„ dem est potestas Regum, fateor: sed i„ ta, si conjunctam habet prudentiam, vir„ tutem Principem principum. Quum ma„ gna culpa commissa est, admodum est „ difficile, plerunq; impossibile ut curetur. „ Quis putas, ô Rex, deinceps sit cogitatu„ rus de consilio ullo contra istos agitando, „ quamvis in Regnum tuum, in caput tuum „ machinentur? quis porrò actor esse velit? „ quis testis? quis judex? Existunt principio „ homines, ô Rex, qui improbis obsistunt: at „ ubi se desertos vident, ubi domos suas à „ serpentibus circumclusas vident, qui ali„ quando irrumpentes liberos suos voraturi „ sunt, eo fit ut desperent omnes, eo animus „ abjicitur: tandem verò paulatim quisque „ flectitur, se quisq; accommodat: ô vocem „ Regibus periculosissimã! si defunctus Rex „ in vivis esset, haberet quod diceret super „ hac re: hoc uno defectu eò devenit, quò „ tandem deductus est. Ex ejus exemplo, ô „ Rex, utilitatem cape, etiam ex finitimorũ „ exemplo observa, unquámne Carol. V. aut „ filius ejus, magni illi politici, in publica „ Regni causa, infirmari siverunt aut percel„ li administros suos. Observa, an unquam „ homines admiserint, qui in suspicionem „ apud se vocari possent. Etiamsi Majest. tua „ nihil spectaret ampliùs, quàm primam Ie„ suitarum institutionẽ, ortum, progressum, „ locũ, unde veniunt, eos tibi abominatio„ ni esse oporteret. Postquã verò horrenda „ effecta expertus es, quibus graviora hostes „ maximi optare nequeant: & ab ista exitia„ li & periculosa secta magno Arresto, libe„ ratus: quâ specie parricidas tuos in Regno „ tuo restituas, seditionẽ in populo tuo, fa„ ctiones in provinciis tuis, quæ plus tran„ quillitatis ab exilio Iesuitarum, quàm „ prius totos annos 30. expertæ sunt?

„ Non vult tentari Deus: jam te his, ô „ Rex, à cultro illorum vindicavit, circum„ dedit te nunc tot bonis Prælatis Docto„ ribusque, tot doctis atque devotis Reli„ giosis omnium ordinum plenis probita„ te, doctrinâ, obsequio, studio erga Majest. „ tuam, millies aptioribus ad exaltandã no„ stram Religionem, nostram Catholicam, „ quàm sint homines isti imbuti hac exitia„ li hæresi, cujus fundamentum unum est, potestas mutandi Regna, adimendi huic, & tradendi illi. „ Cur spernas ipse gratiam, „ quam tibi fecit divina bonitas, te è sepul„ chro, ex ulnis mortis educendo? Mortis „ per eos optatæ, appetitæ, conjuratæ, qui „ Galliam eodem feretro cum duobus suis „ postremis Regibus elatam sepultamq; vo„ lunt? Non metuis, ô Rex, ne offẽdas, eum, „ qui admirationi vult esse providentiam „ suam, & sibi gratias haberi de bonitate & „ protectione sua? An tibi in dubium venit

præ-

„ præsediſſe ipſum magno illi conſenſui, „ magno Parlamento totius orbis terra- „ rum auguſtiſſimo, conſilia ineunti de „ rebus ad vitam ſui Principis, & con- „ ſervationem Regni pertinentibus? Quid? „ Hoc Arreſtum à te infirmari? Et qui „ ſcis, ô Rex, an illud ſit in cauſa cur ad- „ huc vivas? quî ſcis an Deus hoc uti vo- „ luerit ad te in vita ſervandum? hoc u- „ ti propugnaculo adverſus impetus illo- „ rum? potéſne perveſtigare judicia & ar- „ cana ejus? an neſcis magnas abyſſos eſ- „ ſe?

„ Deus ille Optimus Maximus, qui è „ cœlo novit figmenta, hypocriſin, ve- „ nenum, quod in pectore Ieſuitæ fovent: „ Deus ille maximus, qui novit conſilium „ perpetuum, eſſentiale, invenis ipſorum „ radicatum, de evertenda gloria coronæ „ hujus atque Monarchiæ: det tibi gra- „ tiam, ô Rex, ut benè ab amicis Ieſui- „ tarum diſcernas amicos Alexandri: & „ exſecutionem jubendo magni illius Ar- „ reſti tui, probes toti Chriſtiano orbi, te „ æquè tibi benè prudenterque cavere „ poſſe à technis, artibus, cuniculiſque „ tectis tuorum hoſtium, ac fortiter ma- „ gnoque animo frangere, diſſipare, & „ perdere copias, & vireis apertas ipſo- „ rum, &c.

Ieſuitæ petunt reſtitui in Regno Gallia.

Accidit autem opportunè pro Ieſuitis, ut Anno Chriſti, 1603. Rex ex Mediomatricibus revertens, per Virodunum iter faceret. Tunc enim ab Academicis Ieſuitis rogatur, ut interdicto decreti Pariſienſis, qui in Virodunenſi ludo literario verſarentur, eximantur, quòd ditionis Gallicæ non ſit Virodunum. Rex Arreſto non comprehendi reſpondet, eâ tamen lege, ut qui in Pontamuſſina Schola literis dant operam Virodunum redeant, in Galliam reverſionis dat fiduciam, ſi in poſterum ſint fidi clientes, Regem illis fore propitium.

Vt hæc ſecunda aura illis affulſit, deliberatum à Virodunenſibus & Pontamuſſinis Ieſuitis de Rege adeundo & alloquendo. Hebdomadâ igitur magnâ ante Paſcha, Ignatius, Armandus, Caſtellerius, Broſſardus & Turrius à ſodalitio miſſi opportunè adſunt feriâ S. in Cœna Domini. Rex de more & myſtico ritu majorum, 13. pauperum pedes abluit, detergit & exoſculatur, cuilibet cum regali epulo 13. nummis argenteis attributis.

Poſt prandium, Varanneo Ieſuitis ad regium colloquium aditum faciente, Ignatius in hæc verba loquutus eſſe dicitur. „ Cùm primùm avito Regno, numinis „ ſtupendis auſpiciis, potiri, Rex Chri- „ ſtianiſſime, tibi cœlitus tributum, ſum- „ mas in te virtutes, quibus Reges & Prin- „ cipes omnes, qui antecеſſêre, longè ſu- „ peras, agnovimus, ac potiſſimum regiæ „ Celſitudinis teſſeram & ſummum orna- „ mentum, maximam virtutum Clemen- „ tiam, quâ perduellium graviſſimas offen- „ ſas condonâſti, eâdemque in nos quoque „ æquanimiter uſurum confidimus. Sed ô „ ſecularium rerum ſpes lubricæ, in primor- „ diis Regni, cùm omnium noſtrorum ſo- „ dalium vota & obſequia in te conſpira- „ rent, feralis caſus & nulli noſtrûm præco- „ gnitus contigit, quo veluti ingenti turbi- „ ne perculſi, à te non ſolùm alienati, ſed ex- „ torres facti ſumus: quocunque tamen ter- „ rarum ſparſi fuimus, nec in te Principem „ noſtrum, nec in patriam ingenium, amo- „ rem & debitum obſequium, nec ſpem „ tuæ manſuetudinis exuimus, quamvis „ congerie omnium ſcelerum malevoli „ nos apud te cumulaverint, hac unâ ſpe ſe- „ curi, noſtram innocentiam, aliquando „ diſcuſſis nebulis famæ inſultantium, ti- „ bi exploratam fore confidimus, rati no- „ ſtrarum ærumnarum tempus eſſe mede- „ lam. Fiducia illa tuę clementiæ antea ob- „ ſcurior, ut hunc Regni angulum tuo aſpe- „ ctu illuminâſti, liquidius affulſit, & ad tua „ genua advolvere cogit, rogamus ne mo- „ râ tuæ gratiæ beneficium diutiùs protra- „ has, cùm nobis nihil ſit acerbiùs, quàm „ illâ excludi, finibuſque patriæ ſemotos, „ quibus alienas & peregrinas gentes juva- „ mus, non poſſe ingenio & induſtriâ nata- „ lem Galliam proſequi. Heu; nimis explo- „ ratum nobis eſt, apud te longè alios quàm „ ſimus, inſimulatos habitoſque fuiſſe, hoc „ eſt omnium flagitiorum colluvie conta- „ minatiſſimos, Regno & omnibus Ordini- „ bus exitiales: gentem noſtram ut novam „ & nova molientem, Gallicanæ Eccleſiæ „ adverſam, denique quæcunque deterri- „ ma livor & impietas comminiſci potuê- „ re, in nos omnibus diris & devotionibus „ congeſtum. Sed ſodalitia noſtra non ſe- „ mel à proavis Regibus Galliæ, & Cu- „ riæ placitis probata ſunt, ut quæ lon- „ gè antea à Pontifice max. Chriſtianæ „ Reip. ſalutaria ſancita ſint; ex quibus tan- „ quam ex inſtructiſſima officina, adverſus „ bacchantes hæreſes tela promi poſſint. „ Privatæ conſtitutiones contubernii no- „ ſtri, quæcunque nobis falsò tribuuntur, ut „ divinis præceptis & mutuæ dilectioni „ prorſus diſſentanea diſtrictè prohibent. „ Quòd ſi vera ſunt quibus falsò inquina- „ mur, noſtra Societas non ſolùm ad ſalutê

anima-

„ animarum esse non potest, sed ad præ-
„ sentissimum exitium. At quis credat,
„ ingenio & rerum scitu dignissimarum
„ scientiâ pollentes homines, ultrò se in
„ Societatem nostram dedere, quæ, ut
„ causantur malevoli, omnium facino-
„ rum sentina sit & vorago? num verò
„ proximum est qui salutem quærunt, in
„ eùm non appellere portum, in quo per
„ tot scelera certum sit animæ naufragium.
„ At inquiunt, nos penitissimo obsequio
„ Generali nostro devinctissimos, eaque ca-
„ thena votorum, ut ei in omnibus & per
„ omnia simus audientes. Non abnuimus,
„ nos ut membra capiti nostro penitissimè
„ obsequi, sed Regibus, Magistratibus &
„ politico regimini minùs esse obsequen-
„ tes non prohibemur, quin eo ipso adigi-
„ mur, & Apostolico præcepto, quo deviis
„ & minùs rectè dominis subditos obtem-
„ perare necesse est. Adjiciunt, venari nos
„ & inescare ad sodalitium nostrum ex pa-
„ triciis familiis selectissimos adolescentes,
„ ut his accitis hæreditatis suæ ad nos fiat
„ accessio. Qui hæc de nobis fabulantur,
„ minùs rectè & accuratè privatas nostras
„ leges noverunt, quæ severissimè distin-
„ guunt, ne quemlibet ullâ arte ad institu-
„ tum nostrum pelliciamus, divino spira-
„ mini cætera relinquentes: abundè mu-
„ nus nostrum impleviſſe credimus, si ju-
„ venes rectè & probè in Scholis nostris
„ doceantur: Vel exemplis hoc liquet, in
„ Gallia nos non esse hærediperas, cùm
„ ex nulla gente instituti nostri Profesſo-
„ res sint quàm Galli; Lutetianum, quod
„ in urbe regia ita proclamatur ab invidis
„ fuisse opulentum, coacervatis Claromon-
„ tani Episcopi & præsidium S. Andreæ &
„ Hannequini piis largitionibus, vix tria
„ millia librarum annui reditûs adæquat.
„ Quid tantillum illud ad tot Professorum
„ in omnibus disciplinis centurias? Ne ma-
„ gno Regi in tot publicis negotiis longior
„ Oratio tædio aut damno sit, uno verbo
„ tuam illam nulli negatam clementiam
„ deprecamur, nos, qui tui indigenę su-
„ mus, Hispanis, Italis & Germanis,
„ ceterarumque gentium commilitonibus
„ nostris, erga te inofficiosiores esse no-
„ lumus, nec eam tibi non præstare fidu-
„ ciam, vel cum præsenti vitæ discrimi-
„ ne, quàm illi Regibus Principibusque
„ gentilitiis præstant. Sacra tempora, pas-
„ si Christi, quæ nunc colitur, lugubris
„ recordatio, nobis æqua postulantibus
„ patrocinari videntur; sanguis ab eo in
„ ara crucis pra noxiis mortalibus ultrò ef-
„ fusus, ad indulgendum nobis concitat.
„ Tantâ gratiâ indignos nos fatemur, sed
„ concessum indultumque velis esse Chri-
„ sto, in cujus nomine magis de ejus gratia,
„ quàm de meritis nostris confidentes, no-
„ stra hæc postulata facimus.

Postquam dicendi finem fecit Ignatius, Rex pauca hæc respondit; *Nihil à Senatu Parisiensi incogitatò in Iesuitas pronunciatum esse, nullò etiam se in eos ferri odio, nedum in aliquem mortalium; jubet verbis enunciata scripto exarata sibi tradi.* Habebant illi codicillum recitatæ orationis in promptu, quem ut Rex accepit, Villeregio tradit, præcepitque Ignatianis, ut in aulâ solennia Paschæ peragerent.

Postridie Dominicæ Resurrectionis admissis in lararium, non levis benevolentiæ specimen dedit, palàm testatus, toto Regno esse reduces non solùm se cupere, sed eorum operâ etiam uti velle, Ignatio dat in mandatis, ut Lutetiæ cum Coloneo ad se veniat.

Paulò post cùm Rex & Regina per Lotharingiam iter faciunt ac Nancei divertunt, sororem, Principesque Lotharingos iuvisuri, Iesuitæ Regiæ pollicitationis memores, cunctatione non ampliùs opus esse arbitrantur, dum enim incalescit ferrum tundendum, ut vulgò dicitur, Regem adeunt, rogant, urgent per se & alios: Fronto Ducæus & Richomus apologeticis libellis de objectis criminibus sodalitium suum excusant purgantque, quàm sint Regno necessarii ad juventutis Christianæ educationem, stirpitusque eradicandas hæreses prędicant.

Pontificio legato deprecatore utuntur, nec ille parùm negotium maturavit, æmulorumque molitiones irritas fecit. Clementis quoque Pontificis Rom. intercessio, cui Rex nihil unquam negatum esse voluit, Iesuitarum causam vehementer promovit.

Postliminio reversuris in Galliâ plurimi obluctantur, dicentes, vim Arresto & pyramidi fieri: illis Regno & urbe receptis, exitii monimentum alto vertice fastigiatum & literatum funditùs destruendum diruendumque: standum esse rebus judicatis, nihil in eos incogitanter, invidè & malevolè decretum: obelisco everso Senatus Consultum labi & corruere: infirmatione rerum iudicatarum Regna convelli: Senatum Parisiensem cæteris qui sunt in Gallia præstare, cùm ille olim unus esset, à quo universum Regnum jus acciperet: atque hanc gloriam sibi privatim vindicâsse, ut sit Parium Franciæ Senatus: isto ariete non solùm pyrami-

dem illam, flagitiorum proscriptionis tabellariam, sed totam Parlamenti machinam concuti: ac longè plura adversus Frontonem, Richomum & Iesuitas omnes objiciebantur Regi.

Iesuitæ restituuntur in Regno Galliæ.

Nihilominus Rex, ut sibi uni reditum suum in Galliam deberent Ignatiani, edixit, ut Tholosæ, Auxis, apud Garites, Ruthenos, Burdegalæ, Petrogorii, Ratiasci, Turnoni, Albenati & Bitteris, ubi antea precariò agebant, perpetuò & quietè illis esse liceret: Divione præterea & Lugduni antiquas sedes repetere, & novas Flexiæ instituere, vel in regia natalitia, in qua Rex conceptus ac natus est.

Iesuitæ recipiuntur in Gallia certis conditionibus

Admissi sunt autem & recepti in Galliam non simpliciter, sed sequentibus conditionibus, *Primò*, Ne ulla Collegia in Civitatibus Regni, aut Provinciis Regi subjectis, „ sine expressa Regis permissione instituant, sub pœna amissionis omnium privilegiorum, & beneficii hujus, ex merâ Regis gratiâ ipsis concessi.

Secundò, ut omnes Iesuitæ in Gallia natione Galli sint, nec quemquam exterorum, seu alterius nationis in Collegia sua admittant aut recipiant, sine Regis peculiari permissu, peregrinis si qui jam inter ipsos inveniantur, omnibus à se dimissis. Avenionensem tamen & Venetensem Comitatum verbo exterorum vel peregrinorum non comprehendi.

Tertiò, ut semper aliquem habeant natione Gallum, qui Regi à sacris concionibus esse, & de omnibus negotiis rationem totius Societatis nomine ipsi reddere possit.

Quartò, ut omnes jam admissi, vel in posterum forsan admittendi, purum præstent jusiurandum, eoque se obstringant, nihil se molituros, quod in perniciem Regis, vel Regni salutisque publicæ vergere possit: cujus jurisjurandi formulam juridici Prætores ad Cancellarium mittant: qui jusjurandum detrectaverint, Regno protinus extorres sint.

Quintò, ne quid bonorum immobilium, sive emptionis, sive dationis nomine, ad se transferant, nec ab illis etiam accipiant, qui transitum ad Societatem suam faciant, sed hæredibus legitimis id omne relinquant.

Sextò, ut legibus statutisque Regni, sicut reliqui omnes clerici, libenter se subjiciant.

Septimò, ne quid vel Ecclesiasticorum vel Politicorum negotiorum suscipiant tractentque, in prejudicium Episcoporum, Capitulorum & Academiorum Regni, sed ordinariis constitutionibus per omnia se conformes gerant.

Octavò, ut nulla Sacramenta, & ne pœnitentiæ quidem, aliis quàm sui Ordinis hominibus administrent, sine permissu Archiepiscoporum & Curiarum, quibus singuli subjecti sint.

Nonò, ut habeant unde vivere & sustentare se possint, non permissum ipsis solùm est à Rege, uti frui reditibus, quorum ante hæc tempora participes fuerunt, sine ullo impedimento, sed & de proventu annuo 1000. coronatorum ad 20. annos in urbe Parisiensi, ipsis liberalissimè prospectum est, literis super hac re scriptis & Sigillo regio munitis.

Iesuitarum propagatio in Gallia.

Restituti suis penatibus Ignatiani ludisque literariis, in præscriptis urbibus, sensim se effundunt, inque dies vires majores acquirunt. Avarici Biturigum etiam, Rothomagi, Ambiani, Rhodonibus antiqua Collegia repetunt, ac tùm suâ, tum Ædilium Decurionumque intercessione nova condenda impetrant. Lutetiæ verò mediâ Academiâ, non Scholam Claromontanam, in qua docere non fuit permissum, sed sacrarium & secessum seniorum Ludovici indigetis titulo insignitum, Borbonii senioris Cardinalis sumptibus conditum, repetunt.

Pyramis in memoriam ejectionis ex Gallia Iesuitarum erecta destruitur. Prosopopœia pyramidis

Quia verò pyramis, in memoriam Iesuitarum ejectionis ex Gallia, ejusque inscriptio Iesuitas singulariter mordebat, ideò ex singulari Regis clementiæ & gratia in Galliam iterum admissi & recepti, quiescere noluerunt, donec eversionem hujus columnæ sive pyramidis à Rege impetrarent. Hâc igitur destructâ, libellus quidam linguâ Gallicâ prodiit, in quo per insignem prosopopœiam columna ipsamet ita loquens introducitur: „ Comprime os tuum Per„ verse, ut lapides loquantur, attendi„ te verò vos ex Gallis meliores quicun„ que, cùm alii aures ad audiendum non „ habeant, Sum quod non eram antea, „ Pyramis nempe seu lapis mutus, vos ad „ audiendum excitans, & columna auditu „ sensibusque aliis destituta, quo vobis jam „ excitareconabor. Loquor jam, non exi„ stens amplius, & cùm adhuc essem, loque„ tem me nemo audiit: De bonitate & gra„ tia plus conqueror, quàm de sævitia & „ crudelitate, ut iisdem mediis elever ite„ rum quibus disiecta sum, & in memoria „ hominum excitem id, quod de terra dela„ tum est, per justitiâ elevata ego, per mise„ ricordiam destructa & in nihilum redacta „ sum; misericordiâ autem dico intempesti-

vam,

„ vam, cùm æquè miſericordiæ adverſum
„ ſit omnibus ignoſcere, quàm gratiam de-
„ clarare nemini. Per parricidam prognata
„ ego, eâdem ratione, quâ bonæ ex malis
„ moribus leges natę ſunt, ſurrexi, ictus cul-
„ tri, in faciem maximè conſpicui in hoc
„ orbe Regis, delatus, me in maximè con-
„ ſpicuam hujus orbis faciem ſtatuit, ſed
„ videte quæſo rerum humanarum fluxibi-
„ litatem: Ego quæ aliquot perdurare &
„ numerare debeam ſecula, vix luſtrum
„ vidi unicum, Quid poſteros dicturos
„ exiſtimem, cùm viderint me fundatori-
„ bus meis ſupereſſe non valuiſſe? Quis
„ non mirabitur oblivioni tam citò tradi-
„ tum eſſe, quod in monumentum perpe-
„ tuæ recordationis excitatum erat? Et
„ quis rebus mundanis fidei aliquid habe-
„ bit in poſterum, cùm & firmiſſima con-
„ ſilia, mutationibus ſubjecta deprehen-
„ dantur? quod marmor quæſo tam ſo-
„ lidum reperietur, ut tempori non cedat?
„ quæ conſilia tam firma ſint, ut robur mi-
„ hi perpetuum conferant? quis credat
„ goſſypio, tantam ineſſe vim ut vel exi-
„ gua ejus particula, tot lapides marmo-
„ reos demoliri & diſſipare queat? Vix e-
„ quidem hactenus Cottonii ſive Goſſypii
„ virtus omnibus innotuit. Verùm dicite
„ mihi quæſo vos, qui Cottonii ſectamini
„ Societatem, & Ieſuitarum vobis nomen
„ vendicatis, quando Galliæ Regno tanta
„ officia exhibuiſtis, ut tantam promereri
„ gratiam potuiſſetis? Condemnati haud
„ ita pridem fuiſtis, recténe an ſecus, dici-
„ te? ſi minùs rectè, iniquè equidem vo-
„ biſcum actum eſt, cùm in exilium ejice-
„ remini: At ſi rectè, ſententia equidem
„ ſemel pronunciata, quomodo mutata eſt?
„ injuria profectò nobis nulla facta eſt, quid
„ enim ad hoc promerendum, unquam à
„ vobis intermiſſum fuit? Certè non juven-
„ tutem ſolùm corrumpere, ſed & adultio-
„ res ad univerſalem aliquam ſeditionem
„ inflammare cordi vobis & curæ ſemper
„ fuit, quod quidem uſque adeò notum &
„ manifeſtum omnibus eſt, vt ullo ullius
„ Cottonianæ eloquentiæ colore & fuco
„ obliterari obfuſcariq; poſſit: Quòd igitur
„ reverſi in Galliam eſtis, miſericordię Re-
„ gis unicè acceptum referre debetis, qui
„ vel proprię ſalutis immemor, vos in Ma-
„ jeſtatis ſuæ perniciem ex exilio revoca-
„ vit, ſed redire tamen abſque peculiari fa-
„ cinore Religio vobis fuit, nec aulam in-
„ gredi regiam, quàm per interitus mei por-
„ tam voluiſtis. Verũ enim verò quid vulgò
„ prædicari audio, Galliæ Ieſuitas Regno
„ prodeſſe? Certè, ut opinor, propter novæ
„ hujus ſectæ Religionem. Sed quid? pro-
„ piùs ne ad Catholicam Religionem ac-
„ cedunt quàm Sorboniſtæ, à quibus hære-
„ ticorum ſunt adſcripti numerò? Ad of-
„ fenſionem equidem potiùs quàm ad ædi-
„ ficationem eos comparatos dixerim; At
„ informandis puerorum ingeniis aptiores
„ ſunt quàm tot Collegiorum per univer-
„ ſam Galliam Rectores. Quid audio? præ-
„ ſtantiores ne ex illorũ Collegiis, quàm ex
„ aliis Gallię Academiis prodiêre viri? At
„ numquid non corruptores juventutis de-
„ clarati ſunt? Cur ergò in me demolienda
„ vires ſuas exercuerunt? At prudentia
„ ſua Regi pluſquàm Conſiliarii aulici pro-
„ fuêre? Credo: Verùm nunquid non in-
„ juria ipſi facta, cùm in exilium mitte-
„ rentur? ſi non, quis enim hoc dixerit,
„ quid igitur in Gallia vobis negotii eſt?
„ Carere utique veſtrâ operâ Galli facilè o-
„ mnes poſſunt, quod ipſum ſatis etiam
„ ſuperque ex finibus vos ſuis ejicientes
„ declarârunt, ſed impudentiam vide: ve-
„ rum eſſe quod dico, nolentes credere,
„ neceſſariò in Galliæ ſeſe Regno adeſſe
„ opottere, toti perſuaſum eſſe Mundo
„ expetunt. Quæ quæſo impudentia eſt,
„ ſi hæc non eſt, velle Gallis, præter &
„ contra voluntatem eorum admiſceri, &
„ per poſticum reverti ubi per anticum eos
„ ejecerint? Sed quid? Annon hoc me-
„ rita veſtra Regno declarata effecerunt?
„ Annon hinc probitatis veſtræ argumen-
„ tum egregium peti poteſt? Sunt equi-
„ dem vel ex ipſa prognati, iniquitate a-
„ liqui, qui probi habentur, contra verò
„ qui vitam ſuam Dei Regiſque miniſte-
„ riis poſtponere non dubitârunt, impro-
„ bi exiſtimantur. Qui ſint illi quæritis?
„ belli motuumq; variorum tempore, Deo-
„ rum accenſebantur numero: At pace
„ jam compoſitâ, pro idolis iterum haben-
„ tur, regebant tùm temporis communem
„ populum contra Regem eum inflam-
„ mando moderantur. Age malè egerunt,
„ & puniti ſunt. Quid Prodeſt autem o-
„ dioſa hæc repetere & revocare? præ-
„ ſtaret equidem Lyſandrum cum proli-
„ xo ſuo ſermone ſepultum eſſe: At non
„ indignum videri columnis Gallicis, ſub-
„ verti ſeſe ab Hiſpanicis columnis puta-
„ tis? Quamvis enim pœnitere aliquem
„ nunquam debeat eorum quæ benè forti-
„ terque geſſit, videtur tamen melius eſſe,
„ mali aliquid interdum perpetrâſſe, ſi me-
„ lior reproborum quàm piorum conditio
„ eſſe debeat. Quid Ieſuitę? quoties quæſo
„ & ſcriptis & vivâ voce, licere ſubditis Re-
„ gem ſuum interficere profeſſi ſunt? nihil-

Ieſuitarũ propagatio in Gallia.

Pyramis in memoriam ejectionis ex Gallia Ieſuitarum erecta deſtruitur, Proſopopœia pyramidis

„ ominus tamen Regem quasi devinctum
„ sibi deducunt, seducentque indies magis
„ magisque, si verbis ipsorum aures peten-
„ tes diutiùs habuerit. Non quiescunt enim
„ Iesuitæ, & petulantia eorum modum non
„ habet, cuius rei vel egómet testis sum, cu-
„ ius eversionem donec impetrarent, quie-
„ scere nullâ ratione poterant. Reversi sunt
„ itaque Iesuitæ in Galliam, non ut ab exi-
„ lio revocati Religiosi, sed ut triumphan-
„ tes quasi de potentissimo orbis huius Re-
„ ge, quem lenociniis suis demoliri & sub-
„ vertere coegerunt, quod perpetuum laudis
„ suę monumentum non ita pridem statue-
„ rat. Insolentiam hic vide & superbiam!
„ recusabant redire in Galliam, nisi Galliæ
„ Rex prius statuas magnanimitatis suæ
„ monumenta demolitus esset. Cæsar olim
„ superato Pompeio supersesse ejus statuas
„ voluit, suas uti stabiliret rectiùs; At vos
„ superati & proscripti, jamque ex mera
„ gratia iterum restituti, reditu vestro plus
„ abutimini, quàm si libertate Regni super-
„ esse, victores & superiores fuissetis. Quis
„ enim credat, si Gallis Regno ejectis omni-
„ bus, Hispanis introducere vobis licuisset,
„ amplius aliquid audere vos potuisse,
„ quàm condemnationis & sententiæ in
„ vos latæ monumentum tollere? Sed us-
„ que adeò nihil hac ratione profeciisse vos,
„ persuasum vobis habeatis velim, ut pro
„ desolata & eversa Pyramide una, quæ
„ conspici non nisi uno in loco poterat, a-
„ liquot hominum millia excitaveritis, qui
„ per universum orbem prædicent & pa-
„ làm profiteantur, justè vos & legitimè di-
„ stinctis aliquot judiciis, Gallicę iuventutis
„ corruptores, pacis tranquillitatisque pu-
„ blicę turbatores, Regis proditores, & pa-
„ triæ vestræ desolatores, declaratos pro-
„ nunciatosque fuisse, &c.

Alius etiam in Pyramidis huius destructionem hæc scripsit:

At vos ô Socij, quid vasta ruina juvabit?
Pyramidis læsæ marmora muta jacent:
Marmora muta jacent: sed facta nefaria dum Sol
Fulgebit cœlo, fama loquetur anus
Vel, si comprimet hanc metus ingens fortè pericli,
Contemptrix hujus charta loquetur anus,

Epigrãma super restitutione Iesuitarum in Gallia.

Exaravit etiam alius Epigramma ad Regem Christianissimum Henricum IV. super restitutione Iesuitarum. Sic autem habet.

Francorũ summas qui nunc moderaris habenas,
Iũraq; Francigenis summa cum laude ministras
Inclyte REX, *sit pace tuâ mihi pauca referre*
Concessum, facilisq; animo mea dicta reconde,
Vera canam, liceat tantùm mihi dicere vera.
Tertius HENRICVS, *cujus nunc sceptra tueris,*
AVGERIVM *coluit Patris instar, eiq; salutem*
Credidit, & summo semper dignatus honore est,
Ignorans quòd CHRISTE *tuũ qui nomen vbiq;*
Et vitam jactent, studia in contraria currant;
Tantum sæpè valet sanctæ simulatio vitæ.
Sed postquam sese falsa sub imagine victi,
Mendacique diu pietatis fallier umbra
Sensissent, moresque tuos IESVITA *notâsset,*
Tandem pœnituit: Quis enim modò crederet illis
Qui Christum simulant & latrocinia vivunt,
Queis magis in votis nihil est, quàm nomine SANCTI.
FOEDERIS, *è solijs Dominos depellere avitis,*
Et Reges jugulare pios, populumque fidelem
In proprios animare Duces & ad arma ciëre,
Sceptraque FRANCORVM *raptori tradere Ibero,*
Cunctaq; terrarum Papæ submittere habenis.
Nec satis impunè est scelera hæc committere, ipso
Instinctore Deo fieri, numenque supernum
Iratum posse haud aliâ ratione moveri,
Vnanimes uno ore canunt, scelerumq; magistros,
Et percussores Regum, cœlumque mereri
Deberique Deo, toties repetuntque docentque,
Indigeteſq; vocant Regumq; Ducumq; latrones.
Quàm sint vera equidem nostri Rex maxime, nosti,
Si meminisse voles, neq; longè exempla petenda,
Intus habes, nam tu, vel nemo, conscius horum
Esse potes: si vel dentis, vel cætera vitæ.
Tempora perpendas, vix, nec vix tutus in aula
Nunc hodie es, licet ipse sacros amplectere PAPAS
Et veluti primus dicaris filius esse.
Præteriti memor esto, animoq; futura revolve
Si potes, & tibi sit Rex Lusitanicus, & tu
Perpetuò exemplo: Quis enim majore adamavit
Progeniem hanc zelo, similiq; affecit honore?
Quâ mercede? jacet Regno spoliatus avito,
Et procul à Patria peregrinis casus in oris,
Consilio Iesuita tuo delusus & arte:
Hoc meruit probitate suâ, eximioq; favore,
Quo te dira lues, quo te furialis Erinnys
Plus justo affecit; sed quemnàm servit in usum
Hæc dixisse tibi toties, eademque referre,
Si mens certa manet sævas revocare locustas,
Harpyijsq; animarum antiquas reddere sedes
Et denuò innumeris Regnum objectare periclis?
Quid juvat ad surdas facere irrita verba procellas,
Et frustrâ infandum toties iterare dolorem?
Sæpè adimit mentem summi Regnator Olympi
Principibus, meritis statuit cùm plectere pœnis
Et Regem Populumque suum non æqua ferentes.
Si te fortè putas hinc terq; quaterq; beatum,

Indu-

Induperatorem quia te Ieſuita ſalutat,
Quodq; tuas vires lateq; patentia ſceptra
Prædicet, atq; tuas in laudes ora reſolvat;
Falleris ô Princeps ſcelerati fraude COTONIS,
Cantando pariter teq; & tua perdere Regna
Iam dudum ille parat, nec enim nova crimina tentat
Antiquus ſcelerum ſtructor, Magiæque ſacerdos.
Nonne vides nil poſſe prius neq; ſanctius eſſe
Mancipijs Papæ, ſtygij quàm juſſa Parentis.
Fraude doloq; pari ad decretum ducere finem?
Reſpice quid ſtatuant, te ſolo nomine Regem,
Et titulo tenus, at proprio nil jure poteſſe.
A Patre latronum niſi ſit conceſſa poteſtas,
Quem penes arbitrium faciunt Regniq; tuique.
Sic te, quem Regem & Dominum Rex maximus unxit,
Hac lege agnoſcunt, Papæ ſi juſſa miniſtres,
Quo ſine nulla tuis reverentia debita ſceptris,
Qui (modò ſic libeat) peregrino tradere Regna
Veſtra poteſt Dominoq; alij committere habenda.
I nunc, rurſum illas recipe in tua regna Cicadas,
Materiamq; novam Vertumvis trade nocendi;
Sanguinis effuſum haud ſatis eſt ſi forte furores
Et rabiem illorum validis compeſcere frænis
Fixum animo teneas, ſpecie lactaris inani,
Ne quicquamq; tui prætendis commoda regni,
Nil prodeſſe queunt Regalia ſceptra, tuorumque
Auxilia Heroum fortéſq; in prælia dextræ:
Obſtricti remanent ſpecialis nomine voti,
Quod violare nefas vel cum diſcrimine vitæ.
Ius jurandum ipſum ſi voto forte repugnat,
Servandum eſſe negant; Quid enim magis eſſe profanum,
Aut magè turpe poteſt, quàm ſacris ludere pactis
Vinclaque divini violare ſacerrima juris?
Tantane & Impietas à tanto Rege ferenda eſt?
Scrutare ipſe, licet (nec enim niſi iuſta requiro)
Quid Ieſuita paret, penituſque introſpice, & omnes
Doctrinæ partes vitæq; evolve receſſus,
Aſpicies, nitidâ veluti depicta tabellâ,
Inclyta geſta Patrum, (qui falsò nomen Ieſu
Præfigunt fronti, titulisq; illuſtribus ornant,
Quo magè dira cohors, magè quo ſcelerata propago,
Occultis ſtudijs, & multâ callida fraude,
Prælucere alijs, vulgoq; imponere poßit)
Et quæ præterea non ullis cognita ſedis
Occurrent Rex magne tibi, & mea dicta probabũt.
Nullum unquam in terris magis execrabile monſtrum
Exſtitit, ô ſuperi; non peſtis ſævior vlla
Chriſtiadum terras corrupit & infeſtavit.
Non ſcelus admiſſum eſt Ieſuitis inde remotis.
Singula quid referam? nil non damnabile præſtant,
Immunes operum, contemtoreſque ſacrorum,
Impuri, immites, ſcelerati, & dira luporum
Semina, celantes agni ſub vellere virus
Et Stygijs genitore ſati qui præſidet umbris.
Certior eſt aliunde fides: propria inſpice tantum
Scripta Patrum, arbitrio ſtabit ſententia veſtro,
Ipſa licet volvas ſinuoſa volumina magni
Richonij, ſolus Ieſuitarum eſſe Patronus
Qui modo ſuſtinuit multis è millibus unus,
Atq; illi comitem adiungas ſociumque COTONEM,
Omnia cognoſces, proprijſq; docebere libris.
Inſuper ah faciet miſeranda Eccleſia cunctis
Gallica noſtra fidem, quo nunc ſub pondere vaſto
Vix animam trahit immuneris oppreſſa ſtatutis,
Servitiumq; tuoſque Eſavita exoſa furores,
Antiquæ deflet proh Libertatis honorem.
Aurea Libertas ſic, ſic calcabere, ſicne
Illa tibi frænum injiciet Ieſuitica peſtis?
Vltima fæx hominum Sathanæq; excrementum,
Quo nil terra tulit peius nec fædius unquam.
Ergóne Libertas, quam tu LVDOICE *tuorum*
Virtute, & proprio peperiſti ſanguine nobis
Eripienda data eſt? Ergo hac tibi lege relictum eſt
A proavis tritaviſq; tuis BORBONICA *proles*
Francorum Imperium, tandem circumſpice, tandem
Erige te rurſumque antiqua imitare tuorum
Geſta Patrum, priſcoſque atavorum reſpice honores.
Ceſſatum ſatis eſt, ſanam ſemel arripe mentem,
Atque animo perpende tuo, tecumque revolve,
Officium præſtare pium, civemque vocari,
Qui quantum in ſeſe eſt, pro Libertate tuenda
Proſpicit imperio, & Regi ſua jura reſervat
Integra, quiq; cavet ne quid Reſpublica damni
Accipiat, priſcóve ſuo viduetur honore.
Contrà etiam veſtrum eße puta curare ſubinde,
Ne quid fortè novi perturbet publica rerum
Commoda, civileſque ciat mala factio motus,
Sic poteris Rex eſſe diu, populoque præeſſe,
Quem divina tibi commiſit cura regendum.
Ergo ſi quis amor, ſit te quæ cura fatiget
Imperij, Populique tui, propriæque ſalutis,
Ne temerè admittas inferno Acheronte remenſam
Progeniem, denuoq; caput, Regnumque tuoſque
Objice mille malis, quibus haud virtute reſiſti,
Nec telis armiſve poteſt, ſat viximus eheu
Peſtiferis agitati odiis, ſcelerumque referti,
Non opus eſt aliunde novis accerſere terris
Fœdifragos, teneræ deceptoreſque iuventæ:
Sat natura mali per ſe corrupta miniſtrat.
Cuinam hominum ignotum eſt Ieſuitas nocte dieque
Nil meditari aliud, quàm quâ ratione modóve
Priſca ſtatuta queant, patriaſque evertere leges,
Inq; locum, antiquis totum in contraria, nobis

Iura dare, & ſanctos privata ad commoda ritus
Flectere, nulli unquam quod poſt mutare licebit,
Vt te dein placitis cogant ſubſcribere, teque
Pro libitu ad nutum ducant decretaque condant
Duratura magis quàm quæ ſculpuntur in ære,
Aut quæ Dalmatico fulgent inciſa metallo.
Det Deus Omnipotens, penes eſt quem ſumma poteſtas,
Inclyte Rex, ne tu deceptus fraude COTONIS
Melliti alloquio capiare, æquamque remittas
Iram, animumque tuum, juſtas qui exarſit in iras,
Et pœnas meritò ſcelerata à gente poposcit;
Sufficiat lacrymâſſe tuos, pœnaſque dediſſe
Francigenas toties, metuo ne denique nobis
Plura ferenda manent mala quàm quæ ſenſimus olim,
Auctores ſcelerum denuò ſi in viſcera Regni
Admittas faciliſque illorum audire querelas,
Vt fert fama, paras, priſcoque in honore locare.
Parce tibi, nobiſque ſimul, communia utroſq;
Fata manent, prohibe inſtantem ſubitamque ruinam
A Regnis populiſque tuis, nam te ſine Ranis
Permiſſum nihil; At crimen fautore levatur.
Quid juvat à vitiis Regnum purgâſſe, ſuâque
Editione omnes ſceleratos inde potenti
Ejeciſſe manu, propriâ ſi denique culpâ
Reſtaurentur, & in multo majore habeantur
Reſpectu? è quibus heu lateri conſtanter adhæret
Alter, ita excultus magicis virtutibus: ut ſe
Scire canat quæ vos ſemper fortuna manebit,
Sic mentem atq; oculos objectis faſcinat umbris,
Viribus inferni pollens & fraude parentis.
Alter ita eſt fidens tantumque pudore remotus,
Defunctum ut Regem, Serpente nocentior omni,
Non dubitet ſcriptis proſcindere, & interea illi
Hoc impunè licet, nullo prohibente furores.
Quo tandem erumpet monſtroſa licentia? Reges
Sic ne licet lacerare ſacros, odiiſque agitare?
Iam, jam tempus erit Regum Rex maxime, mentem
Dirigere hûc populumque tuum Regnumq; tueri:
Quo res noſtra loco, qua ſit fortuna videmus;
Veſter honos agitur, Mundi pulcherrima tellus
Opprobriis vexata jacet, reliquiſque pudori
Gentibus eſt, miſerere tui, miſerere tuorum;
Iura patrum, rituſque ſacros, legeſque atavorum
Reſtitue, afflictæ ſua da medicamina genti,
Non indigna peto, propriam quoque reſpice famam,
Et nomen Regale tuum, tituloſque decoros.
Ne tua Roma ſalax, manibus poſt terga revinctis.
Colla premat, priſcoque tuo te fraude honore.
Perpetuum Imperium, longævos Neſtoris annos,
Denique cœleſtem requiem tibi quiſq; precatur,
Inclyte Rex, & ne videar muteſcere ſolus,
Hæc eadem tibi vota fero, & quia dicere coràm
Non mihi conceſſum eſt, fungatur epiſtola noſtro
Officio, & tutum teneant mea carbaſa portum,
Præterea hæc noſtris accedunt vota tabellis,
Finibus ut Patriæ Ieſuitas pellere Chriſti
Nomine digneris, regniſque avertere peſtem,
Quam veſtro, & populi capiti impendere videmus,
Haud incerta queror, nec quæ ventoſa per orbem
Ventilat, indignis paſcens rumoribus aures,
Fama, tibi obtrudo, ſed cunctis obvia, quæ non
Immeritò injiciant Regi populoque pudorem
Non latet hoc quemquam, quantum Ieſuitica turba
Afferat imperiis tandem populiſque malorum,
Quo ſemel illa pedem fixit, torrentis ad inſtar
Cuncta rapit, viduaſque opibus, domibuſque potentes
Exuit, & famâ, & titulis defraudat avitis,
Nec ſatis hoc, Regna evertit, penituſque ſuperbis
Deiicit è ſoliis Reges, qui talia demens
Vlterius perferre queat? ſi exempla petantur,
Scilicet haud opus eſt peregrinos volvere faſtos,
Scriptaque maiorum impigrè ſcrutarier; ipſa
Tempora noſtra dabunt quæ nos meminiſſe pudebit;
Si pudor ullus ineſt, quid enim vel ante malorum
Perpeſſi ſumus? ah! quos non fœdavimus amnes
Sanguine? & infeſtos miſerè ſatiavimus hoſtes?
Impius interea graſſatur Barbarus, & nos
Turca ferox ridet, miſeranda Eccleſia juſtas
Vix lacrymas cohibere poteſt, eheu ubi priſca
Relligio, ſanctique Patres, atque inclyta Regum
Gloria? quo tandem miſeri pervenimus! ah quæ!
Quæ non pertulimus! quæ non ventura timemus!
Serius hoc vidit, vidit tamen ultimus HEROS
VALLESIÆ *ſtirpis, qui quamvis ſe eſſe putaret*
Delitias Papæ, primaſque in amore tenere,
Nil minus interiit ſicâ intereremtus iniquâ.
Qui ſemel evaſit ſcopulos, ſcyllamque voracem,
Neptuno monſtrante viam ventiſque ſecundis:
Naufragus immeritò fluctus incuſat & imbres
Immiteſque Deos Pelagi, ſævamq; Charybdim,
Neglecto cuſtode Deo, ſi incauta carina.
Obruitur, tandem & ſterili ſepelitur arenâ.
Stabat Roma potens, & adhuc cum laude ſuperbis
Ius dabat imperiis cùm prudentiſſimus Heros
Occaſum interitumque CATO *prædiceret, eheu!*
Det Deus ô Princeps ſimilis quandoque ruina
Ne ſubeunda ſiet Regi, miſeroque popello
Inſidiiſq; doliſq; & iniqui fraude COTONIS.
Hic ſermo mellitus, & hæc dulciſſima verba,
Ille quibus veſtras, Rex maxime, detinet aures.
Incantator atrox, magico ſunt plena veneno,
Permittente Deo; qui quando imponere finem

Imperijs

Ieſuitæ Seæani Scholam aperire conãtur.

Conatus Ieſuitarũ Aurelijs.

Imperijs ſtatuit, meritaſque expoſcere pœnas,
Iudicio ſenſuque omni regeſque Duceſque
Exuit, & tandem populum cum Rege relinquit.

Ieſuitæ Sedani Scholam aperire conãtur.

Ieſuitæ autem immemores tanti beneficii Regis, & conditionum quibus rurſus in Gallia admiſſi ac recepti fuerunt, poſt tranſactionem Henrici IV. Regis cum Duce Sulioneo anno 1606, factam, cùm Rex Lutetiam rediiſſet, ſupplici libello eum exceperunt, poſt gratulationem, de ſucceſſu, quo proſpero in hac expeditione uſus eſſet, & ſimul Scholam ut ſibi Sedani aperire liceret petierunt. Rex autem reſpondit, ſe quidem aſſenſum ſuum daturum facilè, modò id à Duce obtinere poſſint : conatu igitur irrito diſceſſerunt.

Conatus Ieſuitarũ Aurelijs.

Ieſuitæ etiam ex Societate ſua miſerunt aliquem Aurelias Quadrageſimali tempore, ut ibi concionaretur, confeſſiones audiret & Miſſam celebraret, ſed factum hoc magna cum civium indignatione. Nam neglecto hoc ſuo officio in id ſolùm totus incubuit, ut ſuperioris temporis Legiſtas in ſuas partes pertrahere poſſet. Hoc cùm ex animi ſui ſententia ſucceſſiſſet, rumorem ipſe & adhærentes in urbe ſparſerunt, Regem omninò velle atque jubere ut Ieſuitæ in urbem recipiantur. Regi contra perſuaſerunt, Aurelianenſes nihil magis cupere & exoptare, quàm ut Ieſuitæ in urbem intromittantur. Rex annuit illis benignè, & conceſſit ut Collegium in hac urbe extruant, modò id cum licentia & conſenſu civium fiat. Hoc verò quum primùm cives reſciverunt, in unum convenerunt, ibique Tourvilleus Advocatus urbis, multis gravibuſque argumentis in medium adductis, probavit, non ſine ingenti damno & periculo Ieſuitas, irrequietum, ſuperbum & arrogans hominum genus, in urbem recipi poſſe. Placuit hoc conſilium præcipuis Senatoribus & civibus, decreveruntque unanimiter, non recipiendos eſſe.

Hæc breviter de Aurelienſibus: de Trecenſibus, in gratiam Germanorum & Helvetiorum meorum, ut eſt ex Gallica in Germanicam linguam tranſlatum, bonâ fide integrum adſcribam.

WARHAFFTIGER BERICHT,

Was sich in der STATT TROYEN in Franckreich / bey dero von den Jesuiten daselbst gesuchter einkommung / vom iahr 1603. biß auff den Monat Julium 1611. zugetragen.

NAch dem die Jesuiten / krafft deß zu Pariß im September Anno 1603. außgangenen Edicts / wider inn Franckreich einkommen: haben sie sich / durch ihre geschwinde Räncke / deren sie / ihr fürnemmen ins werck zu richten / sich zu gebrauchen pflegen / inn die vornembste Stätte des Königreichs einzuschleichen / vnderstanden. Man hat gewisse nachrichtung / daß die Obersten in ihrer Societet einmütig beschlossen gehabt / im *Collegio* zu Pariß nicht hart auff die schulhaltung zu dringen / damit sie desto leichtlicher in allen Provintzen vnd vorneñen Stätten in Franckreich einen freyen eingang hetten.

Hierzu zu gelangen / vnd damit der König ihr fürhaben desto weniger mercken solte / haben sie Ihr May. durch etliche ihrer vetrawten zu verstehen gegeben / daß dieweil ihre Mayestet gleichsam aller Vatter in diesem grossen Königreich were / dieselbe ebener massen / wie sie ihren Vnderthanen den Frieden zu wegen gebracht hette / auch die lehr vnd vnderweisung ihnen ins gemein wider erstatten wolte / und das sichs nicht gebürte / daß die Statt Pariß allein / einer so lieblichen vnd angenemen Frucht geniessen solte: dardurch wurde Ihre Mayestet bey den Vnderthanen desto mehr geehrt vnd geliebt werden. Auff diß scheinbarlich anbringen / hat der König ihnen erlaubt / sich allenthalben in Franckreich / da es ihnen anstehen wurde / niderzulassen.

In der Provintzen Champagnien haben sie auß vrsachen / die heruach sollen gemeldet werden / ihre augen vnd gemüht sonderlich auff die Statt Troyen gerichtet. Zum anfang ist es ihnen zimlich gelungen / dieweil sie drey vornemme Personen / die ihnen vber die maß gewogen vnd zugethan waren / angetroffen haben / nemlich den Herren Bischoff / den Präsidenten vnd *General* Leutenant / vnd den Schultessen in der Statt / welche auß underschiedlichen und sonderbaren vrsachen / die hernach in diesem bericht erklärt werden sollen / ihr eusserstes gethan haben / die Jesuiten in der Statt Troyen zu installiren. *M. Jacob Nivelle*, der fast zwantzig Jar lang / ein Jesuit von gelübd vnd *profession* gewesen / vnd noch einer im hertzen vnd gemüth ist / hat auch nicht wenig darzu geholffen.

Als die Jesuiten vmb bekräfftigung ihrer widereinkommung zu Troyen anhielten / ist der Herr Johann *Dautruy* Schultes daselbst / welcher etlicher gemeinen geschäfften halben gen Pariß kommen war / in eine Herberg / da Herr *Vestier*, Dechant in der Thumkirche / vnd einer seiner Brüder / der Statt Raht / auch lagen / eingekehrt. Auff einen Feyrtag fragt er sie / ob sie wolten den König sehen zu mittag essen: welches sie verwilligt / vnnd sich mit ihm dahin verfügt haben / wußten aber nicht / was er vorhatte / vnd machten ihnen keine gedancken / daß er sie vervortheilen / vnnd ihrer gegenwart zur verrichtung dessen / darvon hernach / mißbrauchen wolte.

Dautruy gehet in des Königs Kammer hinein / vnd redet heimlich mit einem seines anhangs / *Mr. René Breslé* genandt / welcher der Kön. May. Almosenpfleger / vnd zu einem Bischoff gen Troyen fürgeschlagen war.

Wie nun der König nach eingenommener Mahlzeit sich wider in sein Gemach verfügen wolte / vnnd die Königin bey der hand führte / hat ihm *Dautruy* an dem Ort / da er fürüber gehen solte / einen fußfall gethan / welches der Herr *Vestier* vnnd sein Bruder ebener massen auch gethan / dieweil sie meinten / daß *Dautruy*, welcher Schultes war / etwas / daß die gemeine Statt angieng / dem König fürzubringen hette. Da thet *Breslé* das wort / vnd sprach zum König: Es seind / Herr König / der Schultes vnd die Einwohner der Statt Troyen / die Ewer May. vnderthenig ist ersüchen / daß sie ein Jesuiter *Collegium* bey ihnen haben mögen. Der König gab dem *Breslé* kein antwort / sonder sagte stracks zur Königin / Diser ist meiner Almosenpfleger einer / vnd ist allein zum Bischöff gen Troyen fürgeschlagen worden / gleichwol wil er schon albereit die Jesuiten daselbsten einführen. Der Herr Dechant *Vestier*, vnd sein Bruder / kundten sich nicht gnügsam über der behenden antwort des Königs verwundern: gleichwol kame ihnen deß Schultessen küne that vnd fürnemmen noch viel seltzamer vor / daß er also für sich selbst / auß eignem trieb / vnnd ohne vorwissen der anderen Stände in der Statt / vmb die Jesuiten anhalten dörffte. Vnd that ihnen sonderlich wehe / daß sie ins Königliche Schloß vnder dem schein / als solten sie den König sehen essen / in der that aber / damit ein so betriegliche bitt durch ihre gegenwart desto mehr krafft vnd ansehens hette / waren geführt worden. Darüber sie in eine verbitterung wider den *Dautruy* gerathen / vnd ihme seine vntrew vnd gewalt / den er zur zeit der *Liga* wider seine Mitburger geübt / verwiesen haben. Der *Breslé*, welcher damit vmbgieng / daß er ihm die Jesuiten verpflichtete / vnnd durch ihre furbitt seine Bullen beym Bapst vmb sonst bekommen möchte / hat

diese

diese sach beym König zutreiben auff sich genommen/ vnd dermassen angehalten/ daß nach dem er Ihre May. vberredt/ als solte die Bitt/ die *Dautruy* der Jesuiten halben gethan hatte/ mit bewilligung aller Einwohner geschehen seyn/ er ein schreiben *dato* deß *Februarii* 1604. deß innhalts/ wie hernach folgt/ erlangt hat.

Demnach wir uns gegen unsern lieben getrewen/ die Einwohner vnser Statt Troyen/ in allem/ was uns müglich/ gnedig vnd günstig zuerzeigen willens seyn: Als haben wir auff das inständige anhalten vnd *supplíciren*, so vns von vnsern auch lieben getrewen *René Breslé*, unserm Raht unnd verordneten Almosenpfleger/ den wir zugleich zum Bischoffgen Troyen ernannt haben/ wie auch obgedachten Einwohnern geschehen/ zulassen/ &c. Dieser Brieff hat auch eine besondere clausul/ den Jesuiten zum vortheil: Das alles/ was ihnen so wohl von gemeiner Statt/ als von einem ieden insonderheit/ wurde gestifftet werden/ es weren gleich fahrende oder ligende güter/ solte angenommen werden vnd gültig seyn.

Als diß Patent von Schultessen *Dautruy* auff dem Rathhauß eingeliefert vnd abgelesen worden/ gab es bey allen/ die zugegen waren/ ein groß stillschweigen vnnd verwundern/ vnnd hielte ein ieder darfür/ daß es nun mit ihrer freyheit auß were/ dieweil man Jesuiter bey ihnen einlosieren wolte/ vnd das fälschlich fürgeben wurde/ als solten sie dieselbe begert haben/ da sie doch niemals das geringste wort darvon geredt hetten: vnd gieng die gemeine rede dahin/ das *Dautruy*, der mehr auff sein *privat* nutz als auff gemeiner Statt wolfahrt sehen thete/ solches hinder ihnen expracticiert hette. Dieweil aber *Dautruy* die Gemüter der Einwohner durch diß erst schreiben zu seinem willen nicht lencken können/ hat er dem *Breslé* wider zugeschriben/ der ein anders *dato* 18. *Maij* 1604. außgebracht/ darinn diese wort stunden: Daß Ihre May. die einnemmung der Jesuiten in der Statt Troyen höchlich begerte/ vnd daß Ihr dieselbig zu sonderem gefallen gereichen wurde. Da diß ander schreiben nicht mehr würcken wolte/ als das erste/ kam ein drittes den 29 *Iunij* nechstfolgend/ in welchem dem obersten *Supplication*meister/ Amptmann zu Troyen/ oder seinem Leutenannt/ das jenige so im schreiben befohlen worden/ zů vollziehen aufferlegt worden. In diesem schreiben geschach kein fernere meldung der fürgewandten *supplication* deren von Troyen vmb ein Jesuiter *Collegium*: da war nun ein ernstes gebott an die Einwohner: ihre freyheit ward in eine noth zugehorchen verwandelt: man vnderstůnd sich/ durch deß Königs befelch durchzubringen/ das erstlich den namen hatte/ als hetten sie es selbsten gesucht.

Inzwischen leßt man einen *Provincial* Jesuiten sampt etlichen seiner Mitbrůder gen Troyen kommen/ welche anzeigten/ daß sie auß sonderlichem befelch Ihrer König. May. nit aber auff das ansůchen der Einwohner kommen weren. Für das Zehrgelt/ so ihnen auff der Reyß auffgangen/ sind ihnen auß der Statt Rechenkammer zweyhundert vnnd zwentzig Cronen vnnd sechs schilling gereicht vnnd gefolget worden. Da sie nun in der Statt seyn/ besichtigen sie mit fleiß alle gelegenheit darinnen/ damit sie ihnen bequämen Platz zu einem newen *Collegio* erwehlten: dann sie fürgaben/ das alte/ welches mehr dann zehen tausent Cronen gekostet/ were zů klein für sie. Nach dem sie alles wol durchsehen vnnd erwogen/ so forderen sie endtlich tausent siben hundert Cronen Järlichen rennten/ die zweytausent Cronen/ die ihnen für einmal zu erweiterung ihres *Collegij* gereichet worden/ wie auch eine andere ansehenliche summ/ die sie ihre *Bibliothec* mit Büchern/ vnnd ihre Wohnung mit Haußrath zu versehen/ empfangen hatten/ nicht mit eingerechnet. Auff diß vbermässiges begehren sind etliche von den Einwohneren hefftig erzürnet worden/ andere haben nur ihr gespött darmit getrieben/ vnnd gesagt/ es liesse sich ansehen/ als wann diese gute *Patres* zum raub vnnd plünderung einer zweyten Troyen kommen weren: zugeschweigen daß die Statt durch die letzte Kriege dermassen erschöpfft vnd zu ruck gesetzt worden/ daß sie auff die achtzig oder hundert tausent Cronen schuldig were: Belieffe also das jenige/ daß die Jesuiten zu ihrem vnderhalt begerten/ nicht viel weniger als den halben theil dieser Summen: vnd were das ein feiner weg/ der Stadt bald auß ihren schulden zu helffen. Endtlich geben die Einwohner diese Antwort/ daß wann es je deß Königs wille seye/ daß sie die Jesuiter einnemmen solten/ seyen sie vrbietig zu gehorchen/ doch daß Seine Mayestet geruhe/ ihnen gnugsamen vnderhalt vnnd einkommen zu verschaffen. Etliche von denen/ die den Jesuiten zugethan waren/ baten sie/ solches bey dem König selbsten anzubringen. Also zog der *Provincial* vnnd seine Mitbrůder wider darvon/ vnnd hatten weiters nichts außgerichtet/ dann daß sie den Orth besichtiget/ auff der Statt vnkosten wolgelebt/ vnnd etliche vrsachen ihrer vermeinten *Visitation* auffs Papier gebracht haben: darein sie getruckt was ihnen gefallen/ mit namen/ daß man ihnen viel angebotten hette: welches ob es wol ein lauter gedicht gewesen/ iedoch haben sie sich hernach darauff wider die Einwohner gründen wollen.

Man hat von etlichen ihrer vertrawten verstanden/ daß sie vnder allen Stätten im Champagnien fürnemblich nach der Statt Troyen trachten/ vier vrsachen halben/ die wol zu mercken. Die erste ist/ die schönheit vnnd gelegenheit der Statt vnnd daß man wegen deß Passes vnnd gemeiner Landtstrassen/ leichtlich auff Pariß/ Lotringen/ Burgund/ Flandern/ Teutschland/ Brieff bestellen/ vnd von dannen wider bekommen kan. Die andere/ daß sie ihnen gewisse hoffnung gemacht/ daselbst mit der zeit zwey Häuser auffzurichten/ Nemblich ein *Profession* Hauß im Spital zur

Dreyfaltigkeit/ welches am schönsten Orth in der Statt ligt/ nahe bey dem Korn vnd Weinmarck/ wie auch dem Wechsel: Darnach ein *Collegium*, da das ietzige stehet/ welches sie für hatten vmb ein gutes zuerweitteren/ vnnd mit Wohnungen zuvermehren. Die dritte war wegen der Erbschafft *P. Merat*, der deß Herren von *Droü* elteſter Sohn war/ vnnd den sie im siebenzehenden Jahr seines alters entführet/ vnnd im Jahr 1585. von Pariß weggenommen haben/ dahin ihn sein Vatter/ nach dem er ihn von *Pantamouſſon* abgefordert/ zu studieren gesandt hatte. Diese güte *Patres* bildeten ihnen ein/ daß wann sie zu Troyen ihren fůß würden gesetzt haben/ sie würden ihre sache leichtlich wider deß von *Drou* erben außführen. Es seynd ihrer viel/ die von ihnen gehört haben/ daß das ienige/ so dem *P. Merat* für sein theil zugefallen/ mehr dann dreyssig tausent Cronen werth sey/ vnd daß sie solches zu auffrichtung eines *Collegij* zů Troyen verordnet haben. Zum vierdten/ so hatten sie bey den letzten Kriegsempörungen der *Liga* erfahren/ daß kein Volck in gantz Franckreich sich leichtlicher vnder dem schein der Religion auffwickeln lasse/ als die zu Troyen: vnnd daß ihnen diß ein gewisses mittel sein würde/ das Regiment der gantzen Statt an sich zu bringen/ wann sie nur zwo oder drey Personen genommen hetten/ die sie schon zu irem willen hatten/ nemlich den Herren Bischoff/ den Præsidenten vnd den Schultessen. Vmb welcher vrsachen willen sie sich mit aller macht bemühet/ in Troyen einzunisten/ vnnd ist der verzug/ den die von der Statt gegen ihnen eingeworffen/ dem öbersten ihrer *Societet* gantz hinderlich vnd beschwerlich gefallen/ wie solches abzunemmen auß dem register der fragen/ die *P. Cotton* dem Teuffel/ welcher *Adrianam du Freſne* beſeſſen/ vorgehalten hat/ da vnder vielen andern/ die deß Königs Person/ vnd die heimlichste vnd wichtigste sachen deß Reichs betreffen/ diese mit namen auffgezeichnet seyn: *Quid Ambianenſe Collegium impediat, quid Trecenſe*, das ist/ was die auffrichtung deß *Collegij* zu Amiens vnd zu Troyen verhindere? Zwar ob wol die Jesuiten in allen iren händlen/ die sie fürnemmen/ sich gantz embsich vnd vngestům erzeigen: iedoch spůret man nicht/ daß sie sich hefftiger bearbeitet/ irgend einen sitz zu haben/ als in der Statt Troyen/ vnd dieweil sie gesehen/ daß man ihnen nichts geben wolte/ haben sie sich erbotten/ damit zu frieden seyn/ daß sie allein daselbſtiren vnderschleiff haben möchten: welches bey vielen frommen leuten ihr suchen sehr verdächtig gemacht hat.

Die in der Statt/ die ihnen ihre einkom̃ung liessen angelegen seyn/ nach dem sie vermerckt/ daß es an nichts anders mangel/ den erwůnschten zweck zůerreichen/ dann daß man ihnen ein reiches einkommen verordnen kondte: haben sie alles anhalten so lang anstehen lassen/ biß der new Bischoff Herr *Breſle* bestetiget worden/ vnd ankommen ist: welcher da er auffgezogen/ als bald alle stånd/ die in der Statt waren/ zu sich in sein Hauß beruffen hett. Herr Ludwig *Bobuſſe*, von Bloys bürtig/ Leutenant deß Gerichts zu Troyen/ wurd von wegen deß Gerichts dahin verordnet/ vnd mit ihm Herr *Dionyſius Gombault* Præsidentsrath. Aber dieweil der Bischoff die *deputierte*, in den Bischofflichen Hoff beruffen hatte/ sagte Herr *Bobuſſe*, er könte nicht daselbst erscheinen/ dieweil er auff das Rathhauß/ vnd nicht auff deß Bischofs Hof bestelt were: Gleichwol sind die andere *deputirte* dahin gangen: da hat ihnen der Bischoff einen brieff/ mit anhangendem sigel verlesen/ deß inhalts/ Der König hette verstanden/ welcher massen die Einwohner zu Troyen noch immer vmb ein Jesuiter *Collegium* ansuchten: Derhalben wölle er/ daß sie daselbsten solten eingenommen werden/ &c. Hierauß nam er anlaß fürzubringen/ wie die Jesuiten wol erkenneten/ daß der schwere schuldenlast/ mit welchem die Statt beladen/ nicht gestatten wolte/ ihren ersten forderungen einen genůgen zuthun/ sie wolten sich aber daran vernügen/ daß man ihnen zwey tausent pfund oder francken iärlichen einkommens verordnet: derwegen vermahnet er sie/ sie wolten auff mittel vnd weg bedacht seyn/ woher solche summ zunemmen. Die *deputirten* antworteten alle einmůtiglich/ daß die Statt keine mittel wůßte/ vnd daß sie viel zu tieff in schulden steckte/ darumb könte sie nichts geben. Vil sagten weiters/ die Statt köndte der Jesuiter wol entrahten/ vnd daß sie schon zu vor ein *Collegium* hetten/ welches ihren vorfahren gut genug gewesen were: Im fall der König kurtzumb haben wolte/ daß sie sie einnemmen solten/ vnd Er ihnen nothwendige renten stifften würde/ so můßten sie es geschehen lassen: Aber wann es Ihrer May. belieben solte/ diese sach der Einwohnern gutachten heimzustellen/ so könten sie inn solche newerungen nicht einwilligen. Da sagte Herr *Dioniſius Gombault*, er hette von den Præsidentsherren befehl gehabt/ vmb die Jesuiten anzuhalten: welchem aber seine *Collegæ* widersprochen: vnd ist solches widersprechen ins Stattbuch eingeschriben worden.

Als nun der Bischoff die sach der gestalt auf die bahn gebracht/ sind die ienige die den Jesuiten gewogen waren/ bewegt worden/ mittel vnd weg zu erdencken/ wie man das *Collegium* mit notwendigen einkommen versehen möchte/ vnd haben vnder andern disen fürschlag gethã/ daß man eine ansehnliche ſumma von der Clerisey derselben Provintzen heben/ vnd einen besondern standt gewisser personen vnderm namen eines ampts anrichten/ hinder welchen die güter/ so das gericht zu iren händen gezogen/ zuverwaren gelegt würden/ vnd das man inen einen schilling von einem iedem pfund oder francken aller fahrnuß/ die sie in ihrer verwarung gehabt hetten/ verordnen solte. Weiln aber darfür gehalten worden/ daß auß disen beyden fürschlägẽ ein sorgliche *conſequent* Zeit entstehen möchte/ hat man für gut angesehen/ ein

gewisse

gewisse geltsummen für arme / schwache vnd dürfftige fürzuschlagen / vber welche der Herr Præsident *Angenouſt* die artickeln gestelt / vnd gesagt / man würde zur versicherung derselben etliche / die wol gesessen vnd zweyhundert tausent Cronen in vermögen hetten / darzu benennen. Es ward auch dessen gedacht / daß man das siechenhauß / welches in der vorstatt *Breviande* gelegen / zu diesem *Collegio* ziehen könte. Vnd dieweil der Schulteß vnd Schöpffen in der statt / dasselbe allzeit von vndencklichen iahren her / in ihrer verwaltung gehabt / vnd das einkommen sich auff ein tausent oder zwölffhundert pfund erstrecken thut: so haben die / welche den Jesuiten zugethan waren / fürgeben / der Schultes vnd die Schöpffen könten nit mit gutem gewissen / vnd ohne simoney / die verwaltung gedachtes siechenhauß behalten. Aber die einwohner wolten solche fürschläg nit eingehn / noch ihnen gefallen lassen / was man auch für farben denselben anstriche / vnd wurd offentlich gesagt / daß es am rathsamsten were / keine newrung zu machen / sonder alles in dem stand zulassen / in welchem man es gefunden hette.

Das ist also in einer summ der gantze verlauff / was sich wegen einkommung der Jesuiten in der statt Troyen vom iar 1603. biß auff gegenwürtiges 1611. zugetragen: da dann *Iacob Nivelle Rector* im *Collegio*, als er gesehen / daß die zeit seiner bedienung bald verflossen / vnd man ihm zu verstehen geben / daß man ihn nit lenger im *Collegio* weder für einen Schulmeister noch *Rectorem* leiden wolte / sich vernemmen lassen / er were entschlossen / von dannen zu weichen: vnd dieweil er damit umbgieng / daß er durch seinen abzug den Jesuiten platz machte (umb welches willen er etliche iahr gantz fahrlässig gewesen / vnd die übungen deß *Collegii* hatte fallen lassen) ließ er durch die / welche es mit den Jesuiten hielten / außgeben / daß es der gantzen Provintz vnd sonderlich der Statt sehr damit wurde gedient seyn / wann man ihnen das Regiment vber das *Collegium* vertrawte / vnd daß sie anders nichts / dann das *Collegium*; begerten: Er für sein theil / wegen der sonderlichen *affection*, die er zu seinem Vatterland trug / vrbietig were / von dem seinen 14000. pfundt zu ihrer vnderhalt zugeben. Man hielt darfür / daß es mit dem *Nivelle* nur ein angelegt werck gewesen / vnd daß das Gelt / welches er darzu schiessen wolte / von den Jesuiten herkommen / die ohne das im brauch haben / vnder eines andern namen güter an sich zu bringen. Vnd ist die vermütung daher desto stärcker / daß man wol weiß / was *Nivelle* für ein geitzhals ist / der ihm selber von dem / daß ihm Gott beschweret / nichts guts anthut / sonder rewt ihn auch deß wassers / damit er seine hände wäschet. Daß dem also sey / erscheint auch auß dem / daß als er die Jesuiten diß letzte mal / da sie bey der Statt angehalten in seins *Canonicats* behausung geherbergt / vnd gesehen / daß die sache solchen außgang / wie sie gehoffet / nit gewinnen wolte / vnd sie gleichwol stets bey ihm in der herberg blibē / hat er sich beklagt / daß sie ihm sein leinwad zu schanden machten / vnd solches grossen vnleidlichen schadens halben hat er sie fein höflich abgewiesen / vnd eine andere herberg zusuchen genötiget. Ein ander mercklich Exempel seines geitzes ist dieses / da er ins *Collegium*, als öberster schulmeister kommen / er eine Taffel von geringem werth in der Capellen hatte anhefften lassen / den Altar daselbst damit zu zieren / gleich ob sie stets da bleiben solte: gleichwol / als er auß dem *Collegio* geschieden / hat er dieselbig wider abbrechen vnd wegführen lassen / ohnangesehen er seinen nutzen daselbst sehr wol geschafft hatte. Der Herr Bischoff vnd Præsident *Angenouſt*, welche auch ihr bestes thaten / damit durch den abzug deß *Nivelle* die Jesuiter möchten eingelassen werden / liessen außsagen / die *Nivelle* wolte das *Collegium* verlassen / vnd daß sie viel zu thun hetten / ihn darvon abzuhalten: neben dem aber schrieben sie den Jesuiten zu Pariß zu / was sich verlieff / mit vermahnen / daß sie solche gelegenheit nicht versaumen / sonder iemand von den ihrigen schicken wolten / der das volck gewinnen / vnd bey ihnen einen lust vnd begierd zu ihrer *Societet* erwecken köndte. Hierzu nimpt man den *Pater Binet*, als welcher durch seine geberden / die sich mehr auff einen schawplatz / als auff der Cantzel / da die warheit geprediget wird / reimen / die gemüter deß gemeinen mans wol wurde wissen zu bewegen. Dieser kompt gen Troyen gegen dem anfang deß monats Maii / vñ thut seine erste predig den Auffartsabend / den 11. Maii / in der kirchen zu S. Magdalene / welche predig / der gemeine mann / vom gesaltznen fleisch zu nennen pflegt. Allda er einer der burger einrede zubegegnen / als weil kein Hugenotten bey ihnen / bedörfften sie der Jesuiter nicht: Hierauff sagte er / daß sie zwar keine Hugenotten hetten / aber dargegen were die Statt voll Atheisten / Libertiner vnnd grober Catholischen / Das Agar vnd ihr Sohn Ismael sich vnderstanden hetten / ein trennung zwischen Abraham vnd seiner ehlichē haußfrawen Sara / zu machen: hette der Haußvatter wollen friden haben in seinem hauß / welches ein fürbild der kirchen gewesen / so hette er müssen *ejcere ancillam & filium eius*. Was er aber durch diese gleichnuß andeuten wollen / hat er mit fleiß verschwiegen / nemlich dises / daß die Catholischen / welche er Libertiner vnd Atheisten nennet / so durch den Ismael zu verstehen / eben so wol / als Hugenotten / welche durch Agar bedeutet werdē / auß der Statt geiagt werdē soltē / vnd das weder der eine noch der ander hauff dariñen zu dulden: welche rede zu einer offentlichen Auffruhr gerichtet war. Darnach predigte er noch einmal in derselbē Kirchen auff den Geburtstag vnser lieben Frawen / vnd bracht für / wie *S. Dominicus* im traum gesehen hette / Gott den Vatter die augen im Haupt herumb drehen / mit einem fewrigen Gesicht / vnd daß ihm der Mund

vor zorn schaumte. Diß waren seine eigne wort/ ab welchen die zuhörer sich dermassen ärgerten/ daß viel offentlich sagten/ solche wort weren voll Gottslästerung/ vnd solte man nit gestatten/ dergleichen außzugiessen.

Nach dem er aber vernommen/ daß sein vorgeben von groben Catholischen/ Libertinern vnd Atheisten/ sehr vil auch vnder denen/ die ihrer *Societet* gewogen waren/ für den kopff gestossen: hat er in einer andern predigt solchen fehler verbessern wollen: lobte derowegen die Einwohner zu Troyen über die maßen/ vnnd striche ihnen den fuchsschwantz meisterlich/ sagend/ daß wann er die laster straffte/ er sie nicht meinte/ sondern die Türcken/ Persianer vnd andere Barbarische Völcker.

Den 14. Maii bey der begängnuß/ die dē letsten verstorbenen König auf den tag/ da er umkommen/ zu ehren geschehen/ thet er eine leichtpredig in der Thumnkirchen/ in beysein Herren von *Praslain*, Oberamptmans daselbsten/ vnd aller ständ der statt: da nam er anlaß zu reden von der liebe/ trew vnd gehorsam/ die seine gesellen den König vnd Franckreich gelobt hetten. Vnd dieweil er sich besorgte/ mā möchte denkē/ daß er *æquivocirn* vnd außflüchte gebrauchen wolte/ hat er zum höchsten *protestirt*, vnd geschworen/ der donner solte ihn eben an dem orth zerschlagē vnd zu aschen verbrennen/ wan daß/ so er sagte/ nit war were. Sagte darbey/ daß seine *Societet* sich keines wegs in Reichshändel einmängtē/ daß sie auch keine Spanier sonder gute vnd geborne Frantzosen weren. Diese seine Leichpredigt ist hernach in truck außgägē aber er hat sich wol darfür gehütet/ daß er die *protestationes* vnd verfluchungen/ die ihm in der predigt entfaren/ hinein getruckt hette.

Da nun die predigtē dieses Jesuitē den leuten ie lenger ie mehr mißfielen/ so hat man bestelt/ daß ihm auff den 8. tag nach dem H. Sacrament alle fürneme Pfarrkirchen versperrt und versagt wurden/ also daß der Bischoff/ der sonst nit wußte/ wo er mit ihm hinauß solte/ ihn zu S. Nicier predigen ließ/ welches ein kleine Pfarrkirch ist am ende der Statt: da er noch besser herauß fuhr/ als noch iemals/ vnd sagte/ daß allein die grobe Catholische/ Atheisten vnd Libertiner ihnen im weg stunden/ daß sie zu Troyen nit eingenommen wurden: daß alle andere Priester vngeschickte tölpel weren/ vnd daß innerhalb zehen/ zwantzig vnd auch wol dreissig iaren/ kaum einiger villeicht gewesen/ der recht/ vnd wie sichs gebürt/ gebeicht hette. Solche küne reden erregten bey etlichen einen verdacht/ bey andern ein getummel/ vnd verursachten/ daß viel/ die biß daher in dieser sach/ der Jesuitē einnemmung betreffend/ *neutral* gewesen/ die augen begundten auffzuthun/ vnd diese *Societet* für sehr gefährlich vnd auffrührisch zu halten. Vnd waren diß gemeine reden der fürnemsten vnd ansehenlichsten burgern auß allen Ständen in der Statt.

1. Daß es meñiglichen bekannt vnd offenbar sey/ wie sich die Jesuiten vnderstünden in allen fürnemmen Stätten in Franckreich einzukommen: daß sie gegenwertiglich ihre anschläg auff *Langres*, *Chaumont*, *Auxerre*, vnd viel andere örther mehr gemacht/ da sie durch heimliche verbündtnusse vnd andere geschwinde practickē trachteten einzuschleichen: daß nach dem sie zu Troyen alle list die sie erdencken können/ versucht/ ietzt gewalt brauchten/ vnnd daselbst sich auch wider der Einwohner willen eintringen wolten.

2. Daß sie allenthalben/ da sie eingenommen/ ihnen nicht anderst/ dann durch schmeichlen/ vngestüm/ rottirungen ein *credit* machten: vnd befinde sich/ daß die/ so ihnen zugethan/ dreyerley seyen: etliche seyen einer ingehaltenen vnd forchtsamen natur/ die der Jesuiten heimliche practicken nicht erforschen noch ergründen wöllen/ sonder halten sie in ehren/ weil sie etwas löblichs bey ihnen gesehen: andere/ als der gemein mann/ vnd das meiste theil der weiber/ sehen nur auff den eusserlichen schein/ vnd erstrecken sich ihre gedanckē nit weiter: der dritte hauff seye deren/ die etwas fürhaben/ vnd damit sie desto füglicher darzu gelangen/ sich dieser gesellen gebrauchen/ deren macht vnd arglistigkeit allerley anschläg zu befürderen ihnen bekannt ist/ als die da fein wissen/ alle ihre handlungen mit dem schein der Religion zu bemäntelen: *pulchra laverna, da mihi fallere, da justum sanctumque videri.*

3. Daß sie ihnen kein gewissen machen/ mentereyen vnd rottirungen anzurichten/ damit sie die ihrige in den fürnemmen Stätten einstecken können: Man habs wol erfahren/ nicht allein in der Statt Troyen/ sonder auch anderstwo/ vnd damit man von diser Provintz allein rede/ so könne die Statt Rheims dessen genugsam beweiß beybringen/ wie sie nemlich durch heimliche practicken vnd wider den willen der Einwohner/ da hinein kommen seyn/ vnd wie sie sich durch schandtliche vnd vnchristliche tück vnd betrug understanden haben/ den Priorat *S. Paul du Val des Escholiers*, dem bruder *Peter Labot*, der ihn rechtmässiger weise inn hatte/ auß den händen zu reisen: daß mancher an denen orten/ da sie ihren sitz haben/ der vor diesem/ da er sie nur auß gemeinem ruff/ den sie hatten/ kandte/ tausent Cronen zu ihrer einnemmung gegeben/ ietzt gern zwey tausent/ sie außzustossen geben wolte: Daß sie/ damit sie irgend einkommen/ *superos si nequeunt, Acheronta movebo.* Man spüre es alle tag in der that/ vnd zum vberfluß so habe es *P. Cotton* klärlich bewiesen/ in dem Register seiner fragen/ die er dem Teuffel fürgehalten/ darinn neben andern diese drey außtrucklich stehen/ *Quid Pictavienſis Collegij fundationem maximè impediat; Quid Ambianenſe Collegium impediat, quid Trecenſe?* O sie in geringen sachen/ an welchem ihrer *Societet* nicht vil gelegen/ sich solcher abschewlichen vnd vnchristlichen mitteln gebrauchen: was kan man erdencken/ dessen sie sich nicht vnderfangen/ damit sie bey grossen Herren

gunst

gunst vnd vorschub erlangen / vnd bey ihnen allzeit in sonderlichen gnaden bleiben? Diß aber ist eine von ihren fürnembsten rähncken / daß wann sie sich irgend eingetrungen / oder sonst etwas gewaltsamlich / andern zum nachtheil vnd verderben vorgenommen haben / (anderst kommen sie nicht auff) so bedecken sie allzeit ihre vnrechtmässige besitzungen mit dem Deckmantel der Gottseligkeit vnnd Religion.

4. Daß es war vnd ausser allen zweiffel sey / daß die falsche wunderzeichen vnd falsche marterer an tag bringen / auff daß sie bey dem gemeinen mañ desto mehr glaubens vnd ansehens habe. Daß dem also sey / werde *P. Heinrich Garnet*, welcher billich am leben gestrafft worden / als einer / der die pulver verrätherey in Engelland hat anstifften helffen / von dieser *Societet* mit sonderlichem eiffer für einen marterer gehalten vnd außgeruffen. Vnd ist gedachter *Societet* in so grosse blindheit gerathen / daß sie ein falsch wunderwerck vnderm namen eines abscheülichẽ verräthers und mörders / erdichtet haben / welcher under dem schein die Catholische Religion in Engelland zubefürdren / eine gantz barbarische vnnd teüfelische verbündnüß / dergleichen man nicht hätte erdencken können / für gut vnd gottselig gehalten / vnnd war dieselbe also beschaffen / daß wo sie durch die sonderbahre güte Gottes nit were entdeckt worden / sie den König vnd Königin in Engelland / den Printzen von *Galles*, vnd mehr dann 1000. oder 1200. der fürnembsten vnd treflichsten Herren im gantzen Königreich / sampt einer grossen anzahl gemeines volcks / vnder welchem viel Catholische waren / durch einen leydigen / gewaltsamen vnd schnellen todt hingeraffet hette: also daß diser vnmenschlicher spruch eines Heyden wider hat wollen auff die bahn gebracht vnd ins werck gerichtet werden: *Pereant amici, modò & vnà inimici*: das ist / man soll der freunde nit schonen / wañ nur auch die feinde zugleich mit hingerichtet werden: *tantum religio potuit suadere malorum*. Wie köndte einem menschẽ in sinn kom̃en / daß die Catholische Religion solche barbarische thaten beschönen / vnd dergleichẽ gesellen für marterer erkeñen vnd anneñen solte? Der zweck aber / dahin diese falsche wunderwerk vnnd falsche Marterer gerichtet seyn / ist der allein / daß man das Volck betriege / oder / welches glaublicher / daß die newlinge vnder dẽ Jesuiten / vnd andere einfältige Leut / die sich dem gebott der *Patrum* dieser *Societet* allerdings vnderwerffẽ / dardurch angereytzt werden / etwas thätliches wider das Reich vnd leben der Fürsten fürzunemmen / die man nennt Ketzer / Sectirer / oder der Ketzer Freunde vñ günner / das ist / die den Jesuiten nit alles zu gefallẽ thun / wird haltẽ wollẽ. In Flandern in der Statt *Bourbourg* habẽ sie ein ander wũderwerk erdichtet vnnd fälschlich außgeben / vñ einer iungen tochter / die zwölff iar alt war / als soltẽ sie dieselbe durch anlegũg etlicher reliquien ihres stiffters *Ignatii* gesund gemacht habẽ / nach dẽ sie 27. gantzer tagẽ nit hab harnen köñen / welches wie es die erfahrneste ärtzt bezeugen / ein gãtz vnmüglich ding ist. In summa daß bey diser *Societet* die gãtze Religion in einem eusserlichẽ schein vñ geberdẽ / bestehe / dadurch alle redligkeit aufrichtigkeit / einfalt vñ ware Gottsforcht auffgehaben wird / welche allẽ listẽ / rottirungẽ / verdreüngẽ d' wörter / *æquivocationibus, evasionibus mentalibus*, vñ andn dergleichẽ außflüchten / die bey diesen *Patribus* sehr gemein / aber vñ den Heyden selbst sind verworffẽ worden / zu wider ist. Dañ / wie einer von den alten spricht: *Totius injustitiæ nulla fraus capitalior est, quàm eorum, qui tum, cùm maximè fallunt, id agunt, ut viri boni esse videantur.*

5. Daß alles / was man von der Jesuiten vil einkom̃ung gen Troyẽ hoffen möchte / fürnemlich die vnderweisung der iugend belangẽ thete / vnd den nutzẽ / der dem land durch den zulauff fünff od' sechshundert schuler zuwachsen wurde / in dem dieselbe in der Stat wohnẽ / vnd also die frucht vnd wahren in der Provintz desto besser wurdẽ verkaufft vnd zu gelt gemacht werdẽ können. Hergegen aber wañ man diser vermeinten nutzen mit dem vnfehlbaren schadẽ / der darauß erfolgen wurde / vergleichen wolte / so wurde mã viel mehr vrsachen habẽ / sie zu verwerffẽ / als anzunemen. Dann gleich wie *non omnis fert omnia tellus*, also were der statt Troyẽ mehr am Kauffhandel als an der Schülen gelegen / vnd were gewiß / daß fünff oder sechs handwercker ihr viel mehr frommẽ wurden / dann tausend oder zwey tausend schüler / wan in der Statt für so viel raums genug were. Vber das / daß die Schuliugend / welche gemeinlich etwas vnbescheidẽ vñ mutwillig ist / wurde vil gezancks / streits vnd grosse verführung bey den Handwercksleuten verursachen / vnd sich mit einem volck / das geschwind von der Faust ist / nicht wol vergleichen köñen. Ferner / dieweil die statt sich deß Brands halben zubefahrẽ hat / darumb daß sie vñ lauter holtz gebawet ist / so möchtẽ leichtlich grosse vngelegẽheitẽ durch die vnachtsamkeit der schuler entstehẽ. Demnach auch das läd mit sehr fruchtbar / so wurdẽ die schüler in der nahrung / vnd in den wohnungẽ thewrung bringẽ / dardurch die arbeiter und handwercksleut anlaß neñen wurden / sich anderstwohin zu verfügẽ / da es wolfeyler were / vnd mit der nahrung vnd wohnũg bessere gelegenheit hette. Also wurde der handel / welcher der statt fürnẽstes einkommẽ ist / still stehẽ / vnd die statt ins verderbẽ / oder doch in grossen abgang gerathẽ. Vnd komme diß auch noch darzu / daß die / so gutes vermögens / ihre Kinder lieber gen Pariß od' in andere berümbtẽ Universitetẽ schickẽ wurden / höflichkeit zu lernen / und sich etwas in der welt vmzusehẽ / als sie stets bey sich im hauß behaltẽ. Was also für schuler in der statt bleibẽ wurdẽ / das wurdẽ armer leut kind seyn / von denẽ zwar dz land beschwerdẽ / aber keine sonderliche ehre od' nutz zugewartẽ hette.

6. Wan dem also / wie sich die Jesuiten verlauten / daß ihr vornembster zweck sey / sich wider die Hugenotten gebrauchen zu lassen / so sey die Statt deren durch die gnade Gottes und

gute lehr/ nit allein ihrer eignen Pfarrern: sonder auch der Barfüsser vnd Prediger München erledigt/ vnd wann man diesen Ordensleuten/ wie auch den Capucinern ihre notturfft wie bißher/ beharrlich reichen wurde/ so wurden sie dardurch in ihren gewohnlichen übungen fortzufahren verpflichtet/ vnd durch diß mittel ihre klöster erhalten werden/ welches viel leichter vnnd billicher sey/ als die Jesuiten einzuführen/ welche sich mit geringem nicht benügen lassen. Zu dem so irren die sehr/ welche meinen/ daß die Jesuiten/ wenn sie in der Statt Troyen wurden eingelassen werden/ einen gewissen vnd bestendigen Prediger wurden geben können/ oder draussen auff den Dörffern das volck vnderweisen wollen/ wie die Bettlermünch allzeit gethan/ vnd noch thun/ welche das land in den ersten kriegen/ die wegen der Religion entstanden/ mit sechs oder siben fürtreflichen lehrern vnd predigern versehen haben/ vnder welchen *Desrieux*, *Bernot*, *du May*, *de la Porte*, *Millé*, *Mauroy* vnd andere gewese: vnd seye menniglichem bewußt/ daß die Jesuiten auß allen Provintzen in Franckreich/ da sie gesessen/ kaum drey oder vier gute prediger stellen können/ ihr *credit* zu Pariß vnd anderstwo zuerhalten/ deren sie sich allein zu ihrem vortheil gebrauchen/ damit sie das ansehen ihrer *Societet* vermehren vnd befestigen. Einmal/ so solte man die Barfüsser vnd Prediger münch/ die dem land so viel guts gethan/ der Jesuiter halben nicht lassen zu grund gehen/ welche darauff pochen/ daß sie andere Ordensleut fein wissen außzutreiben vnd zuberauben.

7. Daß so vil *Collegien* der Jesuiter/ die sie in den vornemsten Stätten in Franckreich auffgerichtet/ mit nichten dem Königreich zum besten/ sonder allein dahin gemeint/ daß sie ihre eigne *Societet* erheben vnd groß machen/ vnd sich dermassen stärcken/ daß sich ein ieder für ihnen förchten müsse/ vnd keiner ihrem vorhaben begegnen vnd widerstand thun könne. Zu welchem end sie sich allenthalben/ wo sie ihren fuß setzen können/ befleissigen/ daß sie daselbst das regiment vnd die form der policey veränderen: welches in einer Statt viel sorglicher ist/ als wann man in derselben eine Vestung auffwerffen liesse. Sihet man nicht/ daß diß eins von ihren außbündigsten kunststucken ist/ daß sie die Catholischen heimlicher weise von einander trennen/ vnd zwispalt vnder ihnen anrichten/ damit man bey wehrender solcher trennung vnd vneinigkeit desto weniger auff ihre händel vnd practicken acht haben könne? Auch herrschen sie als dann am allermeisten/ wann vnruh vnd vnfriede ist/ darvon ihre *Societet* ihren vrsprung vnd herkommen genommen hat. Ein ander kunststuck folgt auß dem vorigen/ daß keiner bey ihnen für gut Catholisch gehalten wirdt/ *nisi juret in verba Societatis*. Die so der *Societet* will vnd meinung mit aller ehrerbietung nit beypflichten/ mögen wol ihre rechnung machen/ daß man sie als Atheisten/ Libertiner/ grobe Catholische/ Ketzer/ Sectirer od der Ketzer freund vnd gönner verlästern/ vnd in vngunst bringen wird. Teutschland ists wol innen worden/ was solche lose fünd daselst gewirckt/ vnd kan mans ohne grausen nicht außsprechen: zugeschweigen/ daß sie den dritten theil der Teutschen zum abfall vnd Ketzerey gebracht haben/ der gestalt/ daß heutigs tags bey ihnen fast keine andere Catholische zu finden/ dann die sich den Jesuitē gantz vnd gar verbunden/ vnd Spannien trew vnd hold zu seyn verpflichtet haben. Welches schrecklich vnd trawrig exempel die Frantzosen billich witzig machen solte: dann ihnen eben das begegnen wird/ wann sie den auffwicklungen vnd rottirungen dieser *Societet* nit stewren vnd wehren. Vnd weil die Jesuiten alle ihre handlungen mit dem schein der Gottseligkeit bedecken/ so sind sie viel gefährlicher/ als die Hugenotten/ vor welchen man sich leichtlich hütenkan/ so bald sie angezeigt vnd bekandt werden.

8. Das durch den frieden in Franckreich/ welchen König Heinrich der grosse zu wegen gebracht/ die Statt Troyen sich in einem guten vnnd rühigen wesen befinde/ vnd aller trennungen vnnd spaltungen frey vnd ledig sey: Wann aber die Jesuiten hinein kommen solten/ wurden sie ohne allen zweiffel die alte zwietracht/ haß vnnd feindschafft/ welche die *Liga* erwecket/ vnd durch den friden ist nidergelegt worden/ wider ernewren: daher zwo gefährliche Partheyen entstehen würden/ die eine der Jesuiten vnd ihres anhangs/ welche von ihnen gute vnd eyferige Catholische wurden genennet werden: Die andere/ der Atheisten/ Sectirer/ Politischen/ Libertiner vnd groben Catholischen/ wie sie *P. Binet* in seinen predigten getaufft hat: der auch wider sie diß endurtheil gesprochē/ *Eyce ancillam & filium eius*. Daher leichtlich abzunemmen/ wohin die Jesuiter trachten/ dieweil sie sich schon so klärlich mercken lassen/ vnd alle/ die sie können/ durch solche practicken zu sich ziehen vnd locken/ darbeneben heimliche zusammenkunfften halten/ vnd etliche von ihren vertrawten außsenden/ daß sie von hauß zu hauß die gemüter der Einwohner außforschen/ vnd sie vberreden/ sich zu vnderschreiben/ daß sie die Jesuiten begehren: dieweil sie auch solche zu vnderhändler gebrauchen/ die in den letsten empörungen sich vor andern durch meutereyen vnd auffruhr berümbt gemacht habē: Schließlichen/ dieweil sie eben solche mittel/ in die statt zu kommen/ vor die hand nemmen/ welche vor der zeit bey der auffrichtung vnd vnderschreibung der *Liga* sind gebraucht worden.

9. Als bald sie an einem ort ihr ancker geworffen/ so wollen sie vber das Regiment die oberhand haben/ vnd damit sie solches heimlich vnd ohn widerwillen zuwegen bringen/ so behelffen sie sich der beicht/ vnd richten vnvermerckter sachen treūungen vnder dem volck an/ vnd bedecken allzeit ihr böses vorhaben mit dem

schein

schein der Religion / als wann sie die ienigen weren / die sich den Ketzern / Libertinern vnd groben Catholischen widersetzen müsten: dardurch sie allgemach eine *Inquisition* in ein iede statt einführen / welche viel gefährlicher ist / als die Spañische / die nur etliche *Privat*personen in noth bringet. Seye also der proceß / der die Jesuiter / zu einer allgemeinen empörung gerichtet / damit sie mit der zeit das Regiment nach irem sinn vnd wolgefallen bestellen. Welches die ienige wol in acht zunemmen / die im stand der Obrigkeit seyn. Wann nun etliche denen ire heimliche griff vnd practicken sind kundbar worden / inen dieselbe nit wollen gefallen lassen / so müssen sie alsbald mit dem namen der Libertiner / Atheisten / oder Ketzer beschmitzt werden / wie ehrlich / fromb vnd gut Catholisch sie auch seyen / gleich ob der Jesuiten thün eine Richtschnur der Warheit vnnd Artickel deß Glaubens / auch keinem in geringstem erlaubt were / inen zuwidersprechen / oder sich iren verdamlichen vnd abschewlichen practicken zu widersetzen. Dieser letzte punct sey die erste vnd öberste staffel irer heimlichen kunst vnd arglistigkeit. Dann wann sie einen solchen flecken angeschmitzt haben / daß er ein Libertiner / Atheist / Ketzer / Sectirer oder Ketzerfreund seye / so benemen sie im leichtlich alles ansehen vnd *credit* bey iren vertrawten / vnd bey denen / die wegen ires geringen verstands vnd einfalt das ienige festiglich glauben / was ihnen einmal ist eingebildet worden.

10. Daß sie eben vnder dem schein / die ehre Gottes zu befördern / sich nicht allein in Reichshändel einmischen / sondern auch alle heimlichkeiten in einer ieden haußhaltung vnd was etwa zwischen eheleuten fürgeht / wissē wollen. Vber diß so machen sie heyrath zwischen kindern wider der Eltern willen / wie solches viel / die in Flandern / Italien vnd Teutschland gereyßt / bezeugen können. Vnd damit wir von anderen nit sagen / so hat man schon deren exempel nur zu viel in Franckreich / wie auch der erstgebornen vnd einigen söhnen / die sie iren eltern entführen / damit sie ir gut an sich bringen / vnnd irer hilff vnd gunst geniessen können: vmb welcher vrsachen willen man sie in Spanien zwingen wöllen / ire *constitutiones* zů ändern / damit die / so daselbsten in einem geschlecht *maiorides* genennet werden / für inen sicher sein möchten.

11. Betreffend ihre lehr / so sey dieselbe sehr schädlich vnd aufrürisch / vnd dieweil sie am H. Vatter dem Bapst allein hangen / auf daß er ihnen desto mehr zu willen sey / so schreiben sie im einen all zu grossen gewalt zu / der sich auch vber das zeitliche der Christlichen König vnd Fürsten / vnd folgends vber ir leben selbst erstrecke. Dann sie lehren / daß er macht habe / die Könige abzusetzen / vnnd die vnderthanen von den pflichten / die sie inen von natur schuldig sein / frey vnd loß zusprechen: darauß volge / daß ein Fürst oder Herr / der vom Bapst in bann gethan ist / mit recht getödet werden kan. Darumb dann das Parlament auß billichen / rechtmessigen vnd hochwichtigen vrsachen / das buch deß Jesuiten *Mariana* verbrennen / vnd deß Cardinals *Bellarmini*, welches er wider *Barclaium* geschrieben / verbieten lassen / darinnen er alle seine kunst gebraucht / die abschewliche lehr durch allerley Sophistereyen zubehaupten / vnd allen tollen vnd vnsinnigen menschen anlaß gegeben hat / dem leydigen vnd verfluchten exempel *Clementis*, *Ravaillac* vnd anderen dergleichen / die als ein pest in einer Gemein sein / nachzufolgen.

12. Man sagte ferner / daß der Statt heil vnd wolfart am frieden / einigkeit vnd gut vertrawen der einwohner hieng / vnd daß durch den frieden die gottseligkeit vnd gute sitten erhalten / vnd allerley güter vnd reichthumb vberflüssig herbey gebracht / wie hingegen durch vneinigkeit vnd zwispalt allerley vnordnung / empörung vnd iammer verursachet wurde / wie solches auß den blütigen vnd bedaurlichen warzeichen / welchen die *Liga* in der Statt hinder sich gelassen vnd den schweren schuldenlast / mit welchen die sie beladen / abzunehmen. Derhalben solte der friede vnd einigkeit das ziel sein / nach welchem ein ieder so wol ins gemein / als für sich selbsten trachten solte / vnd weren die für abgesagte feind zuhalten / die die einwohner zu vneinigkeit reitzeten / es sey vnder was schein es wolle / oder die newrungen / sonderlich weil der König noch minder iärig ist / begerten einzuführen. Wann aber die Jesuiten einmal solten in Troyen eingenommen werden / so möchte ein ieder wol mit seinen waffen gefaßt sein / in betrachtung / daß das volck daselbst zum auflauff geneigt / vnd daß sich schon etliche irer vertrawten haben offentlich verlauten lassen / es weren zehen tausent mann vorhanden / welche ir leben wolten wagen / damit die Jesuiten eingeführt wurden. Welchem nun die ruhe seines Vatterlands / vnd die trew / die er dem König schuldig / angelegen / der solte solche einführung / deren sich der Bischoff vnd der Præsident *Angenouſt* etwas zu hitzig annemen theten / mit aller macht verhindern helffen. Dann dieweil sie nit im land geboren / sonder erst nach den letzten kriegen daselbsten ir residentz zuhaben angefangen / so könten sie nicht so wol von der wichtigkeit vnnd beschaffenheit dieser sache vrtheilen / wie die / welche mit natürlicher liebe gegen ihrem Vatterland verbunden / vnd den grossen iammer vnd elend / den sie bey wehrender *Liga* außgestanden / noch in frischer gedechtnuß haben.

Diese vrsachen / welche von vielen fürnehmen vnnd wol verdienten personen / so wol auß der Clerisey / als auß dem Rath vnd gemeiner burgerschafft eingebracht worden / haben solchen nachdruck gehabt / daß die fürnembste vnd ansehnlichste einwohner geschlossen / sich in der einführung der Jesuiten zu widersetzen / vnnd nicht zugestatten / daß *Mr Iacob Nivelle* allerdings seines *Rectorats* im *Collegio* erlassen wurde / dieweil

dieweil er dardurch suchte/ die heimliche practicken der Jesuiten zu decken vnd zu vnderbawen.

Freitags den 3. *Iunii*, ist eine gemeine versamlung ins Bischoffs hoff gegalten worden/ da die *deputirte* aller stände/ die in der Statt sein/ mit einer sonderbaren vollmacht / einen newen *Rector*, anstat *Mr* Jacobs *Nivelle* zuerwehlen/ erschienen: nemlich der Bischoff / vnd Herr *Angenoust*, Præsident vnd *General* Leutenant / von wegen deß Capitels zu S. Peter Herr *Vestier*, ober Dechant/ vnd *Barenton*, Ampts verweser/ von wegen deß Capitels zu S. Stephan: *Mr Hennequin*, Dechant/ vnnd *Beaupoil*, *Canonicus*: *Mr Trutat* vnnd *Senog*, von wegen deß Præsidenten Raths: *Mr Febure*, Vogt. vnd die Schultessen vnd Schöpffen/ von gemeiner statt. In dem ein ieder sich an sein ort nider setzen wollen / so laßt man einen postbotten / welcher sonderlich darzu bestelt war / einkommen/ der sagte/ er hette brieff von der Königin. Da ihn der Bischoff fragte/ ob dieselbe der Jesuiten einnemmung betreffen theten/ sagt er / er hielts darfür / aber die brieff stunden an Herren von *Praslain*. Da sagten der Bischoff vnd der Præsident/ sie hielten für rathsam/ daß die versamlung auffgeschoben wurde / biß man dessen bericht hette / was der Königin will vnd meinung were. Die *Deputirten* hielten dargegen an/ man solte ohne fernern verzug in der sachen fortfahren. Da bat der Bischoff die samptliche Herren / die zugegen waren / sie wolten dann einen zum *Rectorn* fürschlagen / im fall *M. Jacob Nivelle*, bey seinem dienst nicht lenger bleiben wolte. Die *Deputirte* von wegen deß Capitels S. Peter / nachdem sie dem *Nivelle* gedanckt / nennen *Mr Abraham Drouot*, welcher in der Statt bürtig war. Der Præsident/ ob er wol deß morgens in der Præsidenten kammer gesagt hatte/ daß er den *Nivelle* nit hette bereden können/ sein ampt lenger zubedienen/ iedoch schlug er in wider vor. Der Vogt/ Herr *Febure*, war gleicher meinung / darnach sagte er/ er schluge den *Drouot* vor / im fall *Nivelle* nit bleiben wolte: Die *Deputirten* vom Capittel S. Stephan sagten / sie hetten befehl/ den *Drouot* zu erwehlen. Herr *Hennequin*, Dechant/ meldet/ daß er ihm zwar diesen vorbehalt / im fall *Nivelle* nit zuvermögen / daß er bleibe / nicht zuwider sein lasse: iedoch daß sein gesell vnd er befehl hetten / den *Dronot* schlecht vnd ohne beding vorzuschlagen. Der Herr *Trutat*, Præsidenten Rath/ nach dem er darwider *protestirt*, daß der Bischoff den Vogt vor die *Deputirte* deß Præsidenten Raths hette reden heissen/ damit solches seinen *Collegis* nichts *præjudiciren* möchte / danket dem *Nivelle* für seine gehabte mühe / vnd zeigete an / daß erstlich sein dienst/ den er bißher als *Rector* im *Collegio* versehen / ietz künfftigen *Remigii* zu ende lieff / darnach daß er drey ämpter hette in der kirchen zu Troyen. nemlich eines *Doctoris Theologi*, eines Beichtvatters vnd *Archidiaconi*: das ein iedes auß diesen dreyen einem genug könte zu schaffen geben / welcher ihm die ehre Gottes vnd den Kirchendienst befohlen sein liesse. Vnd ob schon *Nivelle*, als ein embsiger vnd arbeitsamer mann / könte vnd wolte das *Rector* ampt neben den andern bedienen / so hetten die *Deputirte* fürsichtigklich vnd bey irem gewissen zubedencken/ ob man ihn von dem jenigen / daß ihm / als einem Beichtvatter vnd *Theologo* in der kirchen stets zu verrichten oblige/ abhalten solte: bevorab weil der *Rector* mit seinem dienst allein genug zu thun hette. Deßwegen er von wegen der Herren Räth seine stimm dem *Drouot* gebe: Der Schulteß vnd Schöpffen sagten rund/ sie begerten deß *Nivelle* nicht mehr/ seine zeit were auß/ vnnd daß sie den *Drouot* haben wolten.

In dem man nun mit dieser wahl also im werck ist / kompt Herr *Dionysius Latrecey* Pfarrer zu S. Magdalenen vnd *Canonicus* zu S. Peter/ vnnd erscheint vor der versamlung/ ohngeacht er nicht *deputirt* noch erfordert/ vnd zeigt an im namen der Pfarrer in der Statt / als wann er von ihnen were abgeordnet worden/ daß es viel rahtsamer were/ bestendige *Rectores* für das *Collegium* zu erwehlen / als solche anzunemen/ denen solch ampt nur auff eine gewisse zeit anbefohlen were. Daß die Jesuiten / welche ietz wußten / wo sie ihren vnderhalt ohn beschwerung der Statt nemen solten / solche mühe vnd last gern auff sich nemen wurden. Daß alle Pfarrer im selben Bischoffstumb vngelehrt / aber die Jesuiten hetten wol studirt/ vnd weren sehr tüchtig das volck zu vnderweisen. Der Vogt Herr *Febure*, fragt den *Latrecey*, ob er deß wegen von den Jesuiten gewalt hette: er antwortet nein: da sagt der Herr *Trutat* zu im es were ein vermessen stuck von ihm / daß er solches ohne befehl anbringen dörffte / vnd daß es die Jesuiten selbst nit wurden gut heissen / wann sie wurden vernemen / daß man ihrer mit begeret: darauf kehret er sich zum Bischoff / der es mit dem *Latrecey* angestelt hatte / vnd bat in in acht zu nemen / daß was der Pfarrer von S. Magdalenen gesagt hette / alle Pfarrer in seinem Bistumb weren vngelehrt / auff ihn geredt were / dieweil im gebürte sie zu vnderweisen/ daß gleichwol *Latrecey*, der ein *Doctor Theologiæ* were / ihme selbst zu kurtz gethan hette / in dem er sich auch in solche zahl begriffen / nur damit er die Jesuiten desto mehr loben vnd erheben könte. Der Bischoff sagte / Gott were sein zeug/ daß er nichts an seinem fleiß erwinden lasse. Darauf sagte der Præsident zur versamlung/ er wußte für gewiß / daß der Königin will vnd befehl were / man solte die Jesuiten einnemen/ vnd daß sie in ihrem Parlament gesagt hette/ man solte alle die jenigen / die die Jesuiten deß letzt verstorbnen Königs tods halben beschuldigten / gefängklich einziehen / biß sie solche auflag auf sie bewiesen hetten. Der Herr *Trutat* gab zur antwort / daß solche erklärung der Kö-

Königin noch nit verkündet/ vnd daß nach gemeinen rechten *de ijs quæ non sunt & quæ non apparent, idem est judicium.* Der Präsident replicirt/ er *Trutat* verneme hievon seinen bericht: Dieser antwortet/ er begehrte in dieser sach keinen bericht von ihm zu empfangen: dann er gar zu verdächtig vñ partheyisch hieriñen were: Vnd was er von dem befehl der Königin hette fürgeben/ daß mann die Jesuiter einnemmen solte/ so were derselb noch nicht auffgewiesen/ vnnd wann es geschehen were/ so würde mann der Königin einen fußfall thun/ vnnd underthänigst darfür bitten: würde solches nichts helffen/ als dann wurde mann es müssen geschehen lassen. Da sagten die *Deputirte* einmütig/ die frag were nit/ ob mann die Jesuiter einnemmen oder außschliessen solte/ sondern wen mañ zum *Rector* an *Nivells* stelle/ dessen zeit nun auß were/ verordnen solte. *Abraham Drovot* were erwehlt worden/ dessen hätte man sich schon verglichen/ vnd were nun mehr an dem/ daß mañ zuschließen solte: baten derwegen den Bischoff/ alß das haupt der versammlung/ er wolte solches thun. Da erdachte der Bischoff/ wie er dann ein spitzfündiger mann ist/ eine newe form zuschliessen/ welche er also vorbrachte: Demnach wir vernommen/ daß in dieser sach der dienst/ den wir dem König schuldig sein/ vnnd die gemeine wohlfahrt zu gleich *interessirt* ist/ so haben wir uns mit der *nomination* deß *Drovots* nicht auffhalten wollen/ sondern diese berahtschlagung auff den nächsten tag *S. Barnabæ* verschoben/ vnnd wöllen wir alsdann die gantzliche Herren wieder beruffen lassen: Mitler weil haben wir dm *Nivelle* befohlen/ in seinem Principal-ampt fort zu fahren/ vnnd demselben/ wie bißhero abzuwartē/ vnnd nemmen wir seine dienst/ die er gemeiner Statt vnnd vns insonderheit angebotten/ hiermit an. Dieser artige vnnd zierliche schluß machte bey der gantzen versammlung ein gelächter vnnd vnwillen/ die sich dann verwunderte/ daß der Bischoff sich dermassen durch seine *affecten* verblenden liesse/ daß er in einer gemeinen sach/ auff sein vortheil allein sehen/ vnnd die vnmässige zuneigung/ die er zu den Jesuiten trüge/ dem bedencken der gantzen versammlung vorziehen dörffte/ vnnd wolte also die einwohner vnd gantzliche Stände der Statt ihrer natürlichen freyheit vnnd wahl berauben/ die sich billich in einer sache/ die sie sonderlich angieng/ vnnd in welcher der Bischoff nichts vor sich selbst/ vnnd ohne bewilligung der gantzen statt/ zu bescheyden hätte/ haben solten.

Die versammlung war nicht so bald von einander gescheyden/ daß nicht stracks der Bischoff vnd Präsident einen schrifftlichen bericht nach ihrem wolgefallen stelten/ vnd schickten denselben durch *Denis Latrecey* gen *Fontainebleau*, vnd lassen der Königin anzeigen/ daß die einwohner zu Troyen der Jesuiter begerten/ mit vnderthänigster bitt/ Ihr May. wolte ihr gnedigst belieben lassen/ daß die gantze Gemeind versamlet/ vnnd die stimmen durch alle handtwercke/ etwas gewissers in dieser sache einmal zuschliessen verhört wurden. Dieser bericht wurd so geschwind verfertigt/ daß *Latrecey* den 3 *Junij* in der nacht verreyßte/ damit er denen vorkäme/ die von wegen der Statt abgesandt werden möchten/ wie auch geschehen. Dann *Nicolaus Guichard* Præsidents Rath vnd Schöpff in der Statt/ welcher *deputirt* worden/ den rechten bericht dessen/ daß sich bey versamlung den 3. *Junij* verlauffen/ zu vbergeben/ als er gen *Fontainebleau* nach dem *Lantrecey* ankommen/ hat er befunden/ daß man zu Hoff schon allerdings geneigt war/ die Jesuiten zu Troyen einzuführen/ ja es hat in auch einer auß den vornembsten vnnd ansehnlichsten im Reich gefragt/ warumb sie diese gute leut nicht einnemmen wolten/ die doch ihrer Statt grossen nutzen schaffen/ ihre kinder vnderweisen/ vnnd allzeit im land bleiben wurden? Nach dem nun *Guichard* seine *commission* bey der Königin abgelegt/ vnnd er von Ihrer May. abgetretten/ traf er *Pater Cotton* an/ dem sagt er/ man verwunderte sich sehr/ daß die von seiner *Societet* in die Statt Troyen wider den willen der einwohner einzukommen begerten/ vnd hette es damit eine gelegenheit/ als wann sich ein *privat* person in eines andern hauß wider dessen willen eintringen wolte: daß solches mit der lehr deß Evangelii nicht vberein käme. Darauf antwortet dieser ehrwürdige *Pater*, er *Guichard* were eben der allein/ der den Jesuiten im weg stünde/ daß sie zu Troyen nicht einkommen köndten/ vnd daß er deß Teuffels merckzeichen auff seiner stirn truge: Das waren die züchtige vnd einem geistlichen von der *Societet* Jesu wol anstehende reden.

Als *Latrecey* abgefertiget worden/ that er allen müglichen fleiß/ daß er den tag vor *S. Barnabas* gen Troyen ankommen/ vnnd die Handtwercke der Jesuiten halben versamlen lassen köndte. Man hat in acht genommen/ daß gleich wie deß *Latrecey* vatter die Statt auf den 11. *Junij anno* 1588. der Ligen verrathen hatte/ da er den Cardinal von *Guise* an einem thor/ an welchem er als ein Hauptman bestelt war/ eingelassen: also sein sohn eben auff den 11. *Junij anno* 1611. die Statt den Jesuiten liefern wollen/ in dem er arglistiger weise zuwegen gebracht/ daß der gemein pöfel/ die Jesuiten durch rottung vnd verführung ein zuführen/ versamlet wurde:

Der Bischoff vnnd Präsident hatten ihnen eine gewisse hoffnung gemacht/ es auff *S. Barnaba* tag dahin zubringen/ daß in gemeiner versamlung auff die einnemmung der Jesuiten geschlossen wurde/ vnd hatten schon allerley bereitschafft vnd wunderbarliche anstellungen gemacht/ solches ins werck zu richten. Als nun der tag *S. Barnabæ* kommen/ auff welchen man newe Schultheissen vnd Schöpffen zumachen pflegt/ hat sich der Herr Präsident gar zeitlich

an bestimbten ort finden lassen: Ehe die Gemein noch bey einander war / wolte er den Schultheissen vnd die Schöpffen zwingen / der Jesuiten sach vorzunemen / zu welchem end er etliche brieff sehen ließ / die *Denys Latricey* von *Fontainebleau* gebracht hatte. Der Schultheß entschuldigte sich / vnd sagte / daß in den zetteln / die man den Handtwercken zugestelt hette / nichts von der Jesuiten sache were gemeldet worden / deßwegen köndte man für dißmal nicht darvon handlen. Da nun die Gemein beysamen / vnnd der handlung ein anfang gemacht worden / that der Herr Præsident eine rede / in welcher er stracks im anfang / ohn einigen schein oder vrsach / auff den Schultheissen scholte / welches dem gantzen vmbstand sehr mißfallen: darnach rühmte er seinen eyfer zur fortpflantzung der ehren vnd deß diensts Gottes / vnd wie er viel mühe auff sich genommen / die Capuciner einzuführen / vnd were ietz nichts mehr vberig / dann daß man auch den namen Jesus da pflantze / darzu er die gantze versamlung von grund seines hertzens wolle vermanet haben / daß sie ihr solches / wie er hoffte daß sie thun würde / angelegen sein liesse.

Die fürnembste und ansehnlichste vnder den einwohnern verwunderten sich / daß der Præsident / der vor der zeit den Jesuiten so sehr zuwider vnd spinnenfeind gewesen / sich ihrer ietzund so hefftig vnd vber die gebür annemen thete / also daß er / wie der gemeine mann / *in quo nihil est modicum*, zuthun pflegt / von einer vnmässigkeit in die andere fiele / da er doch billich in einem vnd dem anderen solche maß halten solte / wie die Rechten von einem seines stands erforderten. Viel halten darfür / daß weiln Schulteß vnd Schöpffen den 26. *Julij* 1602. vrsachen warumb er abzuschaffen / vbergeben / er alle mittel vnd weg suche / wie er sich vor seinem abzug an der Statt reche. Dann es darauff steht / daß er seine ämpter vbergeben will / vnnd damit er den einwohnern leid zufüge / er ihnen gern die Jesuiten auff den halß laden wolte / damit er sie in vneinigkeit bringen / vnd einen wider den andern verhetzen könte. Etliche sagen / sie haben gewisse nachrichtung / daß im / damit er auff der Jesuiten seiten gebracht wurde / fünff hundert pistoletkronen durch vnderhandlung deß *Nivelle* seyen verehret worden / vnd damit er solche milte schenckung beschönen möchte / habe er sich solcher summen halben verschrieben: welches doch nichts zu bedeuten hab / dieweil er dargegen mit einer heimlichen vrkund quitirt sey. Der Herr Bischoff ist eines so danckbaren gemüts / daß er allenthalben erzehlet vnd rühmet / wie viel guts ihm von den Jesuiten widerfahren sey. Darumb sagt er / es folge darauß was es wolle / so könne er nicht nachlassen / die sache der Jesuiten zutreiben / dieweil er ihnen so hoch verpflichtet sey.

Vnd sind diß die dienste / die ihm die Jesuiten geleistet: erstlich / haben sie zuwegen gebracht / daß ihm zu Rom die iahrgefälle / die er wegen verfertigung seiner bestallungs bullen hette geben sollen / geschenckt vnd nachgelassen worden sein: darnach daß er durch hilff *Pater Cottons* zwölff *Canonicat* von S. Steffan zu seiner Bischofflichen taffel vom verstorbenen König erlangt hat: vnd wiewol er deren noch nicht geniessen können / dieweil sich das Capitel darwider gesetzet / iedoch hofft er noch durch der *Societet* beystand vnd *credit* die oberhand wider seine widersächer zubehalten. Zum dritten / dieweil er sich zu schwach befindt / seinem ampt genug zuthun / so hat er vor / sein Bisehthumb zutheilen / vnd solchen anstalt zumachen / daß er die Jesuiten alle geistliche sachen verwalten lasse / vnd er der weltlichen allein vnd vnverhindert abwarte / außgenommen / daß er bißweilen etliche *ordinire* / damit er seine grosse geschicklichkeit sehen lasse. Herr *Johan Dautruy*, dessen wir am anfang gedacht / hat sich auch nicht vmb sonst zum Vorsprecher für die Jesuiten gebrauchen lassen: dann man fürwar vnnd gewiß helt / daß er deßwegen zwölff hundert kronen von *Nivelle* empfangen hab. Also weiß ein ieder seinen eignen seckel mit gemeinem schaden zufüllen.

Alle ständ vnd fürnembste einwohner der Statt / als ihnen zu ohren kommen / was sich zu *Fontainebleau*, da *Denys Latrecey* dahin gereißt / begeben / vnd das man die Königin fälschlich berichtet hette / als wann man der Jesuiten zu Troyen begerte / haben den 16. *Junij* eine offentliche versamlung gehalten / in welcher geschlossen worden / man solte ein *Instrument* auffrichten / darinn das ienige / was die / so vmb Jesuiten ohn befehl vnd gewalt / auch aller ständ in der Statt vnwissend / anlangen dörffen / gehandlet hetten / verworffen vnd widerruffen wurde: daß man solches *Instrument* gen *Fontainebleau* tragen / vnd / wanns von nöten / auffweisen / darneben Ihre May. von den aufrürischen predigten *Pater Binets*, vnd den heimlichen losen praticken / durch welche er vnd seine vertrawte sich vnderstunden / die einwohner an sich zuziehen / berichten solte / vnd daß ein ieder an solchem proceß ein groß mißfallen truge / vnnd were zu besorgen / es möchte deß wegen ein auflauff entstehen. Zů diesem end wurden *deputirt* von wegen der Clerisey / Herr *Vestier*, Dechant zu S. Peter: von wegen deß Raths / Peter *Trutat*: von wegen gemeiner statt / Herr *Pithou* Schulteß / *Tartier* Schöpff / *Daubterre von Villechetif* alter Schulteß: der Hertzog von *Neuers*, *Gubernator* in *Champagnien* vnd *Brie* that ihnen die ehr / daß er sie zu der Königin führet: der Dechant Herr *Vestier* thet das wort / vnd war diß der innhalt seiner rede: daß alle einwohner zu Troyen nichts begerten / oder auch begeren wolten / als was ihr May. gefellig were / iedoch so dieselbe ihrem vnderthänigsten bitten vnd flehen statt geben wolten / so betten sie gantz vnderthänigst / daß ihrer mit der einnemmung der Jesuiten verschonet wurde / dieweil

man

man ihr nit allein zu Troyen nit begere / sonder auch dem König vnd gemeiner Statt viel daran gelegen / daß sie daselbst nit eingenommen wurden: vnd so Ihr May. durch etlicher *privat* personen bericht were vbereilt worden / als solten die einwohner zu Troyen der Jesuiten begeren / das were durch betrug vnd ohn wissen vnd willen der gantzen gemeind vnd derselbigen glieder / geschehen / vnd were er sampt denen / die allda mit ihm zu gegen / von denselben abgeordnet worden / Ihr May. einen demütigen fußfall zuthun / vnd Ihr vnderthänigst zuerkennen zugeben / daß die gemüter der einwohner zu solcher einnemung gantz vnd gar nit geneigt weren. Die Königin gab zur antwort / Sie were also berichtet / als wann die zu Troyen der Jesuiten begerten: dieweil aber dem nit also / so solten sie von Ihr / dieselbe einzunemmen nit gezwungen werden: Ihr meinung were nit / sie wider den willen der einwohner einzuführen. Der *Pater Cotton* ist selbs bey dieser handlung gegenwertig gewesen / aber wie er sich meisterlich weißt zuverstellen / also ließ er sich damals nichts mercken / vnd dachte wol / es were nicht zu zeit reden / damit nicht etwa der Königin die ärgerliche predigten *Pater Binets*, vnd die rottirungen / durch welche man die Jesuiten in Troyen bringen wollen / kund gethan wurden.

So bald die *Deputirte* von der Statt Troyen nach *Fontainebleau* gezogen waren / folget ihnen der Bischoff nach / vnd reißte auff einen tag zwantzig meilen / damit er ihnen vorkäme: vnd zwar diese vngewohnliche behendigkeit ist ihm so wol gelungen / daß er der *Deputirten* anbringen vnd Ihrer May. antwort selbst angehört / gleichwol nit ohne grossen verdruß vnd widerwillē / dieweil er gesehen / daß der betrug vnd falsches vorgeben / durch welches er und *Pater Cotton* die Königin den *Deputirten*, wie obgemelt / gegeben / haben sich der Bischoff vnd *Pater Cotton* mit einander berathschlagt / was in dieser sachen zuthun were: vnd haben sich dieser nachfolgenden mitteln verglichen: Erstlich / man solte zu Troyen außgeben / die *Deputirten* von der Statt hetten durch keinen andern / dann durch einen Hugenoten / zu der Königin geführt werden können: Zum andern / daß die sache wegen der einkommung der Jesuiter nit gar verloren / sonder auff eine andere zeit verschoben were: Zum dritten / daß *Pater Cotton* sich annemmen solte / als wann er eine sonderliche andacht zu S. Bernnard truge / vnd deßwegen eine walfart in wenig tagen gen *Clereuault* thun wolte: vnnd daß er in derselben reyß durch Troyen durchziehen / vnd daselbst auff S. Peters tag den 29. *Iunii*, da die Kirchweih zu Troyen ist / predigen / vnd denen / die ihres anhangs weren / wider ein hertz zusprechen solte. Solches ward also beschlossen / vnnd auch verrichtet. So bald der Bischoff wider zu hauß angelangt / kompt er zum Præsidenten / vnd zeigt ihm an / was sein vnd deß *Pater Cottons* gutachten were: bald leßt der Præsident einen *Notarium* mit namen *Matthieu le Sot* holen / welcher bey wehrender *Liga* sich vor andern wütenden meutmacheren herfür gethan / vnnd sprach zu ihm also: Herr *Sot*, guter freund / Es gilt ietz nit mehr schweigen vnd verhälen / es ist vmb der ehren Gottes vnd der religion zuthun: gehet hin vnd sagt keck lich in der Audientz / daß die schöne *Deputirte* niemand anders haben finden können / der sie zu der Königin geführt hette / als einen heylosen Hugenoten / vnd sey ihnen der bescheid nit worden / den sie gern gehabt hetten. Dieser *Sot* setzt dem also nach / vnd kompt freytags den 24. *Iunii* in die Audientz / da er mit häller stimm gantz vnbescheidenlich / was ihm befohlen angezeigt / vnd that diesen zusatz noch hinzu: Daß die / so die Jesuiten nit wolten in der Statt haben / Atheisten / Libertiner vnd der Hugenoten Falcken weren / vnd daß in der Statt zehen tausent mann zufinden / die ihr leben vmb der Jesuiten einkommung wagen wurden. Es war dem *Matthieu le Sot* nit genug / daß er eine thorheit begangen / sein namm mancte ihn es bey derselben nit bleiben zu lassen / sonder ein verbrechen auff das ander zu häuffen. Den andern tag / welcher war der 25. *Iunii*, kam er wider an das ort / da er deß tags zuvor gewesen / vnd widerholte die obergezehlte wort: vnd als er drauf den Præsidents Rath *Trutat* angetroffen / führ er ihn mit diesen worten an / er wußte wol / daß er auf sein leben kundtschafft einnemen thete / er solte sich deßwegen nit weiters bemühen / sein leben were so gut als deß *Trutats*. *Trutat* antwortet / er redete gantz vnbedachtsamlich / in dem er sagte / daß die / so die Jesuiten nit wolten in der Statt haben / der Hugenotten Falcken weren / vnd daß die *Deputierte* von Troyen niemant anders hetten finden können / der sie zu der Königin gebracht hette / als einen heylosen Hugenotten: er wurde solches offentlich müssen büssen. *Le Sot* sagt hingegen / er habe das einmal geredt / vnd wolte es auch wol geständig sein. Den montag / welcher war der 27. desselben monats / fuhr *le Sot* in seiner unbescheidenheit fort / dieweil er sich auff den Herren Præsidenten verließ / vnd gieng zum Herren *Pithou*, Schultessen in der Statt / vnd widerholte vor ihm gantz vnverschampter weise die wort / die er schon zweymal in der Audientz geredt hatte.

Diesem *Notario le Sot* folgen etliche andere seines gleichen nach / vnd lassen sich bedunecken / es sey ihnen alles erlaubt / sonderlich wegen der gegenwart *Pater Cottons*, der gegen Troyen kommen war / fahen derwegen auch an / von den *Deputirten*, die die reiß nach *Fontainebleau* gethan / hönisch zu reden / verleumbden sie / vnd sagen einem ieden insonderheit / was *le Sot* offentlich gesagt hatte. Einer hat sich finden lassen / dessen namen man verschonet / welcher es den andern allen wollen zuvor thun / sagend / man müßte zu den waffen greiffen / damit man die Jesuiten einführte / er wüßte wol

wie man die klinge führen solte. Damit nun diesem übel zeitlich begegnet/vnnd dem vnheyl/ welches auß solchen wütigen handlungen erwachsen möchten/gestewret wurde/haben sich eben auff den tag/nemlich den 27. *Junij* Schulteß/Schöpffen vnnd etliche alte *Officirer* auß der Gemeine/im Bischofflichen Sal versamlet/da geschlossen worden/daß man ein sonderbare rechtfertigung wider *Matthieu le Sot* anstellen solte/vnd ihn vor gericht/deß vbermuts halben/den er vnbesunter weise getrieben/vornemen/vnd dieweil er sich auff den Presidenten verließ/vnnd an vielen orten/ehe er diesen handel angefangen/gesagt hatte/derselb wurde ihn wol wissen zu verantworten: so bedachte die versamlung sehr weißlich/daß man zum Herren Presidenten gehen vnd ihn verständigen solte/was geschlossen worden/mit bitt/daß er vermög deß anschens/welches er wegen seiner tugenden vnnd getrewen diensten bey den einwohneren zu Troyen hätte/solches vnwesen/ das sich in der Statt erregen thete/stillen/vnd die zertrennte gemüter zu einer guten vnd rechtschaffenen einigkeit anweisen helffen wolte. Zu diesem end hat sich der Schulteß Herr *Pithou* mit sechs Schöpffen vnd etlichen andern *Officireren* der Statt zum Herren Presidenten verfüget/die zeigten ihm an/auß was vrsachen sie zu ihm kommen/vnd vbergaben ihm schrifftlich/was *Matthieu le Sot* für frefelhafftige stuck begangen. Als der Schultheß Herr *Pithou* außgeredt/antworte der Herr President/ wann er den *Matthieu le Sot* wurde gehört haben/so wolte er sehen/was der sachen zu thun were/das recht stunde einem ieden offen: vnd damit er zuerkennen gebe/wie übel er zu frieden/daß man die Jesuiten nit einnemmen wolte/sagt er ferns/daß derer in Troyen zehen tausent weren/die ihrer begerten/vnd weren nur fünffzehen oder sechszehen Libertiner darwider/ denen zu trutz sie gleichwol hinein kommen solten: daß wann er zu hofe were gewesen/er denen das maul wol wurde gestopfft haben/die dahin im namen der Statt gezogen weren/er wolte/daß es ihm einen schoppen seines bluts gekostet hette/daß er daselbst gewesen were/die lesterungen/die man der Königin vorbracht hette/abzuleinen. Daß übrige/daß der President geantwortet/haben wir in diesem bericht nit melden wollen/damit wir dem Leser durch erzehlung der schmehwort/die er gegen dem Schultessen vnd Schöpffen gleichsam zur höflichen danckſagung/daß sie ihm die ehr gethan vnd zu ihm in sein hauß kommen waren/ herauß gestossen hat/keinen verdruß machen. *Pater Cotton*, als er auff bestimpte zeit zu Troyen ankommen/hat er mitwochen den 29. *Junii* auff S. Peters tag im Thumb geprediat/vnd widerumb folgenden Sontags den 3. *Julij* in S. Magdalens kirche. Die gegenwart dieses *Patris* hat denen/die gleich wie *Matthes le Sot* geartet vnd gesinnet wären/einen solchen muth gemacht/daß ihrer viel nit vngeneigt gewesen/ zun waaffen zu greiffen/vnd einen lermen anzufangen. Viel fromme vnd ehrliche leut vnder den einwohnern/als sie gesehen/daß grosse gefahr wegen einer auffrühr in der Statt vorhanden/seufftzten sich selbs/vnd kundten sich nit enthalten/diesen proceß deß Bischoffs vnd deß Presidenten zu schelten/daß sie/die zum friden helffen solten/vneinigkeit vnnd auffruhr anstifftteten/damit sie durch eine empörung vnd auffauf den Jesuiten zu ihrer einkommung die bahn machen könten.

Damit nun die Statt vor auffruhr vnd lermen/dessen man sich zu besorgen hatte/versichert wurde/haben Schulteß und Schöpffen ihr zuflucht zu Herren *Praslain Gubernator in Champagnien* genommen/welcher sich als bald dahin begeben/vnnd durch seine gegenwart vnd fürsichtigkeit alles wider gestillet vnnd in ruhe gebracht/wie auß dem inhalt nachfolgenden schreibens/so die Königin an ihn/auff seinen bericht/wegen seiner reiß nach Troyen/abgehn lassen/zu vernemen.

Herr *Praslain*, nach dem wir vernommen/ auß was vrsachen ihr euch gen Troyen begeben/vnd welchen fleiß ihr angewendet/dem vnwesen/daß daselbst wegen der spaltung vnd verbbitterung/die ihr vnder den eynwohnern befunden/hette entstehen mögen/zu begegnen/ wie ihr denn solchs glücklich verrichtet: haben wir euch durch diß schreiben wissend machen wollen/daß ihr daran dem König meinem sohn vnd mir einen sehr angenemen dienst bewiesen habt/welcher nicht weniger vns zu sonderlichem gefallen/als der Statt zur ruhe gereichet. Wir hatten vns vorgenommen/dem Bischoff vnd Presidenten durch euch befehlen zu lassen/daß sie etwas bescheidener/als bißher/ sich erzeigen/vnd ihren eyfer mässigen solten/ vnnd euch schreiben an ihnen deßhalben zusenden: aber dieweil *Pater Cotton* vns höchlich versprochen hat/daß sie sich künfftig wol vnd nach vnserm willen verhalten werden/vnnd daß es vnvonnöten/daß wir ihnen schreiben/ haben wir es anstehen lassen: iedoch haben wir darfür gehalten/es könte nichts schaden/daß ihr ihnen auff fürfallende gelegenheit zu verstehen gebet/was unsere meinung sey/vnd was zu ihren ehren vnd verrichtung ihres ampts/wie auch zu erhaltung friedens vnd einigkeit in gemelter Statt diene/welche ihr euch allzeit trewlich befohlen sein lassen wollet: Dann wir entschlossen sein/auff alle zutragende fäll/vnnd mit namen in diesem gegenwertigen/dahin fürnemlich zusehen vnd zutrachten/daß friede erhalten werde/vnd war unsere meinung nit/die Jesuiten zu Troyen anderst/dann auff das bitten vnd anhalten/so vns im namen der einwohner daselbsten geschehen/einzuführen/wie wir auch vns solches zu thun mit in den sinn nemen wollen/dann so fern sie es begeren. Gedachter *Pater Cotton* hat vns gleicher massen berichtet/

richtet / daß der *Notarius*, genandt *le Sot*, welcher etlicher ärgerlichen vnd auffrürischen reden halben beschuldiget worden / durch etliche / die ihm übel wollen / darzu gebracht worden / vnd solches mehr auß zorn vnnd vnbedachtsamkeit / als auß bösem willen gethan / vnnd daß er deßwegen mit keiner straff zu belegen sey / weil mañ ohne daß nichts wider ihn fürnemmen könte / mann greiffe dann auch andere an / die mehr sind / dann er / vnnd die die fürnembste ämpter bedienen / auf welche er sich beruffen / daß er von inen darzu were bestellt worden: vber diß / daß er auch dergleichen reden fürbringen könte / die sein gegentheil solte haben lauffen lassen: also daß wann mann also diese sachen wolte rütlen / ein newe vnruhe / ärger als die vorige / die ihr gestillet / darauß entstehen möchte / vnd darumb daß es besser were / solche entstandene vneinigkeit gäntzlich aufzuheben vnnd zu tilgen / mit bitt / solches euch also zu befehlen: darinn wir ihm gleichwohl auß ursachen / die ihr selber ermessen könnt / nicht haben willfahren wollen / sonderen vns erbotten / euch alles das jenige / waser vns vorbracht / zu zuschreiben / damit ir / als dem der gegenwertige zustand in der Statt / die gelegenheit der sachen / vnnd wie es sich mit einem vnnd dem anderen in der wahrheit verhelt / was auch daraus erfolgen möchte / am besten bekannt ist / solches bedencket / vnnd darinn verfahret / wie ihr erkennen werdet / daß es die *Iustitia* vnd deß Königs meines sohns vnd mehr gemeldter einwohner wolfart erheischet. Diß hab ich euch also zuschreiben wollen / vnd könnet dem Königklichen Anwald von unsert wegen vermelden / daß wir einen sonderlichen genügen haben an der bescheidenheit vnd guten anstalt / dessen er sich in dieser sache / ewrem zeugnus nach / wie auch sonsten / gebrauchet: In gleichem wollet dem Schultessen ansagen / daß wir uns seine trew vnd fleiß / die er in dieser sachen erwiesen / gnedigst gefallen lassen: vnd ist diß vnser ernstliches vermanen an sie / daß sie also fortfahren / vns wol vnd trewlich zu dienen / wie wir dann nit zweiflen / daß sie thun werden: euch hiemit göttlicher *protection* empfelend. Geben zu Pariß den 14. *Iulij* 1611. Vnd war die vnderschrifft / *Maria*, vnd besser drunden / *Pothier*.

Dieser Brieff ist ins Stattbuch eingeschrieben worden / vnd beweiset derselbe klärlich / erstlich / daß die Jesuiten ihnen kein gewissen machen / rottirungen vnd spaltungen anzurichten vnd zuerhalten / wann es zu ihrer *Societet* nutzen dienet. Zum andern daß *Pater Cotton* an seiner kunst vnd wolredenheit nichts erwinden lassen / die praticken / die der Bischoff vnd Präsident zu Troyen getrieben / die Jesuiten daselbst einzuführen / bey der Königin zu verstrichen vnd bedecken. Zum dritten / daß er sich zu einem *advocaten* für den auffrührer *Matthes le Sot* gebrauchen lassen / vnd sich vnderstanden / den vnglimpff seines verbrechens auff die zu schieben / die er seinen Gegentheil nennet / vnd die in dem / daß er ihnen auffrechten wollen / allerdings vnschuldig sein: Dz ist gewiß vnd vnlaugbar / daß *Matthes le Sot* nichts / dann auß trieb vnd befehl deß Presidenten geredt hat: in massen *le Sot* selbs bey vielen fürnemmen ansehnlichen leuten sich verlauten lassen / vnd hats sein weib gutwillich vor dem Herren *de Praslain* gestanden / da sie ihm zu fuß gefallen / vnnd für ihren mann gebetten / hernach hat sie es vor Gericht / wie iederman wisst / bekandt. Wie nun der Präsident vnd *Matthieu le Sot* ein schändliche vnd verweißliche that begangen / iener / daß er diesen bestelt / dieser / daß er sich bestellen lassen / schmächliche / vnd denen / die auch nur ein füncklein Christlicher liebe in sich haben / vbel anstehende reden außzusprengen: also ist es nit weniger dem *Pater Cotton* ein grosse vnehr / daß er also vnverschampter weiß die Königin hinder das liecht führen / vnd die vnschuldige beschuldigen wollen / damit er die schuldigen entschuldigte.

Der Schulteß vnd die Schöpffen haben den Bischoff manchmal besucht vnd angesprochen / damit er zu dem / was recht vnd billich ist / verstehen wolte / vnd ihn gebetten / daß das jenig / so den 3. *Iunij* in voller versamlung wegen Abraham *Drouots*, der zu ihrer Schulen vorgeschlagen / beschlossen worden / möchte ins werck gerichtet werden: aber er hats gäntzlich abgeschlagen: als er dessen wider durch schrifften ersucht worden / hat er den 12. *Julij* 1611. diese schrifftliche antwort geben / die Königin hette befohlen / mit der sachen einzustehen / vnd daß er ihre fernere *resolution* erwarten thete: in mitels hette er wegen deß öbersten Schulampts vorsehung gethan. Man hat nachmals bey ihm angehalten / er wolle mit *Abraham Drovot* vbereinkommen: mit dem anhang / wann ers nit thun würde / so würde man nichts desto weniger in der sachen fortfahren. Darauf laßt er den *Drovot* welcher ein Priester vnd *Baccalaureus Theologiæ* ist / zu sich kommen / vnnd drewet ihm (in gegenwart *Iacob Nivelle*) daß er ihn in den Bann thun wolle / wann er den dienst im *Collegio* anneme. *Dronot* antwortet mann habe sich vor solchem bann nicht viel zu förchten. *Nivelle* wolte für den Bischoff reden vnnd sagt / *Etiam injusta excommunicatio pertimescenda*. *Dronot* gab zur antwort / mann könte durch das *appelliren* wider solche straffen wohl raht finden: Der Bischoff *protestirt* hingegen / daß wañ ihm schon das Parlament auferlegen solte / ihn zu *absolviren*, so wolte ers doch nicht thun / er aber *Dronot* könte diesem allen wohl zuvor kommen / wann er sich schrifftlich verobligiren wolle / auß dem *Collegio* zu weichen / wann die Königin die Jesuiter würde in Troyen einführen wollen. Der Schulthes vnd Schöpffen / alß sie dieser practicken vberdrüssig worden / lassen endtlich den *Dronot* die bestallung auf das öberste Schulampt / deren sie sich den 12. Julij mit einander ver-

verglichen / vnderschrieben / wie auß diesem *instrument* zusehen.

Im Jahr 1611. Donnerstags den 13. *Julij* vmb vier vhren nach mittag haben wir endsbenante Königkliche *Notarij* zu Troyen vns in den Bischofflichen Saal daselbsten verfüget / da obgemelte Herr Schulteß vnd Schöpffen in vnserm beysein zugegen gewesen / vnnd hat Herr Schulteß in aller namen *Abraham Drouot* persönlichen angeredt / vnd von ihm begert / daß er obigen *Contract* mit ihnen gegenwirtigklich vnderschreiben wolte / vnd ist ihme *Drouot* solcher *Contract* von dem einen gedachter *Notarien* in gegenwart deß andern als bald vorgelesen worden / demnach solcher zu vnderschidlichen mahlen mit ihme *Drovot* also getroffen / wie noch gesterigs tags bemelte *Tartier* vnd *Gombault* Schöpffen im namen vnd von wegen der andern allen zu ihm *Drouot* abgeordnet worden / von ihm zuvernemen / ob er seiner gethaner zusag nachkommen / vnnd mehr besagten *Contract ratificiren* wolte. Welches bemeldter *Drouot* verwilliget. Nach welchem Herr Schulteß vnnd Schöpffen sampt ermeldten Räthen deß Schöpffenampts auff ietz besagten gestrigen tag vmb sechs vhren nach mittag ins *Collegium* gangen / mit viel ermeldtem *Drouot* zureden / welcher durch mehr gedachten Herren Schulteß befragt worden / ob er folgenden tags gegen mittag gemeldten *Contract ratificiren* wolte / vnd hat der *Drovot* geantwortet / er wolte nit vnderlassen / sich morgen / wie obgemeldt / in der Schöpffen Rathkammer einzustellen / mehrbesagten *Contract* in gegenwart deß Herren Schultessen vnd Schöpffen zu *ratificiren*. Darauf sich ermelter *Drovot* willig vnnd bereit zu sein erklärt / gedachten *Contract* zu vnderschreiben / wolte aber zuvor dem Ehrwürdigen Herren Bischoff eine schrifft wider geben / welche er Bischoff ihme zu handen gestelt / vnd daß er fast wüntsche / daß sich gedachter Herr Bischoff mit gemelten Herren Schulteß vnnd Schöpffen vergleichen möchte / damit ihme *Drovot* vom Bischoffen kein eintrag vnd verhindernuß im *Collegio* widerfahre / dieweil gedachter Bischoff ihn in bann zuthun gedröwet / welchen bann er nit auffheben wolte / wanns schon das Parlament gebieten solte: begere demnach / daß ihm eine Copey besagten *Contracts* gegeben werde / dieselbe in seinem Rath einzuliefern: vnnd das er ausserhalb deß verbots vnd gedröten banns vom Bischoff vrbietig were / gedachten *Contract* zu vnderschreiben. *Signatum Bourgeois* vnd *Tratel*.

Auß diesem bericht kan ein vnparteyischer Leser leichtlich ermessen / was der Jesuiten zweck vnd fürhaben sey / vnd wie ihre heimliche vnd listige practicken gantzem Franckreich gefährlich vnd besorglich seyen.

ACTIO

ACTIO MARTILIERI ADVERSVS IESVITAS IN PARLAMENTO PARISIENSI, *ANNO M. DC. XI.*

ANno 1610. & 1611. tractata est rursus, & ut multis videbatur, prorsus finita, controversia, quæ diu agitata fuit inter Iesuitas & Academiam Parisiensem. Cùm enim Martilierus Academiæ Advocatus in Parlamento statum controversiæ inter Iesuitas & Academiam, An nimirum potestatem haberent Iesuitæ artes quaslibet liberales in Collegio suo publicè profitendi, dilucidè admodum explicâsset, & iniquitate, turpitudine, flagitijs erroribusque tam vitæ & morum, quàm doctrinæ ipsorum commemoratis, Academiæ non solùm, sed & universæ Reipublicæ detrimento eos esse maximo, certis immotisque argumentis ita confirmâsset, ut Regum eos parricidas esse, dubium amplias nemini videretur; Et verò Advocatus Iesuitarum tam frigidè ad argumenta ista die postero respondisset, ut appareret facilè, argutias eorum ad obfuscandum clarissimum veritatis Solem momenti afferre nihil ampliùs posse, Servinus statim, Advocatus Regius, facto, à matris Hircani & Aristobuli, qui ex Regia Maccabeorum stirpe ultimi fuerunt, historia dicendi initio, *Eam*, inquit, *Pharisæorum & Scribarum, qui vitæ morumque innocentiâ omnium in se oculos converterant, astutia, ei tandem miseriarum perductam fuisse, ut præter nomen & titulum Reginæ, (potestate & imperio omni ad Pharisæos delato) nihil ampliùs retinuerit.* Porrò autem ex antiquorum Patrum & Doctorum Ecclesiæ scriptis Monasticam Eremitam & in universum omnem Ecclesiasticam vitam, solitudini, humilitati, studijs, castitati, dilectioni, simplicitati, paupertati, bonisq; temporalibus & favori Principum contemnendis totam deditam esse oportere ostendens, lonhè hanc Iesuiticam ab ea alienam esse, utpote quę bonis aliorum per insidias & dolo malo occupandis inhiaret, & doctrinam tam in forma, quàm in materia pessimam profiteretur, argumentis & exemplis plurimis tam dilucidè comprobavit, ut ne dicere quidem contra, qui adfuerant Iesuitarum primores, potuerint, sed & defendere suam volentes causam, omnium risui exposuerint.

Actio Petri HARDIVILLERII Parisinæ Academiæ Rectoris *pro* Academia *adversus* Presbyteros & Scholasticos *Collegij Claromontani* IESVITAS habita *in* Senatu Parisiensi *Anno* 1611. *die* 22. *Decemb.*

ACtionem à Martiliero pro Academia Parisiensi adversus Iesuitas susceptam breviter modò enarravimus. Eam, uti commodiùs finiretur, Petrus Hardivilerius Academiæ Rector, promovendam talem in modum sibi sumpsit: *Ecce*, inquit, *Academiarum omnium Princeps & Regina, Regum Christianissimorum clarissima soboles, ad sacrum dignitatis vestræ, Iudices, tribunal prodit, non jam suâ amplitudine venerabilis, non nativâ pulchritudine sectabilis, non vegeto illo succique pleno corpore, non uberibus lacteo quodam εὐτυχίας fonte manantibus, non flammeis illis ac flagrantibus oculis, quibus omnium gentium animos, divinis incendebat ardoribus, sed nuda, mœrens, abjecta, in situ & squalore vitam trahens, miseriæ & conditionis suæ pudore suffusa, in vobis suæ sortis & fortunæ præsidium quærens, vos enim madentibus oculis intuetur, quorum salutari manu nisi è cœno & sordibus extrahatur, non est quod aliud in tanta rerum acerbitate doloris lenimentum quærat, quàm ut saltem novissimas ejus voces Senatus audiat, & ipsa in vestro sinu innocentem, & Gallici candoris perpetuo retinentem animam exhalet. Tametsi autem is Academiæ datus sit patronus, qui undique oculatus, animos Gallorum facilè per avia, prærupta sinusque & anfractus Iesuiticæ Societatis ducere possit, se tamen affirmat sic ad dicendum venire, ut pietatis potiùs quàm defensionis, querelæ quàm eloquentiæ, doloris*

quàm

quàm ingenij partes à se susceptas quisque intelligat, quamvis interim non diffiteatur, eò adactum esse se importunitate adversariorum, qui toties moniti, ut cœptis desisterent objurgati, ut ambitioni suæ modum facerent, toties ab aris fociſque Academiæ depulsi, sese quin in aliena jura & prædia irrumperent, continere nunquam potuerunt. Inter alia autem nefaria ipsorum scelera, illud certè indignum maximè & prorsus non ferendum esse, quod jam non per se & emissarios suos, sed per ipsos Parlamenti judices, Academiæ tutores, Academicis periculum inferre conentur, & quos hactenus occultis consilijs doliſque extinguere non potuerunt, eos judicium sententijs & judiciorum religione oppressuros se arbitrentur. Quia autem inter cæteras postulationis suæ causas Academiæ vestitatem & confusionem, nimiamque juvenilis ætatis licentiam, veluti quosdam Academici corporis morbos objecerint, quibus curandis nec iussa Regiæ Maiestatis, nec pondus authoritatis Parlamenti par sit, sed sola eorum societas, cælitus in eum finem scilicet dimissa, probaturum se dicit, tam Reverendorum Patrum obsequiosas ad morbos ejusmodi tollendos manus haudquaquam requiri. Principio igitur constare laboranti Academiæ Medicos eos adhibendos minimè esse, quibus cujuslibet alterius Societatis innatus contemptus sit, quorum consilijs & artibus ingens morborum cumulus Galliam occupavit, qui ut importuni hæredipetæ circumstent, & morte nondum compotatâ, funeris arbitria petant, quin imò qui ut corvi prædæ inhiantes, non nisi injectâ in os offâ recedere soleant. Sanctiss. istos & regularum suarum tenacissimos patres, Academicis nihil tale cogitantibus vulnus cruentũ & lethale superiori tempore inflexisse, Eam enim bellorum civilium procellis jactatam, ex communi naufragio vix emersisse, cùm sagacissimi patres animadverterent, convulsos ejus nervos, fractasque vires non sine peculiari regiæ munificentiæ affluxu reparari posse, Regem igitur eos adiisse supplicesque petiisse, ut parvulum istum gregem suum aliquâ dulcedinis guttulâ respergeret, esse sibi animum, non tam nomine quàm re, affectu & studio verè Gallicanum, & ad Regiæ Maiest. obsequium omninò præsentem: unica præ cæteris floribus sibi lilia cordi esse, omnes suos conatus cogitationesque ad commune Reip. bonum directas esse. Litteras esse ornamentum Reip. præsidium imperii, Solem & oculum regni; non debere igitur solam Lutetiam frui literarum beneficio, & iuventutis instituendæ bono gaudere, sed diffundendum illud esse per varios ac multiplices regni totius Tractus, Civitates, Provincias, Regem igitur opt. & magnificentiss. clementiæ suæ mollioribus ulnis eos excepisse, suo sinu & pectore fovisse, & tum Flexiæ per se, cum in alijs Regni partibus per subditos suos stipendijs ampliſsimis ditâsse. Illis autem velut armis instructos, & nomine regio veluti numine tactos. Academiam inermem & omni præsidio destituta deinde aggressos esse, suumque illud adeò quæstuosum GRATIS personando, juventutem ab Academia abduxisse, ut mirum non sit illum jam vitæ literariæ fontem exsiccari præcisis undiquaque venis & ductibus quibus sanguinem & spiritum accipiebat. Falsos tunc quidem expectatione suâ Iesuitas, factum enim esse, ut totum laborantis Academiæ corpus, circumfusis eorum gregibus obsessum, vires suas, Academicis cor moribundæ parentis doctrinâ puriore reficientibus, collegerit, & corvos hiantes deluserit. Hoc autem animadvertentes Claromontanos patres, ad alias artes extemplò confugisse, & à Rege diploma seu rescriptum obtinuisse, quo in ipso Academiæ Parisiensi gremio publicè scholas aperiendi facultas eis concessa fuit, juventutem igitur instituere cœpisse, non per se, sed alios quosdam magistellos, vel aliunde accitos, vel quasi fungos noctis unius spocio è fœcunditate soli Claremontani prorumpentes. Nihil mirum igitur si Academia exhaustis penè viribus non gemere tantùm & lugere suam sortem, sed contra vim fraudemque exclamare & Deum hominumque fidem implorare cogatur. Ad clamorem autem istum, eos ipsos patres, qui ejus vitæ insidias fecerant, accurrere jam & petere, ut Academicorum sinu excipiantur, non quidem dominos fundi, sed ut colonos, imò ut servulos humiles in familiam Academicam cooperti volentes, Suaves illas quidem & melle illitas voces esse, sed quasi quis sapit, ipso felle reperiat amariores, Panem eos sinistrâ manu porrigere, lapidem dextra abscondere. Academicos quidem optare, ut non modò velut socios eos admittere, sed etiam velut fratres complecti, & ut Patres venerari liceret sed campum istum magnos montes habere & fieri id non posse, multas Vrbes, quas ad nutum suum jam regnant Iesuitæ; multas provincias, quas possideant, multas Academias, quæ in suis sepultæ cineribus jaceant, & ex quarum ruinis rerum suarum insanas substructiones erexerint, testari satis & evincere. Eas enim tacitis & occultis motibus Academiam Parisiensem monere, ut suo periculo sapiat, & instantia sibi pericula non modò cautè prudenterque prævideat, sed etiam fortiter & gloriosè depellat, ostendentes, societatem Iesuiticam similem esse vel pennis Aquilarum, quæ sensim eas res atterunt, cum quibus inclusæ & reconditæ sunt; vel fluvijs, qui insulas complecti, ijsque adblandiri videntur eas tamen comminuunt & perdunt. Non esse autem necesse, ut in externa aliarum Academiarum discrimina inquirant, earumq; voces & monita

nita desiderent, jam intus esse periculum, æstuare jam morbum in præcordijs, & ipsos Academiæ hostes prætextu pharmacorum, ejus venas meliori sanguine exhaustas, venenatis exotericorum dogmatum poculis inficere, atque dum gratis ambrosiam suam suumque nectar, cœlestes scilicet illas dapes Academicis languentibus apponere se jactant, Academiam suffocare, linguam ei præscindere, ne loqui, oculos eruere, ne eorum fraudes possit intueri, jugulum petere, ipsum caput aggredi, & Sorbonam ipsam tentare atque lacessere. Speciosum Societatis Iesu nomen, & boni publici pondus ac momentum in eorum verbis sonare, sed per ipsos jam licere subditis jugum excutere, licere Senatusconsultis & Regijs etiam rescriptis illudere, imperitæ multitudinis oculos eludere, licere veteres Academias pervertere, licere de patribus Miracula comminisci, licere passim Martyres conscribere, licere Sorbonica decreta non habere ludibrio tantùm, sed contumelijs prosequi, licere denique omnia pessundare, ut tandem sola Iesuitarum secta totum orbem dogmatum suorum facibus incendens, omnes etiam vitiorum spinas, vepres & noxios deterioris doctrinæ succos exurat. Quod Osorius quondam dixit, inclinante & in senium vergente mundo nascituram novi cujusdam & cæteris inusitati nominis Societatem, quæ tumidis magisterijs silentium impositura sit, & ad cujus, ut ad solis exortum, cæteri hominum jure sociatorum cœtus, quasi minora, & spurio quodam lumine lucentia sidera mortalium oculis eripiantur; Id Iesuitas per Vniversum penè orbem Christianum jam assecutos se gloriari, & certè præclariora quæque ac melioris notæ ingenia, suis undiquaque sedibus eos expulisse; passim erumpentes nascentis industriæ gemmas velut pestilenti quodam turbine afflatas adussisse; omnem literatis, quâ emergere ac se proferre possent, viam præclusisse, unam adhuc restare Academiam Parisiensem, ad quam velut ad portum confugerent virtutis & eruditionis suæ specimina edituri. Hanc quia scopulum esse videant Iesuitæ in quem irruentes frangantur, idcirco ad ejus interitum omnes adhibere machinas statuisse, iamque in maximi beneficij loco reponere, si specie Societatis cum Academicis ineundæ, & salutis eorum conservandæ nomine, omnes eorum labores, vigilias & conatus, omnibus invidiæ turbinibus exponant, si Academiam ad limen Clabromontanæ domus, ut vile mendicabulum prostare, & alumnorum suorum præmia ab eorum Gazophylacio turpiter expectare cogant atque ut Societatis istius ludus, fabula, ludibrium toto orbe habeatur, faciant. Academicos quidem stare in procinctu, non dolis, non imbitu, non versutijs, sed ingenio, doctrinâ, industriâ, virtute & animi candore cum reverendis istis Patribus certaturos, velle, ut proferant se Iesuiticæ Societatis lumina & Gigantes illi, qui volumina voluminibus, ut montes montibus imponendo, cœlum sapientiæ scandere se putant, & Deos Academiæ tutelares de solio suo deturbare, sed optare tamen, ut Iesuitæ nudæ cum nudis Academicis decernant, hoc enim si fiat, sperare se futurum, ut res tota, omnibus iucundum, utilem Reipublicæ, literis salutarem exitum sortiatur. Cæterum non doctrinæ saltem & eruditionis rationem; sed ipsius etiam Reip. salutem, & Gallicani Imperij dignitate, quin imò Regis Christianissimi securitatem postulare, ut Gallicanæ juventutis informatio solius Academiæ fidei & Academicorum sedulitati permittatur, atque demandetur. Mæcenatem olim Augustum monuisse, ut ijs erudienda juventus traderetur, qui Imperium Romanum impensè adamarent, Gallorum igitur adolescentum institutionem non posse cuiquam tutius, quam Academicis Parisiensibus commendari, qui eodem quo tota Gallia spiritu vivant, & propterea Academiæ vitam servari unicè expetant, ut ipsi in ea velut in specula ad Regiæ Maiestatis decus & securitatem pervigiles excubent, & Reipubl. Gallicanæ amorem tenellis adolescentum ingeniis, Christianis pietatem erga Deum, subditis fidem erga Reges, civibus commune boni publici desiderium inserant. Regem piissimum & suorum amantissimum, priusquam atroci & cruento vulnere à nefario parricida confessus ad cœlum migraret, de Academiæ suæ dignitate revocanda seriò cogitasse, nec satis esse duxisse, si fidissima Maiestatis suæ filia viveret, nisi etiam splendidè & regiè viveret. Hanc igitur tanti Regis filiam stare iam in conspectu iudicum, eosque per sacros illius manes orare, ne labores, conatus, gloriam suam cum Iesuitis partiri cogatur. Non ea laborum suorum præmia rependi sibi Academiam postulare, quæ ingentes familiarum amplissimos reditus adæquent, non quærere eam Baronias, Comitatus, Abbatias, non captare hæreditates, non arcana quadam arte munerum copiam passim ex omnium manibus & oculis elicere, sed tantùm suppliciter & demissè petere, ne in hoc squalore deseratur, neque in hoc miseriarum cæno hactenus depressa opprimatur. Iesuitæ quidem cur finibus Academicis se contineant, cur tantus eos Gallicanæ iuventutis educandæ pruritus agitet, cur ovis Gallicis tam pertinaciter incubent, causam non esse aliam, quàm ut Gallorum loco Milvios aut vultures excludant. Hæc enim nisi ipsis mens esset, futurum certè, ut Academiam non tam proterve arietarent. At vero Academiæ totius

in iudices æquissimos eorumque dignitatem defixum aspectum esse, eosque eò sibi æquiores magisque propitios fore confidere, quò adversariorum ambitus plus gratiæ & favoris apud plerosque videatur obtinuisse. Non opibus eam contendere, quæ exhaustæ sint, non dignitate, quæ jam pridem iaceat, non amplitudine, quæ indignissimè conteratur, sed precibus, lachrymis, squalore & miseria, per Deum enim immortalem eam obtestari, per Henrici Magni, suavissimi patriæ parentis pios ac propitios manes, per ultimas eius voluntates, per Christianissimi Regis, & Reginæ Matris optimæ ac Serenissimæ securitatem, per Galliæ totius incolumitatem, per decus & amorem patriæ, per liberos eorum, quorum præsertim res agitur, per eos ipsos & nominis eorum immortalitatem, ut eripiant tandem aliquando literas ex profanis istis manibus, easque suæ parenti & Academiarum Reginæ, vel potius suam eis parentem restituant, neque diutiùs purissimum ac verè Cristallinum oculi Gallicani humorem, admixtis exotericæ doctrinæ sordibus turbari permittant, considerantes nempe, satius esse, ut ad Senatus Parisiensis nomen & recordationem totæ deinceps gestiens prosiliat Academia, eique æternùm victuros gloriæ lauros decerpat, quàm ut novus, & Gallicano præsertim genio inusitatus Religiosorum hominum cœtus è finibus monasticæ professionis exiliens, cum omnium penè Ordinum querela, cum totius Galliæ periculo, cum certissima Musarum politiorum ruina, ubique iactet & proclamet, ipsis iudicibus, societatem suam in Academicos irrupisse, Academiam & literas meliores ipsorum iudicium sententia concidisse, & tertium istum Gallicani lilij apicem, iudicum spiritu perculsum emarcuisse.

Excusa est hæc Actio juxta exemplar Parisiis apud Ioannem Petit-pas, viâ Iacobæâ sub scuto Venetiarum excusum. Anno 1612.

ARRE-

ARRESTVM CVRIÆ PARLAMENTI:

PRIMARIA, RERVM CAPITALIVM ET EDICTI
Classibus convocatis 22. Decemb. 1611.

LATVM

IN CAVSA

SACERDOTVM, ET SCHOLASTICORVM COLLEgii Claromontani qui se IESVITAS vocant, Diplomatis Regii 20. August. 1610. comprobationem postulantium, quò omne scientiarum artiumque genus, in Collegio Claromontano, juxta edicti Septemb. 1603. & aliarum constitutionum normam, publicè docendi, potestas concedatur.

ET

RECTORIS, SYNDICORVM AC DECANORVM VNIversitatis, Intercedentium Editioni Diplomatis, ac libello supplici oblato 2. Decemb. 1611. petentium, ut ex lege Edicti Restitutionis IESVITARVM, *& Decreti quo illud comprobatum est, ab omni Scholastico munere arceantur: nullo, ex personarum qualitate, præjudicio subitturo.*

Cui inseruntur ex D. Ludovici Servini Advocati fisci Regii, Actione, excerpta summa capita.

EX ACTIS CVRIÆ PARLAMENTI:

Manè.

PRIMARIO PRÆSIDE, ARRESTVM pronunciante.

CONtroversia, ultrò citróque copiosè disceptata, hinc, inter Sacerdotes & Scholasticos Collegii Claromontani, qui se Iesuitas vocant Diplomatis Regii 20. August. 1610. dati Impetratores; & quod decreto Curiæ comprobari, petunt, quo omne scientiarum artiúmque genus, in Collegio Claromontano, juxta Edicti Septemb. 1603. & aliarum constitutionum, declarationúmque normam, publicè docendi potestas conceditur, quique defensorum quoque vices agunt: inde, inter Rectorem, Membra & Decanos Vniversitatis Parisiensis, intercedentes comprobationi Diplomatis, ac supplice libello 2. Decemb. 1611. oblato, postulantes, ut juxta legem Edicti, quo restituti sunt Iesuitæ, prohibitione, ab omni munere & exercitio scholastico, arceantur: nullo ex personarum qualitate præjudicio subitturo.

Quúmque jam in quartum usque diem, majore, Criminali & Edicti Classibus convocatis, Montholonius, Diplomatis Impetratorum nomine & Martelerius, intercessorum partes sustinens, auditi sint: atque ea causa peroratâ solemni intentionis clausula, illi Diploma comprobari petant, & hi verò recusent, & supplice libello intercedant, cùmque Rector quoque, & ex Impetratoribus nonnulli, verba fecerint. Quin etiam cùm Cognitoris Regii nomine SERVINVS egerit, cujus orationis hæc fuêre capita: se jam, 17. mensis hujus, cùm istius causæ, inter Sacerdotes & Scholasticos Collegii Claromontani petitores, ut rescriptum Regium, 20. Augusti, 1610. Senatusconsulto comprobaretur, & inter Rectorem, Decanum Facultatum, Natio-

num procuratores, & alia Membra Vniversitatis, reluctantes & ex occasione Petitores, disceptandæ nomen recitaretur: altercationibus, antequam Advocati causam agerent, occurrente, ea protulisse tum quæ hodie quoque referenda videantur. Nempe, pro muneris ratione, ut suarum est partium, ad gloriam Dei, Ecclesiæ bonum spectare, ac Regis rem, vitam, salutem, securitatem, & Reipublicæ totius tranquillitatem sartam tectam tueri, se adhortationibus utrosque, Actores & Defensores, verbis sancti Pauli commonefeciisse, ut pacis, quoad fieri posset, & concordiæ mutuæ rationes inirent.

Ac propterea, Actoribus dixit, eos beneficium ab Henrico Magno, gloriosæ memoriæ, impetratum, gratâ mente jugiter recolere debere, qui cùm undiquaque fideliſſimorum & longo rerum usu prudentissimorum Ministrorum consiliis, ab illorum revocatione deterreretur, nihilominus, id beneficii largiri constituisset, hac spe ex promissionibus ipsorum concepta, inductus, fore videlicet, ut Indulgentiæ & Clementiæ Principali, officiis & obsequiis, Regiæ Majestati præstitis, gratiam aliquam referrent: eò etiam maximè, quòd nullius rei, præterquàm reditus, gratiam postularent, nec alium sibi finem propositum esse significarent, nedum, ut ea, quæ hodie efflagitant, expetituri viderentur.

Addiditque, perpenderent secum ipsi an æquum esset, statim à Magni Regis obitu, illud postulare, quod ipsemet, nequaquam iis concedendum esse censuisset, & quod dum in vivis erat, urgere nequaquam essent ausi. Hæc saltem lex, si pertinaciter petitioni insisterent, ipsis præscribebatur, ut sese priscis Vniversitatis Parisiensis Decretis, & Theologicæ Facultati, in hisce quatuor capitibus, potissimum subjicerent.

Primò, *quò Regum saluti & securitati consulatur, quos sæpenumero jam impetitos, iterato parricidio, nefariè è vivis sublatos, sceleſtiſſimorum parricidarum manu vidimus, qui falso & detestabili Religionis obtentu, ac impurâ, temerariáque doctrinâ, nuper cusâ, quam ex libris & scholis istorum Impetratorum hauserant, ut ex Reorum confessionibus & Curiæ Arrestis, apparuit acti fuêre: Petitores, tam detestandis opinionibus renuncient, nec tantùm scriptoribus suæ societatis, qui eas tradiderunt, non assentiantur, sed etiam scriptis editis, juxta verbum Dei, in Veteri & Novo Testamento comprehensum, illas oppugnent.*

Dicant doceant, scribant ubique, nefas esse cuiquam, sive peregrinus, sive naturalis Regis subditus audiat, in Capita vitamque sacratiſſimæ Majestatis Regum & Principum moliri, quantumlibet speciosum authoritatis, vel spiritualis, vel temporalis nomen prætendatur, quæcunque prætexatur causa, etiam ubi de moribus & Religione agitur; sanctè polliceantur & subscriptione suâ confirment ac recipiant, patefacturos se, quotquot intelligent, aut sentient, tam horrenda consilia agitare, nec unquam iis adstipulaturos dogmatis quibus malesana perditorum hominum ingenia, directè vel indirectè, tanquam fulcro, ad machinationes adversus Vnctorum Dei capita, struendas, niterentur.

Secundò, *Diplomatis Impetratores profiteantur, prædicent, doceant, inter cæteras potestates summas à Deo constitutas, Francorum Regem Christianiſſimum, in Temporalibus solo Deo minorem, non aliud in Terris supra se, præter Dei numen agnoscere, cujus beneficio, absoluto in subditos dominii jure potiatur: nec spiritualibus potestatibus, pietatis licèt colore prætento, & promovendæ vel defendendæ Religionis specie, fas esse Temporalium Regum ac Principum jura usurpare, magis, quàm Regibus, authoritatis Regiæ titulo, spiritualis authoritatis, apicem invadere, quapropter in sese recipiant, nunquam se hoc in argumento distinctionibus, nuper à quibusdam Doctoribus excogitatis, docendo usuros, quæ his vocabulis expressa fuerunt:* Directè aut indirectè, per se aut per accidens.

Agnoscant ingenuè, Scholasticis subtilitatibus, non res, sed verba tantùm mutari, quò in Ecclesia, immensa quædam & nullis cohibita finibus potestas, omnibus imperijs & Rebuspublicis secularibus gravis & damnosa constituatur, & spiritualis potestas in temporale imperium transeat, juris & regij Majestate, sacerdotalibus infulis tributa. Contrà inviolabili invictoque, nec problematico, axiomate asserant, penes authoritatem & potestatem nullius esse, Abdicatione, suspensione, ac Regni privatione, Reges, eorum ditiones occupanti, vel deprædanti expositâ multare.

Tertiò, *doceant, profiteantque scribantque: Omnes Regis subditos, tam Ecclesiasticos, quàm seculares, ad eam, erga Regem, obedientiam teneri, quam Dominus noster Iesus Christus, humanam indutus naturam, Imperatoribus & Magistratibus, nascens, morienſque præstitit, quemadmodum hac lege sancivit:* Reddite Cęsari, quæ Cæsaris, Deo quæ Dei, *atque eam etiam ob causam, Regnum suum negavit esse mundanum, alioqui sibi non defuturos satellites, qui arma expedirent.*

Atque ista verba, ut & Pauli Rom. 13. Omnis anima potestatibus sublimioribus subjecta esto, quæ sunt *non tantùm præcepti alicujus,*

cujus, declarationis, aut exempli ad tempus *observandi vim obtinere, quando videlicet Christiani, Temporali potestate (ut scripsit quidam ex ipsorum societate Coryphæus) cæbant, Infidelibus subjecti: sed eo in universum omnes & in æternum, cujuscunque fuerint ordinis Ecclesiastici & Laici, obligationis nexu arctissimo adstringi.*

Ac proinde, ad hujus legis amussim, vivendum esse, asseverent, quam Apostoli, & eos imitati verè Christiani, religiosè observarunt, qui non modò tum, cùm pauci veritatem Christianam amplecterentur, sed etiam, cùm in amplissimum numerum excrevissent, Discipuli, Cæsaribus & Regibus, vel Hæreticis & Infidelibus, in Temporalibus fideliter paruerunt.

Quapropter Diplomatis Impetratores fide caveant, se dictis & doctrinâ professuros: Nullam potestatem, qualicunque tandem sit, nec ipsam etiam Ecclesiam, vel in Concilio congregatam, aut aliâ quapiam ratione, jure ullo præditam esse, quo subditos, à Fidelitatis juramento absolvere, & obedientiæ, ad quam jure divino, naturali, & humano, exhibendam, tenentur, vincula, ullo pacto laxare valeat.

Quartò, *quod ad πολιτείαν Ecclesiasticam attinet, ad Regis authoritatem, & Regni leges tuendas, Diplomatis Impetratores, ore & scripto, tueantur libertates & jura Ecclesiæ, in cujus sinu vivunt, Gallicanæ: nec quicquam dicant, scribant, proponántve (quorundam Decretorum, quæ in Francia nec probata nec admissa sunt, prætexto nomine) quod illis adversetur.*

Ac proinde, deinceps sese scripturos recipiant, & curaturos, ut à Generali & Provincialibus adprobentur, quæ sunt adversus suæ societatis homines conscripturi, qui libris editis, dogmata contraria, quatuor hisce capitibus posuerunt.

In summa, Priscis Vniversitatis Parisiensis, ac Facultatis Theologicæ Decretis, atque Institutis stent per omnia.

Quibus capitibus, donec planè satisfecerint, & indubitatis τεκμηρίοις, sinceri animi, fidem fecerint, cancellis Edicti Restitutionis sese contineant, atque postquam ita caverint, libera demum, arbitratui Curiæ, juris reddendi potestas esto, in iis, quæ nunc indulgeri sibi postulant.

Hæc, is qui verba facit, sæpenumero testatur, se Petitorum sociis significâsse; hæc eadem complures clarissimi Viri, dignitate senatoria, in hac Curia, illustres intellexerunt, cùm in hos sermones incideremt.

Quin etiam Patri Frontoni, & alteri sodali, pridie quam causa disceptaretur, ista proponebat, coram Amplissimæ Dignitatis Viro, pietate, doctrinâ, atque erga Ecclesiam, Regem, Regnumque fide & studiis conspicuo, in Curia quadam suprema, Præside: qui suâ quoque authoritate & suffragio eosdem excitabat, ut candidè & ingenuè, præscriptis sanctionibus in Senatu recitatis, subscriberent, & eas sine ulla elusionis vel æquivocationis stropha, approbarent. Ad quæ cùm Regis Advocatus, sibi certum quid responderi peteret, excepit Fronto, Quantumvis ipse atque alii socii, qui Parisiis degunt, ita sentirent [*nam sibi privatim ab hac sententia alienum non esse animum, utpote qui in Politicis arbitraretur, temporibus & locis, ubi vivitur, serviendum esse*] non tamen integrum sibi esse, præcisa declaratione uti, nisi antè, hac de re cum sociis, qui in hac urbe sunt, conferret: imò existimare se, re communicata, constitutum, ad hasce propositiones, nisi prius Generalis Præpositi, cujus sententia expectanda erat, animo explorato, expeditè & tutò responderi non posse.

Quæ Rectori, & qui eum comitabantur, cùm fuissent significata, responderunt, sibi verba Frontonis probari non posse, captiosa & æquivocationibus obnoxia, præsertim cùm diceret, In politicis serviendum esse temporibus & locis, ubi vivitur. Adde quòd, cùm esset in confesso, Postulantium societatem, in omnibus, & per omnia, à Generali suo pendere, qui majore quàm cæteri Generales solent, potestate in sibi subditos Religiosos potiretur, atque extra Regnum Galliæ commoraretur, nullam rationem, ad fidem ipsis habendam aperiri, tum etiam, quòd Iesuitæ omnibus aliis ferre leges, à nullo verò accipere consueverint.

Præterea, Iesuitas istius justæ diffidentiæ causas causas ubiq; suis actionibus & institutis dedisse, ubicunque pedem fixerunt, affectato, tam in Clericos, quàm in Laicos dominio: Quibus accedit, quòd omnib. hic unicus scopus; normę instar ob oculos est, ut cuncta ad societatis, etiam ex aliorum damno, utilitatem, atque amplificationem dirigantur. Quòd dogmata priscis legibus Regis, & Regni Constitutionibus contraria tuentur: Quòd si contingat aliquem ex societate exitiale scriptum edere, neque societatis cœtus, nec ex ea quispiam, illud palàm improbat, aut ad veritatis defensionem se accingit. Addidit Rector privatim, sibi complures esse rationes exponendas adversus petitorum postulationem, quas Curiæ cognitioni, tam suo, quàm Advocati ore subjecturus esset, quod is qui Regis nomine verba facit, tum ut omnem culpam, coram

Deo & Hominibus, à se derivaret, tum ut discordiæ fomitem, unde scandala & diffidia, in Ecclesia & Republica, essent exoritura, extingueret, ex sui muneris ratione, referendum esse duxit: Quo circa obnixè rogat Senatum, ut in meliorem partem, quæ proponuntur, interpretari dignetur, quo pacto omnes æquos rerum æstimatores à privatis affectibus immunes, quique Religionis causam in Factionis malum non vertunt sano mentis judicio, quæ dicta sunt, admittere decet: hoc etiam addens, si ulteriùs æstus contentionis feratur, ea quæ desiderantur, & utrobique reprehendenda sunt, pro temporis & juris ratione, prout animadversionis officium requiret, significaturum esse.

Enimverò, cùm in tertium usque diem, controversia utrinque agitata fuerit, ea jam refert, quæ in instrumentis, & copiis causæ judicialibus sacerdotum ac Scholasticorum Collegii Claromontani, qui se Iesuitas vocant, observavit, excerpsit, collegitque, præter ea loca quæ à Montholonio, & à Martillerio subnotata sunt: quæ partim ad ordinis eorum institutum, partim ad vitæ genus & Doctrinæ rationem spectant: quæ tria capita sunt excutienda, ut agnoscatur, utrum instituendæ juventuti apti, & an eorum institutio utilis & salutaris futura sit.

Ac primum, quod ad Institutum ipsorũ Clericorum, qui se regulares Relioſos appellant, nuncupantq; liquet, eos non tam lege, quàm privilegio gaudere. Hanc ob causam Ignatii Loyolæ Fundatoris scopum, vitam, & vitæ rationem, à Ribadeneira & Maffæo conscriptam, expendit, atque constitutiones, & earum varias explicationes, Romæ excusas; bullas, quas à Pontificibus numero 37. impetraverunt; privilegia, & immunitates, quas subinde, vivæ vocis, ut loquuntur, oraculo, elicuerunt: Congregationum Iesuiticarum Canones & Generalium Epistolas, sedulò notavit & consideravit.

Quod verò ad ipsorum actiones & res gestas pertinet, retulit, se, ex Actis, (sibi, cùm tulit occasio, observatis,) eorum, quæ ab eo tempore, quo sunt admissi, in Gallia contigerunt, repetere. Quid de ipsis *Eustatius Bellæus* Episcopus Parisiensis 3. Augusti, 1554. judicârit: quid declaraverit & decreverit *Theologica Facultas*, in Sorbonæ Collegium eodem anno convocata, quæ postea *Posciaci* gesta, vbi suum dissimulabant institutum: quæ post ipsi fecerint: quid ad officia docendi, gratis, oblata, *Academia* exceperit; quid ea de re censuerit *Turnebus*. Expendisse quoque se, Actiones anno 1564. habitas, & præsertim, *Actionem Baptistæ Mesnilij* Advocati Fisci Regii, & quid causâ Consilio permissâ, à Curia decretum fuerit.

Item ea retulit, quæ in Italia, Hispania, Germania, Polonia, Moscovia, Anglia, & Republ. Veneta, societatis causâ, evenerint, ea etiam, quæ sodales anno 1577. fecerint, & Actiones Potestati, quanta in *Directorio Inquisitionis*, ubi loca notavit, excuso Romę, 1585. describitur, consentaneas, indicavit: unde colligitur, eos Inquisitionis arcanæ officio defungi.

Item diligenter collegit ea, quæ in sanctiori Regis consistorio, in Curia, ante & post actionem, in Castellum parricidam, eorum discipulum, institutam, accederunt. Ea, quæ secretis *Annalibus* annorum 1594. & 95. comprehenduntur, quorum exemplar Neapoli excusum, anno 1604. sub manu sit. Deinde idem Regius Advocatus, eorumdem usurpationes & molitiones ex *Brevium*, postquàm postliminii jure donati sunt, quod notandum, & contra positas edicto conditiones, impetratorum, excerptis attendit.

Item, quæ Regi, ab *Harlæo*, Senatus Principe, cujus Exempla, Virtutis erant præcepta, oratione fuerunt exposita:

Et, quibus illi *Rex* Magnus, Clementissimus, Invictissimus & Prudentissimus respondit verbis, quæ certum voluntatis Regiæ propositum exprimebant, certâ spe obsequiorum, quæ spondebant Diplomatis Impetratores, subnixum.

Præterea, quæ ab ipsis facta, tanquam fidei, optimo Regi datæ, adversantia coarguuntur, & quid ad hæc argumenta illi regerant, sedulò attendit.

Denique, alia commemoravit, quibus apparet, quid subinde ad captandam gratiam, & authoritatem comparandam factitârint, quibus artibus domatim vagentur, & ad exploranda arcana, & bona corradenda irrepant, ac negotiis omnibus sese conscientiarum obtentu intrudant.

Doctrinam denique, quod attinet: quæ in *operibus Bellarmini*, potissimùm in Tractatu, *De potestate Romani Pontificis in Temporalibus*, notavit, quæ in *Gregorij Valentiniani*, *Vasquez*, *Turriani*, *Tholosani*, *Suarez*, *Molinæ*, *Ribadeneiræ*, in libro, cui titulus Princeps Christianus, *Kellen*, *Andreæ Eudæmono Ioannis*, *Iosephi Cresvelli Angli*, sub *Philopatri* nomine, *Leonhardi Lessij*, *S. Heissij*, *Gretseri*, *Azoris*, & *Marianæ* libris animadvertit. Item, quæ in *Amphitheatro Honoris*, excuso anno 1606. nomine *Clari Bonarscij*, cujus proprium nomen *Carobus*

rolus Scribanius, antehac Antverpiani Collegii Rectoris, de quibus is ipse, qui loquitur, defunctum Regem Henricum Magnum monuerat, ut vitæ prospiceret, parricidis & sicariis, à Scriptore illo expositę, in locis, quæ Regi ipsi, teste Illustrissimo quodam Viro, fidelissimo ipsius Regis, jam à multis annis, Ministro, prælegit: teste quoque ipso Patre Cottone, qui tum dixit, eum librum, nequaquam à suę societatis hominibus emanâsse, sed Genevæ, ad conflandum Iesuitis odium, fictum, ab Hæreticis fuisse: qui tamen, postea, longè aliter, quid sentiret, expressit, laudato Scribanii opere, & distributis multis illius exemplaribus, atque etiam, Claro admodum viro, Religioni Catholicæ, non minùs, quàm Regno Francico addicto, cùm hunc exhibuisset librum, eum stylo laudato, commendavit, tanquam juventuti, Latinis literis imbuendæ, aprimè utilem, etiamsi verba, quibus ille utitur, simillima sint, imò ipsissima illa, quæ novissimus parricida, cùm super execrabili parricidio, in cæde Regis patrato, interrogaretur, usurpare solebat. Quæ advocatus, sine horrore referre nequit, de tam horribili libro loquens, quem Catalogo librorum suorum inscriptum, tanquam ab Authore laudato, profectum, Societas comprobavit. Idem, *Aphorismorum Emmanuelis* Sà, & aliorum *Casuistarum* mentionem fecit, qui Ethicam & Politicam Christianam, funditùs evertunt. Item axiomatum *Iohannis de las Salas*, & librorum *Zanchez*, ex quibus excerpta quædam sparsa sunt, quæ supprimi, non imprimi decuit, ob horrendas, & flagitiosas, turpissimásque dissertiones, quibus scatent. Retulit etiam de Richeomi *Apologia*, & aliis libris, quos *Richeomus* & *Cotto*, aliique sodales, ad causæ suæ defensionem edidêre, Necnon, de libro, cui titulus, *Defensio Veritatis pro Religione Catholica, in Iesuitarum causa, oppositâ Actioni Antonÿ Arnaldi*, & de variis *Responsis* ad libellum, *qui Anticottonus* inscriptus: *Declaratorijs literis* ejusdem Cottonis ad Reginam, Rerum in Regno Administrationi præfectam, statim ab ipso Regis obitu: de quibus etiam, Monthollonius in contradictionibus adversus Martillerium. Quibus in libris, etsi multa speciosis, pietatem & æquitatem redolentibus verbis, fucata legantur: attamen veritatis & lucis objectu, ruunt eorum dicta, quantumvis coloribus quæsitis adornata: & quę ad excusationem eorum proferuntur, crimen augent, & ejusdem culpæ, cum iis, quos tuentur, participes demonstrant. Scilicet, errorum levi nomine designantur, quę de multis novis & exotericis dogmatibus, ab eis in Ethica, Politica, Oeconomica, Ecclesiastica & Republica conduntur & propugnantur axiomata, quibus palàm est, eos ad excidium potestatum, à Deo constitutarum, Iustitiæ omnis eversionem, ipsius etiam Hierarchiæ ἀνωμαλίας, Ecclesiæ Catholicę & Apostolicę Romanę, & ordinum Religiosorum Clericorum Regularium veterum, ruinam, grassari, adversus quos Iesuitę subinde, multa tentârunt; atque ad Academiarum imminutionem, spectare; quum Doctoræ gradum præter morem, examinis publici lege violata, conferre non dubitent.

Rogavit quoque Curiam Advocatus, ut ex libro inscripto, *Manuale Sodalitatis*, prælegi locum notatum paterentur, & Rectori, ut prælegeret, traditum, ut liqueat, quâ ratione juventutem ad perjuria, in judiciis & coram Magistratu, erudiant.

Denique, lecto à Rectore loco, in Manuali, notato, alia multa capita recitavit, in quæ Censura Facultatis Theologicæ, stylum suum strinxit: & ea, quæ tribus conciombus continebantur, Hispanico idiomate, anno 1609. & 1610. in honorem Ignatii Fundatoris conscriptis, quas in Gallicum sermonem transtulit *Franciscus Solerius* Iesuita, qui *librum, quo ea, quæ notata fuerunt, non sine blasphemia in Deum, injuria in Theologos, illius Censores, asserere & tueri non est veritus, memoravit & retulit.*

Tandem ad Vniversitatis causam accedens monuit in Doctoribus & Magistris nonnullis, quædam desiderari, qui omittenda committant, & committenda negligant. Ac, si supinitate, & legum ac decretorum, in Curia comprobatorum, aspernatione, peccatum sit, unde justa nata sit querimoniæ causa, quod non est inficiandum; Curia, ut par est, prospicere dignetur, quod aliorum, quàm Petitorum operâ fieri posse claret.

Quibus, illud Basilii, aliorumque Sanctorum Patrum verbis, Regulas Ascetieas Religiosis Regularibus prescribentium, objici meritò potest, illos rem suâ Professione indignam, sibi inutilem, neque Reipublicæ proficuam postulare, nec ullâ ratione, exemplóve laudabili, nec doctrina, quæ in Parisiensi Schola frequentata est, niti, sive *Theologia*, quæ *Scholastica* appellatur, sive *Positivâ*, *Moralis* ac *Politica*, potissimùm ob quatuor capita proposita, attendatur, sive denique humaniorum literarum ratio sit habenda, quarum studiis

paucos

paucos admodum, idoneos Doctores expedire & sufficere queant.

Quocirca solemni clausulâ, ut Regis saluti, securitati, ut Ecclesiæ bono, Regni & totius Reipublicæ tranquillitati, ut honori & perennitati literarum & disciplinarum, consulatur. Intercessioni Parisiensis Vniversitatis calculum suum Regius Advocatus adjicit. Quod si, causâ, ad Consilium, à Curiâ, rejectâ, libros & scripta, unde recitata quædam fuerant, (quæque sibi adesse præsto, dictorum locupletissimum perhibitura testimonium, Advocatus Regius profitetur) Curia examinanda esse decernat, postulat, ut Diplomatis Impetratores, à quavis functione Scholastica, ad juventutis, aliorúmque in hac urbe institutionem, lege arceantur, donec in Curia aliter constitutum fuerit, pœnæ, quæ videbitur, irrogatione sancienda.

Curia, causam, de prolati Diplomatis editione, in Consilium mittendam esse pronunciavit.

Litigatorum Causidicos, Actiones suas intra octiduum emendare, &, si quæ videantur subsidia causæ futura, argumenta & contradictiones addere, judicioque intra præscriptum tempus condicto, proferre jubet. Decernit, ut Provincialis, & è societate, quotquot eum intra septa Curiæ secuti sunt, impræsentiarum, suscriptione, ratam habeant legem, cui se Provincialis submisit, Doctrinæ nimirum Sorbonicæ consentiendi, in ijs præsertim capitibus, quæ ad S. Regum Majestatem eorum salutem & authoritatem, sartam tectam tuendam, ac libertatum Gallicanarum, ab omni ævo, in hoc Regno observatarum, conservationem, faciunt.

Vt ijs omnibus perspectis, ac Regio Cognitori communicatis, & Arresto, Curiæ de causa Consilio permittenda, annexis, ex jure decretum fiat. Interea, præter ea, quæ Diplomate Restitutionis & Senatusconsulto, quò illud comprobatum est, ferebantur, ad juventutem erudiendam, aut suâ aut aliorum operâ, quidquam conari, molirive, quacunque tandem id ratione fiat Petitores prohibentur, & illis omnis prorsus potestas, scholastica munia obeundi, interdicitur; ac denunciatur, nî pareant, futurum, ut ipso quo fruuntur, postliminij beneficio mulctentur: litis impendijs exceptis. Actum in Curia Parlamenti 22. Decemb. 1611.

Signatum:

Du TILLET.

EXERPTVM

Ex Oratione D. IOANNIS DISSIENII Rectoris Vniversitatis Parisiensis *ad* Regem.

ETsi verò Iesuitæ tam gravi Decreto jussi sunt abstinere ab omni docendi genere & scholastico munere in urbe Parisiensi, non tamen cessârunt & paruerunt irrequieti homines, sed anno millesimo sexcentesimo decimo octavo, rursus apud Regem institerunt, & obtinere conati sunt, ut ipsis publicè docendi potestas ibidem concedatur. Rector autem Academiæ gravi Oratione intercessit corâ Rege, in qua inter alia sic inquit: *Serenissime Rex, hæc causa est, cur Majestati vestræ Academia Parisiensis hodie humilime supplicat, quòd maximo periculo rursus exposita est: nempe hoc ipso tempore, quo Iesuitæ iterum nervos suos omnes intendunt, ut Parisiis stabilire & confirmare sese possint. Quum enim jam oppresserint corpus integrum ordinis politici & secularis in omnibus partibus Majestatis vestræ Regni, excepto Corde solo, quod vivit & respirat adhuc in Vniversitate Parisiensi, illud nunc operam dant, ut semel stabiliti si fuerint, quàm primùm eam potestati suæ subjiciant, quemadmodum in omnibus aliis locis, quæ semel occupârunt, fecerunt: Si autem in Regno M. V. Societas non restet ulla alia quæ doceat juventutem, quàm Iesuitica, facilè inde apparet, magnam illam & celebrem Vniversitatem oppressum & suffocatum iri. Consideret obsecramus M. T. quot & quanta officia venerabile corpus illud Ecclesiæ & Statui tuo semper præstiterit; quomodo populos instruxerit Pastoribus, Episcopatus Prælatis, Supremas Curias Consiliariis & Præsidentibus, Concilium Regium Cancellariis, Custodibus Sigillorum, Magistris Supplicationum, Consiliariis & Secretariis publicis, qui innocentiam Ecclesiæ, puritatem linguarum, integritatem bonarum literarum, & immunitates atque libertates Galliæ, contra omnes eos qui illas opprimere conabantur, propugnârit. Breviter, quàm forte semper frenum extiterit, inhibendæ violentiæ, doctrinarum novarum, peregrinarum, & tum Ecclesiæ, tum Reip. præiudicabilium. Ecce igitur perditam nunc eo modo grandem istam Vniversitatem. Quod equidem non sine notabili detrimento hujus & illius, hoc est, Ecclesiæ & Statûs Tui accidere potest. Ne permitte igitur, ô Rex Magne, ut pulcher iste & locuples flosculus Coronæ Galliæ ita Tuo tempore defloreſcat & cadat. Ne permitte ut dicatur, hanc magnam & celebrem Vniversitatem, quæ à nongentis annis successivè ab omnibus*

omnibus Regibus noſtris anteceſſoribus, tanquam pars ſummè neceſſaria & eſſentialis Eccleſiæ & Statûs, conſervata fuit, pereat ſub Regno Ludovici XIII.

Hæc Sereniſſime Rex, humillima eſt petitio, quâ Majeſtati V. hodie ſupplicat Univerſitas Pariſienſis, ut cùm Cereum recipiat de manu noſtra Majeſt. V. accipiat ſimul arrabonem fidelitatis, pignus obedientiæ ſuæ, & proteſtationem integerrimam, quòd vel in propriam ſuam ruinam jurare parata ſit potiùs, quàm fallere votum, quod M.T. fecit, ſe erga illam quàm optimè affectam, ſubjectiſſimam & humillimam ancillam fore.

Rex facie plenâ hilaritatis & benevolentiæ reſpondit; *Gratias vobis ago, pro veſtra bona voluntate: Vos itidem de mea certi eſtote, & quòd gratam habeam veſtram ſupplicationem.*

Ex impreſſo Lugduni apud Ioannem Celerier exemplari Gallico in Latinam linguam verſo anno 1618. cum permiſſione.

Quid fit? Rex, ſic merentibus peccatis hominum, paulò poſt, præter novorum Collegiorum extructionem, in ipſa Pariſienſi urbe Ieſuitis poteſtatem fecit, loco ad omnium propè invidiam expoſito, ut in Collegio ſuo omnes diſciplinas, etiam Philoſophicas & Theologicas, liberè deinceps ac publicè profiteri poſſent.

IESVITIS *in* Regnum Navarrę permiſſus incolatus.

IGnatiani coërceri uno Regno non ferebant: ſed ut Gallico, ſic etiam Navarreo & totâ Aſturiâ Religionis ſuæ ibi inſtaurandæ & propagandæ causâ depoſcebant anno 1608. unâ hac tatione, non eſſe differentiæ cauſas, cur uno Regno potiùs quàm altero, quod uni Domino gentilitium ſit & hæreditarium, foveantur? Obſtabant contra Aſturiorum acerrimæ poſtulationes, qui Ignatianos vehementer oderant ob irrequieta ingenia. Rex autem anno 1599. dum Blœſis ageret articulo 7. Edictalis ſanctionis, pro Regno Navarreo & Aſturia, Magiſtratui & indigenis caventibus de ſua Religione annuerat, ne Ieſuitæ in hos fines accederent, ne quid novi importarent, quo publica quies turbaretur. Nihilominus Epiſcopis gentilitiis contrarium depoſcentibus, mutavit Rex ſententiam ſuam, decrevitque, ut æquè ac cæteri Ordinis liberè & promiſcuè admitterentur; abrogata contraria ſanctione: Quinimò profeſſus eſt, ſibi in animo eſſe illuc tranſmittere Ieſuitas, qui epiſcopis ſocias manus adhibeant, & Romanam Religionem reducem faciant, Pariſienſis autem Curia cæterique Ordines implacabiliter edictum hoc tulerunt. Nam præ cæteris mortalibus Ignatianum hoc genus cane & angue peius oderunt, & longè à finibus ſuis propulsârunt, repertóſque antea ut Sinones & exploratores morte affecerunt; ut refert Botoreus in magno Franciæ conſilio Advocatus lib. 15. Comment. pag. 493.

De IESVITARVM *in* Angliam, Poloniam, Tranſilvaniam, Bavariam, &c. adventu. CAP. II.

IESVITARVM *in* ANGLIAM *adventus.*

ANno Domini 1580. Robertus Parſonius & Edmundus Campianus Ieſuitæ primi Angliam ingreſſi ſunt, & mirificis ac fraudulentis artibus apud clericos & laicos ſeſe inſinuarunt. Nolebant primò ſacramenta adminiſtrare ſine licentia Sacerdotum: pollicebantur Laicis, ſe nihil niſi ſpiritualia tractaturos: paupertatem & humilitatem ſummam ſimulabant, & cauſam Pontificiorum plurimùm ſe promoturos ſanctiſſimè promittebant, quo factum eſt, ut ſumma cum humanitate ab illis exciperentur etiam. Mox autem, cùm pedes ibi paulò arctius fixerunt, inſolentiſſimi, pro more ſuo, & prorſus intolerabiles facti ſunt. Reginæ Eliſabethæ, & Regi Iacobo per ſuos conductitios indeſinenter ſtruxerunt inſidias, eóſque vel de Regno deturbare, vel vitâ privari conati ſunt: nec ceſsârunt ſeditionibus, detractationibus artificioſiſſimè omnes, abſque ullo diſcrimine, ſive Clericos, ſive Laicos, impetere, quos metuebant impedituros, ne pervenirent ad metam ad quam collimabant: ut Lector intelliget infra, ex capite de illorum nefariis facinoribus, &c. in Anglia, & inprimis ex Benedictinorum Anglorum literis ad Clementem 8. Pontificem Rom. miſſis.

Ieſuitæ in Angliam penetrant.

IESVITÆ *in* POLONIAM *veniunt.*

HAud diu etiam ante Stephanum Batorium Ieſuitæ Poloniam ingreſſi ſunt: in nulla autem, vel parva admodum gratia apud proceres Regni initiò fuerunt. Stephano autem Rege creato, cùm familiam Bathoreorum in Tranſſylvania, & fortè etiam in Polonia firmare vellet, puta-

Ieſuitæ in Poloniam & Tranſſylvaniã veniũt.

ret autem, ut nepotibus in Europa illustres affinitates conciliaret, Romani Pontificis sibi authoritate & favore opus esse, Iesuitas, quos Pontifices impensè amare sciebat, in Polonia amplecti cœpit, & Rigam. 4. Id. Mart. cùm veniſſet anno 1582. Gotthardi Velingi Syndici urbis & Ioannis Taſtii operâ Templum Ieſuitis à Senatu ad Iacobum impetravit, licet intercederet Gotthardus Curlandiæ Dux, & fidem Regis oppidani appellarent, qui nihil in Religionis negotio ſe innovaturum religiosè promiſerat. Verùm ad ſedandam eorum querelam primarium Vrbis Templum viciſſim oppidanis conceſſit. Rex Stephanus quoque fratri ſuo Chriſtophoro auctor fuit, ut idem in Tranſſylvania, quantumvis reclamantibus ſubditis factitaret. Infauſti autem hujus conſilii is tandem eventus fuit, ut Familia illa, quam hac ratione extollere & ornare volebant, quæque tum aliquot generoſiſſimis juvenibus florebat, per eorundem Ieſuitarum infelicem panurgiam, inextricabilibus difficultatibus implicaretur, in quibus funditùs ferè periit.

De Propagatione IESVITARVM *in* Bavaria.

Ieſuitæ in Bavariam veniũt.

VIvebat adhuc Ignatius Loyola, quum ſub Paulo IV. Papa Bavariæ Dux Albertus omninò decreviſſet, ut Societas hæc Collegium Ingolſtadii haberet. Huc illum inter alia excitabat quoq; Regis Romanorum Ferdinandi exemplum, qui ſimile Collegium Viennæ non ita pridem erexerat. Cùm itaq; Ignatius votis Bavari annuiſſet, aliquot Societatis hujus viri ex Italia miſſi, Ingolſtadium pervenerunt, primóq, Societatis hujus in Bavaria initium dederunt anno Chriſti milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſexto. Domicilium illis in veteri, ut vocant, Collegio aſſignatum fuit ad annũ uſq; 1576. quando ad ædes ampliores & cõmodiores, quæ novæ adhærent Bibliothecæ gymnaſii, commigrârunt. Voluit enim Princeps, ut & Profeſſorum & Studioſorũ hujus Societatis numerus ibi augeretur, qui & pædagogio & Convictorum externorum domicilio gubernando præeſſent, ſuamque darent operam novis parochis inſtituendis; quorum velut ſeminarium idem Princeps erexit, illorumque curæ concredidit. Hinc porrò in proventibus annuis facta eſt acceſſio, ut circa ſexaginta & ſeptuaginta, partim Theologi, partim Philoſophi, & variarum artium ac linguarum Profeſſores, partim Scholaſtici, & adminiſtri ex hac Societate Ingolſtadii beneficio Principis alerentur.

Collegiũ Monachij extruitur Ieſuitis.

Anno Domini 1559. Albertus Bavariæ Princeps Ieſuitarum Collegio Monachienſi initium dedit. Locus Collegii delectus eſt à principe Monaſterium Auguſtinianorum: qui, cùm pauci adeſſent, facilè paſſuri videbantur, ut pars horti ipſorum in uſum novi hujus Collegii converteretur, & illic ſchola & domus exſtrueretur. Cives autem Monachienſes malè ab initio erga Ieſuitas affecti fuerunt, & probra ingentia illis objecerunt.

Domus Landſperga Novitiis Ieſuitarum erigitur.

Cùm etiam Comes Suuickardus de Helffenſtein Præfectum Landſpergæ ageret, à Principe Alberto petiit locum, montem ſcilicet arci Landſpergenſi vicinum, in quo ſibi liceret proprium Ieſuitarum domicilium exſtruere, in gratiam Novitiorum ſive Tyronum, ad hoc vitæ genus adſpirantium, qui tyrocinii ſui tempus ibi abſolverent & probarentur. Sic igitur domus illa ędificata eſt, primum quidem, dicto Comite ſumptus ſuppeditante, & aliis deinde amicis opitulantibus, ut fabrica integra duobus aut tribus annis abſolveretur. In eam domum traducti ſunt Novitii anno 1578. quum antea in Monachienſi Collegio incommodè viverent & verſarentur.

Ex Italia autem, Hiſpania, Gallia, Anglia, Polonia, Germania & aliis Regnis ac Provinciis Chriſtiani orbis, de quibus hactenus diximus, penetrârunt etiam in Turciam, Moſcoviam, Perſiam: imò in Indiarum quoque Regna remotiſſima, in quibus olim vix hominis Europæi veſtigium conſpectum fuit, ut mox referemus.

Conſilium *de non recipiendis* IESVITIS *in* Valeſiam Helvetiorum Provinciam.

ANno Chriſti 1610. Ieſuitæ in Vualeſia Helvetiorum nidificare, & ſedes ſuas figere tentarunt. Quidam autem ejus Provincię Primarius & patrię amans receptionem illorum graviſſimis rationibus ſequentibus diſſuaſit, & impedivit.

I. Principiò, cùm in Concilio Generali, quod ſub Innocentio III. Papa Anno 1215. Romæ habitum fuit, expreſsè fuerit decretum, ne ullus præterea novus inſtitueretur ordo, & Ieſuitarum ordo contra Concilii illius Generalis prohibitionem fuerit inſtitutus: Senatus Vualeſiani eſt diſpicere, non ſolùm utrum utiliter, ſed etiam an etiam an ſalvâ conſcientiâ Ordinem hunc novum, contra Concilii Generalis decretum, recipere poſſint, cùm pendẽte contro-

controversiâ: An Papa sit supra Concilium, nihil sit innnovandum, & credibilius sit, Concilium esse supra Papam, quàm hunc supra illud.

II. Cùm ad hujus sustentationem Ordinis maximi requirantur sumptus: Domusque ipsorum Palatiis Principum sint similes: delicatissima quęque comedant, bibantque: pannis vestiantur preciosissimis: plurima ad se rapiant bona, integraque Dominia: suppellectili utantur sumptuosissimâ, maximos auri, argentique corrodant thesauros (ut quandoque Principibus sint ditiores) nec aliunde hæc omnia, quàm ab iis, inter quos habitant, & commorantur, conquiri possint: Vualesianorum verò is sit status & conditio, ut non suis tantùm rebus indigeant ipsi: sed etiam aliorum annonâ carere nullo modo possint: illorum prudentiæ deliberandum permittitur, an consultum fuerit, hujusmodi sumptuosos admittere hospites, qui per Pompas & luxum deglutirent ea, quibus ipsa Regio ad suam suorumque vitam parcè sustentandam indiget, cùm, si quæ supereśse possent, sanctiùs in pauperes, aliosque usus converti deberent.

III. Cùm captatoriæ vivorum, aut defunctorum voluntates jure civili & canonico sint prohibitæ, huicque Ordini mos sit, eos, à quibus ampla habet exspectanda patrimonia, sibi adjungere, ad opes divitiasq; sibi in terris accumulandas: laudatissimæ Vualesianorum provinciæ est, accuratè secum evolvere, An Harpyas hasce, cum Rei publicæ & privatæ incommodo, admittere, hocque modo legitimos hæredes suis privari hæreditatibus, peregrinos verò illis ditari, permittere, eosque, quibus illæ maturæ debentur, jure suo frustrari velit. Iniquissimum profectò videtur futurum, ut peregrinus Iesuita civium & legitimorum hæredum adipiscęretur patrimonium, cùm vicissim cives, vel legitimi, ne obulum quidem à Iesuitis unquam haberent exspectandum.

IV. Cùm insuper Hispaniæ Rex, ante omnes alios Reges & Principes Pontificios, ad absolutam in subditos dominationem contendat, & Iesuitæ eundem pro summo Patrono & Benefactore agnoscant: cui etiam, ob summa ab eo accepta beneficia arctissimè se obstrictos fatentur, ac propterea commodo quoque ipsius ubique locorum pro virili inservire studeant: rectissimè hic facturi videntur Ordines Vualesiani, si perpendant, an Iesuitarum principia (qualia sunt, unus Deus, Vnus Papa, & Vnus Rex, nempe Rex Hispaniarum, &c.) legibus suæ Reipub. conveniant: An verò ejusmodi Præsbiteris affectione Hispanicis, per institutiones Scholasticas, prædicationes, confessiones auriculares, & alias clandestinas artes, Hispanicam, vel peregrinam tyrannidem in Vualesia stabilire, utiliter permittendum putent.

V. Cùm præterea Vualesianorum laudabilis status ab omni antiquitate liber & Democraticus sit, & fuerit, Iesuitæ autem nullam aliam Reipub. formam, quàm tyrannicam unius Dominatoris potestatem approbent: Richeomus enim Provincialis Iesuitarum in Aquitania nomine universæ Societatis in expostulatione Apologetica cap. 29. circa principium, popularem Democraticum statum furiosum appellat:) fortissimo prudentissimoque Vualesiano populo diligenter expendendum relinquitur, an tales in Rempub. Hospites admittere scientes, volentesque debeant, qui eum Reipub. statum, quo nunc laudabiliter fruuntur, velut *Furiosum*, improbant, & eversum cupiunt, & Hispanicam Tyrannidem in illius vicem introducere satagunt.

VI. Adhæc cùm Iesuitæ non solùm Evangelicos, velut hæreticos, sed & Pontificios moderatos, qui Evangelicis favent, aut cum illis fœdera contrahunt, velut hęreticorum fautores, & auxiliatores, hostili & mortali odio persequantur: Vualesianorum laudatissimo statui expedit, quàm diligentissimè expendere, an talium hospitum, aut hostium admissione & inclytam Venetorum Rempub. quæ illos ejecit, & Helvetios Evangelicos, qui illos nunquam receperunt offendere, quàm eorundem amicitiam per illorum repulsionem, conservare malint.

VII. Præterea cùm ejusmodi in Vualesia status sit, ut Catholici, Evangelicique in una degant domo, familiaque, & frater, affinis, cognatus, imò pater & filius, diversæ sint confessionis, & apud Iesuitas constitutissimum sit nullam aliam Religionem pati, quàm Inquisitionem Hispanicam, sic ut Evangelicos, ubicunque possunt, tribulent, persequantur & expellant: Vualesiani sapientissimi facilè dijudicare possunt, an non ex illorum hominum recepta doctrina (qui ne Regibus quidem Evangelicis eorundemque fautoribus parcunt) Pater in filium & contrà in se invicem illis parricidis instigantibus, irritabuntur, ex amicis inimici reddentur, & Provincia seditionibus ac tumultibus propter Reli-

gionis diversitatem replebitur, miserrimaque quam Deus avertat, non solùm rerum omnium perturbatio, sed & horrenda sanguinis effusio consequetur.

VIII. Deinde, cùm nihil Reipub. Christianæ & liberæ salutarius atque utilius sit, quàm civium liberos intelligentiâ, sapientiâ & verâ pietate imbui, ad veram Deo legitimam patriæ, & naturalem Parentibus, omnibusque debitam obedientiam præstandam: Iesuitæ verò teneros liberorum animos, cęcâ obedientiâ imbuant, & intellectu, ratione & judicio privent, eosdemque à parentibus velut plagiarii abducant, & in legitimos Magistratus ad omnia susque deque ferenda, arment: Prudentissimis Vualesianæ Reipub. Administris diligenter considerandum est, an istius impietatis & inobedientiæ Doctores salvâ patriâ potestate, salvâ legitimâ suâ authoritate, & verâ erga Deum pietate, in Vualesia admittere debeant.

IX. Adhæc, cùm nihil ita sit sacrum atque religiosum, quod Iesuitæ, citra ullam reverentiam in privatum suum luxum convertere non studeant, licèt à majoribus in pios usus destinatum sit: Reverendus Vualesiæ Episcopus, totusque clerus, etiam maturè secum perpendere debent, num ejusmodi Corycæos, Sacrilegos, Harpijas & Induperatores, sibi ipsis adjungere utiliter possint; cùm certum sit, vbi hoc avium genus semel ibi nidificaverit: ad eorum cantum & fistulationem ipsis fore saltandum: dum alios Romam excurrere cogent, alios canonicatu & præbendis suis privabunt: alios hæreseos insimulabunt, Episcopus summatim & clerici sibi accidisse brevi experientur, id quod proverbium habet: *Turdus ipse sibi malum.*

X. Vualesianis Abbatibus ac Religiosis quoque qui opulenta & pinguia sua Monasteria possidens, æque maturè considerandum videtur, An Dominos Iesuitas brevi vel successores vel bonorum suorum participes habere velint: *Quod enim vultur miluo: id Iesuita est Monacho.*

XI. Item, cùm nihil certius sit, quàm quòd vera omnium Rerumpublicarum tranquillitas à legitima omnium subditorum erga Magistratum politicum obedientia dependeat, omnisque Respub. pœnis & præmiis contineatur: Iesuitæ autem ejusmodi Domini sint, qui nulli Magistratui politico, imò nec ipsis Episcopis subditi esse velint: ac si fortè scelus aliquod flagitiúmve commisisse deprehendantur, nec per Magistratus, nec per Episcopi propriam potestatem se puniri debere, aùt posse dicant: Laudabili Vualesianorum Provinciæ considerandum relinquitur, an hujusmodi liberos Dominos & Exleges, salvâ Repub. salvaque authoritate sibi à Deo concessâ apud se admittere debeant.

XII. Item, cùm nulla Respub. citra censum, Decimas, & cætera tributa diu consistere possit, & Iesuitæ semet non solùm Iurisdictioni & oneribus omnibus civilibus & publicis eximant, sed etiam optimos fundos, agros & domos (quorum omnium nomine possessores civiles censum, contributiones, cæteraque omnia onera præstant:) sibi comparent, eorumque coemptione & acquisitione çrariũ publicum depauperent, atque non solùm Rempub. enervent, sed etiam cæterorum civium bona & patrimonia intolerabilibus oneribus gravent, unde plerumque maximæ Reipub. perturbationes, atque adeò eversiones oriri solent: Vualesianus Senatus diligenter expendat, an ejusmodi Fucos in Repub. admittere consultum fuerit: cùm iniquissimum sit, Regionis & bonorum temporalium commodis uti, frui, & ab oneribus temporalibus, publicis & communibus liberum esse.

XIII. Item, cùm ab ad supra dictas omnes causas gravissimas etiam accedat hæreseos crimen, & Iesuitæ ab ipsis etiam Catholicis hæreseos accusentur [uti apertè convincitur ex libro illo, qui Catechismus, sive exacta vitæ, doctrinæque Iesuitarum demonstratio, inscribitur;] & nullum crimen ipsa hæresi Catholicis magis exosum sit Senatus, Populusq; Vualesianus exactè perpendat, An ex Reipub. & Ecclesiæ usu fuerit, utriusque eversores in Repub. tolerare.

Hoc expressè reperitur in 3. parte constit. Iesuitarum c. 1.

XIV. Cùm denique unumquenque Iesuitam *Votum cæcæ obedientiæ* facere oporteat, quo iurat & pollicetur, se quodcunque suùs ipsi superior jusserit, facturum, quęcunque etiam mandaverit, justa esse censurum & contrarium suum judicium sententiamque per cœcam, ut verba constitutionis ipsorum sonant, obedientiam abnegaturum: an ejusmodi cœcitatis Doctores & Seductores in visceribus Reipubl. tolerare utile sit, quivis de populo facilè judicaverit; Cùm recenti experientiâ compertum sit, quòd ex illius modi cœcæ obedientiæ præceptis maledicta filiorum in parentes, inobedientia, turbulenta civium & subditorum in Magistratus, Principes & reges rebellio; quid? infanda in sacras regum & Principum personas parricidia, suprema.

NB. Iesuita pollicentur, se omnia facturos, quæcunque superior ipsorum jusserit, si etiam contra ipsorum essent judicium & sententiam.

ſuprema omnium Regnorum & Rerumpub. mala proveniant.

His aliiſque rationibus Vualeſiani adducti ſunt, quòd Ieſuitas Seduni, quæ eſt Metropolis ſuæ Provinciæ, & ſedes cathedralis, hactenus recipere noluerunt,

CAP. III.

De Ingreſſu IESVITARVM *in* Indiam, eorumque *in* Indiis propagatione, profectu & miraculis.

PEtrus Matzarenius, ut ſupra indicavimus, qui pro Luſitaniæ Rege Ioanne legati munere fungebatur, petiit à Papa Regis ſui nomine, ut ex decem Ignatii Loyolæ ſociis aliquot promulgandi Evangelii causâ in Indiam mitterentur, cujus Provinciæ ab Idolorum cultu ad Romanam fidem traducendę Rex magno deſiderio tenebatur. Miſſi igitur ſunt ex illis duo, nec enim plures conceſſit Loyola, cujus arbitrio totam rem Papa permiſerat, Franciſcus Xavier Navarienſis & Simon Rodericus Luſitanus Vlyſſiponenſis, Anno Domini 1540. Tum Franciſco Xaverio India deſtinata, Simon autem Rodericus in Luſitania retentus fuit, ut quoniam ad Loyolam alii plures ſe jam adjungere cœperant, inſtituendo in Conimbricenſi Academia ipſorum Collegio præeſſet, quod velut ſeminarium foret eorum, qui deinceps in Indiam ſupplementi causâ mitterentur. Ei Collegio Rex Vectigalium annuorum quod ſatis eſſet ad Socios centum alendos, qui tamen numerus poſtea duplicatus eſt, literiſque erudiendis, attribuit.

Xaverius in Indiam navigat

Xaverius autem Anno 1541. cum Indiæ Profecto Martino Alphonſo Soſa Vſyſſipone diſceſſit: itineris comitem ſecum duxit è Societate Italum nomine Paulum. In Indiam pervenerunt Majo menſe Anno 1542. ac Goam tandem appulerunt. Ibi cùm aliquot menſes verſatus eſſet, in eam oram diſceſſit, quæ vulgò Comorini caput, ſeu Promontorium dicitur: ab urbe Goa paſſuum ſexcenta millia. Ea gens quondam à D. Thoma Apoſtolo ad Chriſtum converſa; ſed quæ jam Chriſtiani præter nudum nomen haberet nihil. Inde verò in alia Regna ac Provincias ſe contulit, ut in ejus vita prolixè indicatur.

De Miraculis *à* IESVITIS *in* India editis.

HVnc Xaverium alii quàm plurimi ſequentibus annis ſubſequuti ſunt periculoſis navigationibus, & novas has inſulas ſuis ſuperſtitionibus imbuerunt: ubi etiam multa eos edidiſſe, & adhuc quotidiè edere Miracula ex Iaponicis ac Indicis illorum referunt ac gloriantur literis. Aſtutiores in hoc quoque quàm reliqui Monachi, qui multa Miracula ab ſe ſuiſque edita gloriati ſunt olim inter eos quibus cum habitârunt atque vixerunt, in quibus facilè fraus & impoſtura deprehendi potuit, quum ſcirent illi, aut nihil unquam ſimile quid accidiſſe, aut fraude aliquâ ac dolo ea perpetrata fuiſſe. Ieſuitæ igitur apud nos in Europa commorantes multa ſpargunt de ſuorum Miraculis apud Indos & Antipodas editis, ne falſitas cognoſci poſſit. Quis enim ad hæc cognoſcenda explorandaque eò uſque excurreret aut penetraret?

Bellarminus enim libro 4. de Eccleſ. milit. cap. 14. *Hoc noſtro*, inquit, *ſeculo claruit in India omni genere Miraculorum B. P. Franciſcus Xaverius Societatis Ieſu Presbyter.* Ibidem: *Veritas*, inquit, *Miraculorum Xaverij conſtat ex Indicis literis, quas ijs, qui cum Xaverio verſabantur, huc miſerunt*, etc. Acoſta de Procur. Iud. ſal. lib. 2. c. 10. *In hunc*, inquit, *oculos conjiciamus, virum Apoſtolicæ vitæ, cujus tot & tam magna ſigna referuntur per plurimos eoſque idoneos teſtes, ut vix de alio, exceptis Apoſtolis, plura & majora legantur.* Ozorius Ieſuita tom. 4. Concion. Conc. de obitu, *Hic*, inquit, *Xaverius erat novi Mundi Apoſtolus innumera patravit Miracula, Dæmones ejecit, cæcos illuminavit*, &c.

Horatius Turſelinus Ieſuita, qui vitam Xaverii conſcripſit libro 6. cap. 1. refert, eum futura prædixiſſe, intimos ſenſus cordium noviſſe, cœcos, claudos, mutos, ſurdos, leproſos & incurabiles morbos quàm plurimos ſanaſſe, recitatione ſaltem nudâ ſuper eos articulorum Fidei & Evangelii. Lib. 2. c. 7. narrat, eum uno tempore ſeptem mortuos excitâſſe & priſtinę vitæ reſtituiſſe: inter quos fuerit Ethnica puella, quæ cùm primùm ſurrexiſſet, Xaverium agnoverit, patrique ſuo dixerit, Ecce hic eſt ille, qui animam meam ex inferno eripuit & liberavit. Refert præterea rem hactenus inauditam, quòd multas Indiæ gentes etiam per Vicarios ſuos, qui ferè nullam fidei Chriſtianæ cognitionem habuerint, converterit: multoſq; ſanârit attactu ſolum ſui *Pater noſter*, ut vocant. Quòd etiam, dum Meliopori fuerit ex opulento cive loci illius multos Dæmones ejecerit per puerum tantùm, impoſitione ligneæ Crucis & lectione Evangelii, Dęmonibus vehementer indignantibus, quod per puerum,

Hoc expreſsè reperitur in 3. parte conſtit. Ieſuitarum c. 1.

NB. Ieſuita pollicentur, ſe omnia facturos, quæcunque ſuperior ipſorum juſſerit, ſi etiam contra ipſorum eſſent judicium & ſententiam.

& quidem Neophytum pellerentur, Idem Turselinus lib.5. cap.4. & 12.aliquot Miracula commemorat,quę post mortem etiam ediderit.

De Aqua benedicta etiam multa Miracula ejus virtute in India patrata magnificè prædicat in Epistola Duartes à Sylva,quòd nempe ea ægrotorum corpora , non alio medicamento curentur:eodem quoque Alexipharmaco multos pristinæ valetudini restitutos,& alios morbos complures in India pulsos,& à Dæmonibus liberatos Consalvus Ferdinandus testatur libro 3. Epistolarum.

Fabula de Agnis Dei.

Aloisius Froës in Epistola de rebus Iapponicis Miraculum , seu potiùs fabulam narrat mirabilem de multiplicatione *Agnorum Dei.* Allatam fuisse inquit pyxidulam cerearum Agni cœlestis imaginum , quas Pap. Roman. consecraverit , eas à quadam anu & alijs expetitas esse tantâ aviditate,ut ceram in particulas minutissimas secare coacti fuerint , quæ tamen una mille quingentis ac triginta suffecerint , quas omnes vel argenteâ, vel æneâ, uel stannea theca inclusas , cum nomine Iesu spineâ coronâ circumdato , & cum tribus ad imam crucem clavis incisis religiosè conservârint.

Miraculis Iesuiticis in India editis qua fides habēda.

Istis autem Miraculis omnibus fides dubia,vel prorsus nulla haberi debet.Franciscus enim de Vict. Regius Professor in Salmanticensi Academia Relect.5. prop. 5. *Non satis*, inquit, *mihi liquet, an barbaris Indis fides Christiana ita à nobis proposita fuerit & annunciata, ut teneamur credere sub novo peccato. Nam Miracula & signa* NVLLA AVDIO , *nec exempla vitæ adeò religiosa , imò contrà multa scandala & impietates : unde videtur , quòd Religio Christiana non sit iis satis commodè & piè prædicata , ut illi teneantur acquiescere.* Acosta rerum Indicarum testis oculatissimus & fide digniſſimus, libro de procur. Ind. sal. 6. cap. 4. *Quæ est* , inquit , *prædicatio nostra ? quæ fiducia? signa quidem non edimus.* Et cap. 12. *Nos prodigia , quibus Evangelicas voces confirmemus nulla producimus.*Et cap.17. *Neque verò est opus.Bonis operibus ita lucere coram hominibus , ut videntes glorificent Patrem, qui est in cœlis, est omnium ad persuadendum Miraculum potentissimum.*

Mirum etiam est, si tot tamque splendida fuerint Iesuitarum , imprimis Xaverii Miracula, ut vir tantus testimonium nullum fide dignum acceperit, præsertim de Indorum jure ex professo doctè accurateque disputans. Secundò, non solùm Iesuitis, sed etiam aliis sunt ad manum hodiè ipsius etiam Xaverii de rebus Indicis literæ, mirabiliorum quorundam plenissimæ, Miraculorum autem Apostolicorum inanissimæ. Nicolaus Pimenta Provincialis Indiæ Orientalis visitator epist. ad Claud. Aquavivam pag.6. *Infidelis quidam,*scribit, *calumniator catechumenum recens conversum irridens, latere in caput adacto humi statim prosternitur, percussor nullus offendi potuit : itaque non dubitatum est divinam vindictam fuisse.* Rursus pag.119. *Alium maledicum calumniatorem vitæ Patris Heriquez, qui à Xaverio missus erat , Deus hoc probro castigavit , ut quoties eloqui vellet magnâ linguæ parte ex ore exertâ , ita præpediretur , vt intelligi non posset.* Pap. 27. ibidem. *Nave eversâ in flumine turbido , alii nostrûm ; eramus numero 12; natandi periti , periculum evasêre : ego in fundum prolabor, nescio quomodo emergo & capite super undas elato , video me à famulo Paulo ad ripam pertrahi.* Ibidem pag. 77. *Nos febri correptos Deus sanitati restituit, nullo remedio hominis fretos,præter stibii potionem,& venæ incisionem.*

Nullum horum omnium est Miraculum Apostolicum,quo ejiciebant Dæmones, sanabant mutos,cœcos,&c.

Inquies, hoc modestiæ Iesuitarum argumentum fuisse , non impotentiæ. Sed est hæc tergiversatio , ut ex ipso Xaverio probari potest. Is enim libro 2. de rebus Indicis Epist.3.ad Societatem Romæ, *In hac*, inquit, *Insula rem vidi incredibilem,& ante hoc tempus inauditam. Caprum vidi lacte suo parvos alentem hædos ; ubere enim, quod propè genitalia unicum habet , tantum lactis reddebat quotidiè, quantum scutella capere posset. Ego ipse rem perspexi his oculis,neque enim aliter ut crederem,adduci potuissem,* &c. Si Xaverius hoc naturę Miraculum tam diligenter investigavit & in nostrum orbem scripsit , certè si quæ ipse Miracula edidisset,nequaquam silentio prętertiisset. Nec est hæc modestia appellanda in Xaverio & aliis: alioquin Apostoli immodestiæ accusandi forent. De iis enim Lucas 14.c.scribit:*Transeuntes Apostoli retulerunt quanta per eos fecisset Dominus.* Act.15.*Enunciantes quanta per se fecisset Deus.* Ferus in hęc loca: *Apostoli,* inquit, *exsponunt Spiritus sancti virtutem , ut à multis pro collata in Gentes gratia , gratiæ dicerentur Deo, & mutuâ fide , confirmarentur. De his gloriandum, si Dei gloria promoveatur , ut proximus adjuvetur. Non enim seipsos commendant , sed Dei opera ut Christus præcepit dæmoniaco, Marc.5. David etiam in Psal.* 104.*dicit, Narrate omnia mirabilia ejus.*

Prętera, si necessarium fuit Iesuitis aliquod in conversione Indorum Miraculum,

tum

tum illud, quod per se est ad alienigenas nationes maximè necessarium, videlicet variarum, & præsertim Indicarum linguarum donum. At hoc præsidio Iesuitæ omnes destituti sunt. Ergo etc. Consequentia majoris probatur. Ferus in hæc verba Actor. 2. *Et apparuerunt eis dispertitæ linguæ*, &c. *Necessarium*, inquit, *erat novis illis Ecclesiæ ædificatoribus linguis varijs loqui, ut ab omnibus intelligerentur. Ob eam causam restituit Apostolis Deus omnium linguarum exactam notitiam, quâ opus habuerant ad Evangelij negotium expediendum.*

Impedimenta conversionis INDORVM *ad Religionem Christianam.*

ACosta Iesuita de exiguo profectu Indorum in Christiana Religione, & modo conversionis ad fidem, sic porrò scribit libro quarto de Procurand. Ind. salut. cap. 3. *Accusant*, inquit, *nostri Indorum tarditatem, ad capienda Mysteria fidei, frustra in ijs edocendis tempus teri: denique post annos jam quadraginta, ab Evangelij ingressu, in tam immensa turba, vix quemquam qui Symboli duo capita intelligat, quid Christus sit, quid vita æterna, quid Eucharistia, vel crassè agnoscat, reperiri: pecudes potiùs habendos, quàm homines. Verùm, qui ista jactant, respondeant mihi, quâ diligentiâ isti erudiantur. Recitant illis bis terve in hebdomada Symbolum & preces, idque Hispanico idiomate, jubentur denique Hispanica hæc discere, quorum ne syllabam quidem intelligunt, & pronuntiant ridiculè. Vulgaris tamen & tritus doctrinæ tradendæ iste est modus, ubi exquisitius res agitur: Sacerdos Sermone Indico comsitius res agitur: Sacerdos Sermone Indico comsitia quædam in Cathechismi formam recitat, cùm tamen ille linguæ Indicæ prorsus est infans: quod si peritus sit, quod rarum est, tamen Mysteria fidei nequè explanat, nequè verò satis novit: quis verò unquam Cathechista rationem auditorum exegit? Denique perinde Indis doctrina traditur, atque cùm à Medicis stipis colligendæ causâ, precationes aut versus aliqui cantillantur, qui illud tantùm spectant, ut dicendo ipsi ad finem usque perveniant carminis: utrum verò auditores vel attendant vel delectentur, pecuniâ jam acceptâ, non admodum curant. Tota igitur cathechizandi ratio umbratilis & ludicræ similis.* Hæc omnia Iesuita. Hæc legenti, subit illud apud A. Gellium (quod in Iesuitas Catechistas & eorum Catechumenos Indos præclarè convenit) *cùm unus loquitur, quod alius non intelligit, simile esse, ac si alter hircum mulgeat, alter cribrum supponat.*

Rursus idem ibidem cap. 4. *Verè quidam*, inquit, *nostrorum scripsit Pater, Non videri sibi ad Indorum horum animos penetrâsse Evangelium, sed ad speciem tantùm receptum. Negari enim non posse, quin si intimis sensibus radices egisset, copiosos manifestósque fructus cerneremus. Quid enim potentius verbo Dei? quid ad immutandos homines efficacius? Mihi sanè monstri simile semper est visum*, inquit idem Iesuita ibidem libro 5. cap. 2. *inter tot millia Indorum Christiano nomine donatorũ, tam esse rarum qui Christum agnoscat, ut quod Ephesii olim de Spiritu S. Paulo responderunt, possint hi ne Christo melius usurpare. (Neque an sit Christus audivimus.* Hæc ille. Hoc est. Indos convertere, hoc est asinos in mulos: par enim est in utrisque bruta ignorantia.

De eodem Andræas Vega opusc. de Fide & Operibus quæst. 3. *Quidam*, inquit, *hoc nostro tempore, habentes zelum Dei, sed non secundùm scientiam, Indos ad Baptismum venientes, indiscriminatim admiserunt nullâ factâ inquisitione de vita & moribus, imò nullâ, vel penè nullâ, ijs traditâ doctrinâ, de vita & moribus necessariò servandis: sed hoc solo contenti, quòd propositis fidei articulis, credere se respondeant, velle baptizari. Revocare eos ab hoc errore debuit illud Christi, Nolite sanctum dare canibus.*

Acosta rursus libro 1. de procur. Indorum salute cap. 2. *Notitia quædam*, inquit, *tenuis Indis offertur, ut vel facilè repudietur, vel ita recipiatur, ut non perniciosius deseratur. Quid ita? Simulatoriam sanctitatis speciem præferunt, non colunt Deum seriò, nec credunt ad justitiam.* Et lib. 6. c. 3. testatur, *ab Hispanis & Iesuitis multos Indos contra ipsorum voluntatem baptizari.*

Idem lib. 4. cap. 4. *Expende*, inquit, *omnia subtiliter, invenies tam tenuis & inopis messis apud Indos potissimam causam in eo esse, quòd divinis & occultis quidem, sed justis consilijs, antiquis Gentibus prædicatores fuerint prædicatione suâ digni, cùm nostri tam sint plerique indigni, ut longè plus evertant & dissipent, quàm ædificent atque plantent.* Et libro primo cap. 18. *Equidem certus sum, si Evangelij introitus in has regiones is extitisset, quem Evangelij conditor maximè docuit, non alios istius progressus futuros fuisse, quàm quos in prima & Apostolica Ecclesia legimus*, &c. Et libro 4. cap. 5. *Rectè & prudenter scripsit Polus rerum Indicarum prudens indagator, tribus de causis tam multo tempore tam modicum promovisse Evangelium. Primùm, quòd exempla prava nostrorum hominum prædicationi Evangelicæ derogârint: deinde, quòd in cognoscendis exstirpandisque erroribus, superstitiosisque opinionibus nullam prædicatores operam collocârunt,* &c.

&c. Ibidem cap. 11. *O quot Zach. 11. ita miserè corruêre ? ut meritò ululare debeat abies, cùm viderit altiss. & nobilissimos cedros Libani cecidisse.* Ibidem cap. 15. *Præclarè ageretur cum rebus Indorum, si Sacerdotum ea saltem modestia esset, ut non solutioris vitæ licentiam quærerent*, &c. Lib. 1. *Solent plurimùm Indorum conversionem retardare pessimi exempli mores.* Lib. 3. cap. 8. *Non alia ex causa mercatores negotiantur, vel judices præsident, vel Sacerdotes plerunque Evangelizant, quàm spe argenti & auri : argentum & aurum si se subducit ex oculis, omnium civilis & sacerdotalis concursus brevi evanescit, & quò charitas non invitavit animarum, auri saltem cupiditas inescavit : & quemadmodum olim incredulitas Israëlis salus fuit gentium, ita Christianorum avaritia Indorum vocatio facta est.*

Hæc & multa alia acerbè dolenterque Iesuita Acosta queritur : ex quibus intelligimus, ficta, vana & frivola esse omnia, quæ Iesuitæ referunt ac gloriantur de plurimorum Regnorum, Provinciarum, & multorum millium Indorum ad fidem Christianam conuersione.

Assumptionem Iesuitæ concedunt. Pimenta Iesuita in Epist. pag. 14. *Nostræ*, inquit, *Societatis pater Franciscus Corsi sic scribit ad suos. Totus*, inquit, *sum in Persico idiomate addiscendo.* Idem pag. 80. *Quod autem ad conversionem attinet, vitio meo, utpote idiomatis ignaro, inquit pater Fernandus, parum effectum est.* Acosta libro 1. de procur. Ind. salut. cap. 2. *Ferunt*, inquit, *olim septuaginta linguis confusum fuisse genus mortalium : ac Indi septingentis, & eo amplius, inter se discrepant linguis.* Libro 4. cap. 8. *Qua ex re prædicando verbo Dei impedimenta nobis gravia fiunt.* Ibidem cap. 9. *Neque igitur immeritò nostræ Societatis fundator Ignatius Indicæ linguæ lectiones publicas præcepit : sunt enim per quàm necessaria illa præsidia, ut facultas paretur verbi divini in Gentibus annunciandi.* Libro 5. cap. 2. *Quid quòd confessiones sæpè ita faciunt, ut neque Indus intelligat Sacerdotem, neque intelligatur ipse quid dicat?* Ipse Xaverius quoque libro 3. Epist. 5. *Si*, inquit, *nos linguam calleremus Iaponicam, non dubito, quin plurimi fierent Christiani. Faxit Deus ut eam brevi addiscamus : tum demùm aliquam Christianæ rei navabimus operam : nam nunc quidem inter eos tamquam mutæ statuæ versamur : multa enim illi de nobis & dicunt, & agitant, ad quæ nos obmutescimus : patrij ipsoram sermonis ignari in præsentia in linguæ hujus percipiendis elementis repueraſcimus.*

CATALOGVS Provinciarum, *in quibus* IESVITÆ habitant : *item* collegiorum *ac* domorum, sociorumque, *seu* locustarum, *quæ in unaquaque provincia sunt.* CAP. IV.

In Italia Provinciæ quinque sunt.

1. PROVINCIA ROMANA.

Romæ
- Domus Professa.
- Collegium Romanum.
- Domus Probationis.
- Collegium Pœnitentiariæ.
- Collegium Germanicum.
- Collegium Anglicanum.
- Seminarium Romanum.
- Collegium Maronitarum.

Residentia Tuscana.

Collegium
- Tiburinum.
- Lauretanum.
- Perusinum.
- Florentinum.
- Senense.
- Maceratense.
- Recinetense.
- Setinum.
- Anconitanum.
- Montis Sancti.
- Montis Politiani.

Residentia Firmana.

Sunt in hac Provincia Socij 750.

2. PROVINCIA SICVLA.

Panormi.
- Domus Professa.
- Collegium Panormitanum.
- Domus Probationis.

Messanæ
- Domus Professa.
- Collegium Messanense.
- Domus probationis.

Collegium
- Syracusanum.
- Catanense.
- Montis Regalis.
- Bivonense.
- Caltaieronense.
- Rheginum.
- Drepanitanum.
- Minæense.
- Marsalenense.
- Calataneffettense.
- Melitense.

Domus Professa Platiensis.
Collegium Netinum.
Collegium Saccense.
Residentia Chia.

Sunt

Sunt in hac Provincia Socij 530.

3. PROVINCIA NEAPOLITANA.

Neapoli. { Domus Professa. / Collegium Neapolitanum. / Domus Probationis.

Collegium { Catacense. / Nolanum. / Aletinum. / Barience. / Salernitanum. / Consentinum. / Barolitanum. / Teatinum. / Aquilanum. / Beneventanum.

Domus Probationis Adrienſis.

Collegium { Bottuinense. / Tropeense. / Massense.

Sunt in hac Provincia Socij 550.

4. PROVINCIA MEDIOLANENSIS.

Mediol. { Domus Professa. / Collegium Breidanum.

Genuæ { Domus Professa. / Collegium Genuense. / Domus Probationis.

Collegium { Taurinense. / Comense. / Vercellense. / Montis regalis. / Cremonense.

Domus Probationis Aronensis.

Collegium { Bastiense. / Nicienſe. / Alexandrinum.

Residentia Papiensis.

Sunt in hac Provincia Socij 370.

5. PROVINCIA VENETA.

Domus Professionis Venetijs.

Collegium { Patavinum. / Ferrariense. / Bononiense. / Brixiense. / Forolivienſe.

Collegium { Mutinense. / Parmenense. / Placentinum. / Veronense. / Mantuanum.

Domus Probationis Novellariæ.

Domus Probationis Imolæ inchoata.

Residentia Cretensis.

Sunt in hac Provincia Socij 350.

1. In LVSITANIA Provincia una.

Olyſipone. { Domus Professa. / Collegium S. Antonij. / Domus Probationis.

Collegium Conimbricense.

Collegium Eborense.

Collegium Portuense.

Collegium Bracarense.

Collegium Brigantinum.

Collegium Pharense.

Domus Professa Villavicosa.

Domus Probationis Portalegrensis inchoata.

Collegium { Funchalense. / Angrense. / S. Michaëlis.

Residen. { S. Felicis. / Canalensis.

Domus in Regno Angolæ.

Residentiæ in Insulis Hesperidum.

Sunt in hac Provincia Socij 670.

In INDIA Orientali Provinciæ duæ.

1. PROVINCIA GOANA.

Goæ. { Domus Professa. / Collegium Goanum. / Domus Probationis.

Collegium { Salsetanũ cum XI. Residẽtijs. / Bazainense. / Tanaense cum V. Residẽtijs. / Dananense. / Chaulense.

Residentia Æthiopica.

In Regno Mogoris.

Sunt in hac Provincia 280.

2. PROVINCIA MALABARICA.

Collegium { Cochinense. / Vaipicotanum.

Residentia { Palliporti. / Porcæ.

Collegium Coulanenſe.
Collegium Tutucorinenſe.
Collegium S. Thomæ.
Collegium Columbenſe.
Reſidentia Tidorenſis.
Reſidentia Ambuinenſis.

Sunt in hac Provincia 130.

In IAPONIA Provincia una.

Nãgaſachij: Collegium Nangaſachienſe. Domus Probationis.
Collegium Arimenſe.
Domus Omurenſis.
Reſidentia Facatenſis.
Reſidentia: Cocurenſis. Firoximenſis. Amacuſana. Xiquenſis. Conzurana.
Domus Meacenſis.
Reſidentia: Ozacenſis. Fuximenſis.

Sunt in hac Provincia Socij 154.

In REGNO Sinarum.

Collegium Macaenſe.
Reſidentia Xaucenſis.
Reſidentia Nancianenſis.
Reſidentia Xauquinenſis.
Reſidentia Paquinenſis.

Sunt in hoc Regno Socij 60.

In BRASILIA Provincia una.

Pernanbuci: Collegium Pernanbucenſe. Reſidentia S. Andreæ. Reſidentia B. Virginis.
Bayæ: Collegium Bayenſe. Reſidentia S. Spiritus. Reſidentia S. Ioannis. Reſidentia S. Antonij. Reſidentia S. Sebaſtiani. Reſidentia B. Virginis. Domus Ilhæorum.
Fluminis Ianuarij: Col. Flum. Ianuarij. Reſid. S. Barnabæ. Dom. Spiritus Sancti. Reſiden.: S. Ignatij. Conc. B. Virg.
Domus Piratiningæ.
Domus Sanctorum.

Sunt in hac Provincia Socij 180.

In Hiſpania Provinciæ quatuor.

1. PROVINCIA TOLETANA.

Toleti: Domus Profeſſa. Colleg. Toletanum.
Collegium Madritanum.
Domus Probationis.
Collegium: Complutenſe. Ocanienſe. Placentinum. Conchenſe. Belmontenſe. Murcianum. Caranacenſe. Seguritanum. Huetenſe. Talabricenſe. Oropeſanum.
Domus Probationis Villaregienſis.
Reſiden.: Navalcarnerenſis. Ieſu Montani. Almagrenſis.

Sunt in hac Provincia Socij 507.

2. PROVINCIA CASTELLANA.

Valliſoleti: Domus Profeſſa. Collegium Valliſolitanum. Collegium Anglicanum.
Collegium Salmanticenſe.
Collegium Hibernorum.
Collegium Burgenſe.
Collegium Metinenſe.
Domus probationis Villagarcienſis.
Collegium: Segobienſe. Abulenſe. Palentinum. Compoſtellanum. Pampilonenſe. Legionenſe. Lucronienſe. Ovetenſe. Numantinum. Santanderenſe. Montis regalis. Montfortenſe. Arevalenſe. Vergarenſe. Tudelanum. Bilbaenſe. Bellimarenſe.

Reſiden-

Residentia Azcoitana.

Sunt in hac Provincia Socij 564.

3. PROVINCIA ARAGONENSIS.

Valentiæ { Domus Professa. / Collegium Valentinum.

Collegium { Barcinonense. / Cæsaraugustanum. / Majoricense. / Gerundense. / Gandiense. / Bilbilitanum. / Turiasonense. / Vrgellense. / Oscanum.

Domus probationis Tarraconensis.
Collegium Ilerdense.
Residentia Perpinianensis

Sunt in hac Provincia Socij 360.

4. PROVINCIA BÆTICA.

Hispali { Domus Professa. / Collegium Hispalense. / Domus Probationis. / Collegium Anglicanum.

Collegium { Triguerense. / Gaditanum. / Marcenense. / Cordubense. / Granatense. / Vaëzanum. / Malacense. / Xerense. / Cazorlanum. / Vbedanum. / Astigitanum. / Guadixense. / Fregenalense.

Domus Probationis Mõtellana.
Residentia Antiquerana.

Sunt in hac Provincia 520.

In SARDINIA Provincia una.

Sassari { Domus Professa. / Collegium Sassaritanum.

Calari { Collegium Calaritanum. / Domus Probationis.

Collegium Ecclesiense.
Collegium Alguerense.

Sunt in hac Provincia Socij 134.

In INDIA Occidentali Provinciæ quatuor & una Viceprovincia.

PROVINCIA PERVANA.

Limæ { Collegium Limense. / Domus Probat. / Seminarium Limense.

Residentia S. Iacobi.
Collegium Cuchense.
Collegium Potosinum.
Collegium Platense, Chuquisaquense.
Collegium Pacense.
Collegium Ariquipense.
Collegium Guamanganum.
Residentia Iulensis.

Sunt in hac Provincia Socij 164.

PROVINCIA PARAQVARA.

Collegium Chilense.
Residentia S. Iacobi del Estero.
Residentia Cordubensis.
Residentia Assumptionis.

Sunt in hac Provincia Socij 84.

Viceprouincia novi REGNI & Quitensis.

Collegium Quitense.
Collegium Carthaginense.
Collegium S. Fidei.
Seminarium S. Bartholomæi.
Residentia Panamana.
Residentia Caxicana.

Sunt in hac Provincia Socij 80.

PROVINCIA MEXICANA.

Mexici { Domus Professa. / Collegium Mexicanum.

Collegium Guazacanum.
Collegium Guadalaxarense.
Collegium Angelop.
Collegium Vallisoletanum.
Collegium Pascuarense.
Collegium Tepozotlanum.

Residentia { Veræ Crucis. / Cinaloënsis. / Guadianæ.

Sunt in hac Provincia Socij 237.

In INSVLIS PHILIPPINIS Provincia una.

Collegium Manilanum.
Collegium Zebuense.
Residentia { Antipolana. Taytayensis. S. Iacobi. Boolana. Dulacensis. Carigarensis. Tinagonensis.

Sunt in hac Provincia Socij 70.

In Gallia Provinciæ quatuor.

PROVINCIA FRANCIÆ.

Parisijs. { Domus Professa. Collegium Claromont.
Collegium Mussipontanum.
Collegium Flexiense.
Collegium Bituricense.
Collegium Virdunense.
Collegium Nivernense.
Collegium Augense.
Rothomagi. { Collegium Rothomagense. Domus Probationis.
Collegium Redonense.
Collegium Molinense.
Collegium Ambianense.
Collegium Rhemense.
Domus Probationis Nanciana.
Collegium Cadomense.

Sunt in hac Provincia Socij 358.

PROVINCIA AQVITANIÆ.

Burdigalæ { Collegium Burdigalens. Domus Probationis.
Collegium { Aginnense. Petrocoricense. Lemovincense. Pictavience. Xantonense.

Sunt in hac Provincia Socij 190.

PROVINCIA LVGDVNENSIS.

Lugduni. { Collegium Lugdunense. Domus Probationis.
Avenione { Colleg. Avenionense. Domus Probationis.
Collegium { Turnonense. Camberiense. Divionense. Dolanum. Bisuntinum. Vuiennense. Ebredunense. Carpantoractense. Sisteronense.

Sunt in hac Provincia Socij 395.

In Germania Provinciæ 3.

PROVINCIA GERMANIÆ SVPERIORIS.

Collegium Ingolstadiense.
Collegium Monachiense.
Collegium Augustanum.
Collegium Dilinganum.
Collegium Ratisponense.
Domus Probationis Landspergensis.
Collegium Oenipontanum.
Collegium Hallense.
Collegium Lucernense.
Collegium Friburgense.
Collegium Bruntrutanum.
Collegium Constantiense.
Residentia Eberspergensis.
Residentia Biburgensis.
Domus Oetingana.

PROVINCIA RHENI.

Collegium Colonience.
Treviris { Collegium Trevirense. Domus Probationis.
Collegium { Moguntinum. Spirense. Herbipolense. Fuldense. Heiligenstadiense. Molshemiense. Confluentinum. Paderbonense. Monasterience. Hildesiense. Embricense. Aquisgranense.
Residentia { Altenensis. Erfurdiana. Bonnensis. Hagennoënsis Wormatiensis.

Sunt in hac Provincia Socij 478.

PROVINCIA AVSTRIÆ.

Collegium Viennense.
Residentia { S. Bernardi. / Linciensis.
Collgium Græcense.
Residentia Milleſtiadensis.
Collegium { Zagrabiense. / Pragense. / Olomucense. / Crumlovienſe. / Commotovienſe. / Novodomenſe / Labacense. / Glacense. / Clagenfurtense.
Residentia Eberndorffenſis.
Domus Probationis Brunenſis.
Residentia Thurocienſis.

Sunt in hac Provincia Socij 434.

In TRANSILVANIA.

Collegium Claudiopolitanum.
Collegium Albæ Iuliæ.

Sunt in hac Viceprovincia Socij duo.

In BELGIO Provincia una.

Collegium Antuerpiense.
Collegium Atrebatense.
Andomari { Collegium Andomatense. / Collegium Anglorum.
Collegium Bergense.
Collegium Brugense.
Collegium Bruxellense.
Collegium Cameracense.
Cortracense.
Collegium { Duacense. / Gandavense. / Insulense. / Lovaniense. / Iprense. / Leodiense. / Luxenburgense. / Montense. / Tornacense.

Sunt in hac Provincia Socij 782.

In Polonia Provinciæ duæ.

PROVINCIA POLONIÆ.

Cracoviæ. { Domus Professa. / Domus Probationis.
Collegium { Posnaniense. / Calissiense. / Lublinense. / Iarossaviense. / Torunienſe. / Gedanense. / Sendomirienſe.

Sunt in hac Provincia Socij 310.

PROVINCIA POLONIÆ.

Domus Professa Warsaviensis.
Vilnæ { Domus Professa. / Collegium Vilnense. / Domus Probationis.
Collegium { Brunsbergense. / Pultovienſe. / Niesvisiense. / Pelocense. / Rigense. / Derpatense.

Sunt in hac Provincia Socij 262.

Sunt omnes Provinciæ in universa Societate 29. cum duabus Viceprovincijs.

Domus Professę 21.
Collegia 293.
Domus Probationis Separatę 33.
Domus & Residentiæ 96.
Socij denique omnes 10581.

Ex hoc Catalogo (anno 1608. à Petro Ribadeneira in lucem edito) Regnorum, Provinciarum & urbium in quibus habitant Ieſuitæ, Collegiorum item ac Domorum, quæ in unaquaque Provincia ſunt, propagationem & incrementu Ieſuitici Ordinis, ſpacio 70. annorum, Lector colligere poteſt.

Iactätia Ieſuitarum de incrementis ſui Ordinis.

Et de hac quidem ſua propagatione & incrementis multum gloriari ſolent Ieſuitæ. Inprimis de Aquaviva Generali ſuo referunt, quòd jactarit plures ſe breviorique ſpacio, milites in caſtra cogere poſſe, quàm quilibet Rex Chriſtianus. Et tempore interdicti Veneti, cùm jam undique certum Papæ immineret periculum, ſpopondiſſe idem Pontifici Paulo Quinto dicitur,

quadraginta hominum millia in subsidium: eâ lege tamen, ut quicunque in prælio obirent, in Martyrum numerum referrentur.

Non cogitant autem boni isti Socij quod vulgò dicitur, *Malam herbam citò crescere.* Et rectè quidam magni nominis Princeps dixisse videtur Iesuitas similes esse pediculis istis, quos à parte corporis, quàm maximè infestare solent, inguinales vocamus, quorum vel ex uno, ibi primùm insidente, brevi innumera propagatur ac scaturit multitudo. *Filtzlaus*

Similia autem vel etiam Majora sensit incrementa Franciscanorum seu Minoritarum Secta. Ab anno enim Domini 1211. ad annum usque 1380. spatio nimirum 179. annorum, per orbem Christianum Cœnobia hujus Sodalitatis plus 1500. sunt instituta. Franciscus Antracinus in ijs Commentarijs, quos ad Sabellicum dedit, testatur, difficile sibi videri locorum numerum posse ab ullo inveniri: sed multò difficiliùs initiatorum, qui tunc temporis fuerint ad sexaginta millia numero. Sabellicus autem refert Ennead. 9. libro nono & sexto, sua ætate Minoritarum nonoginta millia fuisse; sæpè quoque se audivisse, Magistrum universi Ordinis, polliceri quandoque ausum Pio Pontifici expeditionem in Turcas paranti ex Minoritarum familia 30000. bellatorum, qui bellica munia gnaviter obire possent, nihil sacrorum cultu interpellato. Sabellici quoque tempore, hoc est, circa annos Christi 1494. Augustinensium Eremitarum Ordinis Cœnobia quorum quidem ratio iniri potuit, circiter 2000. Virginum autem 300. fuerunt. Carmelitarum Monasteria 7050. Prædicatorum 4143. *Incrementa Ordinis Franciscanorũ.*

Hæc autem multitudo scarabæorum, bruchorum, locustarum, vermium & muscarum, prædicta est à Spiritu Sancto in Apocal. Ioan. 9.

Et rectè monuit Laurentius Iustinianus Venetus Patriarcha, cum sub Mendicantibus Monachis numerus Cœnobiorum in immensum crescceret, Rigiditatem vitæ & Monasticum vigorem diutiùs non posse consistere; Raram enim perfectionem, ut refert Bernardus Iustinianus in ejus vita. Quid dicturus fuisset si hodiè viveret?

De COLLEGIIS Iesuitarum, *eorumque magnificis* Structuris.

QVod autem ad Collegia Iesuitarum attinet, quorum Catalogum paulò ante adscripsimus, illa Regum ac Principum Arces ac Palatia æquare videntur Gregorius XIII. Iesuitarum Annales legens & intelligens opera quæ hinc inde illorum artibus efficiantur, Romæ contra Senatûs decreta Iesuitis totam attribuit insulam, in qua domos destruxerunt, viduas ac orphanos expulerunt; quod etiam Augustæ, Ingolstadij & multis alijs in locis fecerunt; ibique amplissimum, magnificentissimumque Collegium exstruxerunt, ad cujus ædificationem, ut Iesuitæ Hasenmüllero retulerunt, pag. 25. auri tonnas 25. prædictus Papa donavit. In eo Collegio 500. Iesuitas ex omnibus totius Mundi partibus collectos ali voluit, qui in Pontificia idolomania instructi, tandem adversus Evangelicos in Germania alijsque Regnis & Provincijs, emitti possent. Cap. V. *Iudicij Costeri & Ribaden. de Collegijs Iesuitarũ.* *Collegium Iesuitarũ Romæ sũptuosum.*

De magnificentissima structura Collegij Iesuitarum Monachij in Bavaria, quæ Gallicè scripsit Philippus Marnixius, sic quidam in Germanicam linguam transtulit: Wer solte andere Gebäw zeygen können/ die zuvergleichen weren dem überauß prächtigen/ welches der gute Catholische Fürst vnnd Hertzog zu Beyeren/ inn der Statt München auffgebauwen hat: dessen Gibel hoch erhaben/ vnnd mit vielen stattlichen Bildern von Ertz vnd Marmelstein geziehret ist/ trotz zubieten allen den köstlichen Pallästen/ die inn gantz Europa seynd/ will geschweigen/ daß es innwendig glitzert vnnd glantzet von lauterem Golde/ Silber/ Helffenbein/ Chrystall vnd Edelgesteinen/ wie ein Bäpstliche Crone. Vnnd damit dieses Werck inn allem vollkommen sey/ vnnd ihm nichts mangele/ so hat es zu einem ieden Altar sein Geräth/ als Casulen/ sampt seinem schönen Meßgewandt/ Chorröcken/ Alben/ Gürtel/ Stollen vnd andere rüstung/ &c. *Iesuitarum Collegium Monachij magnificũ.*

Posnaniæ in Polonia, non Collegium pro docentibus & discentibus, sed arcem munitissimam summis præsidijs Iesuitæ ædificaverunt. Regis Palatium Posnaniense, nulla parte cum hac Iesuitarum arce & propugnaculo conferendum est, ut refert Eques quidam Polonus in Oratione sua, quam in frequenti procerum *Collegiũ Iesuitarum Posnaniæ munitissimũ.*

cerum Regni illius conventu habuit. Eodem authore, Iaroslaviæ etiam; & Lublini alijsque in civitatibus Poloniæ ejusdem munitionis, firmamenti tantorum præsidiorum exstructæ arces videntur, ut non scholasticos docere, aut muliercularum peccata cognoscere, sed bellum gerere proximâ quaque occasione velle videantur.

Iudicium Costeri & Ribaden. de Collegijs Iesuitarũ.

De his Collegijs Costerus quoque in literis ex Belgio Romam missis, & interceptis, sic scribit: *Quotquot nos in Germania Collegia habemus, tot nunc Rex noster* (Hispanus) *inibi Castella habet.* Eaque ad promovendam Ecclesiæ Romanæ Monarchiam & magnitudinem tendere, Petrus Ribadeneira Iesuita Hispanus apertissimè testatur, cum apertis verbis Collegia & Seminaria Iesuitarum esse ait Hæreticorum exitia, & Apostolicæ Sedis propugnacula, in Catalogo illustriũ Scrip. Societatis Iesu.

Collegia Iesuitarum sũt Armamentaria.

Non injuria quoque Iesuitarum Collegia Armamentaria, seu receptacula & repositoria omnis generis armorum & instrumentorum bellicorum dixeris. In direptione Pragensis urbis in Bohemia repertæ sunt in Iesuitarum Collegio quingentæ bombardæ, thoraces ferrei pro centenis aliquot militibus, & hastæ, aliaque arma quàm plurima tormentarij etiam pulveris magna vis, multaque alia ad irruptionem illam promovendam & Evangelicos opprimendos: Ideoque numerum quoquè præfidiariorum ab Evangelicis in Collegium istud collocatorum auxerunt, quod vererentur, hæc instrumenta omnia bellica ideò ibi recondita fuisse; ut Passavienses milites per pontem in Collegium, quod ponti proximum est, inermes, velut Missę audiendi gratia, excurrerent, ibique occultati, donec tempus commodum offerretur, velut ex equo Troiano ad portam pontis, ipsumque pontem occupandum, ac deinceps Evangelicos opprimendos egrederentur

Collegium Iesuitarũ Romæ suptuosum.

Hanc causam etiam incommodissimis urbium omnium locis, ad milites vel depellendos, vel excipiendos, si velint urbem aliquam oppugnare, Collegia sua ædificant.

Collegiũ Iesuitarum Posnaniæ munitissimũ.

Ex his denique Collegijs hodiè vigesies centies aureorum millia quotannis pro vectigalibus percipere Iesuitæ dicuntur, licet pro Mendicantibus haberi velint. Verus Iesus autem, cujus Socij isti videri volunt locum non habuit in quo caput reponeret, in campis, in montibus & piscatorum tuguriolis versari potiùs voluit, quàm in urbibus, aut Propugnaculis & Palatijs Regum ac Principum.

Iesuitæ quos & quales potissimum Iuvenes in hæc sua Collegia, suamque Societatem illiciant.

Iesuitarum Collegium Monachi magnificũ.

REliquorum Ordines Monachorum pusiones vix dum è cunabulis egressos ad se admittunt, totosque 15. aut 20. annos nutriunt, antequam ad praxim admoveri possint. Hoc solerter animadvertentes Iesuitæ, ad alliciendos ex locis diversis quam plurimos; expeditiorem accommodatioremque, ut gloriantur, viam repererunt, quâ intra paucos annos ad fastigium Sapientiæ juventutem ducere possunt. Nam Catalogo certo, cujus ingenij, cujus judicij, cujus prudentiæ & experientiæ, cujus profectûs in literis sit, cujus complexionis naturalis, ad quæ Societatis ministeria talentum habeat adolescens quisque inscribunt: ut nempe tantò facilius à parentibus liberos in eo ætatis flexu, qui jam ad adultam vergit; tantoque observent accuratius singulos, ne in nassam suam semel adductos, avolare citra negotium sinant.

Quibus Artibus *ac* Dolis IESVITÆ *in* Collegijs *suis maximas opes acquirant.*

DIctu impossibile est quibus artibus, dolis, impostoris ac fraudibus Iesuitæ in his Collegijs suis ingentes divitias, & tantum non Crœsi opes per fas & nefas corraserint. Ex plurimis pauca saltem referam. Non solùm ex Magnatum æratijs, sed ex ipsis etiam discipulorum bonis dici non potest quantum diteseant: siquidem in examine suo generali cap. 4. Novitios suos obligant, ut omnia bona sua temporalia distribuant, ac disponant de his, quæ ipsis obvenire possint, juxta propriam devotionem, neglectis parentibus & consanguineis: unde miro quodam æstu, tanquam pauperes, bona illorum facilimè ad se rapiunt & perttahunt.

FINIS LIBRI SECVNDI.

DE

DE VARIIS FACINORIBVS DOLIS AC IMPOSTVRIS ET SANGVINARIIS CONSILIIS IESVITARVM.

LIBER TERTIVS.

CAPVT PRIMVM.

HOc Libro ea referam Iesuitarum facinora, ex quibus intelliget Lector, ab ultima hominum memoria nullo unquam tempore inter mortales, tot inhumanæ crudelitatis facinora, ut sunt parricidia, veneficia, periuria. cædes, proditiones, tumultus, bella, &c. intra tam breve tempus audita & numerata esse, quod ab exortu & origine saltem Iesuitarum privatim & publicè perpetrata; vel saltem attentata fuerunt : & hoc quidem sub zeli religiosi & Catholici prætextu : iubentibus etiam, vel, quod peius est, approbantibus & dilaudantibus ijs, qui omne in his tetris Religionis magisterium sibi vendicant.

IESVITAS *omnium ferè* TVRBARVM, SEDITIONVM, BELLORVM, *&c. in* Europa Authores *esse.*

PRætextus Iesuiticarum actionum omnium est, Ecclesiæ Catholicæ Romanæ reparatio & propugnatio, errantiumque & seductorum, ut ipsi quid loquuntur; conversio. Sub hoc pluteo cuniculos suos promovent. Scopus autem ad quem collimant & respiciunt, est Dominatûs & tyrannidis Pontificum Romanorum in his terris restitutio, atque idolomaniæ & superstitionum omnium plantatio in his Provincijs & Regionibus, in quibus jampridem evulsæ & eradicatæ sunt. Media autem, quibus id quod semel malè cœperunt, urgent & evincere conantur, sunt, periuria publica, ad quæ Reges & Principes inducunt, vis conscientijs illata fraudulentæ & insidiosæ pacificationes, Iuris corruptela, Innocentiæ oppressio, &c. Hæc, inquam, hodiè sunt, per quæ Iesuitæ immanem tyrannidem & crudelitatem Antichristi Rom. defendere & restituere, collapsum Ecclesiæ Papisticę statum reparare, Concilium Tridentinum exequi, & hæreses exstirpare conantur. Ex harum verò rerum tam contentiosâ praxi, qualem hodiè in Europa præcipuè animadvertimus, nigil secundum naturę cursum aliud, quam bella & quidem pernicisissima & calamitosa bella, cædes : parricidia, seditiones, tumultus, &c. exoriri possunt. Vt non immeritò Iesuitæ omnium turbarum ac motuum in Europa hodiè præcipui authores vulgò dicantur & habeantur.

Notum est omnibus, plerarumq; Europęarum Nationum internâ pacẽ illis Constitutionibus & pactis consistere, quibus ex præsentium temporum usu cautum est, *Ne Religionis nomine ulli vis inferatur, quocunque modo.* Iam verò ne illud quidem obscurum est Spiritus hos, seu Iesuitas, omnes

suas

rum est, Spiritus hos seu Iesuitas, omnes suas vires ubique locorum intendare, ut repagulum hoc, quo se in suo proposito & consilijs astutissimis impediri sentiunt, dissectum & dissipatum removeant. Ideoque Iesuitæ hujusmodi Constitutiones, in Gallia, Germania, Polonia, Hungaria tot fœderum, pactorum, juramentorumque Sacramentis, sancitas, publicè detestantur, easque, tanquam novum Atheismi, sive, ut alicubi loquuntur, Politicismi genus, pro scelleritatis conjurationibus, Scythicâ barbarâque confœderatione, Diabolique Politici blasphemo invento haberi volunt. Imò contendunt, pacem Religionis inter Ordines Germanici Imperij conventam, uri per vim exortam non esse obligatoriam, utpote ad tempus tantum concessam, nempe ad publicationem Concilij Tridentini, ideoq, dilationem, moratoriam & tolerantiam fuisse. Et Paulus Windeck in deliberat. de hæres. extirpandis pagina quadringentesima decima quarta hæc scribit: *Quòd nonnunquam Catholici cum Sectarijs transegerunt, eo fine fecerunt, ut interea reliquis negotijs expediti, postea unum hoc bellum contra Sectarios administrarent, omnemque eius molem in ipsos converterent.* Sin verò alicubi eò impudentiæ non audent progredi, illud saltem agunt, ut Religionis pacem calumniosis & malitiosis suis interpretationibus & restrictionibus sugillent, incisisque nervis ejus subditos illius fructu spolient. Opinor ne ipsas quidem inferni furias ad turbandum Europæ statum aliquid præsentius, perniciosius & efficacius excogitare potuisse. Imò harum Ranarum coaxatus hic assiduus aures Regum ac Principum perpetuò reverberat & obtundit; Subditis bonâ conscientiâ tantam licentiam non posse concedi: Religionis libertatem nihil aliud esse quàm manifestam Majestatis diminutionem cum maximo opprobrio conjunctam. Tu ne, inquiunt, qui vivis & flores, non possis vel audeas retractare quæ Antecessor, Parens, Avus. &c. vel imprudens maleve persuasus, vel etiam vi & armis coactus indulsit? Annon eodem jure Imperator, Rex, Princeps es, quo illi fuerunt? Ferendumne est, ut demortui memoria plus apud Subditos valeat, quàm præsentis atque regnantis persona? Annon vides, Eos, qui pericula tibi objectant; quæ turbatam Religionis pacem sequantur, tibi non tam consulere, quàm apertè minitari? Diaboli hæc tnetamenta sunt, per quæ generosis tuis cogitatis & conatibus remoram studet injcere. Muliercularum hic, non magoanimorum Principum metus est: illi juventutem tuam spernunt fronte: igitur severiore opus est, ut sentiant te virum esse animumque tam excelsis natalibus parem gerere. Possem alicui videri satis confidenter hæc me scribere, non aliter, quàm si his Iesuitarum ad Prinsipes monitis interfuissem: sed ipsimet has consiliorum suorum rationes in publicis scriptis suis nequaquam dissimulant, ex quibus hæc ad verbum ferè descripsimus.

Scire etiam debet Lector, hæc ipsa instigationis calcaria assiduè illis Principibus adhiberi, quorum calor juvenilis & incauta imperitia arietum istorum ictui exposita sunt. Apud superstitiosos verò & cunctantiores etiam hæc adijciuntur: Eos, qui hanc Religionis libertatem Subditis concesserint, aut in talem concessionem consenserint; in Purgatorio gravissimas peccati hujus pœnas luere. Item, Non Tartaros, non Turcas veros & nativos Reipublicæ Christianæ hostes esse; sed hæreticos, quicunque nimirum contra Ecclesiam Romanam insurgant: In his ergo opprimendis veram & Catholico Principe dignam laudem quæri. Item, Cavendum esse, si Princeps bello Turcico implicetur, ne rebelles hæretici cristas attollant, Magistratuique invito probrosam pacem extorqueant. Curandum verò; ut Germani cum hoc barbaro hoste ad animi usq; deliquium colluctentur: præfracti illi hæretici suo tandem malo discant quorsum deveniant, qui à Bedis Apostolicæ obedientia. Si qui verò adhuc à turbarum periculo abhorrent, illis negotijs facilitas ob oculos ponitur; Severiore tantùm vultu opus esse: unius & alterius clamatoris supplicio rem posse confici, quorum conspecto cruore reliquæ turbæ animos factum iri, &c. Intereà Principem animam suam ab inferno liberaturum.

Aulas Regum *ac* Principum *occupant & infestant* IESVITÆ.

EST etiam hoc inter nefaria facinora & artes Sinonicas Iesuitarum referēdum, quòd in Aulas Regum ac Principum, quin etiam in ipsa Gynæcea sese imprudenter intrudunt adeò, ut in hac sublunari Regione, citius vacuum posset dari, quàm paulò celebriorem aulam; quam phalanx Iesuitica non totam possideat, dummodò aditus eò illis vel per angustam aliquam rimulam pateat:

& ab illis Aulis, ubi peſtis hæc nondum potuit habere locum vix ullis præſidijs, ullâve arte arceri poſſunt. Quin etiam Relationes & Epiſtolæ Indicæ teſtantur, eos, quàm primùm in aridam aſcendunt, recta in Aulas & ad Reges tendere, ut hos primos in poteſtatem ſuam redigant, & per eoſdem deinceps ſubjectos populos infeſtent. Quod ſi etiam vera ſunt, quæ iſti narrant, in hac ſui officij parte ſingularem quandam fortunæ afflatum experti ſunt, ut ad Reges non ſolùm aditus eis patuerit, ſed etiam ab ijſdem multoties expetiti ſint. Narrationibus tamen iſtis parùm tutò fidem adhibendam prudentes omnes exiſtimant, ut qui nôrint, eas in Hiſpania refingi, & ita edi, ut illas ab hæreticis Europæis, ex Eccleſiæ Romanæ commodo legi volunt. Aliâs conſtat, eos ad Reges illos Indicos percellendos Regis Hiſpaniæ authoritate & terrore ut plurimùm uti.

Vtut autem ſe res habeat, illud tamen certiſſimum eſt eos in iſtis etiam remotiſſimis Orbis locis, ſecundum officij requiſitum, rectà Aulas appetere. Vbi hoc etiam compertum eſt, Spiritus iſtos, quàm primùm hunc navigationis ſuæ portum tenent, protinus, omnia Regum, Principumque Solaria, Palatia, Dicaſteria, Gynæcea, penitioreſque Aularum receſſus perrepere, ſcrutari & replere, ut hac vermiculatione omnia conclavia ſcateant.

Non autem hoc tam illis vitio vertitur, quòd Regibus & Principibus operam ſuam in Aulis navant, poſtquam utique tam ſplendidis & opimis illorum beneficijs fruuntur, quamvis hoc etiam citra illas larvas, quibus utuntur, non minus commodè facere poſſent: Sed quòd ibidem ſe ſæpiùs non vocati ingerunt, omnia ad ſe rapiunt, deque rebus ad Rempublicam ſpectantibus non è Reipublicæ uſu & commodo, ſed ad illius arbitrium, à quo in Apocalypſi Ioannis vel per Os Draconis, vel per os Beſtiæ emitti dicuntur. In quo ipſo nullum ſe vel Regis Principiſve, vel ſubditorum periculum impediri patiuntur.

Huic ſpirituali imperio illæ præcipuè Europæ nationes obnoxiæ ſunt hodiè, quę illius olim ſub florente Papatu omnium impatientiſſimæ fuerunt. De Hiſpania omnes fatentur, iſtum robuſtiſſimum pollicem hoc tempore totum ad Ieſuitarum nutum circumagi. Ferunt quidem, Ieſuitas hoc tẽpore pejus habere duriuſq; coerceri, quàm in ulla alia Europæ natione. Id ſi maximè verum ſit, per illud tamen parum illis decedit, cùm reliqui tantò liberiùs dominentur. Hoc autem imperioſa iſta Natio ante annos ducentos, quando in multa Regna adhuc diviſa erat, tam patienter nunquam tuliſſet. Eadem dicitur eſſe Poloniæ ratio in oppoſito Europæ angulo, in qua Ieſuitæ tam licenter dominari dicuntur, ut ipſis etiam Catholiciſſimis jam graves, adeoq; intolerabiles eſſe perhibeantur. Sunt qui teſtantur, ſe legiſſe literas non ita dudum Legati cuiuſdam, qui in Aula illa adhuc verſetur, in quibus de Ieſuitarum inſolentia miratu digna ſcripta fuerint. Inter alia verò & hoc; *Præſentium tumultuũ, quibus Regnum illud perturbari perhibetur, cauſam in ipſos, & in ipſorum artes publicè conferri.* Hoc ipſum verò maſcula hęc natio olim ſuum pudendum dedecus interpretata fuiſſet.

Ieſuitæ arcanas Principum mentes explorant.

Rationem verò cur tam denſi in Aulis volitent Ieſuitæ tantaq; impudentia ſe ingerant atq; intrudant, Robertus Turnerus Anglus, qui Romæ aliquandiu vixit inter Ieſuitas, poſteà verò Ingolſtadii Eloquentię Profeſſor cõſtitutus fuit, in ſuis Epiſtolis indicat, quæ anno 1584. Ingolſtadii editæ ſunt. Nam Epiſt. 19. quam ad Ioannem Bervitium ſcribit, inter alia hæc habet: QVARE *cùm Magiſtratus eſſe non poſſim, volui, quemadmodum omnibus locis, ſic Auguſtæ in Comitijs maximè eſſe curioſus,* Addit, VOLVI *irrepere, volui irrumpere in intimas Aulas Principum, volui videre omnia, ut ad juſtitiæ normam præclarè exigerem.* Pergit; *Quâ meâ vel curioſitatis diligentiâ, vel diligentiæ curioſitate conquiſivi materiam Satyræ acrem voluptatis mellitam, utriuſque uberem.* RVrſus, *Vix cæperam obire Principum Aulas, cùm videam Hæreticorum illum Mundum adminiſtrari à Stultis. In Catholicis Aulis inveni Vitellios, Furios, Camillos, Senecas, qui fronte, verbo, ſide tuerentur locum.* Item: *In alijs extra paucos, viros Principes illos & Deos putato, luſtra, popinas, officinas malarum artium, fœdarum libidinum, fraudum, inſaniarum, &c.* Ex his Turneri verbis liquet, cur Ieſuitæ in Principum Aulas ſeſe intrudant, & quid ibidem agant.

Venetorum prudentia.

Tam quoque aſtuti, vigilantes, audaces, laborioſi, tantâ denique agendi & nocendi facultate præditi in Aulis ita obverſantur, ut ſoli omnia poſſint, ſoli eas poſſideant & ita obſideant, ut nec veritas verbi Dei, nec vel aurula aliqua quæ ipſis inimica, ſit eò penetrare poſſit.

Ieſuitæ cancellariam ſuis diſcipulis replent.

Student etiam & adulantur eis non ij duntaxat, qui Religionis & doctrinæ nomine eos colunt, ſed illi vel maximè, qui Aularum quadras ſectantur, Romæque

mæque præbendas & dignitates, vel pro se, vel pro liberis cognatisve venantur. Hi cum nôrint, unius alicujus Iesuitæ commendationem plus sibi pro futuram, quàm potentissimi Monarchæ intercessionem, in omnibus eis assentantur, cupiditatibusque illorum promptissimè subserviunt.

Iesuitæ arcanas Principum mentes explorant.

Nemo præterea Regum & Principum mentes; earumque arcana tam exactè explorare & nôsse potest, quàm hijpsi illorum ut plurimùm Confessarij. Quæ confessio, illa præsertim, quâ totius vitæ cursus explicatur, omnes regiarum mentium recessus illis referat. Quæ confessionis species Pontificum Roman. consilijs plus verè confert, quàm Hispaniarum Regi tot auri milliones, quos in emissarios suos profundere dicitur. Vt mirum non sit, modernum Ducem Venetiarum se intra hos quindecim annos ipsis nunquam examinandum exhibuisse. Veneti enim tam religiosi nunquam fuerunt, nec erunt, ut Reipublicæ suæ arcana Sacrificulorum fidei committant.

Venetorum prudentia.

His de causis Aulæ Europeæ à Iesuitis graviùs hodiè infestantur & affliguntur, quàm Pharaonis olim Ranis Ægyptiacis.

IESVITAS Papæ Exploratores *esse.*

HOc ipsorummet Iesuitarum legibus, constitutionibus & scriptis probari facilè potest, cùm illa satis multis, ijsque ad hoc probandum indubitatis argumentis abundent. *Nostræ vocationis est*, inquiunt, *vitam agere in quavis Mundi plaga per varia loca discurrere, & in quibusdam continenter residere, & literarum ultrò citrò que missarum inter inferiores & superiores frequenti commercio, crebrò alios de alijs certiores faciatis, de ijs quæ varijs ex locis ad ædificationem, & eorum quæ geruntur, cognitionem adferatis.* Hæc sua esse Iesuitæ non diffitebuntur.

His adde hanc ipsorum Regulam: *Cùm Provinciales scribent Generali, curabunt ut Statum Domorum & Collegiorum, ac totius Provinciæ benè explicent, & suppleant, si quid intellexerint, quod superiores minùs declaraverint. Et in universum ita scribere debent, ut* GENERALIS *omnium Personarum ac Provinciarum Statum quoad ejus fieri possit, ante oculos habeat.* Hæc non minùs quàm priora Iesuitæ pro suis agnoscent.

Iesuitæ cancellariam suis discipulis replent.

In hunc finem Iesuitæ Cancellariam Regni Bohemię solis suis Discipulis replevérunt, ut est videre in Gravaminibus Ordinum Evangelicorum Bohemiæ Anno millesimo sexcentesimo nono exhibitis.

Sic etiam Iesuitæ Gallici in Regni & Regiæ Domûs officia nullos, nisi suæ disciplinæ nutritios summittere nituntur.

Idem faciunt in Gallia.

Ob hanc causam etiam fraudibus suis effecerunt, ut subinde Regiorum domesticorum, vel præcipuorum Ministrorum 24. liberi in novo Flessiaco Collegio Iesuiticis præceptis imbuantur; & ex illis singulis annis sex Regijs munijs præficiantur, alijs sex in eorum locum ob eandem causam summissis: & sic hisce cuniculis intrà paucos annos Iesuitæ totum illud Regnum sub Papæ & suam tyrannidem adigent, & per suos discipulos, & pro sua libidine cuncta administrabunt.

Neminem igitur in dubium vocaturum existimo, hoc esse secreta Imperatorum, Regum & Principum explorare, & Curiæ Romanæ nunciare ac prodere: ac ne Iesuitas quidem, nisi intellectu & judicio privatos, & per cœcam Antichristi obedientiam penitus excœcatos, & impudentes cavillatores agere velint, hoc negare posse arbitror. Nam definitoribus Iurisperitis & Pontificijs Canonistis, de pœnit. Dist. 6. Cap. Sacerdos de pœnit. & remiss. C. Omnis Cardinal. in Clem. 1. ¶. Quia de statu Monach. explorator is est, qui secreta alicujus Principis explorat alteri prodit & revelat, uti qui mittunt literas vel nuncios ad hostes. Iuxta Bartolum quoque in l. ult. D. ad legem Iuliam, Majest. Proditor etiam is est, qui scit, & non revelat, qualis Garnetus Iesuita fuit in Britannia. Vel ergo Pontifici suo, vel Regibus Christianis Proditores fiunt: L. Quisquis Cod. ad legem Iuliam Majest. Etiam illi in Proditorum numero habentur, qui simulantes & secretò Principi damnum afferunt. Proditores & illi dicuntur, L. Omne delictum ¶. exploratores. D. re milit. qui cum aliquo amicitiam simulantes, hostibus consilia produnt, quod Græci παραπρυκτοῦσι proverbialiter dicebant, quodque in omnes eos quadrat, qui hostis publici rebus plus student, quàm Principis sui commodis; vel amicorum consilia corrumpunt, quò illis noceant, vel ea suadent, per quæ fortunas omnes & opes amicorum funditus evertant. Hanc artem Iesuitæ optimè callent.

Quòd etiam famæ & honori Regum & Principum Pontificiorum, imò & benefactorum suorum ingratissimi detrahant, Henrici IV. Galliarum Regis probat exemplum. Is enim, etsi, cùm vix parricidales manus evasisset, jure &

judicio legitimo Regnis suis in æternum Iesuitas proscripserat; eos tamen, ut deinceps à veneficijs & sicis eorum tutus esset, incredibili clementiâ in pristinum statum restituit. In cujus beneficij compensationem, illi præcipuâ honoris dignitate eum exspoliârunt: sicut id apud varios Scriptores maximè verò apud Richeomum Iesuitam evidentissimè videre licet. Hunc Augustissimum Principem, postquam lenocinijs veneficiorumque & sicarum suarum terrore in retia venatoris Romani compulerunt, ipseque eos majoribus beneficijs & prærogativis cumulavit, quam ab ullo Regum in universo terrarum orbe hactenus factum est, ad perpetuam turpissimæ Iesuiticæ ingratitudinis memoriam, cum antiquissimo jure & honore denudârunt, nimirum Ecclesiæ primogenitură, quam ipsi raptam vel fraude subductam Hispaniarum Regi tribuerunt, eum quasi natu primum, in Expostulat. Apologet. ca. 17. & 19. & Filium Ecclesiæ quasi natu maximum per totum terrarum orbem proclamantes. Hæc in genere de Iesuitarum facinoribus & studijs.

Res *gestæ* Iesuitarum *in* Lusitania, *&c.*

Cap. III.

NVnc etiam in specie ex multis pauca referam: ac primò quidem, quid in Hispania ac Lusitania patrârint.

Anno millesimo quingentesimo septuagesimo octavo Iesuitæ Sebastiano Lusitaniæ Regi ultimo, funestam expeditionem Africanam cum manifesta vitæ jactura susceptam, suaserunt, classicum scilicet canendo, ut Regnum Portugaliæ, optimâ annui reditûs recompensatione, ad Regem Hispaniarum devolverent. Chron. Belg. titulo primo, pagina 287.

Nec spes fefellit eos. Nam Sebastiano Rege cum filio, & tota ferè nobilitate sua à Mauris in prelio occiso, statim Philippus Hispaniarum Rex Lusitaniæ regnum invadere & occuppare duabus potentissimis exercitibus terrâ marique ad id collectis, in animum induxit. Cùmautem minimèignoraret; quàm siniştri rumores de se passim non solùm in Lusitania, sed etiam per totam Italiam spargerentur, aliquid famæ dandum ratus, familiari sibi dissimulatione, quasi post tantos apparatus pœnitentiæ locus esset, totum negotium ad conscientiæ normam examinari voluit, quippe inde à Pontifice Romano solicitabatur, ut rem controversam arbitrio suo committeret: inde opinione hominum prægravari se sentiebat, quasi vi alienum Regnum invaderet, calcatâ juris ratione, cui se infirmiores subjecerunt, atque adeò oppressa Regni, quod ambiebat, libertate, cujus Ordines in care jus suum eripi sibi conquerebantur, & alioquin jurisjurandi Religione teneri se dicebant, quò minus dictis & imperio ipsis audientes essent. Quibus difficultatibus ut citra difficultatem se expediret, rem Iesuitis & Franciscanis in Complutensi Academia discutiandam tradidit, & quæsivit ab ijs, si cùm sibi de jure suo in Regno Portugaliæ successione per mortem Henrici delata certò constaret, conscientia obligaretur, alicui se tribunali submittere, quod illi Regnum adjudicaret, & in ejus possessionem ipsum mitteret. Deinde si Portugaliæ Regno recusante eum in Regem admittere, antequam in jure cum alijs competitoribus re disceptata contrario judicio obtinuerit, propriâ authoritate Regni possessionem sumptis contra resistentes armis apprehendere possit: hoc posito quòd, nullo scrupulo se teneri sentiat; & quia Gubernatores ac cæteri Lusitaniæ Ordines jurisjurandi Religione prohiberi se dicebant, quò minus eum in Regem admitterent, qui non in jure Regni hæres declaratus esset, maximè reclamantibus petitoribus, qui se juris authoritati offerebant. Quæsivit etiam, an prætensum jusjurandum excusationis loco, quo Regem legitimum non reciperent, accipi deberet.

Ad hæc Iesuitæ acerrimi Hispanicæ potentiæ propugnatores & Franciscani prorsus voto Philippi congruentia respondeRunt, & nullo eum conscientiæ vinculo obligari affirmârunt, ad subijciendum se alterius jurisdictioni aut arbitrio, quippe cum propriâ authoritate Regnum sibi adjudicare & possessionem ejus adipisci posset. Nullas in eo esse Pontificis partes, cùm res nihil admistum habeat, cujus respectu sacri fori debeat intercedere authoritas: neque verò quicquam causa esse, cur se Ordinum Lusitaniæ iudicio summittat: nam electis semel Regibus, ijs & in eos, eorumque successores omne jus translatum intelligi, ut penes ipsos omnis sit jurisdictio, nec ab alijs judicari possint. Quando igitur constet Philippum verum ac legitimum Regni hæredem esse; & hoc verum esse, nullius alterius tribunalis, præterquàm proprij, sui jurisdictionem subire debere, delegatis autem illis undecim viris jus nullum esse de causa tanta cognoscendi, nam à se non habere jurisdictionem, verùm à Rege mandatam, eamque ut ipso superstite valuerit, una cum extincto expirâsse; neque enim jurisdictionem Regum

Iesuitæ Insulæ Tertiæ in Lusitania proditores sunt. Thuanus lib. 71. p. 78.

Horrendum facinus Iesuitarum.

Guisij qua ratione summâ in Gallia potestatem nacti sunt.

gum post mortem prorogari posse. Denique quantum ad tertium caput, sic statuerunt, nullâ jurisjurandi Religione teneri Lusitanos, quò minus Philippum Regem admitterent, cùm ex supra dictis constet, neminem esse vel dignitate, vel potentiâ in hac causa Philippo superiorem, qui de ea posset cognoscere. Atque hanc Iesuitarum sive sententiam, sive censuram approbavit Philippus, & ad arma conclamare jussit.

Iesuitæ Insulæ Tertiæ in Lusitania proditores sunt. Thuanus lib. 71. p. 78.

Bello hoc inter Hispanos & Lusitanos fervente, Azoræ insulæ ad Lusitanos pertinentes in fide Ordinum Regni permanserunt. Iesuitæ autem in una illarum, quæ Tertia nuncupatur, & situ ac fertilitate cæteris longè superior, habitantes, eam Hispanis prodere tentârunt: excitato igitur magno tumultu, plebs ultra modum contra eos commota est, cùm alij in jure sistendos tanquam patriæ proditores alij sine mora, tanquam perduelles & Hispanis addictos, una cum Collegio incendendos dicerent.

Res *gestæ* IESVITARVM *in* Gallia.

Cap. III.

IOannam Albretanam Navarræ Reginam viduam Evangelicorum reformatorum in Gallia patronam, venenatis chirotecis, quas unguentarius Regis Italus Lutetiæ, Iesuitarum instinctu ei dederat infectam, & repentino morbo correptam, necârunt anno millesimo quingentesimo septuagesimo secundo, vide historiam Gallicam, tomo quarto, pagina 19. & Belgicam, tomo primo, pagina 126.

Horrendum facinus Iesuitarum.

De Liga *seu* Conspiratione *in* Gallia *à* GVISIIS *excitata, & à* IESVITIS *adversus Henricum III. Regem, regiamque familiam promotâ.*

Guisij qua ratione summâ in Gallia potestatem nacti sunt.

POstquam Lotharingica Guisiorum familia in Gallia sub Francisco I. Henrico II. & huiusce liberis Galliarum Regibus alacriter & admodum strenuè sedessisset, & egregiis aliquot facinoribus exhibitis (in quibus utique Metensis urbis adversus Imperatorem Carolum V. propugnatio ac conservatio, tum expugnatum & Anglis ereptum Caletum inprimis eminent) Franciæ suam fortitudinem ac fidelitatem probassent, eoque magnam apud omneis authoritatem & existimationem adsequuta fuissent; non exiguam inde spem adipiscendi tandem ipsius Regni, & Regno tum potientem Walesiorum familiam exinde deturbandi concepit. Quæ spes haud parùm aucta tum fuit, quum Franciscus II. Mariam Stuardam Scotiæ Reginam matrimonio sibi iungeret: cuius equidem cognati proximiores & auunculi, Claudius ille Dux Guisius & Carolus Lotharingiæ Cardinalis, omnibus etiam Regii sanguinis Principibus antepositi, supremaque Regni munera adepti, summum omninò ac eminentissimum apud Regem illum iuniorem, adfinitatis istiusce gratiâ, locum obtinuerunt; & universum ita Regnum, sub prætextu nominis regii, pro lubitu, sine cuiusquam etiam reniso, absolutè tantùm non administrârunt. Inprimis autem ipsis admodum profuit, quòd præcipua tum Regiæ domus capita, videlicet Rex Navarræus & Condæus Princeps, quorum alioquin ex recepta Maiorum consuetudine munus hoc fuisset, ut proximum apud Regem obtinerent locum, reformatam Religionem amplexi fuissent, eamque publicè profiteri cœpissent. Vnde Guisiam quidem istos usquequaque premendi & tantum non opprimendi, tum non Catholicæ solum Romanæ Ecclesiæ adsectas in Gallia, sed & Regem ipsum adeoque Pontificem unâ cum Hispaniarum Rege sibi devincendi: Eoque futuræ potestatis suæ structuram cum extremo pœnè suorum Adversatiorum interitu magis magisque tum fundandi solidè, tum admodum quoque dilatandi splendidam arripuerunt occasionem. Quem etiam in finem suam iam antea Genealogiam per Archiadiaconum quēdam Tubensem (Toub) confici typisque publicè divulgari curârunt: auctoritate cuius hominum animis paulatim occupatis persuadere conati sunt, à familia & stirpe Caroli Magni se oriundos esse, ne iniquum eo forè, si Franciæ Regnum, ab Hugone Capeto Maioribus olim suis iniustâ vi ademptum eiusque posteris ita retentum, postliminio quasi iam denuò reciperent. Vt paulò quidem post apud advocatum quendam Parlamenti Parisiensis, David adpellatum, postquam is unà cum eiusdem Civitatis Episcopo Romanum confecisset iter, eiusmodi sunt repertæ literæ, ex quibus abundè patuit, eiusce gratia quid iam tum Romæ in Consistorio agitatum & tractatum, adeoque conclusum fuisset: nimirum ad exstirpationem Hæreticorum in Gallia necessarium omninò esse, ut Capeti successores tanquam minus idonei removeantur; Posteri autem Caroli illius Magni Regiæ dignitati restituantur: quibus adiuncta fuit etiam delineatio seu designatio mediorum eatenus accommodè adhibendorum; pro-

ut ea postmodùm usurpata & à Ligistis conjuratis in praxin etiam publicam deducta fuisse constat.

Etsi verò consultationes & instructiones istæ Regi non solùm innotuerint, sed & Anno millesimo quigentesimo septuagesimo sexto, publicè typis editæ fuerint; pro figmentis tamen Hugonotarum potiùs, quàm pro narratis veris tum fuerunt habitæ: Navarræus autem & Condæus nec non alij Religionis ejusdem Socij pro seditiosis & adversarijs tam Regis quàm ipsius quoque Regni, quod adfectent utique, & turbarum ac calamitarum in Gallia sic omnium auctores existant, judicati sunt: ut è contra Guisiani fidelissimi Regis Ministri ac servitores, adeoque fulcra quasi ac propugnacula Religionis simul ac Reipublicæ constanter habiti fuêre: donec tandem ipse Rex Henricus III. maximo cum damno, sed & interitu suo toti Mundo patefecit, quodnam utriusque partis institutum fuerit consilium; & uter ex illis amicus fuerit aut hostis, defensor aut oppressor Regis & istius Regni universi. Liga verò seu Ligistarum illa conjuratio tum adversus Regem prememoratum cœpit, quum Anno millesimo quingentesimo septuagesim septimo postremam cum Hugonotis seu Reformatis pacem inijsset; ex indeque res quâ bellicas quâ politicas & ad regimen adprobum spectanteis alias ferè nihil curaret: sed quieti se dederet, helluationi saltationibusque indulgeret, ac subditos interim crebris, adeoque continuis exactionibus emungeret. Isthæc enim ejus socordia non alienam præbuit occasionem apud universum populum in contemptum & odium eum adducendi, maximeque concitandi eos, qui ex præpostero quodam Catholicæ Religionis zelo metuebant, ne, si quando forsan absque prole Rex Henricus III. decederet, ipsi Navarræus diversæ Religionis & à Pontifice excommunicatus Rex in isto cum primis tranquillo rerum statu succederet. Quapropter ut isti malo præveniretur, de Liga seu conspiratione quadam tractari clandestinè cœptum fuit; cujus beneficio Romana quidem conservari, diversa autem ab eâ Religio funditus exstirpari, tum exactiones etiam ac tributa nimia cum gravaminibus alijs usquequaque tolli vel mitigari saltem, & in contemnus divini numinis atque tyrannidis locum pietas ac justitia denuò subrogari possit. Primus qui negocio huic se facilem præbuit civis quidam Parisiensis fuit, nomine Rochus Blondus, insignis æmulator aut æstimator tum Missæ tum Guisiæ quoque familiæ. Is ergo cum choragis, præterea tribus alijs, Ioanne videlicet Prævosto Pastore ad Sanctum Severinum, Ioanne Baschero Pastore ad Sanctum Benedictum & Matthęo Lanoyo Canonico Soissontino (Soissons) quibus initio statim adeoque ante alios omneis suum proposuerat consilium, & de eo quotidiè cum ipsis contulerat ac multa præterea consultarat, ita prudenter, ita considerate ac cautè rem adgressi sunt, atque suffragio concreditorum quorundam & adprimè correspondentium amicorum, tam intra quàm extra Parisiorum Lutetiam, in universo Galliæ Regno ac præcipuis ejus civitatibus sub jurato capite seu Duce Guisio alijsque Lotharingicæ familiæ Principibus, tantam adseclarum & adhærentium turbam nacti fuerunt, ut sceptra tum tenens Rex Henricus III. manifestâ vi priùs ad obrutus, & ex arce Regiâ (le Louvre) ipsâque Metropoli Lutetiâ exturbatus fuerit, quàm callidorum istorum consiliorum ac conspirationis certam aliquam cognitionem habuerit; utut Parisijs semper præstò fuerit, & de Liga seu confœderatione ista tali mussitationes nonnullas perceperit. At enim ejus socordia, tum verò confœderatorum industria, juxta contemptum ac odium illud populare, quod in concionibus suis Sacrificuli, cumprimis autem Iesuitæ adversus ipsum mirè excitabant, ut paulò post indicabitur, ita invalescebant, ut supradicti Ligę 4. auctores unà cum alijs paulatim ijs accedentibus in proposito suo per quàm exigua obstacula vicissim autem undiquaque promotiones & adminicula sanè quàm efficacia senserint. Ad promotionem autem istius validiorem ex sedecim Tribubus urbis, Parisiorum certus civium numerus eo deputabatur, quò in unaquaque Tribuum istarum quæcunque tandem fierent exactè tum observarent, tum considerarent ulterius, & probè demùm ordinarent ac disponerens. Istos ergo taleis Sedecim viros appellârunt, aut respectu jam memoratarum sedecim Tribuum, in quas omnis Parisiorum civitas est distributa; aut quod ex ijs omnibus Sedecim confortè fuerint omnium importunissimi, adeò ut præcipua negocia juxta potestatem ac directorium sibimet accersiverint. Vtut autem sit, universus equidem populus Parisiensis in sua coram Legato Pontificio Cajetano propositione Sedecim istos, ut præsides ac tribunos plebis, nominatim alligavit; utpote, La Bruiere, Cruce, Bussi le Clere, Commissarium Louschard, La Morliere, Senault, Commissarum Barot,

Ligæ in Gallia occasio ejusque progressus.

Liga sedecim viri.

Liga Gallicanæ scopus.

Advo-

Advocatum Drouard, Aluequin, Emonnot, Iablier, Meſſier, Capitaneum Paſſart, Oudineau, Anroux & Morin: Loco tamen iſtius Anroux aliqui Tellierum & pro Senaultio Amelinum ponunt, quamvis diſcrimen inter eos nec adeò magnum adpareat. Quanta verò fuerit Archiligſtatrum iſtorum auctoritas ſimulatque poteſtas exinde liquet inter alia; quòd ſtatim poſt Regis è Lutetiâ fugam, quæ facta eſt 12. Maij die anni 1588. unà cum capite ſuo Duce Guiſio rem eo deduxerunt; ut Pariſienſi civitati, per vota liberamque plebis electionem, novi darentur Officiarij, & omnes à Regis ſtare partibus habiti dimitterentur. Iſti cum Guiſio ſæpè jam memorato, nec non officiarijs illis novis, quotidiè conſultabant de communi ſtatu, & omnibus S. Ligę neceſſarijs: iſti ſoli Pariſienſem civitatem poſt Guiſiocidium illud famoſum, quod ejuſdem anni die 23. Decemb. Blæſis perpetratum eſt, adverſus Regem obfirmârunt, & in rebellione ſua conſervârunt, tum Aumalium quoque Ducem, in abſentiâ Maynij, Gubernatorem conſtituerunt: iſti conſilium illud magnum ſeu Parlamentum etiam integrum anno 1589. Ianuarij die 16. è conceſſu pleno ſuſtulerunt, & per plateas publicas in arcis propugnaculum captivum abduxerunt: iſti denique non adquieverunt priùs, quàm ad inſtantem improbamq; ſollicitationem ſuam generalis omnium Ligiſtarum Conventus, ſub nomine Comitiorum, inſtitueretur, haberetur, & de novo Regis electione in eo tractaretur. Interea verò de pace aut inducijs cum Rege ullis ne audire quidem ſuſtinuerunt, quin egregiam potiùs de futuro feliciſſimo ſtatu & de auxilio inprimis Hiſpanico, ſpem populo fecerunt: ut & inter alia literas Regi Hiſpaniarum per Ieſuitam quendam P. Matthæum curandas deſtinârunt; quæ tamen propè Lugdunum interceptæ, reſignatæ, atque Regi quàm primùm in originali, ut loquuntur, tranſmiſſæ fuerunt. In iſtis die 2. Novemb. anno 1591. datis hæc inprimis habentur talia: *Catholicæ V. Majeſt. hoc ſanctè poſſumus affirmare, omnium Catholicorum vota eo directa eſſe, ut Cath. V. Majeſtas ſceptrum hujus Regni tenere nobiſque dominari poſſit; quemadmodum ipſi quidem, ut Patri noſtro, nos ex animo ſubjecimus: aut ex natis ut ea ſuis ſaltem aliquem huc deſtinet. Sin autem alium fortè quempiam nobis præſtituere cogitet, de Genero ſibi proſpiciat aliquo, quem nos utique reverentiâ & obedientiâ debitâ adeoque extremâ ſubjectione, ut Regem noſtrum lubentes volentes excipiemus*, &c.

Liga Gallicanæ ſcopus. Conjurationis autem Ligiſtarum ſcopus & propoſitum erat, Regem Henricum de ſolio Regni teturbare, in Clauſtrum vel Cœnobium aliquod detrudere, & Henricum Guiſium illiin Regno ſurrogare. Hinc cùm Henrici III. Regis ſymbolum Pariſijs valuis Regijs inſcriptum eſſet.

Qui dedit ante duas, trinam dabit ille coronam:

Ieſuita Cottonus ijſdem valuis huic ſymbolo ſubſcribi curavit.

Qui dedit ante duas, unam abſtulit, altera nutat,
Tertia conſortis mox facienda manu.

Ligam Gallicanam promovent Ieſuitæ. Promoverunt & confirmârunt hanc Ligam, ſeu potiùs ſeditionem & rebellionem adverſus Henricum III. vehementer admodum Ieſuitę Pariſijs, alijſq; in urbibus. Quum enim Liga anno 1585. magnas vires acquireret & magis magiſque emergeret, Ieſuitæ poteſtate ſuâ audiendi confeſſiones & abſolvendi quoſcunque ad concitândum cujuſcunque ſtatûs homines adverſus legitimum ſuum Magiſtratum, ita ſunt uſi, ut nullum abſolvere dignarentur, qui ad propoſita eatenus Interrogatoria, ſe fidelem Regis ſubditum ac Miniſtrum obſequentem eſſe, profiteri auſus fuiſſet. Interea verò numerus eorum, qui confitebantur ipſis adeò creſcebat & adaugebatur, ut anno 1587. in annuis illis Romæ impreſſis Epiſtolis ad Generalem ſuum Claudium Aquavivam de Collegio ſuo Pariſienſi Ciromontano ſic ſcripſerint: *Confeſſiones auditæ, & quidem univerſæ vitæ quàm plurimæ. Hæc eſt enim ferè communis omnium opinio, cum denique ſatisfieri eorum conſcientiæ, quum apud nos confitentur: ideòque nonnulli triginta milliarium confecerunt viam, ut à nobis audirentur.* Et rurſus anno 1589. *Totius vitæ confeſſiones auditæ ſunt trecentæ.*

Quicunque igitur juramenta Regi præſtita & debita exinde obſequia ſepoſuerant, eoque perfidioſi facti fuerant, & quos à peccatulis, ut loquebantur, iſtis Paſtores ac Sacerdotes alij non ita leviter aut temerè uolebant abſolvere; ſi ad Ieſuitas ibant, quibus erant uſquequaque acceptiſſimi, & indulgentiſſimam non tantùm abſolutionem, ſed & ampliſſimam promiſſionem æternæ retributionis inde conſequebantur, modò in rebellione iſta ſua & perfidia fortiter perſiſterent, gnaviterque pergerent. Vnde paſſim in abſolutionibus ſuis hunc modum obſervârunt, ut nimirum ad inſermenta Breviarijs ſuis Evangelia jurare tenerentur

Liga ſedecimviri.

rentur omnes, Quòd neque tum temporis regnantem adhuc Regem Henricum III. nec si fortè sic caderet, successorem ejus Navarræum pro legitimo vellent agnoscere Domino. Id quod à multis appendicem eam haud admittentibus, eoque sine absolutione dimissis, constanter confirmatũ posteà & contestatum fuisse author Notarum ad veram Orationem ad Regem Christianissimum, ne Iesuitæ restituantur in Regno Galliæ pagina 112. & 113. refert. Vix certè quidquam magis admiratione digniùs accidit, quàm quòd Liga seu conspiratio illa ab exiguis sanè primordijs tam exiguo temporis spacio ad tantum fastigium evecta, tantusque, non personarum solùmmodò, sed Vrbium quoque, & Provinciarum integrarum adversus regnantem eum, sed & residentem ibidem Regem, numerus concitatus ac conspiratione facta exarmatus fuit : & quidem in Gallia, cuius Regni incolas naturæ quidam instinctus ad Regum suorum venerationem, præ alijs Nationibus Europæis impellere creditur. Sed effecerunt hoc Iesuitæ ut dictum est, disponendo, sic enim ipsimet loquuntur, illorum animos, quos non tam suis illis militaribus concionibus, quàm audiendarum confessionum artificio sic corruperant.

Liga in Gallia incrementa.

Henricus III. Galliæ R. à Monacho confoditur.

Non tam sanguinolenta Iesuitarum consilia & manus illorum Rex effugere potuit. Nam anno Domini 1589. *Iacob Clementem Senensem*, Dominicanum Monachum, hominem vili & servili ingenio, criminum ignobilium reum, obfurtà & pessimos mores jam ante Cœnobiarcharum judicio damnatum, Iesuitæ clausto avellunt, & varijs Dæmonum præstigijs illudentes ei, tandem corrumpunt, eique Regis cædem mandant. Cùm autem ab illis cõtenderet ut securitatem præstarent, & nisi eâ darâ se non exiturum, responderunt illi, turpe esse Monacho redituræ vitæ parcere; pergeret igitur audacter, Politicorum omnium præsertim Nobiliorum in carcerem conjectorum condemnationem obsidem illi dantes, si patrato facinore attrociùs in eum animadverteretur. His promissis persuadetur & vincitur Monachus. Circumvenitur etiam alio commento hominis egregij fallendi artificis & capitis pollutissimi, qui literas mentitas & falsas ad Regem à viro gratissimo perferendas Dominicano tradit, cui ut facilior aditus ad Regem essent, hæc insusurrant Guisij & Iesuitæ. *Rex*, inquiunt, & *Reges familiares signa & manum ejus requirent : est enim Regi charissimus, nec metuendæ custodiæ : has tu ferens literas latè excipieris ab omnibus : pergas itaque, & credas tibi & omnibus qui tyrannos occiderunt, & patriam servârunt, certum esse in cœlo ad definitum locum, ubi beati ævo sempiterno fruantur.* Istis verbis impulsus ad Regis castra proficiscitur. Eò cùm venisset, ductus est ad Procuratorem generalem, cui dixit, se habere varias literas, inter alias etiam Harlæi Parlamenti præsidis, ad Regem deferendas; aliaque arcana quędam, quæ literis credi non potuerint, & tamen scire Regem vel maximè necessaria esse. Erat autem Harlæus hic Regi & fidelis & amicus, ideoque Lutetiæ captivus. Procurator hæc ad Regem defert. Rex Procuratori mandat, ut eâ nocte Monachum in suo hospitio excipiat, & humaniter habeat usque in posterum diem. Postridie Rex Iacobum ad se vocat, & in conclave, remotis alijs, ducit. Tum præfert Monachus varias literas, quas Rex cùm avidè legisset, interrogat, habeat ne plures? habere se plures ait, & fingens se eas quærere, cultrum promit, & capulo tenus in vẽtrem Regis adegit, adactũq; in vulnere reliquit. Rex vulnus sentiens, cultrum confestim dilatando vulnus eduxit, & Monachum circa guttur gravissimè vulneravit, vimq; sibi inferri clamavit. Accurrunt domestici, atq; inter alios Nobilis quidam Bastidæus, qui & ante 7. menses cum alijs 44. Guisium interfeciisse dicitur. Hic educto gladio Monachum adortus est, eiq; lethale vulnus inflixit : accurrit alius, & bipenne aliud superaddidit. Moriens tandem parricida Deo gratias egit, quod tam mite & facile genus mortis sibi destinâsset : se multò atrocius & gravius expectâsse. Mortuum fenestrâ ejeiunt, & haud multò post carnifici quatuor equis dilacerandum, ac igni comburendum tradunt.

Iesuitæ. Pontum Tyardæum Episc. Cabill. in societatem contra Henricũ R. cum pertrahere nõ possent, odium ei concitant apud populum.

Hoc parricidium & nefandum facinus Sixtus V. Papa unicè approbavit, & prolixâ Oratione in Consistorio Cardinalium laudavit. *Quòd Monachus*, inquit inter alia, *Religioni devotus infelicem Galliarum Regem in medio exercitûs interfecit, rarum, insigne & memorabile est facinus.* Et subjunxit : *facinus hoc non sine Dei Opt. Max. particulari providentia & dispositione, Spiritûs Sancti suggestione designatum, facinusque longè majus quàm illud Sancta Iudith, quæ Holofernem è medio sustulit.* Neque hoc diffitetur Bellarminus : *Quid*, inquit, *in ea (oratione Sixti) reperies, nisi laudes & admirationem Sapientiæ & Providentiæ Dei?*

Parricidium in Henrico R. patratũ laudatur à Sixto 5. Papa.

Commendat etiam ac laudat id ipsum parricidium Ioan. Mariana Hispanus Iesuita in lib. de Rege & Regis institutione. Excusat quidem Marianæ commendationem

à Ioanne Mariana.

Tyardæus Episcopus se contra

nem facinoris hujus Pelleterius sic inquiés: *Mirum videri non debere, si homo Hispanus in media Hispania, quo tempore bellum Hispanicum Gallis gerebant, de rebus Gallicis paulò acerbius scripserit.* Sed hæc excusatio indigna est homine Christiano, & contraria Iesuitarum institutis. Nam in Reg. commun. ¶. 30. hæc lex habetur: *Caveant sibi omnes ab illo affectu, quo aliæ de alijs Nationibus sinistrè sentire, ac loqui solent: quin potius & benè sentiant, & peculiari affectu diversas à sua natione, prosequantur in Domino.*

Iesuitæ defendit scripto publico.

Iesuitæ. Pontum Tyardæum Episc. Cabill. in societatem contra Henricii R. cum pertrahere nō possent, odium ei concitant apud populum.

Cùm etiam in ultimis Gallię tumultibus ac bellorum sæviſſimis motibus, Pontum Tyardæum Episcopum Cabillonensem, eruditionis ac pietatis singularis virum, Iesuitæ in suam factionem & conspirationem contra Regem Henricum III. pertrahere non possent, utpote pacis & tranquillitatis Regni cupidissimum, populi furiosum odium & invidiam in caput ejus modis omnibus concitare studuerunt. Est Collegium Divioni Iesuitarum, quod Episcopi hujus non exiguis beneficiis adauctum fuit: erat enim bonæ partis fundi illius cliētelaris Patronus, remissione juris sui liberalis: quamobrem libello etiam Græcis, Latinis & Gallicis versibus atq; oratione solutâ scripto, & ipsi dicato, cum amplissimo laudum ejus prædicatione, habuerunt gratiam, & fidem dederunt. Sed quòd in conspirationem Iesuitarum & parricidium Regis consentire nollet, quidam Carolus, inter Iesuitas Collegii istius aſcriptus, linguam suam & calamum, superiorum instinctu, vehementer contra illum acuit, quámvis ab eo nusquam, nec re, nec verbis læsus fuerit, aut lacessitus, unde in ipsum ansam invehendi arripere debuerit. Contra hunc igitur Præsulem, ob dictam causam, sæpissimè, non solùm in familiaribus colloquiis, sed etiam publicis in concionibus, atque editis quoq; libellis, debacchatus est: ac inter alia jactitavit impudenter publicè & privatim, se quadraginta quatuor hæreses in tribus foliolis Homiliarum ejus in orationem Dominicam exprompsisse. Has igitur aliasque multas criminationes, maledicta & convitia diluere & à se depellere coactus est Episcopus, ut claritudinem nominis, & famæ suæ obscurationem liberaret. Id autem brevi quidem, sed accurato scripto sic præstitit, ut primùm ipsum Carolum in specie, deinde totam Iesuiticam sectam depingat fideliter, eorumque studia, fraudes, conatus, &c. diligenter detegat, & ad oculum demonstret.

Tyardæus Episcopus se contra

Ac primò quidem quod ad Carolum ipsum attinet, dicit, eum pios, tanquam hæreticâ labe aspersos accusare, hæreticorū verò dogmata aut nunquam, aut remissiùs languidiúsve confutare: in Cathedra pro lachrymis, risum effusum, latissimumque elicere à popello, cujus auribus nugas dissemiret, & sacræ Scripturæ locos plurimos detorquens incautum vulgus à veritate longè abducere atque infatuare: Illustrissimorum Principum claram nobilemq; memoriam, venali loquacitate obliterare tentare: viros probos traducere: pium Regem Christianissimum, piè mortuum, & impiissimè trucidatum, inexpiabilem esse, atque apud inferos indeprecabilem pœnam subire, clamitare. Ex vilissima verò plebis fæce, vanos balatrones, impuros apostatas, rapaces rapinatores, latrones sceleratos, crudeles homicidas, capitales furciferos, iterum atq; iterum minaci sacratarum legum sanctione servatos, horrendumque & abominandum Regis Henrici parricidium nefarium collaudare, ut meritos honores improbâ fatuitate propudiis istis suis effundat & affingat. Ex oratione Dominica pium scilicet istum Theologum, petitionē hanc: FIAT VOLVNTAS TVA, evellendā esse publicè asseruisse, illúdq; DE REMITTENDO DEBITORIBVS NOSTRIS obliterandum censuisse. Ad bellum, neces, crudelitatem, rebellionem, cæteraque impietatis scelera, populum concitare: atque nihil aliud quàm Arma, Arma, in suggestu suggerere, & ad ravim usque clamitare. Pios antistites, quia ab his criminibus animum, linguam & manus arceant: quia sine fuco aut fallaciis voce & scriptis, Regibus pietatem, populo obedientiam, partium benevolam conciliationem, pacem Reipub. Christianę, pœnitentiam & resipiscentiam hęreticis, & iis qui in errore sunt, ad veram viam reditum, veniam adhuc viventibus & requiem æternam resolutis corporum vinculis, postulent & efflictim precentur: quia illis, qui mutuis inimicitiis, atque vulneribus, sese confodiunt, in amicitiam coeant, & fœdera jungant, suadeant, hæreticos vocare: Hæreticos declarare eos, qui cum Ligæ sanctæ, ut vocant, inimicis & adversariis, vel inter fœderatos non asscriptis, pacem, aut concordiam ineundam esse dixerint: perinde ac si Apostolorum Symbolo, aut Nicæno insuendus esset hic nondum auditus Fidei articulus; *Credo sanctam Ligam seu unionem Hispanicæ factionis, & conjurationis in Henricum Tertium Francorum & Polonorum Regem, ejusque consanguineos atque successores, nullusque Christiani dignus cognomine, cujus fides hoc novo Sacramento non sit rogata: & parùm pij Apostoli, & Orthodoxi Patres, sanctique Ecclesiæ Doctores antiqui*

Parricidium in Henrico R. patratū laudatur à Sixto 5. Papa.

à Ioanne Mariana.

qui fuerint, qui in Reges & Imperatores etiam idololatras & hæreticos, penes quos suis temporibus rerum erat summa, nunquam conjuraverunt, aut conjuratis seditiones concitantibus adhæserunt.

Et paulò post paginam quadragesimam hunc ipsum Iesuitam in suis Demegoriis & declamationibus coràm popello in hunc modum rudere solere & classicum canere, dicit: *Quotquot estis sceleßissimi scelerati, nomina vestra sacræ nostræ Militiæ conscribite: nostrarum partium contrarios, pro hæreticis habete, è medio tollite, trucidate: pecua eorum abigite & expilate: supellectilem omnem diripite, inque vestros usus convertite: hortos defragate: vinetorum topiaria deformate: viridariorum arbores usque ad radicem resecate: domos funditus evertite: omnimodâ sævitiâ desævite: omnem eorum memoriam delete: sciantque dum exulant à nobis, isti sanctæ nostræ Ligæ & unionis adversarij, se omnia sua, non ad reditum, sed direptioni, atque incendijs reliquisse, illisque aquâ & igne interdictum esse; quin diris devoveamus, & nostro gladio flammeo, atque formidabili, ab ipso paradyso expulsos; arceamus, & ejus aditum claudentes, eos ab ingreßione propulsemus. Non enim Deum ipsum posse, & si velit misericordiæ suæ fructus illis elargiri, delictorum gratiam facere, fide meâ obside, vos credere jubeo. State ergo animis Phratores & Sodales, atque ad tantum facinus susceptum, Macti viribus este: hoc certè in me recipio, vos ex templo puros, ab omni labe peccati februatos, elutos, emaculatos, noxæ exemptos, omnisque venialis Donativi, etiam sæcularium veniarum, meritißimos participes futuros.* Monstrum autem prodigiumque esse judicandus est quicunque credit, Deum homicidiis & rapinis gaudere: & eos qui ferro & flammâ populandi, domos prædia, suppellectilia omne genus pecorum, vitas civium, incolarum, colonorum, omnia denique sacra & profana, ad exitium & vastitatem vocant, rore suæ misericordię aspergere.

Quod autem ad universam sectam Iesuitarum attinet, *Cauete*, inquit, *Callo-Franci abi istiù, qui cum domesticis vestris ingeniosè familiaritatem ineunt, ut vobis insidias tendant; famulitia vestra lenocinio verborum suavitudine fictitiâ pietatis, inescata, occultißima quæque illis aperiunt & recludunt. In domibus enim vestris Corycæos habent, à quibus obstrusa omnia expiscantur, nihilque arcanum, nihil clausum, & nihil in familijs vestris occultum, quod illis non prodatur. Ordinarias & inusitatas istorum per domos viduarum cursitationes, & frequentes ad aurem secretiores colloquutiones suspectas habete: ansam enim malitiosis præbent, dubias conscientias & anxias decipiendi: hac specie confessionis simpliciores, à versutis expiatorijs auscultatoribus facilè deluduntur. Isti verò Sancti, scilicet, pneumatici, quibusdam interrogationum formulis, circa scrupulosas peccatorum differentias, obscœna & impudica quædam inquirunt, quæ sinu utriusque sexûs interrogati (cujus auribus inauditæ turpidines & lascivia instillantur) rubore, & interrogantis inhonesti appetitûs titillatione, vix ullis verbis, ac ne vix quidem, enunciari possunt. Nova exempla quorum rumor quidam subortus est prætereo: vetus autem historia de Diacono & Matrona nota est. Attamen istud non possum silentio præterire, cavendum esse ab ijs, quorum animus vultu, & flagitia parietibus teguntur: quamvis hæc obstructio non ita sit obducta, ut à vigilantioribus oculis perspici non possit. Quis verò pauxillum inter vos sagacior, qui quæ sint quorundam istius Ordinis ingenia nesciat? Perniciosâ eorum suasione Gallia, tot & tantis quondam fœcunda virtutibus, fit omnis pietatis & politiæ sterilis: eorum perfidiosâ & impudenti fallaciâ, facillimi & moderati nostrorum hominum mores, in barbaram crudelitatem; vera Religio in fictitium & perfunctorium Dei cultum, aut in ceremiam impostura fuco illitam; amicitia mutua & concordia fratrum & concivium, in infelicißimum odium demutantur: utque plebem suam faciant, malorum omnium opinioni, populariter subscribunt: pios verò Catholicos, contumelijs insectantur, & in eos popelli furorem concitant: sanguinis Christianorum miserè fluentes rivos, siccis oculis, etiam gestientes, aspectant: bellum, esse viam Dei, ex Mahumetis doctrina, impiè prædicant, amplas domos, & insanas substructiones auro undique ex publicis & privatis thesauris æruscato atque corraso, ædificant: & Chameuriarum odio, molles culcitras incubant: nullis auditoribus sine lucrosißimo minervali, classium fores patefaciunt: perpetuum verò bonis & facultatibus omnium inhiant, adoptiones Testamentarias ab omnibus expetunt & expectant. Etenim.*

Quale solet sylvis brumali frigore, Viscum
Frõde virere novâ, quod nõ sua seminat arbos.

Tale est hoc hominum genus. Nam cùm suam sedem non habeant, in aliena vivunt: Viscus merus sunt: viscata sunt eorum verba, viscatus oris habitus & vultus: gestus motusque corporis viscatus: viscata maximè, fictitia, superbaque humilitas: viscatum est ambitiosum honorum fastidium: avaraque divitiarum aspernatio & aversatio viscata est. Quid plura? toti sunt viscidi. Vestra certè nimis stolida erit facilitas, nisi hunc fallacioßum errorem corrigatis. Siccine tam magnum vestro dispendio fiet illis compendium? Siccine tam diu vinulis istorum sermonibus vos ludificari patiemini? Ergo sanctæ Religionis velo,

velo, decipulæ, impietates, & omnis generis scelera conteguntur? Ergò nefariæ, infandæ, ab Angelis desertoribus proditæ, & à Deo interdictæ, vetitæque artes sacris liturgijs immiscentur?

Et mox pag. 48. *Apage*, inquit, *istos hypocriticos Religionis simulatores, & parietes dealbatos. Sunt è schola & pulvere rhetorculi declamatores, sese pro sacris concionatoribus venditantes, qui concionibus seditiosè concitatis accommodatiores sunt quàm tranquillis moderatisque sermonibus: quique loco Evangelicæ lectionis, signa dabant militibus, & pro divinis hymnis Classicum, hormum seu Orthium bellicosum Minervæ νόμον: neque Deo, militaris insaniæ sedatori, litant: sed sanguinei torrentis præcipitatori, supplicant: ut fratres parrida nece commoriantur, civilibusque dissensionibus totus orbis noster collidatur. Præcipuè verò, vicales & personatas aliquando, atque larvatas lustrationes, conceptivasque & stativas supplicationes, diuturnas, nocturnas, iuducunt, decernunt, atque nudipedalia populo denunciant, ut Regni Galliæ Christianissimi & nobilissimi, antiquissimæ leges, Regius Magistratus & suprema dignitas abrogentur & aboleantur; ut omnis Politia & Oeconomia Religionis Christianæ, à tam multis retro sæculis, ad Christi, Apostolorum, & omnium Orthodoxorum Regulam observabiles, ab animis simplicium convellantur & evellantur; totaque Gallica Respubl. per summam iuris divini & humani iniuriam, evertatur.*

De Parricidio *in* HENRICVM IV. Regem Galliæ instinctu IESVITARVM *tentato, anno Christi* 1593.

à PETRO BARRIERIO.

CVm Rex Henricus 16. die Augusti Melodunum Oppidum cum suo comitatu, Fontaine Bleau profecturus, ingrederetur, illo ipso die Rex ab ignorato quodam Italo nobili Ludovico Blancaleono prænonitus fuit, quòd stratiota quidam Lugduno sequutus eum fuerit interficiendi Regis causâ: ejusque statura simul & portio, sed & membrorum omnium, adeóque barbæ, necnon vestimentorum ratio ita ab eo descripta fuit, ut exinde statim cognitus, & mox sequenti die Meloduni comprehensus, inque carcerem conjectus fuerit. In vinculis de nomine rogatus, Petrum Barriere se vocari dicit, & patriâ Aurelianensem esse. Confessionis ejus summa hæc rat tandem, nam ab initio variis rimulis elabi conabatur: se jam pridem, Rege adhuc aliam Religionem profitente, secum cogitâsse, quomodo ipsum interficere & vitâ privare posset. Cùm autem Rex postea Catholicam Romanam Religionem amplexus esset, apud Clericos nonnullos, nempe Carmelitam, Iacobitam, Capucinum & Iesuitam in transitu Lugduni scisciatum se esse, An bonâ cum conscientia Regem interimere posset? qui respondissent, id neutiquam licere. Vbi verò Lutetiam postmodum veniisset, & pastori ad S. Andreæ Aubrio detexisset suum propositum, ab eo quidem laudatum id fuisse; sed tamen ad ipsum fontem, id est, ad Rectorem Collegii Societatis Iesu cui Varada nomen erat, se fuisse ab eo ablegatum. Istum autem dixisse, Propositum esse sacrosanctum, monuisséque, præsenti saltem ut esset animo, confiteretur, & aures aliorum admonitionibus dehortationibúsque occluderet, ac linguam contineret: si caperetur, aut capite plecteretur, se eam ob causam Martyrii coronam in cœlo consecuturum: dictúmque Varadam, cum se confitentem audivisset, se adjurâsse, ut hoc cœptum persequeretur, & Galliam à Rege Navarræo, quem Tyrannum appellavisset, liberaret. Postea in cellam se eo introductum fuisse, & benedictionem accepisse. Postero die se confessum esse alteri Iesuitę, sed mentionem istius sui propositi nullam feciisse, sicque corpus Domini in illo Iesuitarum Collegio percepisse. Præterea verò cogitationes suas adhuc alii patefeciisse Iesuitæ, qui & ipse tanquam pias & meritorias eas adprobaverit. Posthæc demùm emisse cultrum apud eum in carcere repertum, qui alterâ saltem ex parte, propè manubrium, sicut mensales plerumq; solent esse, satis spissus fuit, deinceps autem utrinque acutus, & ad extremum rotundiori ad sicæ formam, mucrone exacuatus, quo Regem interimere cogitaverit.

Huic confessioni firmiter institit, in eaque constanter usque ad mortem perseveravit: imò cùm dextra ejus igne jam absumpta, tum brachia quoque & crura confracta essent, in rota tandem eandem summatim repetiit, & denuò confirmavit: quibus hæc insuper addidit, duos nigros Clericos (Iesuitas intelligens) eodem proposito Lugduno profectos esse, quibus ille palmam præripere voluerit.

Sumptum est de Barrierio supplicium 31. August. Die verò 29. qui erat Dominicus, Pater Comoletus Iesuita Parisiensis in Epilogo concionis suæ monuerat & adhortatus fuerat Auditores, *ut paululum adhuc obdurarent & quietis essent animis, si quidem brevi Miraculum à Deo magnum ipsos esse percepturos atque oculis suis visuros*, Interea verò

sibi non aliter persuaderent, quàm quasi jam tum istud ipsum evenisset. Quę suggestio quidem & exhortatio cum præmissâ narratione non malè convenit, sed in eo tamen, quod Deus destinaverat, omninò falsa fuit. Mentionem hujus parricidii facit auctor Orationis ingenuæ ac veræ ad Regem Christianissimum petscripta, de eo quod postulabatur, vt Iesuitæ restituantur in Regno Galliæ pag.63.&64. Itemque Author Notarum in eandem Orationem pag. 132.& 133. Meminit ejusdem author Catechismi Iesuitici pag.462. cap.6. l.3.

De alio Parricidio *in* Regem Gallię HENRICVM IV. *instinctu* IESVITARVM *tentato à* IOHANNE CASTELLO.

Iesuitæ quâ occasione ex Gallia anno 1594. ejecti & rursus anno 1604. recepti fuerint. Literæ Henrici 4. R. de suo parricidio.

SVb finem anni 1594. parricidium in Regem Franciæ & Navarræ Henricum quartum tentatum fuit à Iohanne quodam Castellio, de quo extant adhuc literæ Regis in hanc sententiam scriptæ, *Charissimi & dilectissimi ex his intelligetis infortunium quod mihi paratum fuerat, & quomodo Dei misericordia me ab eo mirabiliter liberavit. Alterâ horâ, nec amplius effluxerat, post reditum meum ex expeditione è Picardia, & adhuc ocreatus eram, ac circumstabant mihi Sobrini mei, Princeps à Conti, & Comites Sueßionis & sancti Pauli, cum triginta aut quadraginta præcipuorum Magnatum & Nobilium hujus aulæ. Cum nobiles à Ragni & Montigni, qui me adhuc non salutaverant, exciperem, adolescens quidam vocatus Ioannes Castel; corpore brevis, ætate annorum octodecim aut novendecim, qui cum turba in aulam irrepserat à nullo ferè observatus, subitò irrupit, ut me cultro, quem manu gestabat, transfigeret, sed ictus, quia corpus demittebam, ut prædictos Nobiles salutandi causa inclinatos, sublevarem, in faciem tantum, ad labij superioris latus dextrum illatus fuit, & cum vulnere dentem unum fregit: Perditus ille subitò comprehensus fuit, & cùm aliquantulum primâ fronte factum abnuisset, tandem nullâ vi cogente id fassus est. Nihil tamen adhuc extorquere potuimus, præterquam ipsum*, in Collegio Iesuitarum *triennio educatum fuisse. Quod prius occurrit agendum fuit, ut pro tanto & peculiari in me beneficio, Deo gratias redderemus, qui me ab hoc homicidio tutatus esset. Quapropter subitò*, Te Deum laudamus, *in omnibus Vrbis Templis cantatum fuit, cives quoque ignes, signa lætitiæ in omnibus compitis excitârunt; Vulnus Dei beneficio tam leve est, ut propterea in lectum maturius ituri non simus, & speramus nos oportunitatem non prætermissuros, cujus causa reditum nostrum acceleravimus, ut scilicet festum & ceremonias Ordinis S. Spiritûs celebraremus. Diutiùs autem exspectare nolui, quin vos de his certiores facerem, ne vos reliquique fideles mei, nuncio aliunde citiùs percepto in sollicitudinem incideritis, inprimis verò, ut publicè Deo gratias reddere jubeatis, & precibus petatis, ut me ab ejusmodi parricidijs, sub sancta clientela semper tueri velit. Ad quæ cùm hostes nostri tam sæpiùs confugiant, manifestè perfidam & sceleratam suam mentem declarant, & se à divino favore desertos animadvertentes, perquàm execranda consilia amplectuntur, quà à Deo, ut speramus, in ipsorum ruinam convertentur*, &c.

Vt literæ hæ Regis meliùs ac pleniùs intelligantur, præsertim quod ad confessionem parricidæ de impulsore hujus facinoris attinet, res ita se habet. Læso Rege & parricidâ comprehenso, primùm negare scelus summum, sed dum acriùs urgetur; non ægrè confessus est. Rex dimitti jubet condonatâ venià: sed ubi intellexit Iesuitarum alumnum fuisse, exclamavit, NVM *oportuit illos ore meo* (hoc innuens) *reos peragi?* Reus igitur à Lugolio rerum capitalium in aulæ comitatu quæsitore rogatus, quo œstro percitus tantum facinus nedum cogitare, sed manu exequi tentâsset? respondit, jam dudum hoc sibi animo conceptum immotúmque stetisse, dolore infectum, etsi liceret rursus aggressurum, ratus id Religioni conducere, jam pridem mente voluisse nefas, ac subripuisse cultrum ante prandium, quem cùm in musæo abdidisset, cum Patre & familiaribus pransum esse. Rogatus de statu in quorum scholis disciplinas didicisset, respondet, apud Ignatian. triennio in studiis exacto, ante aliquot dies, à Patre Petro Castelæo ad Guererum Iesuitam deductum, ut ex animo scrupulum eximeret, quo propter summa flagitia de Dei misericordia diffidebat, in mentem sibi veniisse, aliquo non vulgari facinore teterrimas noxas sibi expiandas esse, non semel cogitâsse de Rege necando, patri detectâ cogitatione, ab eo valdè objurgatum.

Confessio Castelli de suo patrato parricidio.

Iesuitæ capiuntur.

Habitâ ad hunc modum quæstione altâ nocte, totâ vrbe undequaque accitis Centurioribus, Iesuitæ omnes dantur custodiæ, & vix ab illis vulgus temperavit, sed collocatis præsidiis foris intusque, in crastinam lucem à cæde & direptione servantur. Postridiè Gueretus & Guignardus Iesuitæ ergastulis includuntur, cæteri in D. Ludovici, suo musæo & veteranorum secessu custodiuntur.

Parricida Castellus porrò examinatur.

In Palatinum carcerem deductus parricida, repetitâ quæstione, eadem ipse ultrò con-

Criminalis sententia in Castellum lata.

confessus est. Rogatus quale ingens hoc facinus, quo noxas suas deleri rebatur? Respondit, Regis cædem fuisse, quem jugulo appetere mens & manus destinaverit, ictu inaniter adacto in dentes, quibus retusus fuisset, cùm ea sibi feralis insideret cogitatio, cum Antichristo devotum esse inferorum cruciatibus, ex duobus malis levius sibi eligendum duxisse, ut qui mallet damnari *ut quatuor, quàm ut octo.* Rogatus, unde hæc nova dogmata hausisset? Respondit, ex placitis Philosophorum, quæ sub ferula Gueretri plus biennio didicisset. Rogatus, num sæpiùs admissus fuisset in Iesuitarum lararium meditationum, in quo spectra & larvæ Dæmonum, cruciatus inferorum, variáque portenta, quæ ad perterrendos animos scelestorum picta ostenduntur, ut terriculamentis horribili formitudine concepta pœnarum, ad frugem probatam viris suam ignaviam, ipsa efferra redeant? respondit, ad hujusmodi pictos inferos sæpè deductum. Rogatus, quo magistro vel suasore didicisset; Regem occidendum? respondit, sparsim apud multos audivisse cædem illius permitti, quòd eum Tyrannum nuncuparent. Rogatus, num crebris sermonibus apud Iesuitas hoc propositum usurparetur, fas esse Regem occidere? respondit, audisse sæpissimè, licere hoc facinus, quòd extra Ecclesiam esset, & anathemate percussus, nec ideò regio titulo aut obsequio dignandum, donec à Pontifice Romano cœtui Christianorum atque aris restitueretur.

Confessio Castelli de suo patrato parricidio.

Criminalis sententia in Castellum lata.

In hunc igitur Castellium ob tentatum hoc parricidium, & Iesuitas impulsores, hujusmodi sententia criminalis lata est: *Cùm in confessu magnæ Cameræ, quæ & Tournelle dicitur, visus, auditusque sit processus criminalis, inceptus quidem à rerum capitalium Prætore palatij Regis, & tandem definitus ad petitionem Procuratoris generalis Regij, accusatoris Ioannis Castellij, Parisiensis studiosi, qui studij sui cursum in Collegio Claremontio absolvit, nunc captivi in carceribus Palatij, ob detestandum & execrabile parricidium in Regem tentatum: auditis etiam interrogationibus, examinationibus & confessionibus dicti Ioannis Castellij: Examinato insuper in eadem Curia eodem Castellio super idem parricidium; & audito Ioanne Gueret, presbytero congregationis & Societatis Iesu, in eodem habitante Collegio, atque olim dicti Ioannis Castellij præceptore: auditis denique Petro Castellio, & Dionysiâ Hazardâ patre & matre Ioannis: Curiâ discussâ Procuratoris generalis conclusione, omnibusque præcedentibus consideratis, declaravit, & declarat dictum Ioannem Castellium teneri, & convictum esse criminis læsæ Majestatis, tam divinæ, quàm humanæ, ob sceleratum & detestabile parricidium in Regem tentatum. Pro cujus criminis expiatione & supplicio Curia condemnavit & condemnat prædictum Ioannem pœnâ subsequente: Initiò stabit ante valvas primariæ Ecclesiæ Parisiensis nudus, solâ tectus interulâ, & ceream ardentem duarum librarum manu tenebit, procidensque in genua confitebitur, & dicet, se turpiter & proditoriè inhumanum & abominabile hoc parricidium committere voluisse, Regemque cultro in vultu vulnerâsse: dicetque, se falsis & damnandis instructionibus & persuasionibus hùc inductum esse, ut crederet sibi permissum, Reges interficere, & Henricum IV. modò regnantem, non esse membrum Ecclesiæ, priusquam à Pontifice maximo approbatus fuerit: Factum hoc in se detestabitur, Deum, Regem, & justitiam orabit, ut sibi ignoscant. His factis curru obscœno vehetur ad locum, cui nomen Greve, ibi forcipibus ignitis, seu candentibus ejus brachia & pedes vellicabuntur, & lacerabuntur: dextera verò, in qua cultrum tenebit, quo factum perpetravit, amputabitur. Tandem quatuor equis alligatum corpus in totidem partes discerpetur: partes in ignem conjicientur, & in cinerem convertentur: cineres autem in ventum projecti, dispergentur. Declaravit eadem Curia, & declarat, omnia ejus bona Fisco Regio esse subsignanda. Antequam hæc executio fiet dictus Ioannes Castellius ordinarijs & extraordinarijs quæstionibus subjicietur, ut sciatur, qui ejus fuere complices, & ut interrogetur de alijs quibusdam hinc dependentibus. Prohibuit & prohibet omnibus hominibus, cujuscunque sint qualitatis & conditionis, sub pœna criminis læsæ Majestatis, ne quis publicè, vel privatim dicat, aut sustineat hujusmodi propositum, quasi id quod Curia judicavit, & judicat, sit scandalosum, seditiosum, Dei verbo contrarium & tanquam hæreticum in sanctis decretis condemnatum.*

Iesuitæ capiuntur.

Parricida Castellus porrò examinatur.

Constituit insuper, ut omnes Sacerdotes Collegij Clermontij, & omnes alij prædictæ Societati addicti tanquam corruptores juventutis, perturbatores publicæ tranquillitatis, inimici Regis & Regni, infra tres dies post promulgationem hujus edicti, Lutetiâ, & aliis Vrbibus atque locis, ubi sua tenent collegia, discedant, & infra quindecim subsequentes dies toto Regno exeant. Quod nisi fecerint, & post præscriptum tempus usquam inventi fuerint tanquam læsæ Majestatis rei punientur. Illorum autem mobilia & immobilia bona vertentur in alia pia opera, & distributio eorum fiet secundum arbitrium & decretum Curiæ. Interdicit etiam omnibus Regis subditis, ne filios suos etiam extra Regnum in dictæ Societatis Collegia mittant, ut ibidem instituantur: si quis contravenerit eâdem læsæ Majestatis pœnâ tenebitur. Hactenus sententia Curiæ: post quam divulgatam, Ioannes

Arrigito aures Iesuita.

Iesuita ex Gallia pellunturs.

Castellius eâdem die, quæ erat dies Iovis Decemb. 29. Anni 1594. vinctus in publicum producitur, & secundum præscriptum mandati, seu sententiæ, ad mortem rapitur.

Sententia lata in Castellium Iesuitis vehementer displicet.

Etsi verò sic plerique sententiam in temerarium Ioannis Castellii factum non improbarent, Iesuitis tamen eorumque patronis vehementer displicebat. Vnde paulò pòst publicum scriptum Duaci excusum prodiit, quo hujus sententiæ absurditatem & injustitiam ostendere conantur. Ait enim author, *ex ipsius sententiæ contextu facilè posse considerari, eam conditam & compositam ad mentem hæreticorum nostri sæculi, nō alio fine, quàm ut Societatem Iesu reddant suspectam & exosam, ut quid enim in titulo necessarium erat, tam disertis verbis exprimere; Studiosus, qui litteris operam dedit in Collegio Iesuitarum? Et in ipsa sententia; Studiosi, qui studij sui cursum in Collegio Claremontio, nisi ut hoc modo loquendi Patres Societatis traducantur? quibus si eorum Discipuli postea in crimen aliquod incidant; non major calumnia imponi debebat, quàm Academiæ Parisiensi, aut alicui ejus membro, aut ipsis Sorbonistis quod Calvinus, quod Beza, quod alij plures ibidem studuerunt. Secundò notant, non sine causa exprimi; Olim Præceptoris dicti Ioannis Castellij, de quo nihil aliud dicitur. Neque enim fuisse Castelliū authorem hujus parricidij, neque consciũ sceleris fuisse exprimunt. Ideoque impertinens esse, & non aliâ causâ insertum, nisi ut Iesuitas in suspicionem trahant, ijsque odium populare concitent. Neque enim carere suspicione putant, quòd in sententia Castellius jubetur dicere, Se falsis & damnandis persuasionibus inductum, ut crederet, sibi permissum Reges interficere: & Henricum IV. modò regnantem, non esse membrum Ecclesiæ, priusquam à Pontifice Maximo approbatus fuerit, etc. Iubetur quidem hæc dicere sed non additur: quod dixit antea, ut confessus est. Quis enim dubitet, quin istorum Subornatorum & instructorum, si qui fuissent, nomina etiam exprimerentur? Quod cum non fiat, suspicio est, id non alio fine factum, quàm ut Iesuitas calumnientur, quasi isti hujusmodi falsas, execrandasque instructiones suggesserint. Neque verisimile esse; Castellium hoc anno in Artibus & Philosophia Magistrum promotum, tam stupido ingenio, inconsideratoque animo fuisse, ut ei posset persuaderi; Reges simpliciter licere interficere: cùm omnium Catholicorum sententia sit planè contraria, qui jubent quàm maximè Reges venerari. Credibile quidem eße Castellium dicere & defendere voluisse, probatos Doctores scribere & docere; Licitum esse occidere, non omnes Reges, sed eos tantùm, qui tyranni sunt, & invasores; hos licitum esse interficere non tantùm authoritate publicâ, sed etiam cujuscunque privatâ, præsertim ubi deest modus & via ad superiorem potestatem recurrendi, exemplo Aiod Iud. 3. Caietan. 22. q. 64. a. 3. secundum Thomam 2. Sent. dist. 44. q. 2. a 2. & Opusculo de Regim. Princ. lib. 1. cap. 1. Cajetan. Sylvest. Fumus in Summis verbo Tyrannus docent & probare nituntur. Quod autem in Concilio Constantiensi Sess. 15. prohibetur, ne quis privatus Regem occidat, etiam Tyrannum, intelligendum esse de Regibus legitimis, non invasoribus, quod præter superiùs allegatos Theologos, Fernandus Vasquius I. C. lib. 1. controversiarum cap. 8. ostendit. Hanc opinionem Iesuitis non debere imputari, cùm Doctores citati, qui eam tuentur, multis ante seculis vixerint, quàm eorum Societas sit instituta. Quòd autem dicere iussus fuit Castellius, se dixisse Henricum IV. non esse membrum Ecclesiæ, priusquam à Pontifice approbatus fuerit, id nemini mirum videri debere, cùm à Sixto V. declaratus sit relapsus, & incapax omnis successionis Regni, præsertim Gallici. Quam Sixti declarationem postea confirmavit Gregorius XIV. & Clemens VIII. Nec obstare, hanc Sixti Bullam postea apud Turones tanquam libellum famosum esse condemnatam: cùm ab iisdem, à quibus hæc sententia est fabricata, ea quoque condemnatio sit consarcinata. Neque novam aut inusitatam esse in Gallia Pontificis in Reges potestatem, ut qui olim Childerico exauthorato Gallis dederit Regem Pipinum, Caroli M. Patrem. Tandem cùm author huius scripti, alia huius sententiæ verba examinâsset, & suo modo refutâsset, ait: Plures huiusmodi persecutiones Societatem Iesu passam, tandem tamen triumphâsse. In Hispaniæ namque Cæsaraugustanâ civitate, Patres nuper malevolorum quorundam impulsu eiectos, & in Germania inferiore urbe Antuerpianâ, Bruxellensi, Tornacensi & aliis pulsos. Sed cùm urbes illæ damnum eorum absentia perceptum cognovissent, mox illos revocârunt, & cum maximâ gratulatione redeuntes exceperunt. Neque his persequutionibus Societas hæc imminuta est, sed maxima fecit incrementa, etc. Hæc aliaque plura author istius libelli, ad quem Lectorem si plura desiderat, remittimus.*

Apologia pro Ioann. Castello.

At, inquit, *Rodolphus Botoreus I. C. & in magno Franciæ Consilio Advocatus lib. 1. Comment. non nisi flammis purgandus liber iste, aut potiùs quisque scriptor fuit, qui ex scelere nobilitavit Eroßratum, ut olim Rhetores ostentationis causâ febrim, podagram, calvicium, moriam, laudavêre: vel ut ille qui incendio Ephesini Templi, Annalibus se memorandum præhui. Quàm verò multò æquior, & Christianitati, si fas sic fari, propior, lucerna iuris Papinianus, qui rogatus ab impurißimo Cæsare, ut fraternam cædem, quâ erat vir summâ facundiâ, excusaret, respondit, Hæc facinora multò facilius*

NB.

facilius patrari, quàm excusari, *&c.* Et mox: Ianus Parvus, suo ævo Doctor *non incelebris, ut palparet Burgundo, à quo pecuniâ & sacerdotijs corruptus fuert, non erubuit in scholis & concionibus profiteri, Ducem Aurelianum jure cæsum : propter quod impium dogma, in palæstra Sorbonica, & ab Ordinibus Vniversitatis, ut hæreticus, & hortator laudatorque sicariorum, damnatus est. Hucusque Boroeus.*

Apologia pro Ioann. Castello.

Edidit etiam in lucem Iesuita Franciscus Verona Constantinus Apologiam pro Iohanne Castello Parisiensi, contra Edictum Parlamenti, & supplicium de eo ob parricidium sumptum. Apologiæ summa est, *Non obstante decreto Constantiensis Concilii, privatis & publicis personis licitum esse, Reges & Principes hæreseos & tyrannidis damnatos occidere. In specie verò probat Iacobi Clementis parricidium in Henricum III. Galliæ & Poloniæ Regem perpetratum, quasi contra hostem publicum & juridicè condemnatum.* Nam parte 2. cap. 2. sic scribit *cùm eo tempore intolerabilis factus sit Rex, condemnatio Clementis neque de jure, neque de facto comprobari potuit, propter tyrannidem Henrici Regis contra Statum & Ecclesiam; tam quoad homicidium Blæsis perpetratum, quàm hostili impetu hodierno, quo ad oppressionem Religionis est prolapsus, mactando Sacerdotes, profanando Sacramenta, repudiando censuras, & favendo hæreticis. Quibus de causis totum se privatum reddidit, & subjectum utrique juri, tam civili, quàm Canonico. Actio igitur Clementis neutiquam illicita fuit, quippe perpetrata contra hostem publicum, & condemnatum juridicè, in quem omnis obligatio reverentiæ atque debiti sublata fuit.* De Henrico IV. sic scribit, *Qui diligenter perpendit, excommunicatum, hæreticum, relapsum, profanatorem rerum sacrarum, declaratum hostem publicum, oppressorem Religionis, ab omni jure pervenendi ad Regnum excludit; ac propterea tyrannum esse, non Regem; usurpatorem, non naturalem Dominum; criminis reum, non legitimum Principem; Is sanè, nisi insanus sit, destitutus omni humano sensu, & amore in Deum, Ecclesiam & Patriam, aliter sentire & dicere non potest,* quàm facinus Castelli esse generosum, cum virtute conjunctum & heroicum, comparandum cum maximis, & summâ laude dignis factis, quorum antiqua, sacra & profana historiarum monumenta meminerunt: *Vnicum supereſt, quod improbare possit; nempe, quòd Castellus istum non penitus è medio sustulit.*

NB.

Deinde parte 2. c. 3. dicit, *Castellum non in animo habuisse interficere Regem, sed tyrannum & hæreticum excommunicatum.* Nam licet ille Regem se dicat, Regis typum se gerat, & ex Regum Galliæ sanguine pronatum jactitet, atque etiam Rex à suis agnosci & honorari velit: eum tamen revera ampliùs talem non esse, quum non fidei, non virtutum, non meritorum denique Regum Galliæ sit hæres. Et quandoquidem ob impietatem & hæresin suam ab Ecclesia & Statibus sit exclusus, Regem omninò eum non posse esse, nisi de facto: de jure verò nequaquam: Quod ipsum tyrannis vocari soleat.

Cap. 4. dicit, *Henricum Borbonium Regem appellari non posse, licet ad Catholico Romanam Religionem conversus sit, nam ipsum hoc fuco in alium finem non uti, quàm ut in ovile irrumpat, ad rabiem suam illic exercendi liberiùs.*

Cap. 8. dicit, *Henricum IV. si maximè absolutus esset à Papa, non tamen illum Regem fore de jure, sed tantùm de facto.*

Cap. 9. *Illum Regem non dici etiam posse ex jure successionis.*

Cap. 11. probare conatur, *Hæreticos & relapsos, è quorum numero etiam sit Henricus Borbonius, jure divino & humano interfici posse.*

Cap. 12. 13. & 14. dicit, *Hæreticos & tyrannos, multoque magis qui hæretici & tyranni simul sint, ut Henricus IV. tolli posse etiam ab hominibus privatis, si aliter fieri nequeat.*

Cap. 15. recenset *multas utilitates, quæ Regnum Galliæ ex hoc facto Castelli accepisset, si istus successisset.*

Parte 3. quoque c. 1. probare vult. *factum & conatum Castelli heroicum esse.*

Cap. 8. 9. 10. *ad cœlum usque extollit Castelli constantiam inter quæstiones ac tormenta, & in perferendo supplicio: O Constantiam,* inquit, *plus quàm puerilem, & perpetuâ omnium seculorum futurorum memoriâ dignam. Præ hac nemo ampliùs mirabitur constantiam Scævolæ, punientis manum, quæ erraverat.*

Parte 4. c. 1. ostendere vult, *Decreti Parlamenti contra Castellum facti & promulgati vitia & absurditates.*

Parte quintâ totâ, probare conatur, *multa vitia & absurditates inesse Decreto Parlamenti, contra Iesuitas & universum eorum Ordinem facto.*

Apologia Verone supprimitur, sed recuditur.

Cùm igitur in hac Apologia doceatur, permissum esse etiam hominibus privatis, hostiliter invadere & necare, ceu tyrannos, Reges & Principes, qui ad Pontificum Rom. voluntatem, imò privatorum etiam hominum indicium atque nutum, se totos non conformant, ideoque etiam author hujus Apologiæ parricidia Henricorum tertii & quarti Regum Galliæ, aliorumque publicè defenderet: Iesuitæ autem vererentur, ne commemorata Apologia cum detesta-

testabili sua doctrina, ipsos nimis invisos & detestabiles Regibus & Principibus redderet, quia non aditu tantum suo & congressu ut in quos machinæ illorum potissimum diriguntur, ipsos essent præclusuri, sed omnibus etiam Regnis suis & Rebuspub. exterminaturi, sicut etiam ante eos Templarii exterminati sunt: ideò hanc suam Apologiam suppresserunt & sepelierunt: non quòd ipsos puderet aut pœniteret, scelera-tissima sua parricidia, adeò impudenter defendisse ac propugnâsse; sed tantùm, ne horror, quem Reges & Principes justissimè inde concipere poterant, aditu ad Curias & Consilia sua ipsos prohiberet. Quis enim inter homines ratione præditos adeò vilis & abjectus est, ut spiritus tam fallaces, ac scelestos accedere ad se patiatur? Alii verò hanc Apologiam recudi curâtunt, ut totus Mundus sciat & compertas habeat Iesuitarum fraudes, dolos, imposturas, technas, consilia & conatus adversus Reges & Principes: ac in universum omnes illos, qui se tyrannidi Pontificis Romani subjicere nolunt.

Relata *à* Consiliariis Curiæ Parlamenti delegatis *ad* informandum *& inquirendum super illis, quæ in Collegio Claremontano* IESVITÆ *agebant & docebant: ubi primò de* IOHANNE GVIGNARDO IESVITA.

POst sumptum de Iohanne Castello supplicium, quidam Dominorum à Parlamento deputatorum. cùm se in Collegium Claremontanum, ubi Iesuitæ erant, contulissent, & multas chartas scriptaque deprehendissent, invenerunt inter alia duos libros, scriptos manu Iohannis Guignardi Presbyteri de Societate Iesu; qui etiam in illo Collegio Socius erat. Erant isti libelli famosi, quos ille, post Edictum Amnestiæ & abolitionis generalis, per dictum Dominum Regem rebellibus suis subditis Parisiensibus, postquam Deo placuisset eosdem sub suam potestatem reducere, clementissimè promulgatum, composuerat ac servaverat; in quibus libellis ille non solùm calumniis contra honorem defuncti Regis Henrici III. & contra successorem ejus usus erat; verùm etiam propositiones, plurimis falsissimis & seditiosissimis mediis refertas, conscripserat, ad probandum, quòd parricidium in Rege antecessore patratum licitum fuisset, persuasionibus etiam seu inductionibus ad Regem ipsius successorem trucidandum, in terminis sequentibus, additis.

Nam primò, inquit: *Si Anno* 1572. *die S. Bartholomæi venam Basiliſci* (sic Regem Navarrenum appellat) *præcidissemus, è febri in pestem non incidissemus, quod jam comperimus. Sed quicquid delirant Reges plectuntur Achivi; sanguini parcendo, Galliam in ignem & sanguinem conjecerunt, & in caput reciderunt mala.*

2. *Quòd crudelis Nero per Clementem occisus, & Monachus hypocrita per manum veri Monachi è medio sublatus sit.*

3. *Evocabimus nos Neronem aut Sardanapalum Gallicum, vulpem Bearnensem, Leonem Lusitanicum, Lupam Anglicam, Gryphum Sueticum, & porcum Saxonicum?*

4. *Putásne pulchrum fuisse videre tres illos Reges, si modò Reges nominandi sunt, tyrannum defunctum, Bearnensem, & qui se Monarcham prætendebat, Antonium?*

5. *Quòd pulcherrimum Anagramma, quod unquam super nomine defuncti Tyranni repertum fuisset, hoc esset, quo impurus Herodes appellaretur.*

6. *Quòd facinus illud Heroicum per Iacobum Clementem patratum, tanquam donum Spiritûs sancti, hoc nomine à Ieſuitis appellatum, per defunctum Iacobitarum priorem, Burgoinium, Confessorem & Martyrem, propter plurimas rationes tam Lutetiæ, quod ego ipse, inquit Guignardus, meis auribus tum cùm Iuditham suam explicaret, audivi, quàm coram egregio illo Parlamento Turonensi, jurè laudatum sit: id quod dictus Burgoinius, quod plus sit, sanguine suo contestatus sit, & morte propriâ confirmaverit: nec oportere fidem adhibere ijs, quæ ab inimicis dicerentur, quòd nimirum ipse ultimis suis verbis facinus illud tanquam detestandum, improbaverit*

7. *Quòd Diadema Gallicum in aliam quam Borbonicam familiam transferri posſit & debeat.*

8. *Quòd Bearnensis, licet ad fidem Catholicam reversus, mitius tamen, quàm meritus sit, tractaretur, si corona Monachalis in Cœnobio quodam benè reformato ipsi daretur, ut ibi de tantis malis Galliæ illatis pœnitentiam ageret, & Deo pro ea gratia, quòd ante mortem suam ipsum recognovisset, gratus esset.*

9. *Si sine bello deponi non posſit, bellum ipsi inferendum: si bellum inferri non posſit, causa mortua clàm è medio tollatur.*

Ex hisce propositionibus verissimè evincitur, Arrestum Parlamenti contra Iohannem Castellum parricidam declaratum, Iesuitarum quoq; proscriptionem & è Regno ejectionem, continens, justissimè factum esse, & judicium verè divinum nominari posse: quum ex scriptis Guignardi Iesuitæ intelligatur, quàm pestifera & pernicjosa sit huius generis hominum doctrina, & ad

Supplicium Castelli justum fuisse.

& ad quem finem tendat.

Parlamentum cùm hæc scripta vidisset, auctorque eorum Guignardus de iis ipsi oblatis interrogatus, à se composita & suâ manu scripta agnovisset & confessus esset, Arrestum, quod sequitur, declaravit.

Arrestum *ex* Regiſtris *Parlamenti, & pœna capitalis* IOHANNIS GVIGNARDI IESVITÆ.

VIso per Curiam magnæ Cameræ & Turriculæ Consiliariis congregatis processu criminali per aliquem ejus Consiliarium formato, ad petitionem Procuratoris Generalis Regis contra Iohannem Guignardum presbyterum, Collegii Claromontani in hac urbe Parisiensi Rectorem, in carceribus custodiarum Pallatii captivum, propterea quòd multi libri ab ipso compositi & ipsius manu scripti apud eum inventi fuêre, qui inter cætera crudelissimi & immanissimi parricidii in Rege antecessore commissi, approbationem, & ad præsentem etiam Regem occidendum inductiones & persuasiones continebant: Interrogatoriis & confessionibus dicti Guignardi, libris istis, quos composuerat & suâ manu scripserat, ipsi præsentatis, & ab eo agnitis, Conclusionibus Procuratoris Regis Generalis, dicto Guignardo coram Parlamento super criminibus ipsi objectis, & in istis libris contentis, audito & interrogato, & omnibus consideratis: Decretum est, quòd Parlamentum declaravit & declaret, istum Guignardum criminis læsæ Majestatis reum & convictum, quòd istos libros composuit & suâ manu scripsit, qui plurimas falsissimas & seditiosissimas Regulas continent, quibus probare conatur, parricidium in Rege Antecessore commissum licitum fuisse, & etiam præsentem Regem Henricum quartum occidere permissum esse. Ad cujus sceleris expiationem damnavit & damnat dictum Guignardum, ut amendam faciat honorabilem, nudus & indusio tantum tectus, laqueo è colle pendente, ante principalem Ecclesiæ Parisiensis portam, ac ibi in genibus subsidens, facemque ceream ardentem duarum librarum in manu tenens, dicat & declaret, quòd sceleratè, & nefariè, & contra veritatem scripserit, Regem Antecessorem per Iacobum Clementem jure occisum fuisse, & Regem nunc regnantem, nisi in bello occumbat, è medio tolli oportere. Horum autem sæpœnitere, & gratiam à Deo, à Rege & à justitia precari. Hisce peractis, ducatur & rapiatur in forum Grevarium, & ad palum, qui ad hanc rem ibi erigetur, suspendatur & stranguletur, & postea corpus mortuum per ignem, qui sub palo excitabitur, in cineres redigatur. Declaravit etiam & declarat, ut omnia ejus bona fisco Regio addicantur. Pronunciatum dicto Iohanni Guignardo, & executioni mandatum 7. die mensis Ianuarij Anni 1595.

Supplicium Castelli justum fuisse.

De IOHANNE GVERETO IESVITA.

EOdem die instituto & peracto processu contra Iohannem Gueretum patricidæ Præceptorem, & Petrum Gastellum Patrem, & matrem, & sorores, præsertim contra unam ex illis, quæ cùm intellexisset, fratrem suum esse captum, & ipsa in carcerem duceretur, Iesuitas dicto fratri suo consilium aliquod malum dedisse exclamaverat: Istis, Guereto, Petro Castello, vxore, & filiabus ejus, & ipsorum servis, & ancillis, similiter & Curali D Petri de Assisiis auditis, Arrestum sequens declaratum est.

Extractum *ex* Regiſtris Parlamenti PARISIENSIS.

VIso à Parlamento, magnæ Cameræ, & Turriculæ Consiliarijs congregatis Processu criminali per præfectum prætorio Regio formato & postea informationibus productis, ad instantiam procuratoris Generalis Regis petitoris & accusatoris contra Iohannem Gueretum Presbyterum, de congregatione & Societate nominis Iesu se denominantem, in Collegio Claremontano habitantem, & antehac Iohannis Castelli, non ita pridem per Arrestum dicti Parlamenti, morte affecti, Præceptorem; Petrum Castellum mercatorem pannarium, civem Parisiensem; Dionysiam Hazardam ipsius uxorem parentes dicti Iohannis Castelli; Iohan Comitem & Catharinam Castellam ejus uxorem; Magdalenam Castellam dicti Petri Castelli & Dionysiæ Hazardæ filiam, Antoninum Villerium, Petrum Rusellium Thurinum, & Ludovicum Camum, ipsorum servos & ancillas; Magistrum Claudium Allemantium Presbyterum, Clericum in dicta Parochia; & Magistrum Lucam Morinum Presbyterum in illa ordinarium, in carcere custodiarum Palatij captivos, interrogationibus, confessionibus, & denegationibus dictorum Captivorum dicto Iohanni Castello cum patre suo Petro Castello compositò, inquisitione contra Petrum Castellum instituta, testibus in illa auditis cum ipso compositis processu criminali Iohannis Castelli, propter execrandum & detestandum parricidium in Regem tentatum, & processu verbali executionis Arresti contra dictum Iohannem Castellum 29. Proximi Decembris die declarati, conclusionibus procuratoris Generalis Regis, dictis Guereto, Petro Castello & Hazarda super criminibus ipsis objectis, & in dicto processu contentis coram Parlamento auditis & interrogatis: Alijs interrogationibus &

denegationibus per dictos Gueretum & Petrum Castellum in quæstione per instantiam Parlamenti ipsis exhibita factis & omnibus consideratis : Decretum est, quòd dictum Parlamentum ipsis propter crimina in illo progressu demonstrata, relegavit & relegat extra Regnum Franciæ dictos Gueretum, Pet. Castellum: Gueretum quidem in perpetuum , & dictum Castellum ad tempus & spatium novem annorum , & extra urbem & suburbia Parisiensia in perpetuum. Indixit etiam illis , ut hanc suam relegationem observent , pœnâ suspensionis & strangulationis, sine ulla alia judicij forma indicta. Declaravit & declarat , ut omnia & singula dicti Guereti bona in fiscum Regium redigantur: & damnavit ac damnat dictum Petrum Castellum , ut Regi pro multa bis mille coronatos solvat, qui ad panes captivis in custodijs Palatij emendos & comparandos applicentur & impendantur: nec ille è carceribus liberetur , priusquàm dictam summam plenissimè solverit, nec tempus Relegationis nisi istâ solutâ incipiat. Statuit dictum Parlamentum , ut domus illa, in qua Petrus Castellus habitavit, dejiciatur , destruatur & penitus exscindatur , & locus ille seu area locis publicis annumeretur , ne in posterum quisquam ibi ædificare possit : quo in loco ad perpetuam hujus sceleratissimi & execrandi parricidij in Regem tentati memoriam , alta columna è lapide cæso structa ponatur & erigatur, affixâ simul tabulâ, in qua causa dicta demolitionis & erectæ columnæ scribantur, quod eâ pecuniâ fiet, quæ ex demolitione domûs proveniet. Et quantum ad dictos Hazardam, Comitem, Catharinam & Magdalenam Castellam , Villierium, Rosselium , Thurinum, Camum, Allemantum , Bernardum & Morinum attinet , statuit Parlamentum , ut carceres ipsis aperiantur. Pronunciatum dictis Hazardæ, Comiti , Catharinæ & Magdalenæ Castellis , Villierio , Rosselio , Thurino, Camo, Allemanto , Bernardo & Morino 7. die Ian. & dictis Guereto & Petro Castello 10. die dicti mensis anno 1595.

Ex hoc processu videre est, quòd Parlamentum in inquisitione & iudicio omnia ea adhibuerit, quę in bona, integra & sancta iustitia requiri possunt, cum omnibus formis in proceſſibus criminalibus consuetis, sic ut Arresta hoc modo decreta opus non habeant ut per quascunque rationes alias defendantur. Et tamen Franciscus Verona Constantinus in sua Apologia pro Ioanne Castello parte 5. cap. 8. 9. & 10. vtrumque Gueretum & Guignardum, eorumque seditiosa, nefaria & parricidalia facta conatur defendere, & iustissima Parlamenti decreta , & supplicia de iis sumpta summæ iniustitiæ accusat, imò crudelitatem & sacrilegium appellat, quod in personis ipsorum commissum sit.

De aliis Iesvitis.

PLurima præterea in Iesuitarum Collegio Parisiis Anagrammata contra Regem inventa sunt : quæ non absimilia iis, quæ apud Iohannem Castellum reperta, & in scriptis Iohannis Guignardi inventa sunt : sicut & quædam themata per Grammaticos dictata, quorum Argumentum de morte constanter sufferenda, & Tyrannis invadendis erat. Præterea cognitum est, quòd Magistri Collegii Claremontani, Scholasticis suis, ne pro Rege precarentur, urbe Parisiensi sub potestatem Maiestatis suæ redactâ, præceperint, & eos qui ad Missam eius irent, excommunicatos esse dixerint.

De Alexandro Haio Iesvita *ejusque pœna.*

INquisitiones insuper institutæ fuerunt contra Alexandrum Haium Iesuitam, natione Scotum, qui publicè docuerat, *Oportere dissimulare, & Regi ad tempus per simulationem obedire* , hisce verbis sæpissimè usus, *Iesuita est omnis homo*: hoc est, temporibus se accõmodare novit, vnd kan den mantel hencken nach dem der wind gehet. Præterea accusabatur hic Iesuita, quòd sæpè dixisset, *Se velle, si Rex illorum Collegium præteriret, ut ipse è feneſtra in eum decideret , & collum ejus frangeret.* His de causis Quæstione capitali contra eum instituta, & compertum, quòd quædam eius dicteria ante reductionem Parisiensium edita fuissent, mitius aliquantò quàm Guignardus tractatus fuis, ut ex sequenti Arresto apparet quod sic habet.

Iesuitæ sũt plagiarij puerorũ.

Iesuitæ sunt doctores inobedientiæ liberorum erga parentes.

Extractum *ex* Regiſtris Parlamenti.

VIso à Parlamento magnæ Curiæ & Turriculæ consiliarijs congregatis , processu criminali formato & juxta consuetudinem instructo , ad postulationem Procuratoris Generalis Regis petitoris , contra Alexandrum Hajum Presbyterum , de congregatione & Societate nominis Iesu se dicentem , in carceribus custodiarum Palatij captivum , inquisitionibus , interrogationibus & testium compositionibus , Conclusionibus Procuratoris Regij Generalis , dicto Alexandro Hajo , super criminibus ipsi impositis & in dicto processu contentis , coram Parlamento interrogato & audito , & omnibus consideratis ; Decretum est , quò dictum Parlamentum , propter crimina in di-

in dicto processu demonstrata, dictum Hajum è regno Gallico in perpetuum relegavit & relegat, ipsi injungens, ut Relegationem suam observet, pœnâ suspensionis & strangulationis sine ulla alia judicij forma indicta. Pronunciatum dicto Haio ad portulam dictorum carcerum propterea alligato, decimo die Ianuarij Anno 1595.

De Aliis Inquisitionibus, & criminibus IESVITARVM in Gallia.

PEr alias quoque inquisitiones cognitum est, quòd quidam Iesuitæ, cùm ex iis quæreretur, quare in Gallia manerent, cùm soli Papæ obedientiam & fidelitatem jurârint; responderint, votum suum per hanc immorationem in Regno non violari, quoniam Breve à Pontifice accepissent, quòd ipsis tempori obsequi permitteret.

Per Inquisitiones præterea Biturigibus transmissas, & 7. Ianuarii habitas, compertum est, quendam, cui Francisco Iacobo nomen est, Iesuitarum in dicta urbe scholarem jactâsse, quòd Regem occidere vellet, nisi eum jam mortuum, & ab alio quodam occisum existimaret.

Iesuitæ sùt plagiarij puerorũ.

Compertum insuper fuit, à Iesuitis multos pueros, qui eos parentibus suis rapuerant, seductos fuisse, ut in longinquas Regiones secum abirent.

De IOHANNE BELO IESVITARVM *discipulo.*

Iesuitæ sunt doctores inobedientiæ liberorum erga parentes.

INprimis processus institutus est contra quendam Iohannem Belum scholarem, qui non ita pridem literis in Collegio Claremontano operam dederat, quòd Franciscum Veroneum scholarem Pictaviensem, literis operam dantem, contra Patris M. Pregentis Veronei in Parlamento Procuratoris voluntatem seducere conatus esset, ut Iesuitas, contra inhibitionem per Arrestum Parlamenti factas, extra Regnum Galliæ sequeretur.

Præterea idem Belus accusatus fuit, quòd plurimas lectiones & compositiones in Societate Iesuitarum dictatas, & ab ipso, cùm in eorum Collegio esset, exceptas, reservâsset, & apud se custodivisset, in quibus plurima præcepta damnata de Regibus occidendis, & approbatio ac laudatio execrandi illius parricidii indefunctum Regem designati continerentur, ut ex Arresto sequenti manifestum est.

Extractum ex Registris PARLAMENTI.

VIso à Parlamento processu criminali, per quendam eius Consiliarium, cui hoc negotium commissum fuit, facto & formato, ad postulationem Procuratoris Generalis Regis petitoris, contra Iohannem Belum Scholarem, qui non ita pridem in hac vrbe in Collegio Claremontano operam dedit literis, in carceribus custodiarum Palatij captivum: Interrogationibus super certis literis, & alijs scriptis, quæ à se scripta agnovit, ipsi factis, Conclusionibus procuratoris Generalis Regis, dicto Iohanne Belo coram Parlamento super criminibus ipsi impositis auditis & interrogatis, & omnibus consideratis. Decretum est, quòd parlamentum, propter crimina in dicto processu demonstrata, dictum Iohannem Belum damnavit & damnat, vt amendam faciat honorabilem in magna eius Camera, Iudicibus pro tribunali sedentibus, caput & pedes nudus, & indusio tantùm indutus, facem duorum pondo ardentem in manu tenens, & ibi in genibus subsidens dicat & declaret, quòd temerariè & malo consilio Franciscum Veroneum Scholarem in Academia Pictavienſi literis operam navantem, pellicere & seducere voluerit, vt supra dictos Presbyteros & Scholares Collegii Claromontani & alios illorum Societatis, contra inhibitionem Parlamenti, extra Regni limites sequeretur. Et præterea, quòd imprudenter servârit & custodierit multas lectiones & compositiones per quosdam dictæ Societatis dictatas, & ab ipso exceptas, & propriâ manu in dicto Collegio Clarem scriptas, multas doctrinas damnabiles de Regibus trucidandis, & approbationem & laudationem detestandi & nefarii parricidii in Rege Antecessore Henrico III. commissi, continentes. Horum verò se pœnitere, & gratiam ac condonationem à Deo, à Rege & à Iustitia precari. Hisce peractis eum in perpetuum è Regno Galliæ relegavit & relegat, ipsi injungens, ut hanc Relegationem observet, pœnâ suspensionis & strangulationis, si deprehendatur, sine ulla alia iudicii forma, indictâ Declaravit & declarat, ut omnia ipsius bona in fiscum Regium redigantur, ex quibus inprimis centum coronati ad reparationes necessarias custodiarum Palatii sumantur & impendantur. Decretum in Parlamento 21. *Martii, & pronunciatum dicto Belo, & executioni mandatum in magna Camera dicti Parlamenti* 10. *die April. Anno* 1595.

De Parricidio *in* HENRICO IV. Galliarum Rege patrato à FRANCISCO RAVAILLACO.

CVm Henricus IV. Galliæ & Navarræ Rex, ingenti exercitu collecto, expeditionem extra Regnum suum in Iuliacensem Ducatum decrevisset, & verò mortalitatis suæ periculorumque multorum recordatus, quid Deus in se statuisset nesciret, Reginam conjugem suam Regni gubernatricem inaugurare, Filium verò suum natu maximum futurum Regem declarare statuit. Indictis igitur Comitiis, & convocatis ad solennitatem istam Regni proceribus, cùm tempus inaugurationis constitutum adesset, Rex 4. Maij veteris, vel 14. novi Calendarii, die, horam circiter quintam vespertinam, ascenso curru, ut & arcus triumphales, aliaque ad solennitatem illam facta præparamenta perlustraret, & armariam deinde domum pro more suo ingrederetur, hinc inde per vicos & plateas urbis Parisiorum vectus est.

Accidit autem, ut cùm ad plateam Ferroneriam quam vocant, Rex in curru, Monbansonio & Epernonio Ducibus assidens, columnam adversam contemplaretur, & impedimentum quoddam ab occursu alterius cujusdam currûs, fortè fortuna ei objiceretur, Sicarius quidam ex turba currum subitò involârit, & venenato ad eam rem peculiariter parato cultro utrinque acuto, Regem, in sinistro pectore, sub quintam costam, ubi cordis domicilium est, geminato ictu percusserit, tantâ velocitate ut ipsum citiùs latrocinium, quàm latro agnitus fuerit, & tam lethaliter vulnerârit, ut sermo eum statim & vires defecerint. Duces igitur ei assidentes, & comitatus qui erat reliquus tam atroci & subdito facinore stupefacti, ad arcem statim properare aurigam jusserunt, ubi Rex animam statim exhalavit & mortuus est, nihilque præter assiduas utriusque Religionis hominum lamentationes & querelas auditum est.

Quod ad sicarium ipsum seu auctorem hujus tam atrocis parricidii attinet, Is peracto facinore comprehensus statim & in carcerem conjectus est. Reperta sunt apud ipsum frustula quædam panis consecrati & hostiolæ, quas vocant, seu panes non fermentati rotundi, quorum in Missâ Pontificia, & aliâs in S. Cœna usus est, itemque schedulæ quædam variis characteribus & litteris insignitæ, in quibus ipse spem omnem positam habuerat. Interrogatus deinde & quæstioni subjectus, aliud nihil respondit, quàm nomen sibi Francisco Ravillaco esse, qui natione Gallus & quidem ex urbe Angoulesmia oriundus, ante annos aliquot nomen suum Franciscanorum mendicantium Ordini dedisset, & Monachus factus fuisset. Cæterum ad facinus hoc perpetrandum, peculiaribus quibusdam revelationibus & visionibus incitatum & impulsum, à præterito Paschatis festo occasionem Regis interficiendi quinquies, nequicquam captâsse, Lætari verò, quòd tandem ex voto res successerit, nec de corpore suo sollicitum esse, licere proceribus quod velint de eo statuere. Sic igitur, eodem quo anno 1589. primo Augusti die, Regis hujus antecessor, mortis genere, Henricus hic ejus nominis quartus à Monacho interemptus, occubuit. Cùm igitur extorqueri ex eo nihil ampliùs posset, lata in eum sententia, die 27. Maii, horam circiter postmeridianam tertiam interullâ albâ indutum, & facem ardentem manibus tenentem in templum S. Mariæ curru carnifices, ut Deum ibi, Regemque & justitiæ administros sive *judices* veniam precaretur, quamvis diabolica ejus lingua ad maledicta magis quàm ad preces prona esset, duxerunt. Inde in aream Greve dictam pontemque eam ob causam ibi excitatum, cum eo ascendentes carnifices, manum ejus primo, sicam tenentem, cubito tenus admoto igne combusserunt, & in cinerem redegerunt, deinde forcipibus candentibus in utroque femore, brachio, pectoreque convulsum, fervente oleo & liquefacto plumbo perfuderunt, præterea infuso in ventrem ejus plumbo & oleo eum exeruciârunt, matre ejus ad interfeminium usque denudata, ob oculos ei posita, & stiparoribus uterum eum sua causa maledictum exquisitissimisque jam cruciatibus destinatum esse, si fortè ad agnitionem & detestationem perpetrati à se facinoris, commoveretur, nequicquam acclamantibus. Tandem cùm nullum pœnitentiæ signum ederet, sed atroci & minaci vultu, nisi perpetratum facinus esset, etiam-num id se perpetraturum diceret, totum corpus quatuor equis in frustra raptatum & discerptum est, populo frustra illa per plateas raptante, & diris maledictionibusque infinitis funus tam infandum prosequente, donec igni obiecta frustra omnia à carnifice in cinerem redacta sunt.

Henrico IV. patrati Iesuitæ rei fuerunt vel saltèm conscij.

Hujus autem infandi facinoris reos fuisse Iesuitas, plurimis indiciis & coniecturis probat ac demonstrat author Refutationis literarum Cottonis Iesuitæ ad Reginam viduam

Parricidium à Francisco Ravillaco in R.

Henrico IV. fatrati Iesuitæ rei fuerunt vel saltè conscij.

viduam, in quibus hanc suspicionem à sui ordinis Sociis amovere & depellere conatur.

Primò dicit, Hispanum quendam, quum primùm Lutetiam Parisiorum veniſſet, in amicitiam & familiaritatem Cottonis Iesuitæ se insinuâsse, cui etiam instituta sua patefecerit. Cottonem Hispanum ad Regem duxisse, eumque Regiæ Majestati vehementer commendâsse. Post horas aliquot Regem à Dn. Forceo Gubernatore in Bearnia literas accepisse, ex quibus cognoverit, Hispanum quendam, cujus staturam, capillos & reliquum corporis habitum adscripserat, Barcellone in Galliam proficiscì statuisse, Regemque veneno vel aliis artibus è medio tollere: ex his Regem intellexisse, Hispanum hunc illum ipsum esse, quem Iesuita Cotton ad se deduxerit, Cottonem igitur ad se vocâsse, literas Forcei ei ostendisse, & legendi copiam fecisse: Iesuitam respondisse, vana, falsa & ficta hæc omnia esse, Regemque hortatum esse ne eis fidem habeat: Regem contra monuisse eum, hunc Hispanum iterum sibi sistat; cui responderit, se deprehensum illum ad Regem reducturum; paulò pòst autem reversum ei significasse, se Hispanum istum investigare nusquam potuisse, ut qui jam rursus urbe excesserit, & fuga elapsus sit. &c. Quis hinc non intelligat, Cottonem jam tum conscium fuisse propositi hujus Hispani, ab eoque monitum, ut fuga ocyus elabatur, ne uterque in maximum periculum veniat?

Secundò author Anticottoni scribit, post mortem Henrici III. cùm jam declaratus esset Rex Henricus IV. Parisiis aliud nihil auditum esse, quàm Iesuitarum seditiosos clamores, & hujusmodi conciones, in quibus auditores suos ad parricidium Henrici IV. subinde hortarentur. Inter cæteros Commoletum Iesuitam sæpè inter declamandum in hęc verba erupisse: *Alio Ehudo opus habemus, sive Monachus is sit, sive miles: hoc solùm necessarium, ut Ehudum habeamus.* Hordy quoque Iesuitam, institoris supra pontem Nostrę Damę habitantis filium, in templo S. Severini publicè pro concione dixisse: *Hic quidem mos est Regum, ut ingentes thesauros ad sui amplitudinem & aliorum terrorem colligant, at rusticulum unum ad Regem supprimendum sufficere.* Huic concioni interfuisse dicit Anticotton, & hæc verba audivisse Dn. le Grand. & Dn. de la Vau Consiliarios regios. Gontierum etiam Iesuitam dixisse, *Rectè beneque factum iri, si Rex interficeretur.*

Tertiò refert Anticottonus, Bruxellis & Pragæ, ubi Iesuitæ dominantur, paucos dies ante cædem Regis, rumorem sparsum fuisse de obitu ejus. Argentierum etiam Troię literas accepisse Praga à filiorum suorum præceptore, in quibus inter alia scriptum fuerit, *Iesuitam quendam sibi paulò ante parricidium hoc indicâsse, Regem morituum esse; nec Delphinum, sed Regem Hispaniæ, Galliæ Regem creatum iri.* Dixisse etiam prętorem Poictiers, qui Iesuitarum familiarissimus fuerit, & quibus filium suum erudiendum tradiderit, in ludo pilę, *Rex noster hodierno die aut mortuus, aut graviter vulneratus est.*

Quartò testatur, *crastino die, post perpetratum hoc parricidium, cùm aula regia, totaque Lutetia in summo mœrore & luctu versarentur, animadversum fuisse, solos Iesuitas ridente ore & hilari vultu in arce regia, quam Louure vocant, obambulâsse: omnes etiam Monachorum ordines, uno Iesuitarum excepto, ad exequias funeris regij cohonestandas convenisse, solos Iesuitas, licet longè plura & majora beneficia, quàm reliqui Ordines omnes à Rege acceperit; in funeris comitatu non apparuisse, quod multis bonis suspicionem non levem movit.* Didicerunt nempe hanc artem boni isti Socii, si Diis placet, à Tiberio & Iulia, qui, quum Germanicum veneno sustulissent, publicè in luctu comparere noluerunt, ne populus animadvertat eorum luctum & dolorem tantummodo simulatum esse. *Tacitus lib 3. Annal.*

Ex his omnibus apparet, atrocissimi hujus parricidii à Ravilliaco commissi, suasores & impulsores vel saltem conscios fuisse Iesuitas, nec hoc solum Gallia, sed & Germania alięque Nationes constanter crediderunt. Certè conscios & approbatores ejus fuisse Iesuitas, ex modò adductis indiciis, exemplis & conjecturis quivis facilè intelligere potest. *Nihil interest autem inter suasorem & approbatorem facti*, Cicerone teste in Antonium. Vel sit, saltem inter alia doctrinam Iesuitarum parricida iste secutus est. Nam Mariana Hispanus Iesuita in lib. de Institut. Regis defendit, *Licere subitò Regem suum tyrannum occidere.* Docent etiam alii Iesuitæ, ut infra indicabitur, *Hæreticos & fautores eorum, potissimùm verò relapsos, tum divino: tum humano jure morti addictos, ab hominibus privatis, siquidem aliter fieri nequeat, occidi posse*, sicut apparet ex c. 8. & seqq part. 2. Apologiæ Franciſci de Verona Constantini pro Iohanne Castello. Et ipsémet Ravilliacus, cùm in tortura interrogaretur, à quibus hoc habeat, confessus est, se audivisse sępius in concionibus Iesuitarum Licere hoc. Cui etiam cum Ravilliaco aliquid negotii fuit, quique eum probè exploravit, facilè deprehendere potuit, eum in omnibus

Parricidium à Francisco Ravillaco in R.

religionis capitibus prorsus rudem, in hac verò quæstione, Num liceat privato homini, eum, quem ipse pro tyranno habeat, occidere? quàm diligentissimè imbutum & institutum fuisse, & omnia Iesuitarum effugia & distinctiones plus satis cognitas habuisse.

CAP. IV. *De* Conjurationibus, Turbis, Seditionibus, Parricidiis *à* IESVITIS *in* Anglia *excitatis aliisque horrendis & inauditis ab* IISDEM ibidem *perpetratis* Facinoribus.

In Actis Garneti pag. 71. EDuardus Coke Eques Auratus, Attornatus Regius in Anglia in Accusatione Henrici Garneti Iesuitarum in Anglia Superioris, publicè coram judicibus testatus, à primo Iesuitarum in Angliam ingressu; ad hunc usque diē, nunquam quadriennium integrum effluxisse, in quo non conjurationes, turbas, proditiones, parricidia, seditiones in perniciem Regni totius machinati sint & excitarint Iesuitæ. Imò non solùm in Angliæ Regno, sed etiam in aliis Regionibus commorantes Iesuitas, vel ipsos varia ac proditoria injisse adversus Regnum illud, ejusque legitimum Magistratum consilia, vel alios ut id facerent hortatos esse, & in proposito sanguinolento ac parricidiali vehementer confirmâsse. Et veritatem illum dixisse, ex sequentibus etiam exemplis manifestissimum fiet.

Guil. Parrij conatus adversus Regin. Anglia. Guilielmus Parrius Iurisconsultus tenuiori quidem loco seu fortunâ natus sed ingenio tamen exquisito præditus, eoque non parùm arrogans & elatus, postquam in Anglia, quæ ipsi patria fuit, non adeò probè rem curâsset familiarem, quin omnia potiùs sua, sed & conjugis suæ bona fœdè dilapidâsset, ac insuper etiam nobilem quendam in ipsiúsmet habitaculo perimere conatus fuisset, in Galliam anno 1582. ac deinceps in Italiam profectus est. Venetiis igitur existens, notitiam ac familiaritatem haud vulgarem cum P. Benedicto Palmio contraxit, cujus etiam suasu & auctoritate Reginam Angliæ, Principem Patriæ suæ legitimam, è medio tollere, & huic uti succederet Scotiæ Regina, viam ita sternere proposuit: quo in proposito à Iesuitis Lugdunensibus, cùm isthac transiret, validè confirmatus fuit. Parisiis demùm inter Anglos istos è Patria fugitivos nobiles offendit quendam nomine Thomam Merganum, qui pollicebatur ipsi præterea, se statim, ubi propositum istud in Anglia suum ille produxisset in actum, effecturum esse, ut ex Scotia copiæ mitterentur eò non exiguæ, quibus Regnum illud Reginæ Scotiæ adsereretur. Etsi verò Anglicani quidam sacrificuli, nominatim autem Vuatelius quidam, istud propositum nequaquam adprobârunt, quin imò publicè tantùm non refutârunt ac damnâtunt; confirmavit tamen ipsum in hoc ac corroboravit Parisiis Iesuita Pater Hannibal Codretto, cui animi sui sensum ac propositum in confessione priùs aperuerat, eúmque deinceps ad communionem unà cum aliis, secundùm istorum morem & consuetudinem usurpandam adhortatus fuit, & instanter ipsi persuasit, istum Vuatelium, & quicunque tandem à proposito tam pio vellent eum avertere, perversos hæreticos esse. Ita demùm in Angliam Parrius ille, & ad ipsam quidem Reginam in Februario anni 1585. se contulit, eiq; de variis non minùs calidis quàm callidis, eóque valdè periculosis tranfugarum ex Anglia adversus Regiam ipsius Majestatem consiliis multa memoravit, & quòd ipsemet eorum se tantùm non participem reddiderit, ostendit; quod tamen alium in finem factum haud quaquam fuerit, quàm ut eò certius indicium Majestati Regiæ de iis præbere, sicque ipsam fideliter præmonere posset. Quia verò partim erant vera ista indicia, partim verò ipsi Reginæ non prorsus ignota; factum est ut in reliquis ipsis plus quoque fidei tribueret, sicque in aula secum eum detineret, & ad secretiorem tractationem seu communicationem interdum admitteret. Quò factum porrò, ut in venatione quadam damarum apud Reginam ille solus aliquandiu versaretur in sylua, cùm à Ministris suis semota longiùs, sub arbore nonnihil respiratura, descendisset ab equo: ubi bis eum incessit libido perimendi ipsam, à quo tamen nefario scelere tum fiduciæ erga se Regiæ tam insignis consideratione retractus fuit. Verùm alio post tempore, quum juxta Reginam in horto regiæ arcis Vuidthalia Londini ad Tamesim idem à cœna obambularet, & de navicula ad fugam perpetrato facinore capessendam adcommoda sibi jam prospexisset, atque verspertinas solummodo tenebras aliquantum profundiores expectaturus esset, præter expectationem ejus evenit, ut Regina maturiùs ad Palatium & conclave suum inde se reciperet, eò quòd sequenti die venam incidendam curatura esset; cujus etiam gratiâ Parrium ipsum gratiosè admodum & adridenti similis tum fuit affata, dixítque: *Tantum sanguinis sibi non iri demtum aut minutum, quantum multi forsan exoptarent.* Postquam igitur &

Executio pœna Parrii.

Classis ex Hispania in Angliam trajicit.

hæc

hæc ipſi fuit elapſa occaſio, putavit tandem alio ſibi ad exſequendum ſuum propoſitum opus eſſe nonnullo: ideóque rem omnem nobili cuidam Edmundo Nevilſio, quem ex multis ultrò citróque habitis & collatis ſermonibus ac circumſtantiis, item aliis ab ea alienum eſſe perſuaſum habebat, aperuit & concredidit; & idem porrò oſtendit, quâ ratione tum eædem illam perpetrare, tum verò naviculæ beneficio fugâ dilabi, & ſic ambo ſemet uſquequaque ſalvare, & ab omni denique periculo liberare poſſent. Is autem etſi variè cogitationibus aliquandiu fluctuârit, & diſtractus hinc inde fuerit, horrendam tamen ac deteſtandam immanitatem animo ſuo neutiquam probare potuit, quin univerſam iſthanc rationem Reginæ tandem exhibere, ſicque de periculo ipſam præmonere conſtituit: quod in Februario demum anno milleſimo quingenteſimo octuageſimo quarto cordatè præſtiti: unde conſequuta fuit amborum captivitas, in qua commemorata jam omnia faſſi ſunt. In prima nec dum violenta cauſæ cognitione Parrius nullius planè conſpirationis adverſus Reginam factæ conſcium ſe volebat agnoſcere, quod ipſi vel maximè poſtea nocuit. Hęc enim intempeſtiva ejus negatio, tum ſpontanea viciſſim confeſſio, Nevilſii conteſtatio, & ipſiuſmet reperta ſcripta & indicia multa effecerunt, ut in publico damnatus judicio, primò quidem ſuſpenſus, deinde verò ſtatim à laqueo præſecatus, & diſſectus, adeóque exenteratus fuerit, quò nimirum inteſtina ejus ipſómet adhuc vivente & videnteconcremarentur; quę tandem omnia decollatio inſecuta fuit, & corporis denique diſſecatio & in quatuor partes diſtractio.

Executio pœnæ Parrii.

Executio autem hæc facta eſt ſecundo Maij anno 1584. ad quam ſe tunicâ telari ex holoſerico Damaſceno confecta indutus, & ſegmentato, nec non amylato, exindéque admodum extenſo & erecto focali, pro temporis iſtius veſtiendi ratione, exornatus ita compoſuerat, ac ſi rectâ ad nuptias pergere vellet: ſicut & à carnifice poſtulare non eſt veritus, ut in diffibulatione ſeu reſtrictione veſtium iſtius focalis rationem habere vellet, ne fortè attritum aut conquaſſatum peſſumdaretur.

Claſſis ex Hiſpania in Angliam trajicit.

Anno 1588. ingens exercitus ex Hiſpania in Angliam trajicere, regnumque illuc occupare & Hiſpaniarum Regi ſubiicere conatur, quem etiam benedictione ſuâ Papa dignatus eſt, & *Invictæ claſſis* nomine inſignivit, conſtabat enim 158. navibus & commeatu, omnique genere armorum bellicorum inſtructiſſima erat. Reginâ autem Angliæ auxilio Dei omnipotentis & ſubditorum ſuorum virtute hanc claſſem diſiecit, pugnantibus pro ea igni, mari, ſcopulis, ventis & procellis, & ex 158. navibus vix 40. in portum pervenerunt. Huius Claſſis prævii & prænuntii Ieſuitę dicuntur fuiſſe in Actis Garnetti pag. 70. qui ante biennium in Angliam traiecerant, ut coniurationes, proditiones & turbas contra Reginam conciarent.

Ieſuita parricidiis rem aggrediuntur

Cùm igitur aperto Marte infeliciter à parte Hiſpaniarum Regis debellatum fuiſſet anno 88. mox alia tentârunt viâ rem aggredi Ieſuitæ. Nam anno 1592. traiecit in Angliam Patricius ſeu Patakius Cullen, inſtigantibus eum *Guilielmo Stanley* Equite aurato, *Hugone Owuen*, *Iacobo Frauncis*, & *Holte* Ieſuitâ, cuius conſilio in Reginæ cædem armatus, in eum finem peccatorum remiſſionem & Euchariſtiam ab eodem percepit. Perſuaſit etiam illi, parricidium hoc non tam per leges licere, quàm divinum favorem demereri: ſubiecitque Iacobus iſte, vilis lotricis filius, qui à multis iam annis unà cum *Cullen* & aliis Reginæ exitium machinatus fuit, *Reſpublica Anglicana ſic fundata conſtat, & conſtabit, ut niſi tollatur Domicella illa Elizabatha, totius Acherontis furiæ eam convellere & labefactare nequaquam poſſint.*

Creſvelli Philopater.

Proditionem iſtius Cullen comitatus eſt liber, cui nomen Philopater, in huiuſmodi facinorum patrocinium, à Creſvello Ieſuita, qui tum in Hiſpania agebat, conſcriptus.

Cæpianus Ieſ. in Angliã venit, ibique magnas turbas concitat In Actis Garneti pag. 68.

Viceſimo anno Reginę Eliſabethę Campianus Ieſuita, magnâ comitante eum catervâ eius farinæ hominum, in Angliam venit eo conſilio, ut rudem plebeculam Papiſtis adiungeret, & Pii V. Papæ Bullæ exſecutionem promoveret, quâ Maieſtas eius ex Eccleſiæ gremio eliminata & Regno exuta fuit, omneſque, qui ei debitam obedientiam præſtarent dirjs devoti: Vnde in Boreali parte Angliæ rebellio, ingenſque tumultus concitatus eſt.

Thuanus de turbis à Cæpiano. Ieſuita in Anglia excitatis.

De hoc propoſito Thuanus lib. 74. pag. 8. ſic ferè ſcribit. *Angliæ Regina Elizabetha de ſicariis & parricidis admonita homines fidos miſit Durocortorum Remorum, ubi Seminarium Anglorũ erat. Hi exploratores ob Religionem patriâ aut pulſos, aut ſponte exules ſimulantes, arcana ſociorum rimabantur, & Reginam poſtea ſecretorum conſiliorum certiorem faciebant, & nomina conjuratorũ ac ſociorũ edebant. Miſerat & Romã alios, ubi majoris molis conſilia contra ipsã coquebantur. Eorũ delatione captus Everhardus Hanſius Sacerdos Prid. Calend. Sextil. jam capite luerat. Iiſdem indicibus cùm cognitum eſſet, Edmundum*

mũdũ Cãpianũ Lõdinensẽ, Radulfum, Schuervinũ & Alexãdrũ Briantum, qui Ieſuitico Sodalitio nomen dederãt, à Thoma Golduello Aſaphenſi Epiſcopo, qui jã octogenarius Româ ob id in Galliã venerat, perſuaſos diverſis itineribus in Britanniã clam appuliſſe, miſſi qui latentes veſtigarent. Prodẽte Georgio Elioto, capitur Campianus; ſocij alio atq; alio loco; eculeoque torti, poſtremò à duodecim viris ad mortem, tanquam perduelles damnati, & Calend. Decemb. anno 1581. ſummo ſupplicio affecti ſunt. Iis crimini datum fuit, quòd in tranſmarinis Regionibus peſtem & perniciem Reginæ machinati eſſent, de ipſa Regno ſedibuſque exturbanda cogitâſſent, populi & quorundam è nobilitate fidem ſolicitâſſent: ac producti ſunt contra eos teſtes Georgius Eliotus, Crodocus, Sledæus, Mondæus, Hillæus, qui de conjuratione fidem faciebant: nam ſibi compertum dicebant, conjuratis conſtitutum eſſe, ut 50. delecti arma veſtibus tegentes impetu facto Reginam, & cum ea Dudlæum Leceſtriæ Comitem, magnum Theſaurarium, & Valſingamum Secretarium interficerent, captatâ occaſione, cùm illa animi gratiâ Regni partem aliquam viſeret: tum facinore perpetrato primarius quidam vir, cujus nomen non edebatur, exclamaret, Vivat Regina Maria. Addebant, conſilia illa Durocortori & Romæ agitata fuiſſe. Damnati ergo ad Patibulum, ut conjurationis & conſiliorum ſocij, ſic eundem vitæ exitum habuerunt.

In Actis Garneti pag. 72. Anno 1594. in Angliam appulerunt *Vuilliam* & *Yorke*, in Reginæ cædem accincti: & ad hoc tam deteſtandum facinus in ſe ſuſcipiendum ſuaſu & adhortationibus Ieſuitæ *Holte* & aliorum ejus gregis: & ut id alacriùs perpetrarent, *Vuilliam*, Yorke, aliiq; Ieſuitæ Euchariſtiam ab Holte acceperunt. Huic autem proditioni librum adjunxerunt, à Ieſuita Perſonio, qui Romæ Rectoris munere fungebatur, compoſitum, *de Titulis, Dolemani* nomine facatum ex figmentis, mendaciis & contumeliis totum conſutum & conſarcinatum.

Alia cõſpiratio in Reginam Angliæ ſuaſu Ieſuitæ Holte.

Alia in Angliã conſpiratio. Anno 1597. Ieſuita Richardus Vualpot, qui ab aliis Vualſode appellatur, ex Hiſpania in Angliam trajecit, ut rem ferro doliſque toties tentatam, alio modo perficeret. Nam Anglum Eduardum Squirre veneno inſtruxit, quod Reginæ Angliæ & Eſſexio Comiti non edendum aut bibendum præberet, ſed quo ſellam tantùm Reginę inungeret, ut ex ejus contactu uterque moreretur. Ab hoc Ieſuita, poſt veniam peccatis conceſſam, Sacramento adactus eſt Squirreus, ut negotium exequatur, idque ſilentio ſupprimat. Memoriale Ligæ Tom. 4. pag. 15. & ſeqq.

Has conjurationes & proditiones omnes authores ipſi ſponte & liberè confeſſi ſunt, propriâ uniuſcujuſque manu exaratas, quod Attornatus Regius in Anglia tabulis obſignatis in Accuſatione adverſus H. Garnetum Ieſuitam, demonſtrari poſſe affirmat pag. 72.

Ex actis Garneti p. 72. & 73. Conſpiratio nova contra Angliæ Reginã. Anno 1601. quum artes proditoriæ in Anglia deficerent, viribus iterum rem aggrediendam ſtatuerunt. Nam menſe Decembri Henricus Garnetus Ieſuitarum in Anglia Superior, Robertus item Teſmondus Ieſuita, Robertus Catesby; vir ingenio ſubacto & verſuto, profundaque perfidiâ, cum Franciſco Treshamo & aliis, Anglorum Romano-Catholicorum nomine & causâ, Thomam Vuinterum in Hiſpaniam ablegârunt, illique Garnetus litteras commendatitias Creſuuello Ieſuitæ, in Hiſpania tum agenti, perferendas dedit. Vuintero Teſmond, aliâs Greneeteay Ieſuita, & unus ex conjuratis, comitem ſeſe adjungit.

Legationis ſumma, Vuintero inprimis demandata, hæc erat, apud Hiſpaniarum Regem Anglorum Romano-Catholicorum nomine inſtaret, ut Rex exercitum in Angliam tranſmitteret, cui Romano-Catholici in Anglia copias ſuas adjungere, fidelemque illi operam navare velint. Præterea cum Hiſpaniarum Rege ageret, ut penſiones annuas nonnullis Romano-Catholicis Anglis, & Majeſtati ejus devotis, aſſignaret. Nécnon eidem Regi ſignificaret, plures in Anglia eſſe Nobiles & viros militares, rerum præſentium ſtatûs pertæſos, quorum inopiam ſublevando facilè in ſuas partes pertraherer. Cumque maxima difficultas hucuſq; ex equorũ tranſvectione intervenerit, quotieſcunq; de Anglia invadenda deliberatum eſſet, Romano-Catholicorum Anglorum nomine certò Hiſpaniarum Regi promitterent, quòd in omnes occaſiones 1500. vel etiam 2000. equos inſtructos, qui ipſi militarent, educturi ſint.

Papa promovet cõjurationem contra Angliæ Reginã. Hęc mandata cùm à Ieſuitis & aliis conjurationis ſociis Thomas Vuinter accepiſſet, & unâ cum Teſmundo in Hiſpaniam appuliſſet, Creſuuello Ieſuitâ internuncio Petrum Franceſam ſecundum Secretarium convenit, eique rem totam communicavit, ut etiam Duci Lermæo, qui aſſeveravit, hũc nuncium Hiſpaniarum Regi gratiſſimum fore, ſeq; ad hoc negotium promovendum nequaquam defuturum.

De loco in quo Hiſpanorum copiæ exponerentur ut Angliam invaderent, hunc in modum convenit. Si majores eſſent, inſtructęque Spinolæ triremibus, Cantium & Eſſexiæ, oportuniſſima: Sin autem minores eſſent copiæ & Anglorum ſubſidio confiderent,

derent, Milfordum in Vuallia portum commodiſſimum fore.

Rex Hiſpaniarum, qui Angliæ Reginę jam ante infenſiſſimus erat, legationem hanc clementer audivit, & Angliæ Romanè-Catholicos non minus quàm ſuos Caſtilianos ſibi curæ eſſe reſpondit. Sed ad plenius reſponſum Vuinterus aulam Regiam illâ æſtate comitari jubetur: demumque Comes Mirandæ illi ſignificavit, Regem 1000000. aureos expenſurum, quorum altera pars eodem anno, altera verè ſubſequente perſolveretur; ſimulque poſtulavit, ne Angli Romanè-Catholici fidem fallerent, verè enim proximo ineunte Regium exercitum in Angliam trajecturum: poſtremò Regis nomine Vuinterum rogauit, ut ſe per literas quàm primum certiorem faceret, ſi interjecto tempore Elizabetha Regina moreretur. Thomas Vuinter ſpe plenus & tumidus menſe Novembri in Angliam redijt, remque totam prodicationis ſocijs, Garneto Ieſuitæ, Roberto Catesby & Franciſco Treshamo explicavit.

Papa promovet cõjurationem contra Angliæ Reginã.

Hanc proditionem Pontifex Romanus Sanctiſſimus ſcil. ille, Vicarius item Chriſti & Petri ſucceſſor, vehementer promovere conatus eſt duabus Bullis, ut vocant, quas Garneto miſit, unam ad Clerum, ad populum alteram. Prioris titulus erat, *Dilectis filijs Archipresbytero & reliquo Clero Anglicano*: Poſterioris, *Dilectis filijs, Principibus, & Nobilibus Catholicis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.* Summa hæc erat. *Poſt obitum Elizabethæ ſive naturalem, ſive violentam, quicunque jus Regni ſibi arrogarent, quantumcunque propinquitate ſanguinis niterentur, niſi ejuſmodi eſſent, qui fidem Catholicam non modo tolerarent, ſed omni ope & ſtudio promoverent, & more majorum jurejurando ſe id præſtituros ſuſciperent, ad Angliæ ſceptrum tenendum non reciperentur.* Hæ Bullæ Papales Vuinteri in Hiſpaniam trajectum ſequutæ ſunt, quo tempore, vel paulò poſt trajeciendus fuit in Angliam exercitus, qui eam expugnaret. Et omnia hæc tum fieri oportuit, *quandocunque contingeret miſeram illam fœminam* (ſic Filio iſti perditionis Reginam Elizabetham nominare placuit) *ex hac vita excedere.* Bullæ autem hæ cùm ex Catesbeio poſtea intellexiſſet Garnetus Iacobum jam publicè Regem Angliæ declaratum, adeoque Rempulicam conſtabilitam eſſe, illicò ſunt, ut ipſe affirmavit Garnetus, in ignem conjectæ.

Regina cùm intelligeret, & reipsâ experiretur, ſe indefinenter Ieſuitarum & aliorum Clericorum in Regno ſuo operâ, inſtinctu & adhortationibus clandeſtinis ad necem peti, ut ſibi totique Regno conſuleret, omnes Ieſuitas ac Sacerdotes edicto publico intra certum temporis ſpatium exire ſub gravi pœna præcipit. Id de verbo ad verbum ſic habet.

Ex actis Carneti p. 72. & 73. Conſpiratio nova contra Angliæ Reginã.

Sereniſſimæ Principis ELIZABETHÆ, Anglię, Francię, Hibernię, Reginæ invictiſſimæ, Fidei Apoſtolicæ, Defenſatricis, EDICTVM.

Contra Ieſuitas & Sacerdotes ſeculares, Anno Domini 1602. *die* 15. *Novembris.*

Ex Anglico Sermone *in* Latinum *converſum.*

CVm benevolentia ea, quâ cujuſvis ordinis ſubditos noſtros complexi ſumus, quamque in intimo pectore penitus infixam eſſe ſenſimus, nos ab extrema earum legum executione, quæ ſancitæ fuerunt Comitiorum Regni noſtri decretis ad Religionem orthodoxam propugnandam, & ſeductores omnes, (præſertim ab exteris ad nos advolantes) & illos, qui ejuſmodi ſubſidium præbent propulſandos, magis aliquandiu abſtraxit, quàm vel ſtatus noſtri ſalus ferre, vel Principum aliorum (à quibus una Religionis profeſsio ſemper culta & obſervata eſt) exempla legitimè approbare poſſint: Idcirco in ſpem maximam devenimus, fore, ut Sacerdotes illi Pontificij, qui externa auctoritate permoti, in hoc Regnum ingreſsi ſunt, quo populum à veræ Religionis, adeòq; fidelis erga nos ſubjectionis ſtudio abducerent, vellent tandem, (præſertim jam antea experti legum noſtrarum ſeveritatem) vel experientia clementiæ noſtræ adducti, vel judicij ſui normâ edocti, à priſtina ſua improbitate avocari: nec irritare animum noſtrum denuò, & extremum illis ſupplicium infligendum incendere, Etenim poſtquam nos tãtæ tamq; miſeræ ſeductionis illorum miſerti tãtâ illos cũ lenitate tractavimus: illi cõtra clementiæ noſtræ penitus obliti, noſtrũ Regniq; noſtri interitum machinati ſunt. Nemo enim non novit, Regem Hiſpaniæ, Regnum Hiberniæ noſtrum nuper per quã malitiosè invaſiſſe, & Don Giovan (qui in illo exercitu sũmus Dux & Imperator conſtitutus erat) diploma illud à Sede Romana acceptũ audacter animoſéq; promulgáſſe: cujus auctoritate ſcilicet nobis Regno abdicatis atq; detruſis, ejus Dom. Rex renunciatus eſt. Hujus verò ſui tam inauſpicati & infelicis meliminis, Ieſuitas cum Socijs ſuis ſecularibꝰ Sacerdotibus. ſuaſores & veluti buccinatores extitiſſe, vel ipſi Hiſpani in maximas tum redacti anguſtias, non modò liberè

Ieſuita externã 1. Papæ authoritate obedientiã ſubditorum corrũpunt & regnorum everſiones moliuntur;

Hiſpania Rin Hiberniã Regnum conatus.

Papa Euangelicorum Regna ſuis dõnat.

Ieſuitarum in Regnum Angliæ molitiones.

Iesuitæ alienorum Regnorum exploratores.

dixerunt: verùm etiam queribundi multoties dolenter deplorârunt. Regem enim Hispaniæ in eam mentem anduxerunt, ut vires nostras crederet tam angustas, tamque prorsus abjectas, partes verò suas tantas, tamque undique corroboratas fuisse, ut victoriam ipsam sibi spe certissimâ polliceretur. Deinde futuræ istorum erga non obedientiæ integræ, spem omnem nobis penitus esse sublatam, non dubitavimus, quin ferè maximæ parti Europæ, vel ex ipsorum scriptis recens editis & divulgatis jam satis constiterit: nimirum, eos ad hostium nostrorum laudem prædicandam & amplificandam, subditos verò nostros in partes adversarias pertrahendas, denique ad interitum statûs nostri perpetuum machinandum, consensu maximo, vel intra Regnum nostrum nequiter & malitiosè censpirâsse. Quid enim? Sacerdotes pleriique omnes novæ subordinationi, à Pontifice sibi imperatæ, sese penitus addixerunt, seque totos consilijs Iesuitarum (qui homines Regis Hispaniæ partibus semper devotissimi, à subjectione nostra prorsus abhorruerunt) regendos tradiderunt: Hinc factum esse arbitramur, quòd utriusq; sectæ homines timore erga matrem germanam, Regnum nostrum pietate excussa atque abjecta, conjunctissimis animis nunc (si tamen magis potuerint) magis præfracti & pernicioſi, quàm anteà unquã evaserint. Eò namq; perversitatis atq; improbitatis proruperunt, ut subditis nostris jam penè persuaserint, arma eos contra nos suscipere debere, & copias suas cum hoste quovis conjungere, quem Papa sub prætextu restituendæ Religionis Romanæ, ad Regnum nostrum subjugandum miserit. Prætereà tam est projecta & profligata eorum arrogantia, ut non sint veriti in omnibus Regni negotijs se immiscere, & verbis ac scriptu suis, de Regno & Corona nostra pro animi sui libidine palam decernere. Et si quis fortè ex ijs, ceu moderationis ingenij, conscientiæ suæ ductu permotus Gubernationis nostræ æquabilitatem cœperit agnoscere, hic dignus inprimis illis visus est, quem hostili odio prosequantur. Quinetiam ne hoc hominum genus improborum temporis diuturnitate posit extingui, quoddam quasi juventutis monopolium exercuerunt, summæ indolis juvenes aucupantes & ad exteras scholas transmittentes, quo nobilissimæ familiæ ipsorum inficiantur veneno, & rebellionis fax atque progenies nobis infestissimè perpetuò alatur. Porrò ex acerrimis dissidijs, quæ non ita pridem inter Iesuitas, illisque adhærentes Sacerdotes seculares, cum alijs quoque secularibus presbyteris intercesserunt, rationes offensionum, quas utriusque sectæ homines, contra nos nostrumque Regnum conceperunt, diversæ emerserunt: nimirum, Iesuitas omnes cum socijs suis conjuratis presbyteris secularibus, eò cogitationes suas omnes contulisse: ut Principes exteros non modò ad occupandum Regnum nostrum, verùmetiam ad nos ipsos occidendum excitarent, reliquos verò seculares presbyteros à prioribus opinione magnopere distractos, non solùm in aliorum propositum, tanquam maximè execrandum & detestandum verbis ac scriptis suis libellè fuisse invectos, verùmetiam non abnuisse sanctè profiteri, se semper paratissimos forè, qui rebellionis hujusmodi conjurationes ac tumultus omnes, vel primi prodere velint, armisque propulsare.

Iesuitæ non solùm Papæ sed etiam Regi Hispaniarum devotissimi sunt.

Iesuitæ rebellionum & factionum auctores.

Iesuitarum curiositas in Regnorum arcanis exsulrandis.

Iesuitæ plagiarij rebellionis doctores.

Quapropter tametsi pro ea opinione, quàm de his concepimus, in discrimine aliquo exigendi ab ijs destinatum ex lege supplicium, propensiorem erga hos voluntatem nostram volumus ostendere: tamen hi quoque ita sunt in nos animati, itaque se gerunt, ut (quamvis natura nostra alioquin ad misericordiæ occasionem vel tenuissimam amplectendam promptissima semper fuerit) nunc expectatio clementiæ cum regiminis nostri dignitate, cum utilitate subditorum; cum Regni securitate diutiùs consistere non possit. Cuivis enim manifestum est nimis hos Iesuitarum factionibus, quamvis plurimùm adversantes, tamen in eadem animi obstinatione convenire. Namque prætextu conscientiæ (illudendi genus periculosissimum) subditorum animos ad se pellicere conati sunt, & ad Papam hostem nobis infestissmum pertrahere, ut hoc pacto partes adversariæ augeri & stabiliri, nostræ verò convelli atque labefactari possint: id quod cùm Regimini nostro pernitiosum, tum ex legibus benè constitutæ Reipublicæ minimè ferendum est: Cùm præsertim hic hostis more Principis secularis in aperta acie vexillum suum jam adversus nos extulit, atque erexit, assiduè nova stratagemata & artes bellicas contra nos instruens atq; adornans. Prætereà satis assequi aut mirari non possumus (nisi fortè abusu lenitatis nostræ hoc contigit) quid tandem eos in eam impulit amentiam, ut subditis ferè nostris omnibus, tam bonis qui gravatè id ferant, quàm improbis, qui id ardenter & sitienter exoptant, jam penè persuaserint, eo nos esse animo, ut vel uno in Regno Religionis cultum duplicem facilè admittere velimus. Novit autem Deus Opt. Mag qui cordis nostri recessus intimos perscrutatur, & cui soli hanc gratiam referimus, nos in istam sententiam nunquam descendisse, ne per somnium quidem, & ex ijs qui nobis adfuerunt, neminem, propositi hujusce vel tenuissimam persuasionem nobis innuisse, qui mos si obtineat, pax Ecclesiæ & status nostri dignitas labefactetur, necesse est.

Deinde intelligimus, (ex quo etiam magis emineat præceps eorum audacia) hanc eorum de Religionis suæ tolerantia spem, cum intolerabili licentia atque impudentia esse conjunctam.

Religionis Rom. tolerantia arcana multorũ malorum in Anglia causa.

Iesuitæ & Sacerdotes ex Anglia proscribuntur.

junctam. Nam vel in summa luce in publicum prodire cœperunt, incarceratos palam salutare, & (non sine contemptu legum maximo) Religionis suæ munia exequi & ritus celebrare. His & alijs modis, nullo modo ferendis, irritare non desinunt legum vigorem, qui (propter rationes jam expositas) aliquandiu quasi consopitus jacuit. Cum potiùs, (si unquam) nunc maximè præscribere sibi modum debuissent, seduloque præcavere, ne clementiam tam singularem, quæ nunquam nisi necessariò parere severitati potuit) sua tam insigni insolentia repellerent.

Porrò hoc, quo ad istos homines ingratos nimiùm parumque consideratos connivere quodammodo videbamur, aliud quoque malum invexit: videlicet homines alij rebus novis proni, & opinionibus suis addicti nimis, eò prolapsi sunt temeritatis, ut lenitatem nostram libellis suis publicis vehementius exagitent, nobisque negligentiæ notam inurant, ac si ab ipsis solis Religio sustentata & propugnata esset. Hi, quòd innocentiam nostram traducentes, piorum animos offendunt, (qui cum Pontificiæ sectæ inimicissimi, tum istorum petulcis ingenijs adversarij sunt) certè non debent ferre impunè. Quin etiam ut Regni nostri, (cujus administrationis ratio omnis: Ecclesiastica & Politica Senatus, quem Parlamentum dicimus: Consultis decretis communibus sanciri & confirmari solet) scandalis, periculis incommodis omnibus necessariò occurratur: Ministri & Officiarij nostri omnes, quibus Reipub. cura concredita est, admonendi sunt, quàm nobis vehementer displicuerit, quòd tantùm de officij sui severitate remiserint, ut in apprehendendis Pontificijs Sacerdotibus, ex legibus sibi imperatam diligentiam rarò admodum præstiterint. Nos igitur hæc nostra monita atque imperata publicè promulgari volumus: in quibus rogamus & jubemus Iesuitas & cum eis conjunctos & consociatos presbyteros seculares omnes jam libertatem nactos ex Dominijs & Territorijs nostris, quamprimum discedere, nec per importunam moram suam nos vehementius incendere velint: ut ipsos ex rigore legis sceleira vindicemus. Sacerdotes quoque alios Iesuitarum impietatem nonnihil aversantes nunc in libertate constitutos ante primum diem Ianuarij proximè subsequentis, Regnis nostris exulare mandamus. Illos tantùm excipimus, qui ante diem indictum, Consiliariorum nostrorum cuiquam aut Cambriensi vel Eboracensi præsidi, aut Diœcesium Episcopis præsentes sese exhibuerint, & agnoscentes suum erganos obsequium ad nostram se clementiam receperint: de quorũ submissione intra dies 20. per præsides, &c. Episcopos ubi acceperimus, ita cum illis actuari sumus, ac pietas & æquitas ipsa postulaverit.

Iesuitæ & Sacerdotes ex Anglia proscribuntur.

Deinde Iesuitis & Sacerdotibus Pontificijs alijs omnibus tam secularibus quàm regularibus sive in Regno, sive extra Regnum agentibus, interdicimus, ne quovis prætextu in Regnum revertantur. Nisi Iesuitæ, & qui se illis addixerunt seculares Presbyteri ante dies triginta, reliqui verò seculares Sacerdotes à prioribus opinione divulsi, ante primum diem mensis Februarij, postquam hoc edictum denunciatum est, portum aliquem maritimum petierint, navemque conscenderint in Regiones exteras trajecturi, tum illos illisque subsidium ullum exhibentes (ubi deprehenduntur) Ministris nostris pro legum nostrarum summo jure pœnis afficiendos esse permittimus: ibique in Magistratibus omnibus, quibus Reipublicæ administratio demandata est, ex hoc nostro mandato significamus. Quo etiam Regnum nostrum ab hujus pestis contagione facilius liberari possit: hoc edicto præsidibus nostris, Vicepræsidibus, Cõmissarijs, Iustitiarijs, Prætoribus, Vicecomitibus, Balivis, alijsque cuiuscunque ordinis Magistratibus omnibus severè præcipimus, ut in suo quisque munere exequendo curam omnem & diligentiam adhibeant, locos omnes sedulò pervestigent, ac perscrutentur (qui vel ex opinione sua, vel per significationem aliorum suspicionum ullam afferant) & Iesuitas & seculares presbyteros omnes apprehendant, & nostris denique consiliarijs rationem reddant tandem, quàm probè suo munere sint perfuncti, nec per negligentiam suam permittant, ut dum alios legum pericolo liberare velint, ipsi involvantur.

Religionis Rom. tolerantia arcana multorũ malorum in Anglia causa.

Summa Edicti Reginæ Angliæ contra Iesuitas.

In hoc Edicto Seneriſſima Regina de Iesuitis testatur *primò*, quòd alienâ potestate, nempè Papæ & Hispaniæ Regis permoti, in Angliam ingressi sint, quò populum à veræ Religionis, adeòq; fidelis erga Reginam subjectionis studio abducerent. *Secundò*, cùm Don Giouan Regnum Hiberniæ occupare, seseque Regem ac Dominum illius declarare conatus esset, quòd Iesuitæ hujus facinoris & molitionis suasores & quasi buccinatores fuerint, vel ipsis Hispanis testibus, in maximas tum angustias redactis. & infortunium suum deplorantibus. Regni enim Hispaniarum persuasisse Iesuitas, Anglicanas vires ita concissas, Hispanicas contra tantas, tamq; firmatas esse, ut de victoria minimè dubitandum sit. *Tertiò*, Iesuitas ad hostiũ Reginæ laudes prædicandas, subditos Angliæ partes adversarias pertrahendos, & ad interitum Reginæ totiusq; Regni machinandum, consensu maximo, vel intra Regnum malitiosè conspirâsse. *Quartò*, Iesuitas subditis Angliæ jam ferè persuasisse, ut arma contra Reginam suscipiant, & copias suas cũ ijs hostibus conjungant, quos

Papa ad Regnum hoc subjugandum miserit. *Quintò*, Iesuitas in omnibus Regni Anglicani negotijs sese immiscuisse, publicè quoque & privatim de Regno & Corona Anglicana decreviſſe. *Sextò*, Iesuitas quoddam quasi juventutis monopolium instituisse, summæ indolis juuenes aucupantes, & ad exteras Scholas transmittentes, quò nobiliſſimæ ipsorum familiæ veneno Iesuitico inficiantur, & rebellionis fax perpetuò alatur. *Septimò*, Iesuitas omnes, cum aliquibus Secularium presbyterorum, eò cogitationes suas omnes contuliſſe, ut principes exteros non modò ad occupandum Regnum Anglicanum, sed etiam ad Reginam ipsam occidendam excitârint. *Octavò*, Iesuitas subditos à Principum suorum amore & obedientia, ad Papam illorum hostem infensiſſimum seducere.

Fuit igitur hæc ratio omnium mitiſſima & justiſſima prohibendi Iesuitas finibus & Regno suo: cùm nullus unquam Princeps extiterit, qui eos tolerârit, & non summo potiùs supplicio affecerit eos, qui intra ditionem suam legitimos Reges abrogarent, aut subditos ab imperio eorum abstraherent, vel ad arma; parricidia & proditiones excitarent.

Mors Reginæ Angliæ & quæ ejus mortem proximè sequuta sint.

Sequente anno milleſimo sexcenteſimo tertio, April. 4. die Sereniſſima Regina Angliæ Elizabetha moritur. Hîc verbis satis exprimi non potest, ut illam mendacijs obruerint & convitijs lacerârint Iesuitæ eorumque asseclæ laici, & Eccleſiaſtici inprimis post & ante mortem ejus. Appellârunt eam immitem, crudelem, humani sanguinis avidam, Christiani nominis hostem acerrimam & persecutricem, lupam, denique Anglicanam, & ut talis fuiſse ab omnibus credatur, quantum ingenij viribus valent, etiamnum hodiè annituntur. Texuerunt Catalogos eorum, qui toto Regni ejus tempore, quod longiſſimum fuit, vel ob proditiones & parricidia, vel ob nefas aliud legibus Regni vetitum, supplicio affecti sunt: deinde istud esse Anglicanum martyrologium miseris populis, & rei veritatem ignorantibus persuadere conantur. Videre est in Iesuitarum nonullorum aliorumque libris de persecutione Anglicana, Papistarum alios ferarum pellibus insutos à rabidis canibus & moloſſis dilaniari; alios ad equorum præsepia alligatos fœno ibi pascendos. Cernas, glires, pelvib. incluſos Papistarum viscera exedentes. Omitto alias suppliciorum diras & horribiles species, in cerebris fingentium pingentiumque Iesuitarum & similium impiè & scelestè natas, neque in Angliæ Regno unquam visas vel auditas. Si quę autem supplicia maximè sumpta sunt, pauciora tamen illa sunt per totum spatium Regni Eliſabethæ, quod fuit annorum 5. supra 40. quàm per 4. annos Reginæ Mariæ, de quibus inter alios altiſſimum est silentium. De sumptis autem supplicijs, quam causam juſtam habent conquerendi Iesuitæ & alij? Licuit Romano Pontifici Pio V. Reginam, in quam tamen nihil prorsus juris vel potestatis habuit, diris devovere, omnes sibi morigeros Reges, Principes & populos in ipsius pernitiem & universi Regni ruinam excitare: Reginę verò & proceribus Regni pestẽ hanc & ruinam avertere & vim vi repellere non liceat? Ausi sunt Iesuitæ, Cleri & Laici, domestici & peregrini seditiones in Angliæ Regno periculoſiſſimas concitare, ad parricidia, cædes, omnis generis dolos, fraudes, consilia sanguinolenta & nefaria facinora plurimos instigare & impellere, inque necem Reginæ & consiliariorum ejus conspirare: & Regina Consiliarijque ejus de seditioſis illis, proditoribus, latronibus, ac parricidis non supplicia & meritiſſimas pœnas sumere audeat?

Iacobus Rex Scotiæ succedit Reginæ Angliæ.

Seneriſſimæ Reginæ Eliſabetæ in Regno succedit Sereniſſimus Iacobus VI. Scotiæ Rex. A primo autem ejus in Angliam adventu non tres vel quatuor menses effluxerunt, in quibus non aliqua contra illum fabricata sit conspiratio vel proditio à Papistis; quos inter Iesuitæ primas semper tenuerunt. Scribit etiam doctiſſimus Casaubonus ad Frontonem Ducæum Iesuitam pagina 52. Watsonum & Clercum, Sacerdotes seculares, Regem Iacobum vix Angliam ingressum, nondum certè coronatum anno milleſimo sexcenteſimo tertio machinatione clandestina, tollere de vivis aggressos esse: Et hanc quidem primam conspirationem in Regis perniciem, postquam in Angliam appulit in apertum & hominum cognitionem veniſse. Captos autem & tortura interrogatos, dixiſse illos, sæpèque & constanter affirmâsse, se, cùm sua consilia Iesuitis in Anglia tum degentibus communicâssent, petijssentque ab ijs, ut tam præclari scilicet incepti participes esse vellent, hoc responsum tuliſse; *Non posse Iesuitas illis sese adjungere, ut qui suam ipsi quoque parilem telam orsi, memorabilem in omne ævum technam pararent, tempore opportuno exitum habituram: pergerent modò illi in hoc suo instituto, & rem agerent strenuè*: quo responso nihil aliud quam pulverariam vocant, significârunt, de qua posteà

Videatur Tutuam Torti pag. 14

Hispanus denegat Iesuitis auxiliũ contra Anglũ.

agetur,

agetur, eoque haud obscurè demonstrârunt, se ejus mox post ingressum Regis Iacobi in Angliam conscios & coadjutores fuisse. Et omninò ita erat. Nam etsi anni demùm 1605. mense Novemb. patefacta est conjuratio ista, prima tamen ejus initia anno primo Regis Iacobi, & secundi principio jacta esse, ex Watsoni & Clerci presbyterorum testimonio liquidò constat, tum verò multò magis ex ijs quæ infandæ hujus proditionis rei apud Iudices confessi sunt. Hæc Casaubonus.

Haud diu post Cristophorus Vurigth ab Henrico Garneto, qui etiam per eum ad rem accelerandam ad Cresuuellum Iesuitam literas dederat, itemq; à Catesbeio & Treshamo ex parte Anglorum Romanè-Catholicorum submissus fuit in Hispaniam, tum ut Reginæ Elizabethæ mortem nuntiaret, tum ut negotium de Anglia invadenda & pensionibus submittendis urgeret. Vno vel altero mense post adventum Vurigth, in Hispaniam, eò etiam venit Guido Fauukius, qui 22. Iunij Bruxellis Brabantiæ missus erat à Guilielmo Stanleio, Hugone Ouueno, qui se plurimis proditionibus multos jam annos contra Reginam immiscuerat, & Balduino Iesuitico in Belgio Legato ordinario, qui etiam Guidoni literas ad Cresuuellum, ut rem studiosè diligenterque curaret, perferendas dedit.

Iacobus Rex Scotiæ succedit Reginæ Angliæ.

Guuidoni Fauukes impositum erat à prædictis, priusquam Iacobus Rex vel de facie illis notus erat, ut Regi Hispaniarum significaret, Regem Angliæ asperius cum Romane-Catholicis acturum, & eandem viam Reginæ Elizabethæ ingressurum: nec non ut obsecraret Regem copias in Angliam ad Milfordum portum submitteret, ubi Angli Romanè-Catholici præstò illis futuri sint, eodemq; tempore cohortes, quæ è Belgio Spinolæ triremibus transvehendæ essent, ubi possent commodissimè terram conscenderent. Hæc Cbristophorus Vurigth & Guido Fauukes Hispaniarum Regi seorsim exposuerunt, Rex autem tunc illis respondit, *Se posthac bis similibusque postulatis eorum aures præbere nolle, quòd Legatum in Angliam ad Regem de pace tractanda misisset.*

Videatur tia Tuturam Torti pag. 14

Hispanus denegat Iesuitis auxiliũ contra Anglũ.

CONSILIVM & FACINVS *inauditum de* Pulvere *fulminali extirpando in* Anglia Rege, Regia Familia, Proceribus *& præcipua* Nobilitate Anglicana.

CVm Hispaniarum Rex non ampliùs probaret Consilium de copijs in Angliam transmittendis, propter pacis inter utrumque Regem tractationem, & propterea vi ac armis nihil ultrà possent, ad occulta molimina protinus, confugerunt. Nam primò ut Mercurius Gallo-Belgicus refert tom. 5. lib. 1. pagina 104. mense Maio anni 1603. quinque ex Scotia oriundi in vincula Londini conjecti sunt, à Iesuitis, ut ferebatur, subornati, ut eo die quo coronationis solemnitas perageretur, excitato diversis in locis ingenti incendio, turbas Londini quàm maximas darent, quibus quod insidiosè decretum esset, in actum eò commodiùs produceretur.

Secundò, consilia de pulvere fulminali agitârunt. In cujus sceleratissimi & à multis seculis inauditi facinoris descriptione octo inprimis considerabimus ordines: primo personas per quas: 2. in quas: 3. quo tempore: 4. quo loco: 5. quibus medijs: 6. quem ad finem inauditum hoc facinus tentatum sit: 7. occultam ejus moliendi rationem: 8. admirabilem ejusdem detectionem.

Personæ delinquentes in hoc facinore pulverario Laici.

Personæ delinquentes, & præcipui hujus facinoris authores, fuerunt Laici nonnulli & Clerici. Laici fuerunt nobili genere orti & eximijs naturæ dotibus ornati: Percius, Gulielmus Stanley, Guido Faunkes, Ioannes Talbot, Thomas Winter, Robertus Keies, & Catesbeij famulus, & Franciscus Tresham. Persicus ex familia Comitis Northumbriæ fuit: Stanley & Talbot ex honoratissimis familijs: Thomas Winter Generosus, Robertus Winter, armiger, Guido Faunken Generosus, Ioannes & Christophorus Vurigts Generosi & Regis, ut vocant, Pensionarij.

Catesbeius primarius author facinoris.

Ex indubitatæ autem fidei Actis, quę de hac conjuratione sunt edita, potest intelligi, Robertum Catesbeium, Regis armigerum, & nobilem primarium, hujus dramatis primum auctorem fuisse: & statim, ut de Rege armis pellendo, & auxillijs Hispanicis spes esset amissa, nullâ interjectâ morâ, à vi aperta ad dolos, & Sinonias artes sese contulisse. Cumque

dies noctesque de aliquo immani facinore perpetrando cogitâsset, tandem machinationem per pulverem tormentarium, ipsissimo haud dubiè Satanâ, qui à principio homicida est, suggerente, idem excogitavit, alijsque deinde, ut se dabant opportunitates, horribile secretum indicavit, & incepti socios sibi accivit. Et certè admiratione digniſſimum, inter homines aliquem repertum fuisse, qui scelus adeò inhumanum adeò impium excogitaret; semel excogitatum approbaret, & ad facinus patrandum ita animo obstinato pergeret, ut ne tam longi temporis intervallo quidem, morsus conscientiæ ullus, aut pœnitentia aliqua mentem subiret. Quid dico de pœnitentia? Certum est, pleroſque complicum ad suscipiendum scelus persuasione meriti esse impulsos. Itaque Ioannes Grant perduellium unus, quo die supplicium de ipso ad portam Occidentalem, Ecclesiæ Cathedralis Sancti Pauli Londini sumendum erat, monitus à Ministro verbi Dei, rediret nunc saltem ad se, & veniam delicti, seriò pœnitens à Deo peteret; respondit, *Satis se acceptum habere, in suscepto negotio adeo nihil delicti fuisse, ut è contrario consideret generosi incepti id esse meritum, quod pro satisfactione omnium suorum in catera vita peccatorum abundè sufficeret.* Ex quo intelligitur, quàm sint parricidæ & sicarij isti Regibus & Principibus metuendi. Nam quis satis tutus ab ijs esse potest, qui cædes infandas & detestanda parricidia dissidentium à se in Religionis causa, viam esse in cœlos & sedes beatorum compendiariam atumant & sibi persuasissimum habent?

Clerici in hoc facinore qui.

Quod ad Clericos attinet, testatur Eduardus Coke Eques auratus, & Procurator in Anglia Regius Generalis in Actis Henrici Garneti pag. 20. se nullam proditionem meminisse in Anglia, cui non Sacerdos Romanè-Catholicus interfuerit: in hac verò, de qua agimus, Iesuitas plures non solùm sese immiscuisse, sed etiam præfuisse dicit. Ex illis tres sunt Legati ordinarij in Anglia Henricus Garnet aliâs Vualley, Iesuitarum in illo Regno Superior: in Hispania Gresuuellus: in Belgio Balduuinus, ut Romæ Personius; præter emissarios suos, quales fuerunt Gerardus, Oswaldus, Tesmond aliâs Greenuuelt, Hamond, Haull, & alij ex Iesuitica Societate. De quibus in Actione Henrici Garneti jussu Magnæ Britaniæ Regis in lucem edita sic scribitur pagina 1. & 2. *Henricus Garnet Superior Iesuiticæ Societatis in Anglia, Oswaldus Tesmond & Ioannes Gerard Iesuitæ, Robertus Vuinter Armiger, Thomas Vuinter, &c. contra Regiam Majestatem convenerunt. Et Hnricus Garnet, Oswaldus Tesmond, Ioannes Gerard alijque Iesuitæ malitiosè, perfidè & proditoriè Thomæ Vuintero, Guidoni Fauukes, Roberto Keies, &c. confirmârunt & persuaserunt, Serenissimum Regem Angliæ, Proceres & præsules, universamque Regni Angliæ plebem exceptis Papistis, esse hæreticos, omnesque hæreticos anathematis vinculo esse innodatos & excommunicatos, nullumque posse regnare: sed licitum meritoruimque esse Regem & singulos in Anglia hæreticos è medio tollere, ad promovendam & propagandam fucatam illam & usurpatam Pontificis Romani authoritatem & jurisdictionem, & ad superstitiosam illam Romanam Religionem in Anglia restaurandam. Cui proditoriæ persuasioni Thomas Vuinter, Robertus Catesby, Guido Fauukes, Robertus Keyes, &c. perfidè assensum præbuerunt. Et inde Henricus Garnet ille, Oswaldus Tesmond, Ioannes Gerard & alij Iesuitæ, Thomas Vuinter, Robertus Fauukes, &c. perfidiosissimè consenserunt, & conspirârunt pulvere sulphureo, sive fulminali, quasi uno flatu erumpente Regem, &c. atrocissimè ex improviso in altum efflare, membratim discerpere & funditus è medio tollere.*

In Tortura Torti legitur, Iesuitam Tesmundum. Batesio cuidam persuasisse, in hac pulveraria conjuratione & facinore inaudito, nec periculum, nec peccatum ullum subesse; licitam esse & magno bono futuram, animumque ejus ad facinus firmâsse, & Eucharistiam insuper ei dedisse. Refertur ibidem, Iesuitam Gerardum uno eodemque tempore quinque simul viris, de conspiratorum numero, juramentum taciturnitatis detulisse, quòd per Sacram Trinitatem, perque quod tum sumpturi erant Sacramentum, nec revelarent rem illam eorum tum fidei commendendam, nec nisi veniâ à reliquis datâ, unquam ab executione desisterent: & juramentum post, datâ illis Eucharistiâ obsignâsse. Iesuita Oldcornus seu Hallus, detectâ demum conjuratione, quasi bonum factum defendit, nec quia successu caruit, ideò non laudandum. De Garnetto suo loco dicemus. Hoc loco unicum tantum de illo referam: Cùm primùm nunciaretur ei detectam esse conjurationem pulverariam & facinus inhumaniſſimum, *At, at*; dixisse illum aiunt, *actum ergo de tota Societate nostra.* Quæ verba satis magno argumento sunt, Iesuitas in hoc facinore vel consultores vel consen-

P. 280 *Tesmundus Iesuita.*

Gerardus Iesuita.

Oldcornus Iesuita.

Garnetus Iesuita.

consentientes fuisse : sin minùs, nullam certè trepidandi & timendi causam habuissent. Neque ipsi proditores vel in judicio criminali, vel in ultimo supplicio negârunt, Iesuitas & consultores & consentientes fuisse. Greenuuellus etiam, aliâs Tesmundus, à quo rem totam, reique partes singulas resciuit Garnetus, & à quo omnia speciatim audivit Iesuita fuit. *Act. in pro. p. 102.*

Et tamen M. Tortus scribit, in hoc conjurationis scelere, non ullum Iesuitam, vel consultorem, vel consentientem ullo modo fuisse. Tam manifestum hoc Torti mendacium est ut omnem omninò pudorem & conscientiam ipsum exuisse meritissimè videri ac dici queat.

Modus agendi. Hi Clerici & Laici rem ipsam hoc modo aggrediuntur. Robertus Catesbeius, primarius in Anglia nobilis, accersitum ad se Thomam Winterum, quum sciret in Belgium eum iter susceperturum, hortatur, ne curam Religionis Pontificiæ in patria restaurandæ abijciat. Respondet ille, paratum & promptum sese quidem esse causam Pontificiam etiam cum jactura vitæ suæ promovere; modum autem & viam quâ id commodè fieret, ignorare. Eam verò se scire Catesbeius respondit Parlamenti nimirum domo, Rege Reginaque cum liberis suis, cunctisque proceribus, proximis Regni Comitis in ea congregatis, pulveris tormentarij nitrati vi, ex fundamentis erutâ & subversâ. Exhorresçit primò Winterus ad mentionem hujus tam horrendi facinoris : operam tamen suam in exequendo eo ipsi tandem pollicitus est, omni etiam vitæ suæ periculo neglecto. Convenit igitur inter eos, ut in Belgium profectus Thomas Winterus, aliquem inde secum in Angliam adducat, cujus operâ negotium hoc commodè in actum perduceretur. Commorari autem in Belgio quendam Guidonem Fauukes Catesbeius dicebat, quo magis quidem ad hanc rem perficiendam idoneus, inveniri non possit. Winterus in Belgium veniens, cum Ovveno quondam Iesuita de hoc suo proposito confert, qui confirmatum mirificè in Angliam redire jubet, promittens se Guidonem illum, hac de re benè informatum, brevi etiam eodem transmissurum. Nec mora illa, cùm vix Ostendam assecutus esset Vuinterus, ecce Iesuitæ hortatu eodem pervenit Guido ille, & in Angliam sine mora cum Vuintero traijcit. Dum abesset autem Vuinterus, communicat hoc suum consilium Catesbeius cum quibusdam alijs : itaque reverso jam Wintero, quinque sequentes, Rob. Catesbeius, Thomas Percius, Thomas Vuinter, Ioan. Vurigth. & Guido Fauukes ad Sanctum Clementem congregati juramento præstito invicem se obstringunt, quòd quorum conscij essent nihil effutire vellent, ad Missam abeunt & Eucharistiam accipiunt, ministrantibus illam eis Iesuitis & in proposito eos confirmantibus.

Ovvenus Iesuita.

Cùm etiam animadvertisset Catesbeius famulum suum Thomam Bates curiosiùs observare, & quasi in suspicionem vocare quid dominus ejus moliretur, in ædes suas apud Puddte-uuharfe eum accersit, & Thomâ Vuintero adstante interrogavit, quidnam ille suspicaretur de suis & sociorum conatibus cùm jam pridem accuratè illos observârit? Bates respondit, se suspicari illos aliquid magnum & periculi plenum quicquid illud sit, machinari. Hinc iterum interrogârunt eum, quodnam esse opinaretur? respondit, se opinari eos aliquid periculosum de ædibus Parlamentarijs moliri, quia ad domum proximam conducendam ab illis missus fuerit. Tunc Batesium ad jusjurandum adegerunt, ut rem omnem celaret. Cum jurâsset rem omnem illi communicârunt : ad Eucharistiæ etiam sumptionem eum hortati sunt, propter majorem cautionem & rei occultationem. Hinc Tesmondum Iesuitam, ut peccata ei confiteretur, accessit, & inter confitendum significat, rem admodum periculosam & maximi momenti, quam Catesbeius & Vuinterus sibi communicârint, occultandam esse, seque vehementer dubitare, an licitum sit, ideoque Iesuitam consuluit & rem omnem ei apparuit, Iesuita autem, qui ex conjuratis jam ante erat, illi persuasit, id licere maximè ejusque animum ad facinus firmavit, jussitque, ut quod dominus ejus illi significârit, quàm maximè occultaret. Adjunxit præterea, in occultatione neque periculum, neque peccatum subesse, eumque absolvit: & Bates cum domino suo Catesbeio & Vuintero Eucharistiam sumpsit. Bockuuodus etiam, fide ad rem occultandam jurejurando præstitâ, cùm ex Catesbeio cognovisset, machinationem illam ad Regem ac Regnum extinguendum pertinere, attonitus & stupore percussus, dixit, *salvâ conscientiâ tantum sanguinis innocentis effundi non posse.* Catesbeius autem respondit, sibi à Iesuitarum Superiore Henrico Garneto planè persuasum esse, sine aliqua conscientia offensa id fieri posse. Hamondus Iesuita quoque conjurationis socios omnes in ædibus Roberti Vuinteri absolvit die Iovis

Hamõdus Iesuita.

Iovis proximè post proditionem detectam, cùm jam parricidæ arma induissent,

2. *Personæ contra quas machinatio hæc instituta.*

Personæ contra quas hæc diabolica machinatio susceptа erat, flos totius regni fuerunt. Primaria fuit Rex ipse Angliæ, adeoque legitimus conjuratorum Magistratus, ad quem diadema regium hæreditario jure pertinuit: deinde Regina: tertiò, regia soboles mascula, quæ Anglici Regni unica spes, solatium, vita & anima est: quartò, prudentissimi Regis Consiliarij fidelissimi proceres, reverendi Præsules, gravissimi Iudices, præcipui Equestris dignitatis, Generosi Comites, Cives & Parlamenti assessores: Vt si consilium & machinatio hæc illis ex animi sententia successisset, nullus in Anglia futurus fuisset Rex, nulla Regina, Princeps nullus, proles mascula regia nulla, Regni consiliarij nulli, Proceres nulli, nulli Episcopi, nulli Iudices.

3. *Quando consilium hoc initum.*

Consilium autem hoc immanissimum initum est anno primo Iacobi Regis, adeoque illo tempore, quo insignem clementiam in exordio Regni sui erga rebelles exercuit, & per integrum annum, quatuorque menses legibus mulctam inflictam ab illis nullam exigeret. Tantum etiam à severitate Regia majestas abfuit, ut præter indultam illam gratiam, omnes dignitate pariter & honore promoverit. Non tamen hoc pacto ad sanitatem revocati fuerunt, sed deteriores Iesuitarum adhortationibus ac stimulis evaserunt.

4. *Locus huic facinori destinatus.*

Locus autem huic facinori destinatus sacræ Parlamenti ædes fuerunt, in quibus Senatus ex omnium totius Regni hominum genere congregari debuit. Hunc locum propterea se huic facinori destinâsse dixerunt, quòd præteritis temporibus iniquæ leges in eo contra Romane-Catholicos latæ ac promulgatæ fuissent. Sed verissimam causam ex conjurationis fine intelligimus.

5. *Finis tam execrandi facinoris.*

Finis hujus facinoris fuit, ut Rex, omnesque totius Regni proceres, in hoc loco congregati, delerentur, & universus totius Regni status funditus subverteretur.

6. *Modus progrediendi in hoc facinore.*

Sextò, progrediendi rationem in hoc scelere, & instrumenta quod attinet, Parlamenti congregatio ad Februar. 7. diem instituta erat: ut igitur tunc diabolica hæc machinatio in effectum perduceretur, Thomas Percius domum Parlamenti ædibus contiguam certo pretio conducit, ut cuniculis sub fundamento Parlamenti agendis, operam dare commodius possent. Sed & domum aliam pro tormentarij pulveris & lignorum, quibus ad hanc rem opus esset, comportatione conducunt, unde nocturno tempore transferre illa ad domum Parlamento proximam, commodè possent. Domus hæc Lamberti cujusdam erat apud quam divertere Catesbeius plerunque solebat, qui famulum etiam Lamberti, Robertum Keest nomine, ut eò secretiora & tutiora essent omnia, in societatem sceleris pertraxit. Sub initium Decembris cùm difficultatem cuniculos sub muro Parlamenti tres perticas crasso, agendi sentirent, seque perficiendo operi non sufficere viderent, duos adhuc alios juramento obstrictos, Christophorum Vurigth & Robertum Vuinterum sibi adjungunt. Pergunt ergo jam in suffodiendo muro strenuè, Guidone Fauukes in excubiis interea constituto, ut si fortè accederent aliqui, certo signo cessandum à labore esse, eos moneret. Accidit autem ut dum in opere essent, strepitum quendam quasi carbonum, in cella subterranea proxima audirent. Ablegatus igitur eo Percius, ut carbones prostrare intelligit, illis certo precio coëmptis, cellam negotio suo admodum oportunam conducit, eamque cadis seu vasculis 36. tormentarij pulveris replet, vectes etiam ferreos, lapides & ligna cadis superimponit, ad majorem perniciem & vastitatem. Differtur interea publicis literis Parlamenti congregatio in mensem Octobrem, atque porrò ad 15. Novemb. diem reijcitur. Proficiscuntur igitur rebus omnibus jam constitutis & perfectis domum conjurati: Guido autem Fauukes in Belgium ad tempus concedens, Guilielmo Stanleio, & Oveno Iesuitæ, quid effecerint exponit: erat enim inter eos ita conventum, ut quem fidum quisque nosset, eum hac de re edoceret.

7. *Occultatio facinoris.*

Ad consilij autem hujus seu propositi truculentissimi occultationem his potissimum rationibus usi sunt. Primum, Catesbeius Marchioni Spinolæ ut equitum turmæ in Belgio præesset, commendatus est, ut hoc prætextu sine omni suspicione conjuratos equis instrueret. Deinde, Iusjurandum omnes, tam pro taciturnitate, quàm perseverantia & constantia in proditione præstanda jurârunt. Iuramenti autem formula hæc erat: *Iurabis per sacram Trinitatem, & per id quod jam sumpturus es sacramentum nunquam vel directè vel indirectè, verbis aut circumstantijs istam rem revelare, quæ tuæ jam commendanda fidei, neque ab exequutione hujus desistere, donec reliqui tibi veniam concedant.* Iuramentum hoc

Iuramẽtum cõjuratorum.

Iacobi Regis Anglia de hoc facinore querela.

Iesuitarum precatio hac est: Gentem auferat perfidã credentium de finibus, ut Christo laudes debitas persolvamus alacriter.

Catesbeio, Percio, Vurigtho & Thomæ Wintero uno eodemque tempore, per Gerardum âliâs Lee & Broke nominatum, Iesuitam, alioque tempore Bateſio & reliquis per Grenuuellum aliâs Oſvvaldum Teſmond Iesuitam datum eſt.

8. *Detectio facinoris mirãda.*

Denique deteſtandum hoc facinus, ab uno conjurationis ſocio qui invitus & juramentum & ſacramentum accepit, ſubobſcuris literis ad Dominum de Monte-Aquilæ datis, detectum eſt: conjurati pleriq; comprehenſi ſunt & commeritas pœnas luerunt. Hæc cùm ita ſint, non injuria Eduuardus Coke Eques auratus & Procurator Regius in Anglia hanc conjurationem appellat *Ieſuiticam*, ut ad Iesuitas ex congruo & condigno ſpectantem: hi enim ut intelligit Lector, architecti ejus fuerunt, ut eſt videre in Actis Garneti pag. 66. In hujuimodi autem criminibus plus peccat Auctor quam Actor.

Iacobi Regis Angliæ de hoc facinore querela.

Sed de hoc inaudito & horrendo facinore Rex ipſe Britãnię majoris ſic ſcripſit, & veritatem ejuſdem contra nefarias quorundam calumnias veritate regâ his verbis aſſeruit. *Horrenda illa & prodigioſa conjuratio* (inquit Rex) *quæ per tormentarij pulveris impetum deſtinabatur, de cujus flagitij immanitate nulla unquam ætas conticeſcet (quanquam illius mentio tam ſæpè repetita Parſonij animum perfodiat) non in me tantum, meoſque poſteros inita, publicos etiam Regni ordines evertere ac delere inſtituerat: nec alij tantifacinoris auctores, quàm Papiſtæ aliquot, præpoſtero ſuæ Religionis ſubvehendæ zelo ad hanc immanitatem inductis. Ex ijs nonnulli tantâ pertinaciâ obſtinaverant ſcelus, ut nec in ſupremo vitæ articulo deteſtarentur ſuum crimen, ſuppremiſque verbis, & penè ſuperveniente morte præciſis Reos ſe ullius flagitij confiteri abnuerent, aut petere cogitati facinoris veniam, niſi priùs Romana Eccleſia hoc tantæ conjurationis conſilium ſuâ ſententiâ damnaviſſet. Nec multò poſt innotuit, non paucos ex morum ſubditorum numero, qui Romanam Religionem profitentur, omnis conditionis & ſexûs, alios domi, alios foris, & apud gentes exteras, canfuſâ & obſcura ſignificatione reſciviſſe, magnum aliquid, quo Romanæ Eccleſiæ utilitas promoveretur, in id coeuntium ordinum tempus comparari: quanquam illis, ne vulgata res ſecretum omne panderet, deſtinatæ rei modus, ac conſiliorum ratio nequaquam proderetur. Sed & certæ precationum formulæ conceptæ, à multis uſurpatæ, quibus proſperos ſucceſſus tanto & tam gravi negotio precabantur. Ipſi quoque conjurationis auctores, atque architecti inconſtantiæ ſuæ pignus & ſilentij auctoramentum ſæpius multorum Sacerdotum Miniſterio Euchariſtiæ Sacramento ſumpto animos ſuos ad flagitium obſtrmârunt. Quidam etiam ex Ieſuitarum primarijs contagione tanti ſceleris infecti. Ex his aliquot maturâ ad exteras gentes fugâ vim judiciorum eluſerunt, intercepti aliquot inter quos S. ille Garnetus & Ouldcor. & facinus confitentes capitis ſupplicio affecti ſunt.* Et paulò poſt: *Iam verò ille alter qui Garneto hanc pulveranam conjurationem aperuit Greenuuellus Ieſuita eſt: ſic Ieſuitæ nefariæ proditionis ordinem expoſuit, nec ille, qui tantum ſcelus aperuit, ullum conſcientiæ ſtimulum ſenſit, neque is cui patefactum eſt, ullam confitenti ob cogitatum ſcelus pœnitentiam indixit. Ac ut palam ſit, plures ex Ieſuitis hujus conjurationis conſcios fuiſſe, Ouldcornius alter ille ſulphureus Martyr, cum in irritum ceſſiſſet è latebris ſuis extracta conjuratio, conctonem Catholicorum ſuorum habuit, ubi eos conſolatus, ac etiam hortatus eſt, ne animos ſtniſtro & infelici conjurationis è ventris deſponderent, aut de cauſa, quòd parùm proſperè cecidiſſet, deſperarent: ſæpè anteà Sanctis iſtiuſmodi conatibus fortunam defuiſſe, idque ſancti Ludovici Regis exemplo eum ſecundâ in terram ſanctam expeditione ſuſcepta, morbo in itinere periiſſe, maximam exercitûs partem peſte eſſe abſumptam; ſed & parùm feliciter priorem expeditionem ceſſiſſe, in qua à Soldano & Mahumetanis captus eſt. Eos itaque hortabatur, ne ab incepto deſiſterent: ſperarent potiùs ſuis illis conſilijs, quanquam hoc tempore deploratis divinam aliquando opem nequaquam defuturam.* Quod & Attornatus Regius probat, qui in hac conjuratione teſtatur, Ieſuitas, ut diximus, plures non ſolùm ſe immiſcuiſſe, Pag. 20. ſed etiam præfuiſſe: ex illis tres eſſe Legatos ordinarios; in Anglia Henricum Garnetum, alias Wallay, Ieſuitarum in eo Regno Superiorem in Hiſpania Creſvvellum, in Belgio Balduinum & Romæ Perſonium, præter emiſſarios ſuos; cujuſmodi ſunt Gerardus, Oſuualdus; Teſmund aliàs Greennuel, Hamond, Haul, & è ſocietate Ieſuitarum alij, ita ut Ieſuitas hujus nefandi ſceleris Anteſignanos & primarios authores non immeritò nominet.

7. *Occultatio facinoris.*

Ieſuitarum precatio hæc eſt: Gentem auferat perfidã credentium de finibus, ut Chriſto laudes debitas perſolvamus alacriter.

Ex his igitur omnibus intelligit univerſus orbis, proditiones, inſidias, parricidia, & veneficia Ieſuitica non à levi ſingulorum Ieſuitarum provenire motu, ſed illos eo, velut ſumma generalia, indubitata, & immutabilia doctrinæ ſuæ principia, & præcepta conſtituta; ſuis monitis, & adhortationibus, omnibus, qui ipſis aures præbent, perniciosiſſimè infundere, atque ita imprimere, donec

Iuramẽtum cõjuratorum.

eos deliberato, pervicaci, cœco & obstinato corde, in illis ad supremum vitæ spiritum persequendis obfirmatos esse agnoscât.

De Conjurationibus *ac* proditorijs Consilijs Henrici Garneti IESVITÆ *adversus* Regiâ Majestatem *in* Anglia.

Garnetus Iesuita multorum nominum fuit.

HENRICUS *Garnetus* professione Iesuita aliâs *Vualleius*, aliâs *Darcius*, aliâs *Robertus*, aliâs *Farmerus*, aliâs *Phillippus* nominatus fuit, & hæc nomina omnia ipsemet sibi affinxit, pro more & consuetudine Iesuitarum, qui se in omnes figuras transformare, & nomina sua subinde, ad decipiendos ac fallendos homines mutare solêt.

Vide Garnet. Act. pag 87.

Patria fuit Anglus genere clarus, in scholis institutus: posteà sub Tottelo Typographo, juris Municipalis prælo Corrector præfuit. Non paucis dotibus ornatus fuit, modò divina accessisset gratia; quæ cùm abesset, tanto nequior, quantò ornatior erat. Professione fuit Iesuita; & in Anglia Iesuiticæ Societatis Superior; & quidem optimo jure: Omnes enim quotquot ante eum fuerunt conspiratione diabolicâ multis, quod aiunt, parasangis superavit. Iesuitarum Doctor, id est, in quinque D. magister excellentissimus: videlicet Dissimulando, Deponendo Reges, Disponendo Regna, Deterrendo subditos ab officio, Destruendo denique omnia.

De Garneto Ioan. Gretensis Iesuita.

De hoc Garneto referre quidem & scribere non pudet Andream Eudæmon Ioannem Cretensem in sua pro illo Apologia, eum nullius sceleris convictum, odio duntaxat Religionis, aut Iesuitici nominis, fuisse damnatum & supplicio affectum: Tortus quoq; scribit, Garnetum ipsum constanter affirmâsse, non se, non ullum Iesuitam, vel consultorem vel consentientem ullo modo fuisse in hoc scelere. At verò ex universâ narratione, quæ actis publicis continetur, & ex Epistolis, quas de se & rebus suis in arce Londinense scripsit plurimas, quasque Eliensis Episcopus in Tortura sua Torti descripsit & publicavit, certò certiùs constat, Garnetum zeli præposteri fervore, & cæco studio Romanæ Religionis promovendæ accensum, ea gessisse, quæ nemo verè Christianus & pius ab honesto viro, nedum Theologo expectaverit. Pulverariæ conjurationis fuisse eum conscium, ne illi quidem negant, qui eum pro Martyre haberi volunt. Constat autem & sine ulla hæsitatione affirmari potest, Garnetum sceleris istius non tantùm conscium fuisse, verum etiam approbatorem, & genere quodam auctorem. Liquet enim, cùm Catesbeius, Princeps proditorum, & doli totius primarius architectus; socios facinoris quæreret, eum in eas difficultates incidisse, quarum gratiâ adire ad Garneti oraculum oportuerit, ut rem esse licitam cunctis persuaderetur. Ipse quidem Catesbeius, pro ea consuetudine & familiaritate, quæ illi cum Garneto intercedebat, non ignorans ad excludendum Regem Iacobum, Brevia duo ipsum Româ accepisse, ijs, acquiescebat, & hoc argumento utebatur, *Quem voluit Papa aditu prohiberi, eum sine dubio vult admissum deturbari.* Sed cùm non dubitaret Catesbeius, ad Regem dejiciendum omnes sibi licitas esse fraudes ac dolos, quia tamen placitæ machinationis ea ratio erat, ut rex cum suis tolli aliter non posset, nisi ut multæ Papistæ simul perirent: super hoc dubio Catesbeius, ut & se & alios scrupulo molesto liberaret, non multo pòst, sub initium anni 1604. ut Acta testantur, Garnetum consuluit. Ex hoc colloquio & pluribus alijs Catesbeij cum ipso, atque etiam ex Greenuelli sæpè repetitis sermonibus, de quibus & Acta, & plurimæ Garneti Epistolæ exstant, luce clariùs probatur, Garnetum Iesuitam conjurationis hujus nefariæ non minùs conscium fuisse, quàm alium quemvis complicum. Neque verò solùm arcani conscius Garnetus fuit, sed etiam plerisque conjuratorum, ut Vuintero, Rookwudo, & ipsi Faukio incendiario, audendi auctor extitit, cunctantibus & horrescentibus, priusquam probari rem tanto viro ex verbis Catesbeij cognôssent, sicut fusè narratur actione in proditores priore. Iccirco ubi tempus excludendi dolum advenit, quum inter conjuratos convenisset, ut Conghtonam omnes convenirent de rebus necessarijs consultaturi, inter cæteros etiam Garnetus adfuit, omniaque ibi egit, quæ à conjurationis conscio, suasore & cupidissimo incensore agi par erat. Omitto alia indicia in actis & Tortura Torti diligenter exposita, ut ne ipsi quidem hostes veritatis professi id negare possint.

Garneti confessio de seipso.

Vt autem adhuc minus de his dubitari possit, apertissimam ipsius Garneti confessionem, ex literis ejus propria manu scriptis Dominicâ Palmarum huc adscribam: quarum hæc est inscriptio, *Ad dilectissimos Patres & Fratres*: His graviter ei succensentibus, quòd proditionem sibi innotuisse confessus esset, ita respondet: *Nã quid facerem? Primò accusabant me reliqui omnes cõjurati: Secundò, Catesbeius usus semper apud eos*

Crimen primum Garneto objectũ.

eos fuerat auctoritate meâ, quâ adduxit penè omnes, ut benè sentirent de negotio, quo factum, ut ad unum omnes me haberent pro reo. Tertiò, duo quidem Corycæi inaudierant me cum Oldcorno colloquentem, atque totâ de re cum eo differentem, quid ad objecta singula responsurus essem. Quartò, literæ etiam à me aurantiarum succo scriptæ ad D. Annam Vaulx. nescio quomodo in illorum manus pervenerant, quibus sententiam meam non obscurè confessus sum: Ingenuè etiam fassus est, *mortis sententiam justissimè in se pronunciatam esse, quòd quæ sibi* COMPERTA *fuissent, Regiæ Majestati non aperuisset.* Negat hoc Tortus; fatetur Garnetus: cui credimus?

Actio in supplicio pag. 3.

Grenuellus quoque, cùm detecta esset proditio, de Garneti consilio, in Walliam festinavit, ut quod occultè non poterant apertâ seditione efficerent: ad eamque rem Henlipæ in ædibus Abingtoni, se à Provinciali Garneto missum, & hoc in mandatis habere palam contestatus est.

Act. 129.

Huc referri etiam debet manifestum testimonium Endæmon; Ioan. Cretensis qui in Apologia pro Garneto scribit, *Garnetum rogâsse Deum, ut vel pestem hanc pulverariam averteret, vel si ita expediret, felicem funesto facinori exitum daret: monuisseque insuper omnes, qui ad solennes ejus conciones Ecclesiasticas convenerant, ut obnixè Deum orent pro felici successu gravissimæ cujusdam rei in causa Catholicorum sub initium Comitiorum.* Non probabat igitur factum Garnetus, hoc est, cædem Regis, Regiæ familiæ, & procerum totius Angliæ; sed tamen amabat eventum, id est, gratum ei futurum erat, si cæderentur & interirent omnes. Scilicet verè Catholica Religio scelere tanto ut promoveatur opus habet. Pudeat Christianos tam manifestæ & projectę impietatis. Turcas non Catholicos decet hæc sententia. Sanè ipse Garnetus cùm posteà a Magistratu interrogaretur, quâ fronte ausus esset ad precationem adeò detestandam ovibus sui gregis præire, facti pudendi infamiam quoquo modo à se amoliri conatus est: dixit enim, sed mentitus est, *se orationes illas fieri jussisse, non eo animo, ut ex sententia proditorum, sed potius, ut contra proditorum mentem res eveniret, neque eo pacto saluti Regis ac Regni consuleretur.* Apologista hoc factum negat, & de re incomperta temerè affirmmans, ridiculè sibi credi postulat: in Tortura autem Torti mẽdacij & falsitatis cõuincitur.

Ioan. Cretẽsis Iesuitæ testimonium de Garneto.

Garneti confessio de seipso.

Hoc igitur primum crimen Garneto objectum fuit, quòd malo consenserit, ut bonum, quod existimabat, eveniret, atq; adeò totis viribus procurârit malum, quo majus aliud à condito Mundo Sol non vidit. Garnetum igitur, & cæteram Iesuitarum & conjuratorum in Anglia colluviem, qui cædes tam atroces parabant, justissima Deo & hominibus pœnas pependisse, nemo inficiari potest.

Crimen primum Garneto objectũ.

Alterum crimen ei objectum hoc fuit, *quòd amicos pariter & inimicos, fontes & insontes sine omni discrimine perdere voluit:* quo nihil magis inhumanum aut belluinum est. Atqui Garnetus à Catesbeio consultus, esset ne hoc licitum, si alteri sine alteris exstingui non possent? semel ita respondit in privatis suis ædibus: *Licere, si tantum ex ea re boni proventurum esset, quantum aliquot insontium necem compensare posset.* Iterum in campis suburbanis, quibus à palude nomen est, in hanc sententiam Catesbeio respondit, *Et posse & licere, cum sontibus insontes exsufflari, magisq; adeò meriti rem fore, si id magno alicui bono Catholicis cederet.* Constat de veritate hujus responsionis, primò, ex Actione in proditores posteriores: deinde ex Comitis Northamptoniæ, qui in præsentia Procerum Regni & ipsius Garneti hæc fusè narravit; quæ si dubia aut falsa fuit, cur tacuit Garnetus? Servãtur autem duæ ipsius propriâ manu scriptæ Epistolæ, quibus ea res omnis ingenuè exponitur. Earum altera scripta est Pridie Non. Aprilis; altera 3. Idus mensis ejusdem. Hoc autem responso suo eos animos Catesbeio Garnetus addidit, ut nihil amplius deliberaret unquam; sed fertur post totus ad facinus. Quod si aliqui posteà inhorruerunt ad scelus tantum, Catesbeio in promptu erat responsio: *Constare sibi rem hanc licitam esse authoritate optimâ Garneti, cujus sibi vox esset pro oraculo:* nec quisquam postea, nisi illius authoritate adductus, in sceleris tanti societatem ascitus est.

Crimen alterum Garneto objectũ.

Similiter Garnetus Æquivocandi arte Serenissimum Regem, Illustrissimos Principes & prudentissimos Iudices nefariè decepit in Anglia, ijsque illusit turpissimè. Nam toto judicij sui tempore ex ejus ore nulla unquam fuit priùs expressa veritas, quàm teneri se inevitabiliter indubitatæ fidei testibus, aut testimonijs cognosceret. Quoniam autem Rex Iacobus pro suâ clementia quæstionem de eo per tormenta haberi vetuerat, ne semper lateret veritas, excogitatum est à viris prudentibus, ut Garneto & Oldcorno Iesuitis, qui in eadem Arcis parte vicinis cubiculis servabantur, sermones unà serendi potestas fieret, quos viri honesti, ad id ministerium electi, in proximo latentes, exciperent. Post hæc jussus Garnetus pro tribunali

Garnetus Æquivocandi arte decepit Regem & Ordines Regni.

sese sistere, & an ullum sibi cum Hallo sive Oldcorno fuisset colloquium interrogatus petitione etiam adjecta, ut sine æquiuocatione verum diceret, pertinacissimè per animæ suæ salutem jurans, negavit, idque toties cum tantis tamque horrendis execrationibus repetijt, ut audientium animis grave vulnus infligeret. Sunt hæc Comitis Salisburiensis verba, Garnetum de eo compellantis. Vt autem Halli confessione, & testimoniis eorum qui sermones exceperunt, irretitum undique se teneri animadverterit; pudore suffusus miser senex, veniam delicti sui petiit sic, ut beneficio æquivocationis id sibi licere diceret. *Nam cùm aliquis*, inquit, *de crimine à Magistratu respondere, antequam testes producti fuerint, non tenetur: quia nemo tenetur seipsum prodere.* Atque hæc constans illius fuit sententia, in qua semper mansit, omnia pernegans, & facti rationem hanc posteà afferens.

Garnetus Magistratui præscribit quomodo de sceleribus interrogari debeat.

Quadam etiam die Magistratum accusare ausus est Garnetus, quòd legitimis probationibus instructus, non esset veritus eum interrogare. Res sic se habet ex scriniis publicis. Die 27. Aprilis interrogatus per Presbyteratum suum, rectène feciſſet, quando coram Magistratu negavit, manibus etiam appositis Evangilii codici, se neque nuncium misisse, neque scripsisse ad Tesmundum sive Greenuuellum Iesuitam, ex quo unâ fuerant Cougthonæ; cùm sciret id falsum esse; Respondit: *Nihil se fecisse non legitimum: sed Magistratus rem illegitimam & malam fecisse qui de ejusmodi rebus se interrogârint per presbyteratum suum, quando ipsi literas à se scriptas haberent. Neque enim fuisse animum sibi eas denegare, si quidem scivisset eas in potestatem Magistratus devenisse. Nunc quia crederet illas literas non esse interceptas, rem negâsse, idque à se legitimè fieri potuisse.* En rem novam & novam & nova iura. Reus Garnetus Magistratibus præscribit, quo pacto de sceleribus suis interrogari debeat: & si non pareatur à Magistratu, cum eo gravissimè expostulat. Satis quidem pro imperio.

Die etiam quadam Garnetus convictus, multa apud cognitores suæ causæ mentitus est: reductus autem in Arcem, & posteà ibidem interrogatus, ecquid pœniteret ipsum infanis artis, & an id seriò licitum esse crederet? an pro tempore, necessitate premente, illa diceret? ipse manu suâ responsi loco in charta hæc scripsit, ex Anglico fideliter translata: *Hoc ego cognosco esse consentiens opinioni meæ & omnium Scholasticorum. Et ratio eorum est, quòd ubi de legitima æquivocatione agitur, sermo qui per æquivocationem liberatur à mendacio, idem per jusjurandum sine perjurio potest confirmari, & per quem vis alium in eam rem usitatum modum, quamvis id fuerit per sumptionem sacramenti, si justa necessitas ita requirat, Heinricus Garnetus.* Iuxta Garnetum igitur ejusque Socios, æquivocandi disciplina, non hoc solùm permittit hominibus, ut simplici affirmatione mentiantur, sed etiam ut fidei faciendæ gratia nihil eorum prætermittant, quæ inter mortales eò valere censentur. Iurabunt igitur posthac, sacra Evangelia tangent, & quidvis facient; atque adeò si opus sit, sumptione corporis Christi mendacia sua firmabunt.

Garnetus homo plurimorum nominum fuit.

Garnetus etiam homo plurimorum nominum fuit. Appellatus enim fuit Garnetus, Vualia, Darcia, Robertus Farmerius, Philippus, &c. Et hoc usitatum est apud Iesuitas hodiè, qui se in omnes formas transformare, & nomina sua subinde ad decipiendos ac fallendos homines mutare solent. Vnde etiam scribit Edmundus Campianus in Epistola ad Generalem Societatis Iesu anno 1583. Treviri excusâ, pagina 23. & 24. *in Anglia sæpè se commutare nomina, & habitu dementissimo esse.* Vide eundem de persequutione Anglicana pagina 126. 212. 314. de mentitis nominibus pag. 130. mutatis vestibus 126.

Nullum autem virum bonum tam multiplici falsorum nominum varietate salutatum invenimus unquam, vel rarissimè.

Garneti confessio de sceleribus

Septuagenarius quoque ad Regis mandatum una cum alijs conspirationis Socijs & conscijs, tam Iesuitis, quàm Politicis, captus ad quæstionem sive torturam adhibitus, confessus est integros jam sese viginti duos annos, velut supremum Provincialem, Romani Pontificis nomine, Papistis, qui Papam eum Angliæ nominaverunt, & tanto honore prosecuti sunt, ut pedes etiam ejus oscularentur, præfuisse, omniumque, quæ toto illo tempore, contra Reginam Elizabetham, & Regem Iacobum, Regnumque hactenus susceptæ proditiones essent, conscium fuisse.

Legatus K. Hispaniæ Garnetum pecunia redimere vult.

Itaque ipso ad mortem condemnato, omnibus per Angliam Regi subditis, ne Pontificijs & Hispanis operam suam posthac offerrent, prohibitum est.

Accidit autem, ut cum sententia in Garnetum pronunciaretur, Comes sancti Gregorij magna cum pompa in Angliam adveniret, impetrataque apud Regem dicendi copiâ, *Non potuisse*, inquit, *Regem Hispaniæ Dominum suum intermittere, quin peculia-*

Supplicium de Garneto Iesuita sumptum.

Apologiam pro innocentia Garneti edit mendax Ioon. Cretësis.

Garnetus in numerũ Sanctorũ Martyrum refertur.

peculiarem ad fratrem suum Britaniæ Regem Legatum mitteret, & ei ob singularem in tanto periculo liberationem gratularetur, cùm salus eius ipsi tantæ curæ sit, ut pro ea vota quotidiè faciat, &c. Erat hoc quidem Regi gratum, verùm cùm idem Legatus non precibus solùm apud Regem pro Garneto instaret, sed & triginta millia coronatorum summa eum redempturum esse profiteretur, animum Regis mirificè commovit. Itaque licèt Iesuita ille spe veniæ impetrandæ, res alias magni momenti manifestaret, tamen tertio die Maij Anno millesimo sexcentesimo quinto ad supplicij locum ductus est. Cùm scalam innixam patibulo ascenderet, inter alia dixit: *Me cum Dominis à Sanctiori consilio simulatè egisse malè me habet. Verùm non putâram eos talia contra me indicia & argumenta habere, donec coram produxissent.* Item: *Faxit Deus ne gravius cum Catholicis meo nomine agatur, eesque adhortor, ne ejusmodi proditionibus, & rebellionibus contra Regem se immisceant*; Simulque orare cœpit, & cruce se signans dixit; *In nomine Patris, Filij, & Spiritûs sancti. Maria mater gratiæ, Maria mater misericordiæ, tu me à malo protege, & hora mortis suscipe*, &c. Tunc scalâ submotâ suspendio vitam finivit.

Supplicium de Garneto Iesuita sumptum.

Garnetus homo plurimorũ nominũ fuit.

Hęc omnia quæ hucusque de Garneto Iesuita recensuimus, supersunt autem alia plurima, etsi verissima sint, extant enim Acta, publicâ anthoritate edita, ex quibus liquidò & sine ullo dubio constat, Garnetum, non ut quidam in vulgus imperitum sparserunt, prodirionis aliquo saltem rumore aspersum fuisse; sed è contrario, ut etiam in Tortura Torti scribitur, veritatis voce, & vi tabularum testium, probationum, luce, soliditate, pondere convictum, ore proprio & manu propriâ confessum ea fuisse, & nemo mortalium esset, cui vel in animum veniret, inventum iri aliquem, qui hæc facinora defenderet: repertus tamen est, ut supra diximus, Iesuita Andræas Eudæmon Ioannes Cretensis Græcus, qui Apologiam pro Garneto scripsit, in qua vel novæ doctrinæ Iesuiticæ contra Reges & Principes immanitas cautè dissimulatur, vel confessiones Garneti & cæterorum proditorum, impudentissimè negantur, vel eorum molitiones seditiosæ, consilia proditoria, aliaque nefaria facinora extenuantur & excusantur.

Apologiam pro innocentia Garneti edit mẽdax Ioan. Cretẽsis.

Garneti confessio de sceleribus

Neque verò solùm Garneti facinora & maleficia defendunt, excusant & extenuant Iesuitæ, sed eum insuper in numerum Deorum suorum retulerunt, & tanquam Martyrem colunt. Sitne autem Martyr ipse an non censendus, ipsummet Garnetum arbitrum habemus, quo nemo liti huic terminandæ magis idoneus inveniri possit. Paucis diebus antè supplicium ejus, venerunt in Arcem & cubiculum ipsius aliquot è præcipuis Theologis, unà cum viro nobili Arcis præfecto inter quos hi quoque erant, D. Iacobus Montacutus, Decanus tum Regij Sacelli, nunc Episcopus Bathonienſis & Vuellensis: D. Neilus Sacellanus tum Regius, Regijque Oratorij Clericus & Vuestmonasterienſis Decanus, nunc Episcopus Lichfeldensis; & Dominus Ioannes Overalus, Decanus ædis Paulinæ Londini. Hi cum Garneto multa cùm essent locuti, fortè evenit, ut unus illorum hanc quæstionem illi proponeret; Si post supplicium Ecclesia Romana Martyrem ipsum declararet, num factum illud laudaret, & verum Martyrem futurum se crederet? tum ille ex alto suspirium trahens, humeroſque adducens, *Martyrem me?* inquit; *ô qualem Martyrem? sed neque Ecclesia hoc faciet: & ego Deum oro, ne hujus unquam illi in mentem veniat. Etenim si pro Religione Catholica mortem obirem, neque aliud, infelix, scivissem, præter illa quæ per viam confessionis scivi, poteram fortasse honore Martyrij non indignus videri, & judicium Ecclesiæ promereri. Nunc peccatum ego agnosco meum, & sententiam, quæ adversus me pronunciata est, fateor esse justissimam.* Deinde iterum atque iterum suspiria ingeminans, & pœnitentiæ signa exhibens; *Vtinam*, inquit, *quæ facta sunt, possem infecta reddere. Vtinam quivis alius mihi potius accidisset casus: qui ut nomen proditionis infamiâ deturparetur; quod tamen peccatum etsi gravissimum, per veram pœnitentiam spero delendum, & Christum meimiserturum. Ego certè si vel universum orbem terrarum in potestate mea haberem, universum lubens darem, ut a proditionis crimine, quod conscientiæ meæ impressum est, quodque in elogio condemnationis meæ extabit, purus mori possem.* Hanc historiam audivisse se scribit Calaubonus in Epist. ad Front. Ducæum pag. 126. à Decano Paulino & duobus Episcopis supra nominatis, quos interfuisse huic Colloquio diximus. Quum igitur meritas se dare pœnas non semel confessus sit Garnetus: quæ insania, imò quæ impietas est, pronunciari & haberi eum Martyrem à Iesuitis, qui justissimâ se damnatum sententia agnovit?

Garnetus in numerũ Sanctorũ Martyrum refertur.

Cùm verò Rex proditionis & conspirationis ejusmodi pericula cavere in posterum modis omnibus adniteretur, 22. Febr. anno 1604. mandatum edidit, quo Iesuitas,

Legatus R. Hispaniæ Garnetum pecunia redimere vult.

Rex Angliæ proscribit Iesuitas.

tas, cum sacrificulis & Romano-Catholicæ Religionis propagatoribus, proscriptos ante 19. diem Martij ex universo Angliæ, Scotiæ & Hiberniæ Regno discedere jussit, hac conditione & severitate, ut qui post diem nominatum comprehensi in Regno fuerint, ex templo nullo ordine aut morâ judicij pœnas darent. Indictum etiam omnibus indigenis, ne hospitio, tecto, mensâ, aut ahâ ope eos foveant ac juvent, ni eandem cum illis pœnam incurrere velint.

Principio autem quantum laboris post politicæ quidem gubernationis constitutionem, in reformandis ac reparandis ceremonijs Ecclesiasticis, in Anglia hactenus receptis, sustinuerit, exponit. Quæ dum ita constitueret, ut nemini pietatis amanti displicere posse consideret, animadvertisse se interim ait, universum illud Religionis negotium non parum deformari posse ab illis, qui ejus hostes sint accerrimi, nempe, à Iesuitis, sacrificulis, & id genus alijs, tam qui ante suum adventum in Regno isto fuerint, quàm qui postmodum accesserint; qui quidem omnes jam Religionis suæ multò quàm ante liberius in Regno isto professionem faciant, spe partim mutationis alicujus introducendæ, de qua tamen nec ipse unquam cogitârit, nec suspicandi ansam ulli præbuerit, partim verò abusu generalis illius omnium delictorum remissionis, quæ tempore coronationis suæ consueto more facta sit, quam quidam Iesuitarum sub sigillo regio sibi comparârint, sperantes se eâ liberos fore ab omni judiciorum periculo, & propterea eò confidentius celebrandis Missis & alijs officijs Ecclesiasticis peragendis vacantes, cum seductione subditorum ab obedientia sibi debita ad Romanæ Ecclesiæ venerationem. Cùm igitur non minima Regij muneris & officij pars sit, attendere, ne subditi in Religione, pietate & obedientia corrumpantur, obligatum se vel suâ ipsius conscientiâ teste affirmat, ad vigilare sedulò, ne sui superstitiosis in Religione opinionibus, quæ non animabus tantùm ipsorum officiant, sed & instrumentum sint, quo ab obedientia debita avertantur, fascinati pareant. Cùm autem id aliâ ratione fieri non possit, quàm ut corruptionis istius ministris obviam tempestivè eatur, qui quidem sint Sacerdotes & Clerici omnis generis, qui ab externa & in Angliæ Regno prohibita potestate ordinationem suam acceperunt. Itaque decernere se, ut omnes Sacerdotes, sive Regulares sint sive non, captivi & liberi, sive remissionis beneficium sub sigillo regio habeant sive non, tam qui ante suum adventum in Anglia fuerunt, quàm qui post modò advenerunt, Regno suo exeant, & captivi quidem primo quoque tempore navibus impositi dimittantur, cum expresso mandato, nunquam sine permissione sua ad fines istos revertendi, sub pœna editis hoc nomine legibus definita. Reliqui verò Sacerdotes, Iesuitæ & alij cujuscunque Ordinis, cui ordinationem & confirmationem suam ab aliena potestate habent, licet beneficio remissionis istius (quæ quidem à legibus & judicijs publicis neminem Sacerdotum absolvit (gaudeant, ante 19. Martij diem ex Regnis suis omnibus discedant: additâ hac manifestâ interminatione, eos, qui post dictam diem in quibuscunque Regni sui partibus inventi, aut postmodò unquam reversi fuerint, judicio stare & pœnam legibus persolvere debere sine ullâ spe veniæ aut remissionis consequendæ. Mandat igitur omnibus Archiepiscopis, Episcopis, Iudicibus, & alijs Iustitiæ ministris, ut termino isto elapso, quàm diligentissimè in omnes, qui fortè superfuerint, inquirant, & judicio eos sistant.

Nova in Anglia cõtra Regem cõspiratio.

Ne verò constitutio hæc speciem alicujus rigoris habere videatur, adversus eos, qui per Iesuitas & Sacerdotes istos in Regno suo seducti, Catholicos se nominant, rationes hujus suæ proscriptionis affert; periculum illud inprimis exaggerans, in quo non ipse tantùm sed & universum suum Regnum nuper fuerit, propter conspirationem, quæ ab isto quidem hominum genere primùm exorta sit: itaque ut, sicut supra quoque diximus, ejusmodi periculum caveri in posterum eò melius & vitari possit, aliter quidem se facere non potuisse asserit, quum alia quidem ratione illud avertere nullo modo potuerit; siquidem Iesuitæ & Sacerdotes isti ejus potestati se addictos agnoscant, qui dispensare sese posse in causa arctissimi, quod inter Regem & subditos existit, fœderis profitetur.

Iesuita ex Anglia navigant.

Sub initium igitur Aprilis ex Anglia navis multis Iesuitis, Monachis, & aliorum Ordinum Clericis onerata, ad portum Vlissingensem in Zelandia appulit, Antuerpiam inde petitura. Impetraverant illi, intercessione Legati Hispanici, à Rege Angliæ, ut sibi per aliquot adhuc septimanas, post tempus præstitutum subsistere, & commorari in Regno Angliæ liceret. Intereà verò Legatus Regem mitiorem aliquanto Iesuitis reddere studens, interrogat, quid causæ Rex habuerit, quòd tam asperam in Catholicos sententiam tulisset. Rex igitur, ut causam proscriptionis istius Legatus cognosceret, literas ei prælegi curavit, quibus de conspiratione Papistarum in Regis & Regni perniciem factâ, prolixè perscriptum fuerat: imprimis autem, quòd Rege Reginaque cum universa familia eorum sublatis, universum Reipubl. statum, mutatis præcipuis officijs,

officijs, pervertere decreviſſent. Auditis hiſce literis Legatus obticuit, nihil amplius in cauſa eorum agere expetens.

Nova in Anglia cõtra Regem cõſpiratio.

Sub initium tamen menſis Iunij Anno milleſimo ſexcenteſimo ſexto nova iterum adverſus Regem Angliæ Iacobum detecta eſt conſpiratio, quæ in Flandria quidem initium cœpiſſe ferebatur, Ieſuiticis & Sacrificulis quibuſdam authoribus, quorum ſuaſu & hortatu ſex primarij quidam viri, inito fœdere, & Euchariſtiæ Sacramento accepto, ſilentium & fidem ſibi invicem promiſerunt. Convenit autem inter eos de Rege vel in venatione glande plumbea transfigendo, vel alià quacunque ratione è medio tollendo, eumque in finem monilia quædam & clenodia pulcherrima pretioſiſſimaq; veneno ita infecta ſibi comparârant, ut vel ſolo attactu lethalia eſſent, eaque, ſi in venatione res non ſucceſſiſſet, Regi offerre & exhibere animus erat, ut illis acceptis necem evitare non poſſet. Hâc conſpiratione mirabiliter patefactâ, Rex paulò pòſt promulgato denuò edicto publico omnes Ieſuitas, Monachos & Romanæ Religionis Miniſtros, propter conſpirationum turbas continuas & machinationes perpetuas ſub capitali ſupplicij pœna, Regno ſuo ante primam Auguſti diem excædere juſſit: hoc tamen benevolentiæ ipſis exhibitum iri promittens, ut ſi ſeſe in portubus maris aperiant, navibus Anglicis quocunque cuperent deferantur. Edictum autem de verbo ad verbum ſic habet.

EDICTVM

Sereniſſimi Magnę Britanniæ *Regis.* IACOBI I. Fidei *Defenſoris*, *contra* Pontificios ANGLIÆ Recuſantes, & IESVITAS, SACRIFICVLOSQVE *ad* diem 2. Iunij M. DC. X. publicè promulgatum.

Ieſuita ex Anglia navigant.

QVanquam ſumma Regis pij & ſapientis cura circa Religiònis verè Catholicæ & Chriſtianæ conſervationem & amplificationem verſari debeat, atque in hunc finem, ſicuti una manu bonum eius ſemen ſpargere, ſic altera malas herbas & Hæreſes, quæ inter Dominici ſemina plerunque ſuccreſcunt, quantum fieri poteſt, evellere & extirpare oporteat: nihilominus tamen natura noſtra ad clementiam perpetuò tam proclivis fuit, ac præſertim ab effuſione ſanguinis, in ijs rebus quæ conſcientiam quocunque modo tangere poſſunt (quanquam nihil aliud quam ſimulata & ficta in quibuſdam conſcientia erat) ita ſemper alieni fuimus, ut, non obſtante ea cura & zelo, quibus hujus noſtræ antiquæ & veræ Catholicæ Religionis, quam profitemur, conſervationem & propagationem perpetuò proſequuti fuimus, dicta nobis innata clementia nos ſemper retinuerit, ne Legem illam quæ contra Sacrificulos & Recuſantes lata fuit, quamque peſſimis ſuis facinoribus contra nos diverſis vicibus perpetratis, perverſiſque & ſuperbis actionibus illi jure meruerant? debitæ; executioni mandari fecerimus. Poſteaquam verò peſſimum hoc ipſorum Inſtitutum, principio per immediatam Sacrificulorum proditionem, in ipſo noſtro in hoc Regnum aditu, ac poſteà per horrendos iſtos cuniculos Sulphureos (quæ immaniſſima crudelitas oblivioni nunquam tradenda) manifeſtatum, cui deinde ſupervenit ſimul horribile & deplorandum illud facinus extra hoc Regnum deſignatum (Diabolicum & immaniſſimum nimirum parricidium illud in ultimo Galliarum Rege fratre noſtro chariſſimo perpetratum) animos dilectiſſimorum ſubditorum noſtrorum, quos domus & corpus Parlamenti repræſentant, ita excitavit, ut utraque Domus nos humillimè rogaverint & obteſtatæ ſint, ut in Papicolarum actiones & veſtigia accuratiùs quàm antehac unquam intenti eſſemus, & ut in hunc finem, optimas & ſaluberrimas hujus Regni Leges contra ipſos, & quidem majori ex parte ante noſtrum in hoc Regnum ingreſſum, latas quarumque obſervationem in Inauguratione noſtra juravimus, ſine ulla ulteriori dilatione executioni mandare vellemus: juſtiſſimam certè cauſam habemus, ut juxta humillimas ipſorum petitiones, in poſterum magis, quàm antehac unquam ſolliciti ſimus, dictaſque Leges noſtras executioni diligentius mandari faciamus. In hoc etenim negotio conſcientia noſtra, reſpectu Religionis honor noſter, reſpectu ejus, quòd nihil niſi Legum noſtrarum executio petitur, & ſecuritas noſtra (ac non ſolùm noſtra, verùm etiam totius poſteritatis noſtræ) reſpectu ſanguinolentæ Pontificiorum doctrinæ, qui in Martyrum & Sanctorum referūt numerum eos, qui proprios ſuos Reges, Vnctos Dei, trucidant (ſicuti nunc cum horrore execrandam hanc ipſorum doctrinam toties effectui mandatam, & parricidialem hanc Theoriam & Praxin ita conjunctas videmus, ut facinoroſi & maligni homines nullo medio melius, quàm per parricidium Regis cujuſquam, qui aut Hæreticus ipſorum iudicio, aut fautor Hæreticorum habetur, animam ſuam ab æterna damnatione ſe liberare poſſe putent) Hæ, inquam, tres cauſæ, quæ conſcientiam honorem & ſecuritatem noſtram tangunt, atque etiam populum noſtrum pertangunt, atque etiam populum noſtrum permoverunt, providentiam in nobis Regiam & ſollici-

sollicitam, quæ unusquisquo Rex pius, iustus, & prudens, rebus ita contingentibus & sese habẽtibus, præditus esse debet, necessariò excitãt.

Ac propterea cùm certiores facti simus, quòd hoc præcipuè tempore major, quàm antehac unquam, Recusantium numerus in hanc nostram Vrbem Londinensem venerint, licet per Leges Regni nostri certis limitibus circumscripti esse, & intra quinque illa milliaria pro habitatione ipsis designata, manere debebant: certò nobis constitutum est revocare, sicuti priorem omnem in hunc locum redeundi datam licentiam per præsens Edictum revocamus. Et quanquam hoc tempore, quo Parlamentum haberi, & inauguratio filij nostri primogeniti instituui debet, eos hîc tolerare perimportunum & periculosum sit, quam & ob causam Parlamentum nostrum humillimè requisivit, ut universi ad domicilia sua remitterentur, & urbs hæc ab illis, pro Inauguratione dicti nostri filij charissimi vacuaretur: nihilominus tamen consuetæ nostræ tantum bonitatis retinere constitutum nobis est non respiciendo ullas ipsorum vafras machinationes aut pericula, quæ tempore hoc durante inde nobis, in recompensationem dictæ, nostræ clementiæ, provenire possent; ut, consideratis negotijs ipsorum gravioribus, privatum ipsorum statum attingentibus, quæ fortasse adhuc in proximo termino peragenda haberent, ipsis terminum usque ad ultimum Iunij prolongare velimus: intra quod tempus ad domos suas, & ad ea loca, ad quæ per Leges remissi sunt, redeunto, nec unquam posthac ad hanc urbem nostram & Cameram Londinensem, vel ad Aulam nostram, nec ad Aulam dilectissimæ Reginæ nostræ conjugis, vel charissimi Principis nostri filij, quocumque loco sit intra decimum ab hac urbe Londinensi milliarium sine singulari veniæ impetratione, remeare præsumunto, cùm Leges nostras contra transgressores quàm strictissimè executioni mandare, & summum illum Authoritatis nostræ contemptum severissimè vindicare decretum sit. Et similiter, juxta dictam humillimam charissimorum subditorum nostrorum in Parlamento congregatorum petitionem, omnibus superioribus Magistratibus, in omnibus hujus Regni nostri portibus, strictissimè mandandum decrevimus, ut juxta Leges nostras, ab omnibus Papistis inobedientiæ convictis, omnia arma, pulveres tormentarios, & quæ ejusdem sunt generis, quæ quisque sive impropria habet potestate, sive apud alium deposuit, recipiant, & provideant, ut benè custodiantur, & secundum leges deponantur, tantum ipsis pro necessaria domum & sui defensione relinquentes. quantum per leges concessum est. Qua in re, cùm Magistratus nostri hactenus nimis negligentes fuerint, si expressum hoc nostrum mandatum vel neglectum, vel executioni non satis diligenter, ut decet, datum, deprehenderimus, per severissimas pœnas ipsis notum faciemus, quàm grave delictum sit, in Regijs nostris mandatis, præsertim in rebus talis momenti negligentem esse.

Et quandoquidem Iesuitæ & Sacrificuli majori numero nunc, quam antehac unquam, tam per totum nostrum Regnum, quàm in Vrbe nostra Londinensi, circumvagantur, non solùm gregatim ad Domum nostram venientes, maximo cum Authoritatis & Legum nostrarum contemptu, verùm etiam permixtâ sibi talium personarum particularium catervâ, quæ posteaquam carceribus detentæ & per Leges nostras convictæ, & nihilominus tamen (ex bonitate nostra) è Regno sub hac conditione, ne unquam redirent, deductæ fuerunt in Regnum redire ausæ sunt, maximo cum summæ erga eos bonitatis & clementiæ nostræ contemptu, manus nostras ad justissimas pœnas provocantes: Nos ad tales abusus & confusiones in posterum præveniendas, omnibus istis Legibus frena amplius non inhibere, sed easdem, ut ratas, prout decet executioni contra ejusmodi transgressores mandare decrevimus. Et quoniam semper proni sumus ad severitatem aliqua clementiæ nostræ parte temperandam (non jam respicientes, quòd statim in primò, ac posteà in quarto Regni hujus nostri anno, per duo diversa clementissima Edicta omnibus Sacrificulis & Iesuitis certum diem præstituimus, antequem ex nostris ditionibus discederent, gravissimis etiam pœnis, si in Regnum nostrum redire auderent, propositis) decrevimus, non obstante præcedentis nostræ gratiæ contemptu, ad duas illas priores profectiones ipsis indictas, etiam tertiam adijcere; ac propterea per præsens hoc edictum declaramus & promulgamus, quòd omnibus Iesuitis, Scholaribus, & cæteris cujusque conditionis Sacrificulis in hoc Regno nunc agentibus, tam ijs, quos carceribus liberare voluerimus, qui nondum in vincula conjecti sunt, liberè & tutè ex nostro discedere liceat, sic ut in hunc finem ad quemdam nostrum portum ante 4. Iulij proximè venturi sese conferant, ac ipsi primâ occasione in exteras Regiones trajciant. Admonemus & certos facimus dictos Iesuitas, Scholares, & cujuscunque generis Sacrificulos, juxta dictum nostrum placitum discedentes, ut & cæteros omnes, qui antehac per clementiam nostram eadem cum conditione libertati fuêre restituti, quòd, si quisquam ipsorum posthac in Regnum hoc nostrum reverti ausus fuerit, sanguis ipsorum super proprio ipsorum, atque etiam eorum, qui ipsos miserint, capite esse debebat, quandoquidem hoc facientes, non solum in

pœnas,

pœnas, quas leges nostræ ipsis minantur, verùm etiam eas, quas summus & superbus clementiæ bonitatisq; nostræ erga eos ostensæ contemptus ipsis pariet, incurrent. Et in genere (ne quisquam ignorantiam legum nostrarum prætendere possit:) Vniversi Iesuitæ & Sacrificuli, cujuscunque sint Ordinis, ipsorumque missores hoc Edicto admonentur, ut sibi caveant, supra id quod per clementiam nostram ipsis indultum est, amplius aliquid à nobis petere, quo in Regnum hoc nostrum redire possint, propter pericula notissima, quæ ab ipsis jure timentur, & sollicitudinem, quam pro bonis nostris subditis gerere decrevimus, quò à periculis corporis & animæ, quæ à Iesuitarum & cæterorum Sacrificulorum doctrina ijs imminent, liberentur, cùm horum in hoc Regno actiones & studia ad nullum alium scopum tendant, quàm ut animos optimorum subditorum nostrorum à debita & Deo & nobis obedientia avertant.

Et quia denique horror immanissimæ Proditionis pulverariæ animas Parlamenti nostri occupavit, & insuper, inter cætera, Iuramentum Fidelitatis nobis à subitis nostris præstandum tantoperè à Papa Asseclis ipsius oppugnatum fuit, ut ipsi calamum arripere, & causæ nostræ, quæ Iuramentum illud spectat, defensionem suscipere cogeremur (quod quamvis Papæ odiosissimum esset, summi tamen favoris & clementiæ opus fuit erga tam multos nostros subditos, qui, licet superstitione Pontificia excæcati, animo tamen erant parato, ad obedientiam nobis præstandam; in quo etiam inter hujus conditionis Papistas, & alterum illud pestiferum genus, qui supradictas damnatas & maledictas doctrinas & artes commiscent, discrimen habitum fuit:) Nos considerantes, quòd dictum Iuramentum discrimini vero & clementi inter duo ista Papistarum genera faciendo serviat, ut jam dictum est, non possumus quin omnium bonorum nostrorum subditorum saluti, & magnorum hominum detectioni peropportunum existimemus, ut in posterum in generali huius Iuramenti apud omnes nostros subditos promotione, maior quàm antehac unquam cura adhibeatur. Ac propterea expressum nostrum Decretum est, omnibusque & singulis nostris Episcopis, Iudicibus Civilibus & Criminalibus, atque omnibus alijs nostris Ministris, quos hoc attinet, strictissimè mandamus, ut illud ab omnibus illis personis, & in omnibus rebus, quibus leges fieri iubent, exigant, scientes, Leges ipsos hac autoritate non ornasse, ut hoc pro libitu facere, & omittere pro beneplacito liceret; Verùm nos hoc, tamquam necessarium ac debitum officium ipsis mandatum & impositum, velut personis publicis, & à nobis pro maximè fidelibus habitis, pro bono & securitate nostra statusque nostri, ab ipsorum manibus postulaturos. Datum in Palatio nostro VVhitehallij 2. Iunij, Regni nostri Magnæ Britanniæ, Franciæ & Hyberniæ anno octavo.

Deus custodiat Regem.

Hanc Inquisitionem & proscriptionem Anglicanam in Proditores, veneficos, parricidas institutam, Gretscherus Iesuita contra Stenium cum Hispanica confert, Oceanum scilicet cum Limago nostro, & elephantum cum formica. Σύγκεσον hanc miraret, nisi ex solo Gretschero frons Iesuitarum omnibus nota esset. Quis enim non rideat, vel potius exsecretur impudentiam ejus, affirmantis nihil certius expectandum Papistis, quàm carcerem, exilium, &, ut alius Iesuita loquitur, rotas, catastras, catapultas, frixoria, pugillaria, manus ferreas, ollas æneas, & similia tormenta, in illis Provinciis & Civitatibus, quas solus Lutherus vel Calvinus occupat. Refutat satis Iesuitas Ecclesiarum status, qui est in Germania, Gallia, Belgio & aliis in Regnis. Vbi enim vel fando auditum est, à Lutheranis vel Calvinistis combustos heterodoxos? Vnum vel alterum nominabunt, qui capitis supplicio affecti sunt: sed causam, sat scio, non expriment, ut ita eorum ignari, quæ gesta sunt, Calvinianos esse crudeles statuant: multò minus aliquid addent de rogis Hispanicis, lanienis Gallicis, suppliciis Belgicis, conjurationibus Britannicis, exiliis Carinthicis, turbis Polonicis, tumultibus Suecicis & motibus Vngaricis.

Calumnia de proscriptione Iesuitarum in Anglia.

Comprehensi sunt etiam Anno 1606. duo alii ex Iesuitis conjurationis hujus conscii in Anglia, & ad Regem adducti: Ex eorum uno, Parcio nempe, Societatis in Anglia Provinciali, Rege præsente, quæsitum est primò, *Possitne Pontifex Romanus excommunicare Iacobum præsentem Angliæ Regem?* qui respondit, omnes Catholicos fuisse hactenus & esse adhuc in illa sententia, licere summo Pontifici, tanquam summo Christi in terris Vicario, omnes Reges & Principes hæreticos excommunicare. Instantibus verò Consiliariis, non esse hoc directum responsum ad propositam quæstionem, respondendum enim esse præcisè ad hoc; *Vtrum Paulus V. Pontifex modò Romæ residens, possit justè excommunicare Iacobum I. magnæ Britanniæ Regna hoc tempore gubernantem?* ille, respondisse se in genere ad propositam quæstionem ex men-

te omnium Catholicorum ait velléque in responsione ista acquiescere, cùm in individuo respondere aut definire velle, quid Paulus V. Pontifex Max. in Iacobum I. posfit, majoris esset authoritatis, maturioris, consilii & superioris arbitrii, petit igitur, sibi, quòd faleem in alienam messem mittere nolit, ignosci. Quæsitum deinde ex illo est, *An Angli omnes, qui Anglicanam confessionem sequuntur sint hæretici?* Respondit ille, Quicunque scientes volentes, ab Ecclesia Catholica Romana divortium faciunt, inque eo perseverant, sunt hęretici. Vrgebant „ illi, *responsionem magis ad Anglos, eorumque Religionem applicandam esse*, at ille in hoc suo generali responso substitit, ne in prima quidem quæstione læsæ Majestatis, in altera verò fractæ seu perturbatæ pacis publicæ reus fieret. Quæsitum porrò est, *An proditio proxima, suâ authoritate, consilio & præscitu facta esset?* Ille negando respondit, & adjunxit simul, se detestari ex animo tam horrendos conatus contra Magistratum legitimum conceptos, judicaréque autores non eo tantum, quod aliqui eorum jam sustinuissent, sed graviori etiam supplicio, (si tamen aliquid gravius excogitari posset) dignos esse. Postremò quæsitum ex eo fuit, *An autor esset libelli cujusdam, contra statum Regis & Regni Anglicani conscripti?* Respondit ille, autorem se non esse, vidisse tamen istùm libellum, & in multis correxisse, cùm quicquid in Provincia illa à Societate conscriberetur, censuræ uti suæ subjiciatur, necesse omnino esset. Hoc audito in carcerem uterque mandato Regis translati sunt.

Anno etiam 1607. Iesuita quidam in quatuor partes dissectus est, quòd in contumeliam & contemptum mandatorum Regiorum, Sacerdotes aliquos sui ordinis creare, in locis occultis conciones habere, & populum ita docere, quòd Rex in Ecclesiam jus nullum habeat, Pontifex ejus caput sit & subditi ad servandam Regi fidem non teneantur, ausus fuerit.

QVERELA

Anglicani Cleri *ad* CLEMENTEM VIII. Pontificem Romanum *de* multis *ac* variis IESVITARVM studiis, dolis, imposturis *ac* fraudulentis actionibus *in* Anglia, Belgio, Romę *&* alibi.

IESVITARVM *gesta* ad *Reginam* ELISABETHAM *spectantia.*

Iesuiti in Anglia multorum malorum causa.

„ ELisabethâ in Anglia regnante, non „ modò neglecta fuerunt multa media „ ad Regnum illud convertendum propo„ sita, sed eorum loco propter libellos fa„ mosos quàm plurimos, rumores annuos, „ menstruosque futuræ invasionis, aliasque „ molitiones frequentes à Iesuitis solis pro„ fectas, tam gravis tot annorum persequu„ tio excitata est, ut magnum Catholici no„ minis exterminandi periculum sæpè im„ mineret. Et quamvis ad minuendam hæ„ reticorum superbiam debita & propor„ tionata media assumenda esse non infi„ ciemur, multa tamen in materia, ut appel„ lant, statûs omnibus Catholicis objecta, se „ obtulerunt, quæ Sacerdotes cum plebe „ Catholica graviter offenderent.

„ 1. Sacerdotes in Angliam missi, sub „ Alani auspiciis, ex institutione Pontificis „ prohibiti, materiæ statûs se immiscere, „ post aliquot annos, Iesuitas sub eadem „ conditione, in subsidium asciverunt. Eam „ tamen cõditionem violabant, quàm cum „ Sacerdotibus, & cum Laicis, in quorum „ domibus excipiendi erant, pacti fuerant, „ quàm eorum Generalis in scriptis sub o„ bedientia illis mandaverat: quam Regu„ lam suæ Religionis fundamentalem fa„ ciunt, ne scilicet querelis Dominorum „ temporalium se ingerant, ut ex libro Re„ gularum impresso, patet, quam ubique ab „ illis observari Franciscus Montanus in A„ pologia Iesuitarum profitetur.

„ 2. Iesuitæ libellum supplicem ad Eli„ sabetham, typis impressum, ediderunt. In „ eo illam Reginam omnibus regiis virtuti„ bus ornatam, & totius illorum justæ spei, „ post Deum, anchoram appellant. In eo „ profitentur, se ab Elisabethæ partibus „ futuros contra Pontificem Romanum, „ eriam pro causa Religionis Catholicæ „ Angliam invasurum, nec aliter senti„ re quenquam Catholicum, nisi ignoran„ tem aut scrupulosum. In eo etiam co„ ram Deo & Angelis protestantur, se im„ munes esse & fore ab omnibus contra E„ lisabetham molitionibus, propter quas ta„ men quàm plurimos ab Elisabetha mor„ te affectos noverant: Quæ Iesuitarum „ purgatio tantum non erat Sacerdotum „ accusatio. In eo multas alias absurdis„ simas adulationes congerunt. Adulatio„ nes, reclamante etiam conscientiâ, effuti„ tas appellare possumus, quòd quam lauda„ verant vivam, vituperabant statim mor„ tuam.

„ Robertus Personius pro more suo, libr‹ũ „ de Conversionibus tribus Angliæ, ab alio „ quodam, nomine Harbsfildo, insignissi-

mo

„ mo Doctore compositum, suo nomine „ promulgavit. Duas præfigit Epistolas, u- „ nam vivâ Elisabethâ factam, in qua illam „ commendat; aliam mortuâ Elisabethâ „ factam, in qua illam condemnat: utraque „ jam in eodem volumine juncta circum- „ fertur.

„ 3. Librum Titulorum ad Regnum An- „ gliæ pro Infanta Hispanica compositum, „ insulsitatis, seditionisque pleniſſimum, ad „ augendam contra Sacerdotes suspicio- „ nem, sub nomine Sacerdotis secularis „ Dolmanni viri singularis meriti, promul- „ gârunt.

„ 4. Assasinos ad occidendam Elisa- „ betham subornatos, ex Hispania ad Sa- „ cerdotes aliquot in Anglia, quorum u- „ nus erat præfatus Dolmannus, quasi cæ- „ dis complices, miserunt. Vnde Sa- „ cerdotes illi, eorumque amici, non- „ nulli magnæ nobilitatis viri, in maxi- „ mum periculum conjecti, sed propter „ perspectiſſimam eorum innocentiam mi- „ rabiliter liberati sunt.

„ 5. Sacerdotes illos, alioſque, quorum „ integritas, & in patriam debita affectio „ jam clarere cœpit, infamare non cessâ- „ runt, & magis quàm antea, tanquam ni- „ mium à Magistratibus favorem ex ne- „ cessaria innocentiæ defensione conse- „ quutos. Sciebant ex illo favore Sacer- „ dotibus impensè plurima plurimis Ca- „ tholicis bona obtingere. Sciebant ex eo „ favore honorem & incrementum Reli- „ gionis Catholicæ provenisse. Sed Reli- „ gionis & rebellionis perspectâ differentiâ „ cum honore etiam Sacerdotum conjun- „ ctâ, magno designationibus Iesuitarum „ non potuit non esse præjudicio, qui librũ „ de Reformatione Anglicana, tâquam ex- „ tincto Clero, aut mox extinguendo, con- „ scripserant, in quo tâquam omniũ Domi- „ ni de dispositionibus Episcoporũ & Epi- „ scopatuum, de redditibus omnibus Eccle- „ siasticis in massam redigendis & distri- „ buendis, de proceribus in ordinem cogẽ- „ dis, de aliis Ordinibus Religiosorum vix, „ aut ne vix quidem admittendis, de Pro- „ vincialibus Iesuiticis loco Abbatum Be- „ nedictinorum creandis, de emolumentis „ ad summum Pontificem provenientibus, „ ad quinquennium in usum Iesuitarum in- „ tervertendis, præter multos alios articu- „ los determinaverant.

„ Nec horum memoria jam fuisset refri- „ canda, si simul cum Elisabetha molimina „ Iesuitarum terminum suum habuissent. „ Iam verò quia perpetua eorum series, non „ minus contra Iacobum Angliæ Regem, „ quàm contra Elisabetham, & fortè magis, „ persequutionis causam valdè promo- „ veat, ne omnibus crimine involutis sedi- „ tionis, Religio Catholica exosa fiat, cum „ multarum animarum detrimento, operæ- „ prætium est, ut Sacerdotum innocentia; „ moderni Regis Britanniæ justæ expecta- „ tioni respondisse appareat, in iis præcipuè „ rebus, quarum veritas apparere debet.

Gesta IESVITARVM *ad* IACOBVM Regem Britanniæ *matremque spectantia.*

„ A Multis annis sic constat, ut nullâ „ tergiversatione celari possit, Iesui- „ tas manibus pedibusque, ut ajunt, labo- „ râsse, ut apud Catholicos Anglos gra- „ tiam popularem aucuparentur, Sacer- „ dotibus aversione conflatâ, & præci- „ puè prætextu ad speciem pulchro, quod „ Sacerdotes Regis Scotiæ, qui esset hære- „ ticus, faverent titulo; Iesuitæ verò labo- „ rarent ad sceptrum Angliæ evehere per- „ sonam Catholicam, vel Hispanum, vel „ Hispanam, vel Parmensem, vel Sabau- „ dum, vel quintam, vel sextam, vel nescio „ quotuplam personam (pro bono Socie- „ tatis omni vento velificare decreverunt) „ sed semper Catholicam. Vnde conse- „ quens erat necessariò, vt Rex Scotiæ tan- „ quam persona inidonea, nihil in se re- „ gium habens (id quod sedulò factum est) „ traduceretur. Nec defuerunt molitiones „ Iesuitarum variæ, ut Rex Scotiæ Angliæ „ Regno privaretur: in quibus tamen omni- „ bus dicunt, non defuisse eis summi Ponti- „ ficis consensum.

„ Liber Titulorum ab illis conscriptus „ est pro titulo Infantæ Hispanicæ ad Re- „ gnum Angliæ contra titulum Regis Sco- „ tiæ. Ad illum librum titulorum additio „ postea divulgata est, in qua omnis melio- „ ris notę Catholici Angli asserũtur (sed fal- „ sissimè) Scotico titulo refragati esse.

„ Anno 1589. Cùm Rex Hispaniæ Phi- „ lippus II. in Collegio Anglicano Val- „ lisoleti exciperetur, moderantibus eam „ actionem quatuor Iesuitis, quorum unus „ erat Robertus Personius, Oratione publi- „ cà unius Angli ex persona omnium, o- „ blati sunt ei animi, vires, conatus, stu- „ dia, vitæ, mortesque non eorum solùm, „ qui in Collegio erant, sed & parentum, „ quos habebant, amicorum, necessariorum „ & Catholicorum omnium in Anglia, ut „ patet ex libro ad rei memoriam ab illis „ impresso anno 1593.

„ In Collegiis Anglicanis Vallisoleti, & Si- viliæ,

„ viliæ, inducti sunt Angli Iesuitarum
„ fraudibus & minis, ut titulo Infantę ad
„ Regnum Anglicanum subscriberent, &
„ in missionibus ad Angliam subscriptum
„ titulum promoverent: quamvis nonnulli
„ subscriptiones has alibi procuratas fuisse
„ asserant.

„ Archiduci Alberto & Infantæ intimârunt, tot pro illis obsides esse, quot Angli
„ in Seminario S. Audomari nutrirentur.

„ Infantam Hispanicam, venientem in
„ Belgium, deliberârunt titulo Reginę Angliæ insignire. Hoc cùm notum esset factum in Anglia, magna tumultuum Belgicorum occasio fuit.

„ Quatuor libros contra vel titulum, vel
„ personam Regis Angliæ scripserunt, aut
„ saltem imprimi fecerunt. In eorum uno
„ Natalitia Regis taxantur, ut Mater infamaretur, & Rex non minus quàm Elisabetha contra Religionem perpetuò irritaretur.

„ Cùm Oglebein quidam missus fuisset,
„ in Hispaniam, tractaturus de fœdere inter Hispanum & Scotum, articulos indignissimos, & planè infames contra Regem
„ Scotiæ exhiberi procurârunt, ne cum Rege Hispaniarum, fœdus iceretur.

„ In prima invasione Angliæ ab Hispanis
„ facta anno 1588. notum est, quæ eorum
„ creaturæ, ab illis subornatæ, Regem Hispaniæ commoverint.

„ In invasione anni 1596. præter secretiora auxilia sua, promiserunt Regi Hispaniarum, se cum classe Sacerdotes etiam
„ Anglos missuros, qui causam Hispanicam
„ apud Anglos promoverent. Multi autem
„ ex Sacerdotibus Anglis, quòd hoc recusarent, multas indignitates à Iesuitis passi
„ sunt.

„ Ad invasionem anni 1597. varias fraudes
„ excogitârunt, ut Regem Hispaniæ per-
„ moverent. Vna erat; Robertus quidam Eliotus Anglus in Hispaniam cum navi
„ propria multis remigibus, aliisque militibus, illi pro tempore servientibus, appulit.
„ Inductus est à Iesuitis, ut se Comitem Angliæ esse fingeret, ab aliis proceribus missum, ad persuadendum Regi Hispaniæ
„ expeditionem Anglicanam. Id quod prę-
„ stitit, paratissima Anglorum auxilia promittens, deductus ad Regem à Tancredo
„ quodam Iesuita Anglo, à quo sociisq; aliis
„ ad istam impostaram efformatus erat.

„ In Scotia proceres quosdam, Huntleiũ,
„ Arrolium, Angusium & alios, tanto odio
„ Calviniśmi ibi devastantes omnia, percitos invenerunt, ut ad Iesuitarum imperiũ,
„ chartas albas subsignatas in Hispaniam
„ mittere non vererentur, ne ex parte Scotorum aliquid deesset ad Calvinismum e-
„ vertendum. Permisit Deus (ad castigandũ
„ fortè Iesuitarum superbiam) chartas al-
„ bas intercipi: unde Bringthonio latori
„ mors consequuta est, proceribus exilium,
„ Catholicis periculum, hæreticis insulta-
„ tio, Regi Scotiæ suspicio, & arctior cum
„ Anglia conjunctio.

„ Proceres exules, quia consensum suum
„ recusaverant, ut redditus Monasteriorũ
„ in Scotia Iesuitis permitterent, respon-
„ sum acceperunt, nihil illis subsidii expectandum esse, nisi Infantam contra proprium Regem ad Regnum Angliæ capes-
„ sendum, adjuvare fidem darent. Inde in
„ Scotiam commeare coacti sunt, & cum
„ proprio Rege incolumitatem, ut potue-
„ runt, paciści.

„ In invasionibus Hybernis ab Hispano
„ factis, si Iesuitę negare vellent, eorum manus fuisse præcipuas in instigando Hispanos, præter alia argumenta benè nota Regi Britanniæ, Ludovici Mansonis Iesuitæ
„ in Nunciaturam Apostolicam evectio
„ testabitur.

„ Sacerdotibus ex Anglia Romam missis,
„ & in Collegio Anglicano incarceratis, ut
„ alii à Scoto favendo terrore detinerentur, pro crimine objectum est piaculari, &
„ in quod alia resolverentur, quòd Scotisticæ planè essent factionis. Sic loqui & sic
„ scribere visum est Iesuitis. Idem postea
„ Sacerdotibus aliis in Belgium venientibus, nec pro levi peccato, nec cum levi
„ periculo objectum est.

„ Vt Anglos Catholicos in speciem Hispanis, revera autem sibiipsis obnoxios te-
„ nerent, à multis jam annis de tempore in
„ tempus invasionem Hispanicam promiserunt. Nonnullos subornârunt, qui de ex-
„ peditis Classibus, militibus, apparatibus,
„ mendacia splendida solenni more disse-
„ minârent. Notæ sunt literæ, & in manibus Senatûs Anglicani unius Iesuitæ ad
„ alium teruntur, suadentis in illis, ut ru-
„ mores invasionis futuræ non intermittendo omnem operam navaret. Istâ fraude detectâ & explosâ, insinuârunt subdolè, Elisabetham Angliæ secretum fœ-
„ dus cum Infanta iciśse, eamque in suc-
„ cessionem Angliæ destinâsse. Addunt, &
„ id in toto orbe proclamant, eorum operâ
„ factum esse, ut Hispanus cum Angliæ
„ Principe nullam confœderationem inire
„ velit, nisi cum expresso articulo Religionis Catholicæ in Anglia liberæ. Eventu
„ ipso hac technâ etiam dissipatâ, adhuc
„ Catholicis persuadere conantur, multa

millia

„ millia aureorum à Rege Catholico desi-
„ gnari, quæ illis distribuantur; cujus rumo-
„ ris vanitas, ut & aliorum, lippis ac tonso-
„ ribus innotescere cœpit.

„ Interea ut à quo, & cujus piscatores cō-
„ stituti essent, clarere inciperet, Iesuitam
„ aliquem Cardinalem creandum esse de-
„ cernunt. Emendicatis, vél ementitis suf-
„ fragiis aliquorum Sacerdotum (magnam
„ & tantùm non magicá vim tribuunt sub-
„ scriptionum Cathalogis) adiungunt no-
„ mina Scholarium, militum, lotricum, qui-
„ bus magno quasi consensu gentis Angli-
„ canę Robertus Personius Regi Hispania-
„ rum commendatur eius auspitiis promo-
„ vendus. Non facilè ratio reddi potest, cur
„ is reliquis Iesuitis Britannicis præferre-
„ tur longè illo hac dignitate dignioribus,
„ qui non infames erant propter mores, qui
„ doctrinâ competenti imbuti, non necesse
„ habebant ut docti viderentur, aliorum li-
„ bros uti proprios edere: qui non formidi-
„ ne & aversione Catholicorum coacti fue-
„ rant à Britannia aufugere. Sed cùm famâ,
„ doctrinâ, animoque cateret, Spiritu ta-
„ men turbulentissimo non carebat, pro-
„ pter quem sciebant, eum Regi Britanniæ,
„ cui semper opponebatur, meritò odiosis-
„ simum esse.

„ Propter Cardinalatûs Personiani solli-
„ citudinem Vuorthingthonius præcipuus
„ actor, præsidentiâ Duacensis Collegii, sed
„ à triennio in triennium, ut à Iesuitis pen-
„ deat totus, remuneratus est. Is, ut fidem
„ Roberto Personio præstitam exsolveret,
„ cuius sollicitudinem & studium in Car-
„ dinalatu ambiendo intimè noverat, au-
„ diens Elisabetham Angliæ mortuam esse,
„ vel morti vicinam, Anglos convocat, lon-
„ gaque habita contra Regem Scotiæ inve-
„ ctiva, docet, quàm intolerandum esset, eũ
„ sustinere Regem Angliæ, &, ut ne fieret,
„ orare seriò admonebat. Rex Scotię decla-
„ ratus tamen fuerat Rex Angliæ, & fortè
„ Dn. Vuorthingthonius audierat, sed non
„ credebat, quia non volebat. Ex Senatori-
„ bus Anglicanis sunt, qui Sacerdotes ad-
„ monebant, ne à Duaco in Angliam ordi-
„ nati mitterentur, quòd id Regi futurum
„ esset valdè exosum propter ipsius Vuor-
„ thingthonii nomen.

„ Nec humanis tantùm rationibus niti
„ voluerunt Iesuitæ Hispanorum in Anglia
„ victoriam, sed excogitatis etiam revela-
„ tionibus. Inter alias magna gravitate asse-
„ verabant, S. Iacobum navi lapidea in Hi-
„ spaniam victum, illi genti victoriam con-
„ tra Anglos promisisse. Nec desunt fide di-
„ gni homines, qui Iesuitas fac[illegible] autho-
„ res Indulgentiarum concessarum illis, qui
„ titulum Hispanicum ad Regnum Angliæ
„ promoverent.

An Religio Catholica Promota *per* Anglo-IESVITAS *in* Britannia.

„ SCotorum Seminaria per viginti an-
„ nos, Iesuitis subfuerunt. Laudi illis es-
„ set, si viginti tantùm Sacerdotes idoneos
„ ex illis prodiisse ostenderent. Imò viros
„ aliquot Scotiæ nationis eximios, & opti-
„ mè de Ecclesia meritos, pessimè exagitâ-
„ runt, eorumque conatus quoquo modo
„ impedierunt.

„ Quàm parvos Iesuitæ in Scotia fructus
„ fecerint, utinam non lamentabilis Regni
„ illius facies toti orbi testaretur, quàmvis
„ nova Arithmetica, vix, aut ne vix quidem
„ triginta Catholicos, ad triginta millia in
„ suis Relationibus multiplicarint.

„ In Angliæ negotiis, si Religionem Ie-
„ suitæ dicant omnium suarum actionum
„ Regulam fuisse, fateor ignorantiam
„ meam, & probationem desidero.

„ Num Religio fecit, ut defectus profes-
„ sionis Catholicæ non esset impedimen-
„ tum in successione Galliæ Navarræo (sic
„ scribunt in uno ex plurimis suis libello
„ famoso contra Leicestrium) esset verò
„ impedimentum Scoto in successione An-
„ gliæ?

„ Num Religio fecit, ut præter clancula-
„ rias omnium officiorum promissiones, E-
„ lisabethæ Angliæ, justissimæ, simul & mi-
„ sericordissimæ Principi vitam optarent
„ diuturnam, eò quòd parem (ut in Apolo-
„ gia quadam typis evulgata loquuntur) suc-
„ cessorem non sperarent.

„ Num Religio fecit, ut Angliæ titulus ab
„ illis prostitueretur, non modò Catholicis
„ Principibus in mutuam eorum perniciem
„ sed etiam quibusdam non-Catholicis, ut
„ Ferdinando Derbiensi Comiti, & aliis
„ propter justas causas reticendis?

„ Num Religio fecit, ut Mariam Scotiæ
„ præ omnibus mortalibus tractarent indi-
„ gnissimè, cui præ omnibus mortalibus An-
„ gli debebant obedire, ut Principi; com-
„ passionem, ut captivæ; venerationem, ut
„ Martyri.

„ Num Religio fecit, ut pro atheistis in-
„ famarentur à Iesuitis, qui Scotico titulo
„ favebant, nec Archiepiscopo Glassonien-
„ si, nec Episcopo Dumblamensi, viris ho-
„ norandissimis, exceptis, nec ipso Guilel-
„ mo Reinoldo, singulari hujus ætatis orna-
„ mento, qui in libro contra Brasum edito,

„ annoque 1593. impresso, & Regi dedica-
„ to, cum legitimum Regni Anglicani hæ-
„ redem appellare non vereretur?

„ Num Religio fecit, ut Vuestmarlandius
„ Comes, Regulus Pagettus, & alii ex An-
„ glicana nobilitate, pro fide exules propter
„ odium Scotici tituli Iesuitis insitum, per-
„ petuis seditionibus exagitarentur, Gene-
„ rali Iesuitarum per eorum literas incas-
„ sum pro remediis interpellato?

„ Num Religio fecit, ut tot seditiosorum
„ libellorum, assassinatuũ artifices à Iesui-
„ tis subornati, laudem mererentur: Catho-
„ lici verò quidé, Rabinghtonius, Filneius,
„ Sarisburius & alii, quibus Sol nihil videt
„ illustrius, eò quòd de liberanda persona
„ Reginæ Scotiæ deliberassent, vel nebulo-
„ nes quosdam exploratores ad eam deli-
„ berationem subornatos audivissent, pòtius
„ in libello Apologetico Iesuitarum pro per-
„ duellibus damnarentur; accersito illis Sa-
„ cerdote quodam nomine Vuallardo, qui
„ supra nongentos Catholicæ Religioni
„ reconciliaverat?

„ Num Religio fecit, ut Mariæ Scotię Re-
„ ginæ injustissima mors patronum inveni-
„ ret Iesuitam? Præterea lex in præteritis
„ Comitiis Anglorum fertur, ut si persona
„ quępiam in mortem Elisabethę conspira-
„ ret, & illa persona, & omnes ab illa jus Re-
„ gni Anglicani prætẽdentes, ut perduelles
„ successione in Regnum privarentur. Hæc
„ lex urgeri non potuit à Christiano quovis
„ ut dum per Matrem impetitur filius, illius
„ martyrium in dubium & in crimen voce-
„ tur, imò & damnetur planè, cui similis fœ-
„ mina, tantæ celsitudinis, ut ait Bosius in
„ libro de signis Ecclesiæ, pro nulla unquam
„ secta aut professione, à Mundo condito,
„ mortem oppetiit. Vrgetur tamen hæc lex
„ contra Regem Scotiæ à Iesuita authore
„ libri Titulorum.

„ Num Religio fecit, ut Anglia, dum in
„ ea Cardinalitus pileus Roberto Personio,
„ vel ex complicibus alicui sanguine Mar-
„ tyrum rubricaretur, & Vtopianum, fereq;
„ Anabaptisticum ad reformandam Eccle-
„ siam instituatur Consistorium, fiat tragi-
„ cum omnium miseriarum theatrum?

„ Vnica solutio est, quam in recenti Ie-
„ suitarum Theologia reperimus in Anglia,
„ scilicet Catholicum & Hispanicum esse
„ synonyma. Imò eò usque progressi sunt, ut
„ in responso quodam ad edictum Elisabe-
„ thæ quoddam asserant planè, florentem
„ statum Regis Hispanicæ sic esse conjun-
„ ctum cum statu Ecclesiæ, ut illo sublato,
„ hic subsistere nequeat. Monarchiæ Hi-
„ spanicæ in tota Europa necessitatem per-
„ suadere conantur Iesuitæ, sed cum magno
„ præjudicio, & nota ingratitudinis erga a-
„ lios Monarchas & Principes, quibus mul-
„ tum debent; cum suspicione perfidæ adu-
„ lationis Regi Britannię injectà, quem jam
„ ad Regna evectum ad astra usque laudi-
„ bus evehunt. Iudiciorum DEI inscrutabi-
„ lis abyssus est, propterea omnes à Iesuitis
„ instigatos conatus contra Angliam sub-
„ sannavit.

„ Seriò autem perpendant Iesuitæ, an illi
„ novi Apostoli; id imitentur quod dicit
„ Paulus 2. Corinth. 1. Gloria nostra hæc
„ est, testimonium conscientiæ nostræ,
„ quòd in simplicitate cordis, & syncritate
„ Dei, & non in sapientia carnali, sed cum
„ gratiâ Dei conversati sumus in mundo:
„ cujus indicium & quasi probatio sequitur;
„ Fidelis est Deus, quia sermo noster, qui
„ fuit apud vos, non fuit etiam & non, sed
„ etiam per se ipsum fuit. Huic Apostolicæ
„ Regulæ, num Iesuitæ se conformaverint
„ ab initio quasi renascentis Ecclesiæ An-
„ glicanæ videndum est: Hispanis relictâ
„ discussione, an illorum sermo de Monar-
„ chia Hispanica fuerit etiam & non.

De IESVITARVM modo procedendi *in* rebus ECCLESIÆ Anglicanę tractandis.

PRopter seminaria omnibus Catholicis obvia, magno Anglorum in partes tran-
„ marinas confluente numero anno 1580.
„ Collegium Anglorum, quod per 800. an-
„ nos Romæ tenuerunt, in novam faciem
„ mutatum est, magnâ Iesuitarum Callidi-
„ tate, qui dissidium inter Anglos, & Cam-
„ bobritannos serendo, sese insinuantes, vi-
„ ros graves excludendo, juniores variis
„ prætextibus eludendo, omnia ad se revo-
„ care conabantur.

„ In Collegio Anglo-Romano pede fixo
„ anno 1580. in Angliam admissi, pro more
„ gentis nostræ cum omni humanitate ex-
„ cipiebantur, præsertim cùm in aliis Re-
„ gnis, plurimùm causam Catholicorum
„ promoturos se sanctissimè promisissent.

„ Robertus Personius, & Edmundus Cã-
„ pianus primi Angliam ingressuri, secum
„ Rhemos usque in Galliis adduxerunt E-
„ piscopum Asaphensem Anglum tanquam
„ Patronum, cui auxiliari debebant, & spo-
„ ponderant.

„ In Anglia sacramenta administrare no-
„ lebant sine licentia sacerdotum, in quo-
„ rum quasi residentia, in privatis Catholi-
„ corum ędibus erant: à Sacerdotibus enim,
„ qui jam onus Dei portaverant, in adjuto-

rium

„ torium non necessariò petebantur, & ad
„ messem veriùs, quàm ad sementem ad-
„ mittebantur.

„ In publicis scriptis,& colloquiis priva-
„ tis,fidem dabant Catholicis Laicis, se ni-
„ hil nisi spiritualia tractaturos,sub ea con-
„ ditione,non alios in eorum domibus ex-
„ cipiendi,& istâ conditione violatâ (quod
„ postea in Roberto Personio contigit) e-
„ jiciendi.

„ Paupertatis & humilitatis professionem
„ faciebant. Propter istas virtutum species,
„ reique novę admirationem,& alias artes,
„ multi in Societatem Iesuitarũ, omnes in
„ bonam de illis opinionem adducti sunt.

„ Collegii Romani Anglorũ administra-
„ tio cum reditibus illis cedebat. Pecunia-
„ rum distributio paulatim in Anglia Iesui-
„ tis commissa est,præsertim cùm sacerdo-
„ tes seculares tam fuerint rerum tempo-
„ ralium negligentes, ut ordo eorum uni-
„ versus,nec censum,nec domum nec hor-
„ tum uspiam haberet, id quod strictissi-
„ mam nuditatem cujuscunque ordinis su-
„ perat. Pecuniarum collectionem, licet
„ magnum onus,Iesuitæ tamen ex charita-
„ te ferre didicerant.

„ Interea Iesuitæ,ut paulatim omnia sua
„ efficerent, omnes in Collegio Romano,
„ obedientiæ merito prætenso, juramento
„ sibi obstrictos habere procurârunt, ut ad
„ Iesuitarum libitum fierent Sacerdotes,
„ vel non; & in Angliam proficiscerен-
„ tur,vel non. Hoc stratagema gloriantur
„ sibi tribuit Robertus Personius, quòd
„ sciret Iesuitarum equum Troianum es-
„ se.

„ Sub specie Regularum in collegio An-
„ glo Romano observandarum, omnes o-
„ mnium literæ illis aperiendæ veniebant,
„ comprehensis etiam in praxi Anglis ex-
„ tra Collegium degentibus,ut sic nihil ad
„ Angliâ spectans tractari posset Romæ,vel
„ cum ipso Pontifice nisi per Iesuitas.

„ Mortuo Cardinale Morono protecto-
„ re Anglorum, cuius prudentia effecit,
„ ne in aqua turbata piscari possent, sub-
„ rogandum ei curârunt Cardinalem Bon-
„ compagnum, repudiato Farnesio veræ
„ nobilitatis Cardinale, qui propter avitam
„ cum Polo amicitiam, & multa erga An-
„ glos amoris indicia Protectoris munus,
„ quod verè præstitisset, meritò expecta-
„ vit.

„ Et ut seipsos ad omnem eventum pro
„ Protectoribus venditarent, jactabant se
„ facultatem habere, Anglum, quemcunq;
„ vellent,cõstituẽdi Cardinalẽ, unde facilè
„ omnes ex se dependentes habere possent:
„ id quod postea attẽtârunt,facto per ipsos,
„ ut dicunt ipsi,Alano Cardinale.

„ Nec cessabant interim seditionibus,de-
„ tractionibusq; artificiosissimè superse mi-
„ natis,omnes impetere, quos metuebant
„ impedituros, ne pervenirent Iesuitæ ad
„ metam,ad quam collimabant. In eo nu-
„ mero omnes viros eminentiores cõpre-
„ hendebant, quantumcunq; de causa Dei,
„ & illis etiam ipsis optimè meritos. Pro re-
„ liquis exemplo sit Episcopus Cassanensis.
„ Is Iesuitas in Anglorum Collegium Romę
„ introduxit,invito Cardinale Morono, &
„ introductos continuis bonis officiis pro-
„ sequutus est. Notum est quid Romæ in
„ eorum gratiam fecerit, cùm esset ibi re-
„ ligiosorum Visitator. Septimanatim ad
„ extremum usque spiritum aliquid Casæ
„ professæ contulit. Inter istum tamen &
„ Alanum discordias severunt maximas,
„ quibus paulò ante mortem finem impo-
„ suit Alanus, dicens, Non esse æquum, ut
„ propter greges vel pastores, Abraham &
„ Loth discordarent. Mortuo verò Alano,
„ oculos in Cassanensem conjiciebant An-
„ gli, tanquam notum illis, & illos noscen-
„ tem,ideoque petebant, ut Alani authori-
„ tas in Cassanensi resideret.

„ Petitioni tanquam *justissimæ* Iesuitæ se
„ primò affirmabant concursuros. Cardina-
„ li tamen Cajetano clanculariè persuade-
„ bant,ut se Cassanensi, tanquam Protecto-
„ ratûs Anglicani æmulo (quod & fecit) &
„ Anglis petitionem suam Pontifici exhi-
„ bentibus,opponeret. Hinc magna Angli-
„ cani fundi calamitas, & perpetua contra
„ Cassanensem oppositio. Is tamen moritu-
„ rus adversariis suis ignovit,& in ejus rei
„ signum jussit comburi Iesuitæ cujusdam
„ literas,in quibus de Cassanensi scripserat,
„ Aut Deus,aut dæmon, aut Turca eripiat
„ eum.

„ In Anglia erant adhuc veteris Cle-
„ ri reliquiæ à tempore Mariæ Reginæ su-
„ perstites. Inter hos erant viri omni ex-
„ ceptione majores: sed quia à Iesuitis,
„ recenter appulsis, dependere meritò de-
„ dignabantur, cum his idcirco contentio-
„ nes honesto prætextu exercendæ erant:
„ eorum jurisdictio à Iesuitis in dubium vo-
„ catur, licet à Pio V. concessa, & à Legato
„ ejus Episcopo Lincolnien. adhuc vivo
„ confirmata, qui postea in carcere pro fide
„ objit.

„ Inter alios aliis intentatos abusus unius
„ nomine,qui Dolmannus vocabatur, pro-
„ cudũt librum Titulorũ ad Regnũ Angliæ
„ supradictũ, magno cum Dolmanni perи-
„ culo. Huic maximè infensi erant Iesuitæ,

quòd

„ quòd ei, ut pote perſpectiſſimæ integrita-
„ tis viro, maximæ pecuniarum ſummæ in
„ ſuos uſus diſtribuendæ, committeren-
„ tur.

„ Viâ hoc modo Ieſuitis patefactâ, pro-
„ clamant ſtatim, ſe habere facultatem illis
„ plenariam indulgentiam concedendi, pro
„ prima voce, qui peccata Ieſuitis confite-
„ tentur, & ad iſtam facultatem intiman-
„ dam, ex ſuis devotis, quorum jam nume-
„ rus accreverat, emiſſarios adornant. Inde
„ facillimè aliorum pœnitentes ad ſe alli-
„ ciebant, & fecerunt filios ſibi, quos ipſi
„ non genuerunt. Generales etiam eſſe vo-
„ lunt confeſſiones, ut omnia omnium ne-
„ goria ipſis pateant. Facultates alias pro-
„ munt, quibus nervis belli contra ſeculare
„ clerum intẽti, ut jam patet, pecunia com-
„ paratur: Vnam, ut in incertis reſtitutioni-
„ bus aliquid donetur Ieſuitis, & ſatis fiat:
„ aliam diſpenſandi, ne bona hæreticis de-
„ bita, hæreticis reſtituantur, ſed Ieſuitis: a-
„ liam diſpenſandi de rebus ad Eccleſiam
„ pertinentibus: aliam permittendi Patro-
„ nis, ut beneficia divendant Hugonoticis
„ Miniſtris, temporalia beneficia à ſpiritua-
„ libus ſeparando: Hiſpanicis viribus ſe in-
„ terim ſuſtentatos plenis buccis oſtenta-
„ bant.

„ Ex Collegiis trãſmarinis per hoc tẽpus
„ fecerant ferè monopolia. His initiis & in-
„ crementis, Ieſuiticam ſe factam Anglia
„ Catholica miratur & ingemiſcit.

„ Neq; tamen aliis artificiis Ieſuiſtæ vel
„ hilum profeciſſent, ſi ad ſedem Apoſtoli-
„ cam pervius acceſſus fuiſſet. Omnes itaq;
„ viç ad illam obſcpiendæ erant. Surreptio-
„ nibus omninò aures Pontificis præoccu-
„ pandæ, quem eo potius nomine novam i-
„ ſtam congregationem inſtituiſſe creden-
„ dum eſt.

De Authoritate ſummi Pontificis *à* IESVITIS *ad* ſuas machinationes detortâ.

MVlta perperam facta fuiſſe, Apoſtoli-
cæ ſedis authoritate prætensâ, eoque
„ dignitate imminutâ, dolendum eſt, ne-
„ gandum non eſt. Ne aliquis dubitandi
„ ſcrupulus Anglis ineſſet, quînam ſint, qui
„ malis informationibus de abſentibus uti
„ fuerint auſi, inter plurima argumenta, di-
„ vina providentia, quę illi ſedi aſſiſtit, effe-
„ cit, ut malè informato Pontifici aliqui
„ Anglorum præſentes eſſent.

„ Quinque Sacerdotibus uno tempore in
„ Angliam profecturis, Dn. Barnabeco, D.
„ Marloo, D. Henſleo, aliiſq; duobus, & ad
„ Sanctiſſimum Dominum noſtrum Cle-
„ mentẽ VIII. pro benedictione impetrãda
„ adductis, ſua ſanctitas quæſivit Italicè, an
„ omnes illi quinq; curſum ſtudiorum in Se-
„ minario abſolviſſent? Robertus Parſonius
„ Ieſuita præſens reſpondit, abſolviſſe. Sua
„ ſanctitas (mirum dictu) idem petiit Lati-
„ nè. Ille iterum ſine verecundia reſpondit,
„ omnes abſolviſſe, idque Latinè. Ex omni-
„ bus autem quinque illis ne unus quidem
„ curſum ſtudiorum abſolverat. Sed quid
„ faciendũ Sacerdotibus illis, qui modeſtię
„ cauſa tacendum putabant, & nihil fortè
„ expectabant magis, quàm ut ab eo Colle-
„ gio dimitterentur, in quo diu detenti &
„ vexati fuerant. Nec expectandum eſt, ut
„ ex illo Collegio Anglo-Romano aliquis
„ audeat, aut valeat ſi auderet, verè Pontifi-
„ cem, aut inſtitutam ab eo congregatio-
„ nem informare; ubi quiſque pejus quàm
„ in carcere, ſecreta cuſtodiæ mancipatur,
„ non collocuturus cum aliquo ſecundo, ni-
„ ſi in præſentia tertii exploratoris.

„ Qui è Collegio dimittuntur pauci ſunt,
„ qui neque adulationibus, neq; minis cre-
„ dunt. De quibus dubitatur, illi uno vel a-
„ lio modo præveniuntur. Inter alios D.
„ Tempertus, D. Benſonus, D. Hillus, Româ
„ honorificè dimiſſi in Belgium venientes,
„ inauditi, & eauſâ in hunc diem incognitâ,
„ facultatibus à Ieſuitis privantur, ſicut nec
„ redire, nec manere, viatico conſũpto, niſi
„ dimendando, poſſent, nec ad munia ſacer-
„ dotalia, ex quibus etiam vivendum eſſet,
„ in Angliam proficiſci; in quam tamen ve-
„ nientapti, & pro fide incarcerati, omnes
„ tres illuſtres confeſſores evaſerunt.

„ Neminem Romę reſidere, qui Cleri ſe-
„ cularis Anglicani cauſam apud ſedem A-
„ poſtolicam agat, paſſi ſunt Ieſuitæ, cùm
„ tamen hoſpitium Anglis, ab Anglorum
„ Regibus ante 800. annos paratum, deti-
„ neant.

„ Anglorum extra Angliam, quantum in
„ iis erat, ſuſtentationem & æſtimationem
„ ſemper Ieſuitæ impedierunt, bullam quã-
„ dam urgentes, ne quis ad Rectoratũ pro-
„ moveretur, veros gradus impediendo pro
„ iis, qui Pontificis dignitatem tuentur, quę
„ ſciunt ab iis impugnari, qui gradus utcun-
„ que ſuſceptos prætendunt; & eò magis,
„ quo gradum altiorem oſtentant. Hoc
„ Pontificem benè informatum quis latu-
„ rum ſuſpicetur? Sed quæ informatio ab
„ hominibus dignitate & ſuſtentatione pri-
„ vatis expectari poteſt?

„ Ex Anglia literę ad Pontificem difficil-
„ limè mittuntur, propter agniti primatûs
„ Põtificis periculũ, præſertim à Sacerdoti-

bus

„ bus in angulis ædium privatarum, vel car-
„ cerum latentibus, afflictis, angustiatis, qui-
„ bus etiam nunciorum penuria, & portuũ
„ observatio benè nota est. Quanta ergo af-
„ flictio est, quanta injuria sedi Apostolicæ
„ inusta est, quòd literæ à Sacerdotibus An-
„ glis propter eorum negotia urgentissima
„ ad suam sanctitatem, interceptæ non mo-
„ dò fuerint, sed & impunè? Quid dico im-
„ punè? imò, ut ajunt, Pontifice sciente,
„ volente, decernente, imò & latore litera-
„ rum in Collegio Anglicano, sicut ipsemet
„ refert, sed penes eum fides esse debet, in-
„ carcerato, quem etiam Iesuitæ facibus ar-
„ dentibus adductis torquere minitaban-
„ tur, nisi narrationibus quibusdam, à Iesui-
„ tis confictis, statim subscriberet. In illis
„ literis significati sunt abusus multi, qui A-
„ lano & Cassanense mortuis, in Ecclesiam
„ Anglicanam irripere cœperunt. Inter a-
„ lios recensebantur insolentissimæ quæ-
„ dam propositiones à devotis Iesuitarum
„ absurdè probaræ, & postea à Iesuitis ab-
„ surdius (quod in factionibus eorum usi-
„ tatum est) defensitarę. Vna erat, proscri-
„ bula Romæ æquè licita esse atque ipsum
„ Pontificem: alia erat, Sixtum 5. fuisse lu-
„ pum; in cuius odium priorem fortè effu-
„ tiverant.

„ Obiectorum in illis literis, aliisque, cri-
„ minum exemplar Iesuitæ in Angliam re-
„ mittunt, & memoriale Pontifici exhibi-
„ tum appellârunt. Iesuitarum in Anglia
„ Provincialis Henricus Garnetus in illis
„ literis nè micam veritatis inesse solenni-
„ ter in literis ad omnes Sacerdotes An-
„ glicanos, protestatus, ut contra illud me-
„ moriale manibus subscriptis ferant, rogat,
„ idq; ex ordine ab ipso Pontifice, ut scribit,
„ præscripto. Tres formas subscriptionum
„ præfixit: Primam, omnia in memoriali
„ scio falsa esse: Secundam, omnia in me-
„ moriali puto falsa esse: Tertiam, omnia in
„ memoriali sunt ab illis, non à me fuę san-
„ ctitati exhibita. A Sacerdotibus seorsim
„ viventibus, difficillimè convenientibus,
„ persecutione eorum qui sunt extra Ec-
„ clesiam, sed magis tyrannide eorum, qui
„ sunt intra Ecclesiam, ut querelæ eorum
„ testantur, oppressis; facilè erat, aliquas
„ subscriptiones extorquere, quas tamen
„ multi recusârunt. Hoc in lucrum Iesui-
„ tis cedebat, quòd devotos ab adversa-
„ riis internoscerent, & ad omnem even-
„ tum subscriptiones extortas, vel ementi-
„ tas haberent paratas, Nec quemquam ve-
„ risimile erat postea Pontificem missurum,
„ cùm nihil Romæ intimatum Iesuitas late-
„ re posset.

„ Quid jam mirabimur, Iesuitas in Anglia
„ Sacerdotibus ad Pontificem missis, prædi-
„ xisse, exceptionem Romæ illos habituros,
„ longè ab illa dissimilem, quâ Istrianos
„ schismaticos tractandos censuit noster
„ Apostolus Gregorius Papa.

„ Quid jam mirabimur, temporalia subsi-
„ dia, gratias spirituales, hierarchiam, & illã
„ consequentia, sacramenta, sacramentalia-
„ que, ipsius denique appellationis beneficia,
„ Ecclesiæ Anglicanæ denegata? & Clero
„ olim tam nobili, & jam tam benè de sede
„ Apostolica meritò, infimum quasi gradum
„ Archipresbyteratûs, infimo homini [ut
„ nihil gravius dicatur] per surreptionem
„ collatum, præponi?

„ Iesuitę in castello de Vuisbich, ut Iesui-
„ tæ cuidam Guilelmo Vuestono, Prima-
„ tum in Clero Anglicano compararent,
„ novum ordinem melioris (si Diis placet)
„ disciplinæ inceperunt. Ille novus Ordo
„ inter infinitas scandalosissimas absurdi-
„ tates, quia carebat authoritate Pontificis,
„ à Clero rejectus, causam & prætextum
„ dedit Iesuitis, nihilominus separationem
„ à Sacerdotibus (quæ sub meliori judicio
„ verum schisma putatur) faciendi. Non vi-
„ debatur postea expediens, ut Iesuitæ non
„ larvati primatus ambiretur, clancularius
„ Iesuista promovendus erat, & quidem
„ Georgius Balcuvillius aptissimus inventus
„ est. Ex eo quales, & ob quæ merita à Ie-
„ suitis promoveantur, apparebit.

„ Inter alia multa similia sui Noviriatûs
„ exercitia, fecerunt, ut scriberet ad Car-
„ dinalem Cajetanum literas, jam cum re-
„ futatione impressas. Earum summa erat,
„ Iesuitas in Anglia & alibi malè audire,
„ idque verissimum est. Quæ sequuntur, in
„ Lucianicas narrationes reponi deberent,
„ non esse videlicet Iesuitarum demeritum
„ aliquod, quin potius omnibus illos virtu-
„ tibus prælucere: aliquam tamen illis invi-
„ diam, vel æmulationem conflatam esse,
„ quòd valdè nobiles essent, & divenditis
„ ampliſſimis suis patrimoniis, pauperes o-
„ mnes, incarceratos præcipuè, sustenta-
„ rent, cùm tamen per quam exiguum ab il-
„ lis in pios usus conferretur.

„ Archipresbytero taliter per Cardina-
„ lem Cajetanum, sed nomine Pontificis,
„ creato, qui expressum Pontificis consen-
„ sum expectandum censuerunt, & bullam
„ authenticam in re tanti momenti plus
„ quàm necessariam, schismatis postulan-
„ tur. Ab illis Iesuitis secundam faciunt se-
„ parationem, vel potius schisma.

„ Archipresbyter post undecim menses
„ per Bullam Pontificis confirmatus, in

„ causa sua dicit se esse debere judicem:
„ decrevit dilationem obedientiæ illi fien-
„ dæ ante bullam Pontificis fuisse schisma-
„ ticam Libellos Iesuitarum, qui Sacerdo-
„ tes schismaticos esse affirmabat,& omni-
„ bus convitiis proscindebant, plus quàm
„ Pontificia authoritate confirmat: prohi-
„ bet, ne quis innocentiam suam tueatur,
„ aut Academiæ Parisiensis decretum de-
„ fendat, quo expectantes Bullam Pontifi-
„ ciam immunes è schismate declarabãtur,
„ authoritatem edictorum,ut Principes,vel
„ canonum,ut Papa,condendorum usurpat.
„ Edicit,ne Sacerdotes inter se de aliqua re,
„ eo inconsulto,tractent, ne dent,vel acci-
„ piant suffragia pro quavis re, ne veniant,
„ aut scribant ad partes transmarinas. A-
„ pertè adhuc non ausus est dicere, Nulli
„ Pontifici,aut Principi, præter Archipres-
„ byterum, ob temperetis. Quid enim se-
„ cutum est? Sacerdotes propter istas malè
„ sani cerebri insolentias, appellationem
„ ad summum Pontificem fecerunt, Excla-
„ mant Iesuitæ,Sacerdotes per subscriptio-
„ nem appellationis, Archipresbyteri edi-
„ ctum de non dandis vel accipiendis suf-
„ fragiis,violâsse,non esse dignos, qui ad al-
„ tare admittantur, non qui domibus exci-
„ piantur,imò fame tollendos esse,expressis
„ verbis per totam Angliam inter Catholi-
„ cos urgebant: hinc tertiam separatio-
„ nem, vel potius schisma à Sacerdotibus
„ fecerunt.

„ Quis crederet eos, qui speciali voto
„ obedire Pontifici tenentur, tria diffidia
„ tam intempestiva, tam illicita, tam su-
„ pra fidem scandalosa contra illos factu-
„ ros, quos omni modo adjuvare tenebun-
„ tur, ea verò de causa ut cumque fucata,
„ quòd ad authoritatem summi Pontificis
„ in omnibus negotiis Ecclesiasticis, tan-
„ quam ad sacram anchoram recurrendum
„ decreverant?

„ Sequitur, ut Iesuitarum in Anglia &
„ Scotia molitionum particulares effectus
„ recensentur, & quæ pro incommodis
„ graviter prementibus expectanda reme-
„ dia.

De Rege BRITANNIÆ.

„ REx meritò,ut sibi videtur,contra Ca-
„ tholicos nonnullos irritatus,bonis o-
„ mnibus officiis promerendus est.Libellis,
„ rumoribus, molitionibus seditiosis status
„ temporalis,nullo modo, quod Iesuitæ fa-
„ ciunt, contra Religionem irritandus est.
„ Veritatem partim expressam, partim in-
„ tellectam, Magistratus genus quoddam
„ artificiosum mendaciis arbitrantur. Il-
„ lo se deludi in rebus temporalibus æger-
„ rimè ferentes, vix alicui Catholico cre-
„ dendum censent, cùm fidelitatem erga
„ Principem profiteatur, vel juramento e-
„ tiam confirmet. Pecuniæ elam in magna
„ quantitate in alias Regiones à Iesuitis
„ transportatæ, fisco interceptæ cesserunt,
„ semper, nisi justissima causa appareat,su-
„ spiciones dant, authores innaturalia esse
„ Reipub.membra.

De SEMINARIIS.

„ SEminaria Anglicana olim numerosa
„ fuêre & florentia: unicum Rhemense
„ uno tempore supra 400. aluit, uno die 80.
„ ad sacros ordines promovit. Libera erat
„ omnium commendatorũ admissio, & di-
„ spositioni syncceritatique Anglicanæ con-
„ grua educatio,quę quales viros ex Anglia
„ Catholica protulerit, Alanus, Sanderus,
„ Hardingus, Stapletonus,Martinus & infi-
„ niti alii testantur. Multi sub Alano fuere
„ Rectores, viriq; maturi ex Academiarum
„ spaciis, & Iuristarum municipalium ho-
„ spitiis prodeuntes,benignè excepti & fre-
„ quenter excíti. Lectiones frequentes e-
„ rant & doctæ: omnes Christiano zelo ita
„ ad Anglicanam messem anhelabant, ut
„ difficillimè aliqui ad scribendum contra
„ hæreticos, vel legendum, vel confiten-
„ dum detinerentur.

„ Seminaria, ut nunc sunt sub Iesuitis,
„ vel eorum devotis, nec numerum ha-
„ bent competentem, nec Doctores, nec
„ lectores, nec confessarios ex seculari
„ Clero: viri melioris notæ, præcipuè in
„ Academiis enutriti, non admittuntur.
„ Qui pueri veniunt, in Seminariis cur-
„ sum Solis (ut appellant) studiorum ab-
„ solventes, non possunt evadere viri ma-
„ turi, & profligandis hæresibus pares.
„ Scripturas non exactè callent: Patres
„ non versant,antiquitatis monimenta non
„ terunt: linguarum sufficientem cognitio-
„ nem non adipiscuntur: varia lectio scri-
„ ptoribus & concionatoribus,quorum ma-
„ gna simul est penuria,& lectoribus neces-
„ saria, non attingitur: hæresis ipsa, nova
„ quasi hydra capita indies emittens nõ ex-
„ ploratur:tempus deest eis studiis: mutuis
„ explorationibus, susurrationibus, factio-
„ nibus optima ingenia franguntur: nec in-
„ ter istas incommoditates, fortè unus ex
„ clero seculari assignari poterit,qui cursum
„ studiorum jam per viginti annorum spa-
„ cium absolvit.

„ In Collegio Romano decem fuerunt
sub

„ sub Iesuitis scandalosissimi tumultus. Ex „ eo Collegio literæ ad Pontificem missæ „ sunt à studentibus in hæc verba: Collegium nostrum castrum foris, carcer intus, &c. Ex eo Collegio Sacerdotes Dei „ vincti fuerunt in plateis Romanis. Ex eo „ Collegio non nominanda infamia sub educatione Iesuitica, in gentem Anglicanam, in sacerdotalem ordinem, adeoque „ in ipsum nomen Christianum redundavit. Ex hoc Collegio & aliis sub Iesuitis, „ proditiones, delationes, sycophantię, adulationes in pueris inceptæ, ad omnes Angliæ partes permanârunt. Nemo insignis „ explorator & pernitiosus, qui non fuerit „ sub Iesuitis educatus. Ante venientem & „ prævalentem Iesuitarum cœtum, non audita fuerunt in Anglia libellorum famosorum, seditionum, dissidiorum, detractionum nomina: nemo nisi post eos sacerdotium suum inficiatus est, è carcere contra „ datam fidem aufugit, mendacii publicè „ convictus est, aut à religione publicè apostatavit.

„ In Seminariis Hispanicis, omnes honestioris vitæ, & melioris judicii ad ordinem „ sancti Benedicti ferè transierunt, non obstantibus infinitis calumniis contra illum „ ordinem, & alios omnes in Ecclesia approbatos, præter suum, à Iesuitis insusuratis.

„ Duacense seminarium multis in Anglia „ Scholis Grammaticalibus splendore, doctrinâ & actionum morali bonitate cedet. Per factionem admissi, blanditiis, favoribus, minis ad Iesuitismum alliciuntur, si consenserint; extrema indignissima „ partialitate foventur, donec tandem inferveseente juvenili impetu Iesuitismi „ pœniteat. Qui apertè nolunt ad Iesuitismum transire, ergastula potius, quàm „ Collegia experiuntur.

„ Restituantur necesse est Seminariis, si „ inde conversio Britanniæ expectetur, doctrinæ & morum maturitas. Viri apti „ scribendo contra hæreticos, & docendo alios, si inveniri possunt, destinentur. Academici, & melioris educationis viri, non modò syncera humanitate „ in seminariis excipiendi sunt, si veniant, „ sed ut veniant, sunt provocandi. Quod „ non nisi per Academicos mutuâ familiaritate notos sibimet fieri potest; ut „ sub Alano experientia docuit. Iesuitis „ non amotis è Collegiis, nihil boni speran„ dum est, &c. *Hæc omnia Monachi & Cleri Anglicani de Iesuitis.*

In Scotia quid actum *à* IESVITIS.

REx Hispaniarum haud diu post mortem Mariæ Reginæ Scotiæ Parmensi Gubernatori in Belgio mandârat, suo nomine Regi Scotiæ pecunias & exercitum adversus Reginam Angliæ promitteret, ut eò facilius matris mortem ulcisci posset. Ea de causa Parmensis nobilem Scotum, Robertum de Brusse, qui à juventute apud Iesuitas educatus fuerat, in Scotiam multa cum pecunia ablegavit. Eodem tempore advenit etiam in Scotiam jussu Sixti V. Pont. Rom. Dublain Episcopus, qui Infantam Hispanicam Scotiæ Regi in matrimonium offerret, sed eâ conditione, si Romanam Religionem amplecti vellet. In hujus Episcopi comitatu fuit etiam Guilelmus Creichton, qui Lugduni aliquandiu Rector in Iesuitarum Collegio fuerat. Repulsam autem passus Episcopus consilio, virtute & fidelitate Iohannis Metelani Magni Cancellarii Scotiæ, qui Regi suadebat, sibi ab hujusmodi dolis & fallacibus promissis caveret, domum reversus est. Mansit autem in Scotia Creichtonus Iesuita, & Brusseo sese junxit, eique persuadere conatus est, ut Cancellarium obtruncaret, quòd molitionibus Iesuiticis, corúmque parricidii vel solus resisteret. Ad quæ Brusseus totus exhorruit, ejusque postulatis iniquis & crudelibus prorsus consentire noluit. Hortatur igitur Iesuita Brusseum, det ergo 1500. coronatos, quos à Parmensi accepisset, tribus nobilibus, qui in necem Cancellarii conjurârint. Sed ne hoc quidem persuadere ei potuit, inquiens, unum & idem esse, sive quis suâ manu interficiat aliquem sive pecuniâ conducat alium ad cædem faciendam. Cùm ergò nullis rationibus expugnari posset, accusat eum Creichton Iesuita, apud Fuentem Parmensis successorem, quòd pecunias à Parmense acceptas dilapidâsset, & in alios usus convertisset. Comprehenditur miser Brusseus, in carcerem conjicitur, & menses quatuordecim in eo detinetur, tandem liberatur, Iesuita autem impunitus evadit.

Pasquirius in Catechismo Iesuit. lib. 3. c. 2.

De Turbis *in* Patavina Academia, tum *inter* Venetos *&* Paulum V. Pontificem Romanum *à* IESVITIS excitatis.

CVm Iesuitæ Patavii, & alibi passim publicas in suis Collegiis Lectiones habere, & hoc modo studiosam juventutem

ad se pertrahere conarentur, gravis ea de causa inter ipsos & Academiam contentio exorta est. Tandem Academia illius loci de novatione ista apud Magistratum Venetum Anno 1591. admodum conquesta est, & per delegatum suum Cæsarem Cremoninum hæc talia proponi ipsi curavit: quòd nimirum Iesuitæ privatâ quadam authoritate, contra Academiæ istiúsce leges ac consuetudinem antiquam & approbatam, peculiare quodpiam Collegium seu Anticollegium potius occultò, sub Pontificiarum quarundam à Superioribus in Republ. Venetâ, tanquam à Magistratu suo legitimo, nondum approbatarum seu confirmatarum Bullarum prætextu, introduxerint: unde contentiones inter studiosos per quàm multæ & variæ exsisterent; eóque non celeberrimæ tantùm Academiæ despectus haud ferendus, sed ipsis etiam Iesuitarum discipulis illis putativis ab ineptis istis Præceptoribus majus detrimentum, quàm emolumentum accederet. Rogare itaque se, ut Anticollegium istud temerariè nec non clandestinè contra leges institutum abrogetur. Ad quos Magistratus ille ejusdem Anni 1591. die Decemb. 23. rescripsit & decrevit ita: *Nostra hæc est sententia ac voluntas, ut Lectiones, nisi inter sese & apud assecias sive socios suos, habeant omninò nullas, utque Statutis ac Privilegijs Academiæ Patavinæ neutiquam adversentur.*

Controversia *inter* Venetos & Paulum V. Exorta IESVITIS Authoribus.

ANno verò 1605. inter Venetos, & Paulum V. Pontificem Romanum gravissima, & periculosissima intercessit Controversia, super Constitutionibus quibusdam, quarum renovandarum occasionem Senatui Veneto Iesuitarum artes & doli testamentarii præbuerunt. Cùm enim Ecclesiastici, maximè verò Iesuitę Venetiis hactenus multa ædificia, & bona alia mobilia, & immobilia, tam in urbe, quàm extra eam sita, ad sese sub titulo testamentorum, aliorumque legatorum, variis technis & molitionibus pertraxissent, & verò bonis spiritualibus adnumerata, ita jam possidere inciperent, ut tributi inde ad Magistratum Politicum nihil amplius, vel parum admodum rediret, Magistratus Venetus, ne cum Reip. detrimento maximo ditescerent, lege cavendum & in eos maturè animadvertendum censuit.

Hieron. Vendra- Iuvat hoc loco non mea verba adscribere, sed Cl. V. Hieronymi Vendrameni Sacerdotis & Theologi Veneti, pro Serenissima Venetorum Rep. ad Cardinalium Roman. Collegium. *Triginta decies*, inquit, *centena millia, & amplius Ecclesiasticorum bona ac facultates, æstimantur valere sub Venetæ ditionis Imperio. Et quidem, quocumque te Venetijs, vel alibi in toto Veneto Dominio conferas, ædificia quæcumque prædia, agros, domos & cætera hujusmodi meliora pulchriora ac magnificentiora conspexeris, illa Ecclesiasticorum esse certò scias. Quod si ex urbe Veneta solùm atque agro extrahas Templa, ædificia, bona facultates Patriarcharum, Episcoporum, Abbatum, Archipresbyterorum, Plebanorum, Presbyterorũ, Monasteriorum, Hospitalium, Ecclesiarum & cæterorum hujusmodi, quæ temporibus, quibus Veneta Resp. cœpta est, vel prorsus nulla extabant, vel certè admodum pauca, illaque omnia simul in unum locum conferas: ac seorsim quidem Templa, domos, ædificia, & cætera hujusmodi opera ponas: seorsim verò prædia, agros, rura, hortos, & similia; quid obsecro Venetorum Civitas ac dominium erunt cum his collata? Illa certè Vrbs maxima erunt, hæc verò vicus & Provincia per quàm angusta apparebunt: & tamen Ecclesiastica illa omnia, vel plura certè Venetæ Reip. subditorum erant, ac proinde Veneta: Principes enim in subditorum suorum bona jus aliquod habent. Necessariò igitur Reip. Venetæ Patribus his malis medendum, ac legibus cavendum fuit, ne contra vitæ suæ rationem, & Christi Servatoris Domini institutum Ecclesiastici viri tandem omnia secularia occupent, ac possideant.* Hucusque Vendramenus.

Bona manut de bonis Eccles. Venetijs à Iesuitis interceptis

Iesuitæ verò hoc indignissimè ferentes, totum hoc negotium Romam ad Papam Paulum V. perscripserunt.

Veneti jure suo cedere nolunt.

Compellati igitur hoc nomine à Pontifice, Veneti jure suo cedere noluerunt, sed protestati sunt, sibi in ditione sua supremam jurisdictionem, & sic etiam legum ferendarum potestatem, non autem Pontifici competere, &c. Hoc responso accepto, Pontifex Excommunicationis fulmine eos territat.

Excommunicationem iniquã decernunt.

Decretũ Venetorum contra Pontificis Excommunicationem.

Pauli V. injustitia.

Vbi notanda summa iniquitas & hujus Pontificis: paulò ante illum Clemens 8. lege quoque cavit, ne Deiparæ Lauretanæ Domus, qua Papistis nihil toto terrarum orbe sanctius, valeat deinceps, aut emere, aut acquirere privatorum hominum agros vel bona, propter easdem causas, quæ Venetos etiam ad idem statuendum impulerunt. Conciliari hæc non possunt. Idem omninò statuunt ac decernunt Veneti & Pontific. Rom. Pontificis decreta sancta & inviolata: Venetorum autem blasphemiæ & anathemata judicantur.

Veneti Papæ.

Dux verò & Senatus contrà Excommunicatio-

Excommunicationem iniquã decernunt.

nicationem illam decreto publico pro iniqua, injusta & omninò nulla decrevit, quippe quæ tanquam brutum aliquod fulmen, sine jure & legibus conceptum, aërem tantùm feriat.

Decretũ Venetorum contra Pontificis Excommunicationem.

Quia verò Decretum hoc dignum est, ut in rei hujus sempiternam memoriam ad posteritatem transmittatur, id hoc loco ex Italico idiomate in Latinum fideliter translatum, adscribam, & de verbo ad verbum sic habet. Leonardvs Donatvs, *Dei gratiâ Dux Venetiarum, &c. Reverendissimis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis totius Dominij nostri Veneti, & Vicarijs, Abbatibus, Prioribus, Rectoribus Ecclesiarum Parochialium, & alijs Prælatis Ecclesiasticis Salutem. Ad notitiam nostram pervenit, die 17. Aprilis nuper præteriti, de jussu & sententia Sanctissimi Patris Pauli Papæ V. publicatum & affixum fuisse Romæ* BREVE *quoddam fulminatum contra Nos, & Senatum ac Dominium nostrum, directum ad vos, ejus tenoris & argumenti, quod in eo continetur. Quapropter cum devinctos nos esse consideremus ad conservandum in quiete & tranquillitate statum nostrum nobis ad gubernandum à Deo datum, utque vindicemus & defendamus authoritatem Principis, qui in rebus temporalibus alium superiorem, præter Divinam Majestatem non agnoscit: præsentibus hisce nostris literis coram Deo & toto Mundo protestamur, nos non intermisisse omnibus possibilibus uti, quibus sanctitatem suam validissimam nostrarum & indissolubilium rationum capacem redderemus: & primum quidem per Oratorem nostrum apud S. S. residentem: postea verò per literas nostras responsorias ad Brevia ipsius nobis scripta: & tandem per Oratorem expressum, in hunc finem & missum. Verùm quum animadverterimus SS. aures occlusas, & Breve istud publicatum esse contra formam omnis rationis, & contra id, quod docet sacra Scriptura, doctrina Sanctorum Patrum, & sacri Canones, in præjudicium authoritatis secularis concessæ nobis à Deo, & libertatis statûs nostri, cum perturbatione possessionis quietæ, quam, per gratiam divinam, sub dominio nostro fideles nostri subditi possident, bonorum, honoris, vitæ ipsorum, nec non cum scandalo universali & gravissimo omnium hominum: idcirco nullo modo dubitamus prædictum Breve habere, ac censere non tantum pro injusto ac indebito, sed etiam pro nullo, & tali, quod sit pretij planè nullius, & ita invalido, irrito & illegitimè fulminato, ac de facto nullo juris ordine servato, ut indignum atque inconveniens judicaverimus uti contra illud remedijs, quibus Majores nostri, & alij Principes supremi contra Pontifices usi sint: qui dum potestate suâ ipsis à Deo data uti deberent ad ædificationem, terminos transgressi sunt: maximè cum certi simus, illum à vobis & alijs nostris subditis fidelibus, adeoque mundo toto pro tali censeri & reputari: in certissimam spem venientes fore, ut quemadmodum hactenus fidelem curam gessistis animarum subditorum nostrorum fidelium, & cultus divini, qui studio vestro floret in hoc statu nostro, si quisquam alius, ita in posterum etiam officium illud pasto. continuetis: siquidem certò constituimus perseverare in sancta fide Catholica & Apostolica, inque observatione sanctæ Romanæ Ecclesiæ, perinde ac Majores nostri à principio fundationis urbis huius ad præsens per divinam gratiam perseverârunt. Volumus autem, ut præsentes hæ literæ, quò ab unoquoque intelligantur, affigantur in locis publicis Civitatis hujus nostræ & aliarum dominio nostro subditarum: sperantes, istam publicationem, adeò manifestam perventuram ad aures omnium, qui prænominati Brevis cognitionem habuêre, & perventuram etiam ad aures Sanctitatis suæ; cui, oramus, ut Dominus Deus noster inspiret gratiam, quâ cognoscat Brevis istius nullitatem & aliorum factorum contra Nos institutorum; & postquam iustitiam causæ nostræ cognoverit nobis augeat animum ad præstandam reverentiam erga sanctam sedem Apostolicam: cuius Nos & antecessores nostri unâ cum hac Republ. semper fuimus & erimus devotissimi. Datum in Ducali nostro Palatio ad 6. diem Maij Indict. 4. Anno* 1606.

Iacobus Girardus Secr.

Decreto Reipub. Venetorũ Clerici ômnes subscribunt exceptis Iesuitis.

Hoc decreto publicato, Serenissimus Dux & Senatus Clerum etiam suum convocant, & jus Reipubl. eidem exponunt, Pontificiqeque Excommunicationis iniquitatem demonstrant, eumque pro authoritate hortantur, ut curato suo officio Excommunicationem Papalem pro nulla habeat, &c. Clerus antiquus adhæc unanimi consensu Reipubl. causam contra Pontificem probat, & de fide sua prolixè pollicetur: Adhæc in lucem libros præclarissimos ediderunt aliquot Clerici, in quibus partim Iesuitarum technæ & Sinonicæ artes detegũtur, & graphicè depinguntur, partim verò potestas Papæ in temporalibus solidè & sacris literis congruenter impugnatur. Inter hos cumprimis egregiam operam studiumque navavit doctissimus ille & omni literaturâ excultissimus ac expolitissimus Pavlvs Venetvs, quem honoris causa nomino, cujus Tractatus de interdicto Papæ, & Considerationes seu animadversiones in Censuras Papales, & Apologia adversus Bellarminum Principem obtinent: unà cum Declaratione rationum, quibus permota Serenissima Respub. Papæ Paulo V. sese

Paulus Venetus indignissimè tractatur.

sese masculè oppositum, ab Antonio Quirino Senatore ibidem in lucem edita.

Sed bonus Paulus pessimam hoc ipso à Iesuitis injit gratiam, qui se ulcisci, & injurias suas, quas ita vocabant, modis omnibus persequi statuerunt. Conduxerunt igitur & pecuniâ corruperunt Ridolfum Pomam, & Michaëlem Viti Sacerdotem, cum duobus aliis Anconâ & Florentinâ oriendis, quorum alter Alexander, alter verò Iohannes vocabatur: hi adoriuntur 5. Octob. anno 1607. Fratrem Paulum Venetum, eumque opprimere, Assassinorum more, in ponte de Santa Forsca tentârunt, quòd eorum conatibus vehementer resisteret, & parum abfuit, quin illum stiletis seu pugionibus suis interemissent: latrones autem fugâ elapsi sunt.

Recentiores verò Religiosi, nempe Iesuitæ, Capucini & Tolendini, quorum Regulæ præsentis temporis conditioni accommodatæ sunt, Reipubl. causam damnant, & contra mandatum Senatûs Ecclesiastica sua officia occlusis semper templis peragentes, varia moliri, & plebem ad seditionem excitare visi sunt. Fecerunt autem hoc Iesuitæ non aliam ob causam, quàm quòd viderent, se, stante & defensa Reip. Venetæ libertate, stantibusque legibus, nec stare, nec instituti sui finem obtinere posse.

Veneti Iesuitas in æternum ditione sua proscribunt.

Dux itaque & Senatus Venetus ut malis omnibus maturè obviam irent. Iesuitas omnes ex urbe & ditione sua tota dimittendos edicto novo in æternum censuerunt, & spem omnem ipsis redeundi futuris temporibus præciderunt: parentum quoque omnium omnes omninò liberos, qui in ea ditione fuerunt, è Scholis & amplexibus Iesuiticis, ne diutius inficiantur, avulsos, domum prudentissimè revocârunt.

Iesuitæ Venetijs discedũt.

Maij igitur 10. anno 1606. Iesuitæ cum vestimentis, lectulisque & necessariâ suppellectile, conscensis navigiis ex urbe Mediolanum versus discesserunt. Post illorum discessum, in Iesuitarum Collegium Canonici ad D. Marcum introducti sunt, Monachis, quos Reformatos vocant, aliorum Collegia occupantibus. Franciscani verò Monachi, quorum maxima ibi frequentia est, nequaquam sese Collegia sua deserturos, quòd iustam Veneti adversus Pontificem tuerentur causam, apertè professi sunt. Atque ita Iesuitæ Papæ Excommunicationem & tyrannidem ipsi causæ æquitati prætulerunt.

Vt autem his quæ hucusque diximus de turbis à Iesuitis Venetiis excitatis major fides habeatur, néve Iesuitæ aliquid in hac tota narratione fictũ à me esse calũnientur, adscribam quędam ex literis ad nos à viro gravi & patriæ amantissimo ex Italia scriptis, in quibus superiora omnia, sed breviter confirmantur: Illa autem sic de verbo ad verbum habent.

Confirmatio superiorum.

Postquam publicatum fuit interdictum Pont. Pauli V. contra urbem & statũ Venetũ in hunc finem, ut subditi si privarentur exercitio Religionis tumultus excitarent, & ob id Senatus ad ipsis gratificandum compelleretur: deliberatum fuit imperandum esse omnibus Religiosis, ut in quacunque Ecclesia continuaretur exercitium consuetum divinum sine novitate ulla. Promptè obtemperatum fuit ab omnibus: & nominatem Iesuitæ responderunt, quod & ipsi divinum cultum continuarent: verum interim per civitatem spargebant, qaod publicè Missam dicere abstineant. Hoc cùm cognovissent Magistratus, ipsi ad diem 9. Maÿ, Anno 1606. accersiti fuerunt, ut certò ab ipsis cognosceretur, quidnam tandem animi ipsis esset: & admoniti, ut Principis mandatum in ministerio suo exequerentur: ipsi se missam posse dicere negabant promissioni quandoquidem hoc suæ non adversetur. Missam enim sub nomine officiorum divinorum non comprehendi. Hoc cognito deliberatum fuit à Senatu, ut Patriarchalis Vicarius ablegaretur, qui res Ecclesiæ ipsorum consignaret, & mandatum daret Iesuitis subitò discedendi. Scriptum etiam fuit civitatum gubernatoribus, ut omni ex loco discessum illorum procurarent.

Calũniæ Iesuitarum cõtra Venetos.

Iesuitæ intellecta intimatione tumultuariè ad Ecclesias convocârunt suas devotas, & ut postea compertum fuit, inde ingens auri & gemmarum pondus deprompserunt. Sub vesperam Ministros publicos sibi dari petierunt securitatis suæ causâ: qui utique ipsis missi fuerunt. Discesserunt vesperi sub horam secundam noctis, singuli cum imagine Christi ad collum, ad ostendendum, Christum unà secum pati: Sua Collegia quasi nuda reliquerunt, in quibus totam noctem & integrum diem reliquiæ remanebant ignis: præsertim duobus in locis, ubi immensam copiam scriptorum suorum combusserunt, relictis pluribus instrumentis, quibus funditur metallum. Quod cùm per urbem increbuisset non sine scandalo. Pater Possevinus paucis diebus post Ferrariâ scripsit, & visa etiam fuit litera publicè, instrumenta non fuisse, ut funderent aurum & argentum, sicuti calumniosè traducerentur, sed ut concinnarent pileos suos sive baretas.

Verùm Patavij multa exempla remanebant scripti, quod octodecim continebant regulas cùm hoc titulo: Regulæ quædam servandæ, ut cum orthodoxa Ecclesia verè sentiamus. *In harum* 17. *præcipitur* prædicandam aut inculcandam nimis non esse gratiam DEI.

Et

Et in 13. *ordinatur*, debere Ecclesiam Hierarchicam credere nigrum esse id, quod oculis videtur album. *Quod scriptum ob ingentem numerum exemplorum eius uniformium, quæ illic reperiebantur, perhibetur fuisse eo fine compositum, ut quotidie distribueretur scholasticis, qui Venetias adventarent adque societatem se conferrent. Verba formalia capitis illius* 13. *hæc sunt*: Denique ut ipsi Ecclesiæ Catholicæ omninò unanimes, conformésque, si quid, quod oculis vestris apparet album, nigrum illa esse definierit, debemus itidem, quòd nigrum sit, pronunciare, &c. *Capitis* 18. *verba formalia sunt ista:* Nec itidem prædicandæ aut inculcandæ gratiæ DEI adeò insistendum fuerit, ut serpere inde possit animis error lethalis negatâ liberi arbitrii nostri facultate.

Confirmatio superiorum.

Calũniæ Iesuitarum cõtra Venetos.

Diebus sequentibus non tantùm Iesuitæ ex statu Veneto profecti, verùm universa ipsorum societas in & extra Italiam disseminabant infinitas calumnias contra Rempubl. cum in privatis colloquijs tum in prædicationibus publicis, & in dominio Reipubl. cum literis ipsis adhærentibus: Convocabant ad confinia suos devotos, ingrediebantur dominium habitu & personis dissimulatis: prædicabant varias indulgentias ijs, qui interdictum observarent, aut alias ad id observandum, & causæ Pontificis patrocinandum promoverent: fingebant literas falsas, quas sub nomine Reip. Genuensis scribebant Venetæ, & quas sub nomine Civitatis Veronensis scribebant Civitati Brixianæ.

Quæ cùm intolerabilia viderentur esse Venetis, in mandatis datum fuit à Senatu, ut seditiosarum actionum ipsorum novissimarum, ut & præcedentium aliarum formaretur processus. Et quoad ultimas quidem abundè compertum fuit, ipsos in concionibus suis invectos esse in Rempubl. appellando illam hæreticam Lutheranam, tyrannicam, & abominandam, & quæ sunt innumerabilia hujusmodi epitheta: idque Ferrariæ, Bononiæ, Parmæ, Mantuæ, Palermi & alibi. operâ etiam ipsorum atque instinctu omnia ista mala evenisse, quæ evenerunt in Hispania Bohemia, Gallia, Polonia & Anglia Legatis Venetis, quod equidem literis Legatorum & Ministrorum publicorúmmet, qui illis in Regnis erant, & aliorum sermone, comprobatum fuit.

Operam etiam dabant apud Principes Italiæ, ut in Provincijs ipsorum Reipubl. militem conscribendi licentia præcideretur: & cùm hoc non succederet, vicatim euntes detestabantur nomen Venetum, anathema minati ijs, qui in militiam ipsorum proficiscerentur. Seditiones, quas in Dominio excitabant partim literis, partim instructionibus & partim tractationibus coràm & oretenus cum subditis Venetijs, & in confiniis cum Devotis suis, quos illuc accersiverant, fuêre innumerabiles. Compertum præterea fuit, ipsos turbarum illarum fuisse architectos præcipuos, quas tum temporis concitaverunt apud quosdam, quibus spem fecerant, ut in administratione Reipub. partem aliquam, locumque obtinerent distractione excitatâ inter Senatores.

Quin etiam innotuit, quòd cùm Resp. à morte Henrici III. Christianissimum appellâsset Henricum IV. Regem Galliæ, ipsi Romam scriptis literis multis Senatoribus scrupulum injecerunt, qui propterea Venetiis discesserunt, quia Iesuitæ absolutionem eis negabant, nisi retractarent. Alia incommoda, quæ inde sequebantur, transeo. Pro diversis occasionibus monstrabant se fautores magnorum principum, in negotia illorum se ita intrudentes, Menstruatim impendebant plures quàm centum coronatos in curandis tantum literis, quod πολυπραγμωσύνω & correspondentiam illorum per omnia loca satis superque arguit. Detegebantur multæ insidiæ eorum, quas struebant bonis & facultatibus suorum amicorum, & præsertim multarum cum damno insigni familiarum.

Quo ad doctrinam ipsorum innotuit in rebus quidem politicis majorem in modum ipsos exaltare Monarchiam, & deprimere Aristocratiam, cum hypothesibus certis, quæ institutis & administrationi Reip. sunt contrariæ: unde apparuit Iesuitas authores & instrumenta fuisse omnium turbarum, confusionum, seditionum & damnorum nostris temporibus in omnibus Regnis & Provincijs mundi subortorum.

Quæ omnia & singula cùm ad d. 14. *Iun. anno* 1606. *essent proposita, deliberatum & decretum fuit, quòd cùm Societas Iesuitarum Venetijs à primo tempore, quo recepta & benignè habita fuit erga Rempubl. sese exhibuerit semper ingratam, inque detrimentum votius ejus quàm emolumentum fuerit propensa, idemque etiam nunc non sine intolerabili molestia & insolenti dicacitate continet, in æternum illam amplius recipi in quemcunque locum Dominij Veneti non posse nec debere.*

Et sanè evidentissimum est argumentum enormitatis delicti eorum, quod in tanto numero Senatorum ne unus quidem ipsis patrocinabatur, & in scrutinio votorum secretorum exploratum fuit, omnia conformia esse, ut perpetua ipsorum proscriptio decerneretur.

Ad d. 18. *ejusdem mensis deliberatum & conclusum fuit ab eodem Senatu ut publicaretur mandatum, Ne ullus cujuscunque conditionis & sexûs sive Venetijs sive alijs in civitatibus Reipublicæ recipere ausit Iesuitas, aut literas ad eorum Societates perscribere aut commercium ullum cum eis habere, sub pœna irremissibili proscriptionis ex omnibus terris & locis Reipubl. & vel sub graviori pœna, pro transgressio-*

greſsionis & perſonarum qualitate: ut teneantur etiam omnes, qui liberos ſuos ſub diſciplina illorum habeant, eos ocyus & ſine morare vocare, neque in perpetuum illos ad Collegia eorum remittere, ſub ijſdem pœnis.

Quum ſuſciperetur tractatio pacis inter Pontificem & Remp. Ieſuitæ ſollicitè inſtiterunt Romæ, & in Hiſpania præſertim, ut & ipſi tractationi includerentur, in medium afferentes ſumma ſua in Coronam merita, & quòd excluſio ipſorum tum Papæ, tum Hiſpaniarum Regi dedecus magnum ſit allatura. Non dubitat etiam Confeſſarius Reginæ è Societate unus palàm dicere. Non à Rege tantùm, ſed à tota Curia controverſiam illam componi bona cum conſcientia non poſſe, niſi Ieſuitæ Venetijs reſtituantur in integrum.

Scriptum quoque ſparſerunt Romæ Italicè, & in Hiſpania Hiſpanicè, quod oblatum eſt Pragæ à Patribus Societatis Ieſu Nuncio Pontificis & Legato Hiſpanico reſidentibus apud Imperatorem anno 1607. April. menſe, quando fuit nunciatum controverſiam inter Paulum V. Papam & Sereniſſimam Remp. Venetam compoſitam eſſe, ita tamen, ut Ieſuitæ à Statu Veneto exterminati eſſent: in quo varię, ſed futiles ac vanæ cauſæ afferuntur quibus probare conantur, non permittendam eſſe Venetis proſcriptionem Ieſuitarum ex ipſorum Statu. Id autem ſic habet.

Scriptũ Ieſuitarũ Pragæ exhibitũ de pace facta inter Papam & Venetos.

Quemadmodum Veneti tempore inobedientiæ & ſchiſmatis declarârunt, ſe commaculatos eſſe hæreſi: ſic quum quærunt hoc tempore, ut Ieſuitæ nunquam revertantur, ſatis eo oſtendũt id, quod Demoſthenes de lupis dicit, eos quum pacem inire vellent cum ovibus petiiſſe, ut exterminarentur canes, veluti eos qui diſtractionis fuerint authores. Quod ſi igitur hoc ipſis concedatur, malum indies ingraveſcet, donec fiat immedicabile, & apertum bellum inde tandem enaſcatur. Hoc modo plus lucrabuntur, quàm eo quod in principio prætendebant, nempe juriſdictionem in bona & perſonas noxias, nunc verò caſtigandi & innocentes poteſtatem conſequentur. Manifeſtiſſimum hoc erit ſignum, Regem & Papam manus dare, nec vires habere ad redigendum ipſos in ordinem, ſicque victos eſſe, tam iniquâ videlicet conditione: unde libertati Eccleſiaſticæ majus detrimentum oborietur, ſicut etiam authoritati Papæ, quàm cum omnibus iſtis legibus quæ cenſurarum extiterunt cauſæ.

Papa ſibimet facit injuriam, permittendo, ut primi, qui ipſi obedierant, ob hanc cauſam confundantur in conſpectu totius Mundi inter Catholicos & hæreticos, & caſtigentur proſcriptione perpetuâ & ſuorum bonorum privatione. Hoc modo confirmabitur id, quod per totum annum publicârunt per Mundum, nempe Interdictum & omnes actiones Papæ contra ſe nullas eſſe, neminemq; eis debere obedire, quandoquidem prætendebant, atque etiam obtinebant eos, qui ipſi obedierant hunc in modum caſtigari.

Ex altera cauſa etiam Papa præjudicat ſuæ authoritati, quandoquidem deinceps non poterit amplius publicare interdictum, quod ſit validum: nam cùm videat eos, qui obediunt pro eo quod debent affici præmijs, adeò graviter puniri, nemo Eccleſiaſticus amplius ipſi obediet, & ipſimet Ieſuitæ, qui hactenus in omnibus rebellionibus, quæ in quacunque parte Mundi contra ſanctitatem ejus & Regem noſtrum fuerant excitatæ, ad ipſis ſerviendum periculo expoſuerunt facultates & vitas ſuas, tempore futuro perdent animam. Quod facturi ſunt & cæteri omnes Religioſi, cùm videant, ſe deſertos eſſe, ſicque malè tractari eos, qui in hujuſmodi occaſionibus adeò benè ſe geſſerunt.

Præterea Sanctitas & Majeſtas ſua dabunt maximum ſcandalum toti Mundo, ſiquidem iſtud exemplum animum addet omnibus hæreticis & politicis in quacunque parte: molientur enim quidvis contra Sanctitatem ejus, quippe certi, ſe illud obtenturos, unde facilè iſto exemplo ſeſe juſtificabùnt.

Quod ſi fortè exiſtimetur id precariò poſſe accommodari, ſciendum illud ipſum in medium etiam propoſitum fuiſſe, cùm tractaretur pax cum Anglia: nunc verò apparet quam fuerit id ſine fundamento & ratione: Deinde, ſi conſideretur obſtinacia quam hactenus ſunt profeſſi, excutiendo pœnas Eccleſiaſticas, & minas bellicas, prudenter præſupponi nullo modo poteſt id ipſos facturos precariò, poſtquam periculum evaſerunt: Tertiò, non excuſabuntur propterea incommoda illa ſuperiora: Quartò, etiamſi id facerent poſtea propriâ ſuâ voluntate, ut ſatisfacerent Principi alicui id ab ipſis poſtulanti, dum conſiderari debet, quantâ exiſtimatione id lucrifaceret eiuſmodi Princeps, & quantam inde iacturam faceret & ipſius Sanctitas & Maieſtas Catholica, cùm ne quidem omnibus ſuis viribus & authoritate rem tam juſtam obtinere potuerint.

Causa ob quas Ieſuita ex Bohemiæ regno æternum ejecti ſunt.

Et ſi quis objiceret, neceſſariò admittendam eſſe illam conditionem, ut non introducatur in Italiam bellum, quandoquidem ipſi volunt ſine eo ſubjicere ſe Papæ, primùm quidem iſta diſſimulatio & major ſubinde propagatio hæreſeos in ſtatu Veneto maioris & periculoſioris belli cauſa erit: Secundò, eveniet ex iſta hæreticorum & politicorum inventione, ut in conditione illa tanquam ſi eſſent minoris ponderis, exhibituri ſe ſint obſtinatiores, utpote in qua, ſicut apparet ex Superioribus, conſiſtit omnis exiſtimatio ſive iuſtitiæ ſive iniuſtitiæ huiuſce negotij, nec non ipſius Sanctitatis & Maieſtatis Catholicæ: Tertiò, Veneti ampliorem habent occaſionem pertimeſcendi bellum

in ſua

in sua domo modo exiguo quem habent ad se defendendum, & exigua securitate erga suos Vasallos in re tam pudenda & injusta, ut non debeant habere Papam vel Regem Dominum nostrum, qui inferant ipsis bellum ad redigendum eos in officium, quod ocyus amplectentur, si videant ex altera parte constantiam & resolutionem, quæ ipsis conditio negatur tam indigna & intolerabilis.

De Turbis *&* varijs Calamitatibus *in* Bohemię *Regno à* IESVITIS excitatis.

ANno 1609. die Augusti mensis Status Bohemici libello supplici Cæsareæ Majestati oblato, graviter conqueruntur de Iesuitis, quòd quum non sese pertraxissent, & nec tributum de illis solvant, nec onera sustineant alia, multò minus autem contributionem; quam à subditis exigant ullam faciant; necessitate igitur cogente, sese à Cæsarea Majest. petere, eò adigantur, ut à prædijs istis in posterum abstineant, & nulla alia absque consensu & peculiari indulto Cæsaris vel coëmant, vel ex testamentis, donationibus; vel alia quacunque ratione acquirant & ad se transferant. Sed parum impetrârunt.

Causa ob quas Iesuita ex Bohemiæ regno æternum ejecti sunt.

Ob quas causas autem Iesuitæ ex Boëmiæ Regno Anno 1618. die 1. Iun. mensis proscripti tandem, & in æternum inde ejecti sint malo Statuum Boëmorum verbis, quàm meis referre. *Prima* est, quòd à multo jam tempore fuerint VASTATORES publicę pacis & tranquillitatis hujus Regni. Notum esse passim omnibus, aiunt, in quantis inclytum Boëmiæ Regnum periculis per retro omnes annos, ex quo Iesuitica Secta idem Regnum fuit ingressa, versatum perpetuò fuerit, & quàm frequentes mutationum vicissitudines perturbationesque subierit, eaque omnia Status pariterque subditos eorum, & alios Regni incolas magno suo incommodo persentiscere, eaque de causa bona capitaque exponere debuisse. Addunt, comperisse se ipso facto; ejusmodi ærumnarum nullos majores authores esse, quàm virulentæ Religionis Iesuiticæ homines: ut proinde quámdiu hæc secta in Regno sit permensura, nunquam suprad ictis calamitatibus finis imponi; nec pax in Regno diuturna esse possit: sed tam ipsa Regia Majestas, quàm Status ipsi perpetuò de cervicibus & bonis omnibus sint periclitaturi. *Secunda* causa proscriptionis Iesuitarum ex Boëmiæ Regno est, quòd studio stabiliendæ Romanæ Sedis, omnia Regna, ac Mundi hujus terras jugo ac potestati ejus subijcere unicè adnitantur. *Tertia*; quòd Magistratus politicos alios contra alios concitent; ac tam inter Status mutuò; præsertim Religionis professione diversos, quàm inter Magistratus ac subditos, dissensiones & dissidia excitent: ipsosque subditos contra Reges consilijs, doctrinâ & pollicitationibus, etiam ipsius gloriæ æternæ acquirendæ ac purgatorij ignis evadendi arment. *Quarta*, quòd per confessiones arcana omnia rescire, atque ità conscientijs hominum dominari, etiam ad illicita compellendo consuescant. *Quinta*, quòd exemplum Templariorum secuti, insignia quæque loca, suo usui vendicent. *Sexta*, quòd administrationi seculari in omnibus sese ingerant. *Septimâ*, quòd omnes, qui Romanæ Ecclesiæ colla sua subijcere & Papæ parere nolunt, Hæreticos proclament: eisque fidem habendam esse nullam palam doceant. *Octava*, quòd ejusmodi crimina ac technæ Societatis Iesuiticæ testata reddantur etiam ab externis Regnis ac Provincijs: speciatim in Gallia, Anglia, Vngaria, Venetijs, Belgio alijsque Sacri Romani Imperij Provincijs. *Nonâ*, quòd non obstantibus Majestatis literis, à glorioſæ memoriæ Cæsare Rodolpho pro libero Exercitio Religionis concessis; nec non initâ & à Sacra Cæsarea Majestate super eadem re cum cæteris Catholicis Statibus conventione, partem sub Vtraquè in concionibus & scriptis audacter scommatis proscindant ac lacerent, verba earundem literarum partialiter, & contrariè explicent. *Decimâ*, quòd concessione Literarum Majestatis Religionis Statum in Boëmia concernentium, interponendam fuisse judicent authoritatem Romani Pontificis, qui tamen nec in Status sub utraque multò minùs in Regem ullum jus habeat. *Vndecima*, quòd Iesuitarum instinctu & consilio sub Vtraque subditi Regis, aliorumque Dominorum Papisticorum, carceribus, alijsque modis ad Romanam Religionem capessẽdam adacti fuerint, Templaque & cultus divinus Vtraquistarum in eorundem Papisticorum Dominorum quibusdam locis sublatus, omniaque officia præcipua, tam Regia, quàm Regni & Civilia personis Religionis sub Vna distributa, Vtraquistæ è contra, qui sese pro conscientiæ debitò interposerint, officijs ac dignatibus suis magno cum probro

dejecti fuerunt. *Duodecima*, quòd administris paucis Papistis quibusdam, perfidis patriæ filijs, cum penè omnia Iesuitarum instinctu & nutu agerentur, totum Regnum, ac præcipuè pars sub Vtraque ad extremum propè interitum esset adducta, nisi Deus ex mera charitate & misericordia sua sancta, quam erga Verbum suum & partem sub Vtraque gerere dignatur, malum præveniſſet.

Decretũ Statuũ Bohemorum contra Iesuitas

Hæc est summa Decreti Statuum Boëmiæ contra Iesuitas: Ipsum verò Decretum de verbo ad verbum Latinè sic ferè habet: *Omnibus tribus sub Vtraqne Ordinibus satis constare, quantis periculis & incommoditatibus Regnum illud à primo Sectæ Iesuitæ in illud ingressu, expositum, quidque afflictionis & miseriarum experti omnes fuerint. Harum incommoditatum causam unam & solam à Iesuitis deprehendere, reipsa defensores cognovisse, qui id propositum sibi habeant ut Sedem Romanam firmare, & Regna Mundi totius omnia sub potestatem suam redigere possint. Nam ne Deum quidem reverentes, quæ ad eam rem facere possint, sedulo facere, Principes adversus seipsos concitare inter Ordines Regionum, diversam Religionem foventium dissidia excitare, Magistratus adversus subditos, & hos contra Magistratus suos incitare, Reges ad nutum suum componere, se nolentes, sicariorum libidini exponere, sceleratos quosque ad parricidia in Regibus perpetranda salutis æternæ cõsequendæ & purgatorij evitãdi promissione animare, amicos adversus invicem committere, in secreta omnia per auricularem confessionẽ suam inquirere, cõscientijs hominum laqueum immittere, & eas ita constringere, ut sine consensu ipsorum, ut bonum quidem quod sit, facere audeant, quemadmodum etiam thesauros ingentes Templariorum exemplo sibi comparârint, in politicam gubernationem sese immiscuerint, & ijs, qui Rom. Religionem non amplectantur fidem servandam nullam esse docuerint, hæreticos eos proclamantes. Testimonia hujus rei satis manifesta & perspicua, Galliam, Angliam, Hungariam, Transylvaniam, Venetias, Belgium, & Regna Regionesque alias suppeditare. In hoc ipso Bohemiæ Regno, cum post perpessas, ex ipsorum instinctu, afflictiones varias, Regales à Cæsare Rodolpho super exercitio Religionis libero obtinuissent literas, & pacta cum illis sub Vna, de non vituperando, criminando, damnando sese invicem inijssent, inque tabulas publicas, majoris confirmationis ergò inserenda omnia ista curâssent, veritos non fuisse, post habitâ pœnarum Majestatis literis expressarum comminatione, Ordines sub Vtraq; pro concionibus suis calumnijs proscindere & tanquam hæreticos condemnare, literas Majestatis in alienum sensum trahere, easq; ad Cæsareæ Majestatis Cameræq; Regalis, Monasteriorũ item, & Ecclesiasticorum, nec non Ordinum sub Vna subditos minimè pertinere dictitare, Regem Bohemiæ non posse Majestatis istas literas confirmare, & Religionis libertatem fidelibus suis subditis sine Pontificis Romani consensu permittere: cum Papa tamen neq; in Ordines Bohemiæ, nec in Regem Dominum suum juris quicquam habeat publicè affirmare, Regis subditos ad Ecclesiasticam maximè jurisdictionem pertinentes, à Religione sua sub Vtraq; ad eam sub Vna vel invitos trahere, templa ipsis præcludere, & aliquibus in locis solo æquare, Religionis exercitia prohibere, officia Regis Regniq; primaria non nisi illis, qui sub Vna sunt, administranda permittere, eos verò, qui sub Vtraq; sunt, ab officijs publicis nulla causa, quin imò conscientia ipsorum reclamantec, am dedecore & ignominia removere. Hac ratione id tandem effecisse, ut paucis quibusdam sub Vnâ perfidis hominibus, patriæ totius administratio cederet, quorum opera patriæ interitum, fidelibus verò sub utraque Ordinibus extremam perniciem, & exterminationem accelerarent. Cum igitur malorum omnium in Regno auctores sint, indignos esse, qui in eo diuti⁹ vivant, & tolerentur. Defensores ergo animadvertentes, mala ista finem non habitura, nec pacem in regno constantem fieri posse, sed & Regem, & ordines omnes cum uxoribus liberisque, & bonis suis omnibus, in summo periculo versari oportere, quandiu Secta isti pernicioſissimæ locus aliquis in Regno relinquatur, notum omnibus facere, quod deliberato consilio, & omnium Ordinum impetrato consensu, Iesuitas omnes ex oppidis Pragensibus, Crumano item, Commurtavio, Neuhusio, Glatsio, & locis alijs, in quibus Collegia sua habeant, quin imò ex toto Regno Bohemiæ Regno proscripserint, & præsentibus hisce literis in æternum proscribant, ita ut omnes Regno quietè excedere, & nullo unquam tempore, ne sub alterius quidem Ordinis titulo redire in Regnum istud debeant, ni incurrere in pœnam, de ipsis & omnibus eos excipientibus foventibusque suis, tanquam Reipubl. turbatoribus, & manifestis hostibus, accersere ex Regni constitutione velint. Nullum enim planè reditum ipsis in Regnum istud, ne ad Romani quidem Pontificis interceſſionem, patere debere, nec si illud à quoquam expectatur, intercedere pro illis quenquam ex Ordinibus debere, pœna quietis publicæ turbatoribus debita, in eum, qui id faciat, constituta. Notum id literis publicis ad perpetuam memoriam fieri omnibus debere, Alios tamen Ordines sub una in monasterijs viventes & alibi, dummodo quietos se gerant, hac sua proscriptione, quæ Iesuitas solos, utpote ex Regnis quibusdam etiam alijs jam pridem proscriptos, concernat, intellectos, minimè velle.*

Apologia pro Iesuitis Bohemia Regno ejectis.

In

In hujus Decreti ſententia Status Bohemici poſteà conſtanter perſeverârunt ſemper : nempe, Ne Societas hæc in Regnum poſthac unquam recipiatur : ut ab officijs & muneribus removeantur & excludantur, ac bona illorum in alios uſus convertantur.

Apologia pro Ieſuitis Bohemiæ Regno ejectis.

Huic verò, quantùmvis juſtiſſimo Decreto ac ſententiæ, hiſque accuſationis graviſſimis capitibus, & cauſis æquiſſimis proſcriptionis Ieſuitaram ex Boëmiæ Regno, quidam Anonymus Ieſuita oppoſuit Apologiam pro Ieſuitis, Viennæ Auſtrię editam, in qua omnia ſimpliciter negat ac pernegat, quæ ipſis in Decreto impunguntur crimina, meraſque calumnias & criminationes eſſe dicit. 1. Negat enim primum ac tertium Accuſationis caput, Quòd Ieſuitæ ſint perturbatores publicæ tranquillitatis, diſſenſioneſque, turbas & diſſidia paſſim excitent, &c. quòdque ſubditis, vel alijs quibuſvis poteſtatem tribuant Reges & Vnctos Domini invadendi, atque ad id facinus perpetrandum animos eorum pollicitationibus vitæ æternæ acquirendæ, aut evitandi purgatorij accedant. Dicit hanc impiam & blaſphemam doctrinam, nunquam in Scholis Ieſuiticis auditam, nunquam in ſcriptis eorum lectam, nunquam mente conceptam, ſed paribus ſtudijs ac animis à Ieſuitis ubivis locorum damnatam eſſe : Additâ hac elumbi exceptione, NISI IMPIE SIMVL AC IMPERITE Reges & Vnctos Domini in Tyrannos transformemus. 2. Negat Anonymus ſecundum ac ſeptimum Accuſationis caput ; Quòd Ieſuitæ omnia Regna mundi, Romanæ Sedi ſubijcere ſatagant, eidemque non obtemperantes Hæreticos pronuncient, &c. Addit, Ieſuitis manifeſtam injuriam fieri, ſi dicatur, eos docere, hęreticis fidem nullam, ac ne juramẽtum quidem ſervandũ eſſe. 3. Negat quartum, undecimũ & duodecimũ Accuſationis caput; Quòd Ieſuitæ conſcientijs hominum dominari, atque eos ad illicita compellere omnia ſuo arbitratu conſueverint, &c. 4. Negat quintum ac ſextum caput Accuſationis; Quòd Ieſuitæ inſignia quæque bona ad ſe trahere, & ſeculari adminiſtrationi ſeſe ingerere ſoleant. 5. Negat ſeptimum Accuſationis caput, Quòd perverſæ Ieſuitarum technæ conteſtatæ fiant externis etiam exemplis Galliæ, Angliæ, Hungariæ, Venetiarum, Belgij, &c. 6. Negat nonum ac decimum Accuſationis caput, quòd literis Majeſtatis ſuum pondus ac momentum, facto interpretatione, ac iudicio adimere tentaverint, &c.

Hæc omnia Anonymus iſte Ieſuita negare non erubeſcit, quæ tamen lippis, ut aiunt, ac tonſoribus ſunt notiſſima, ut ex toto hoc opere noſtro Lector intelliget: & paulò infrà exempla hujus generis plura referemus, ſub hoc titulo 2. Ieſuitæ multa à ſe & alijs Papiſtis perpetrata, & dicta & ſcripta impudenter negant juxta illud Comici, *Si feciſti Nega*. Hic enim illorum mos eſt, ſi quæ refellere nequeant, ut ea ſimplici negatione ſatis refutata eſſe apud ſuos homines nimiùm credulos arbitrentur.

Sed concludam hunc locum : Aut mentiuntur Status Boëmici, qui talia conqueruntur in ſuo Edicto de Ieſuitis : aut Anonymus noſter, qui ea omnia negat, ſimpliciter. Sed prius eſt falſum : quis enim tantos, tantæque authoritatis, fidei exiſtimationis viros mendacij argueret? Ergo verum eſt poſterius.

Anno verò 1618. ex Moravia quoque ſequenti Decreto proſcripti & ejecti fuerunt.

DECRET wider die IESVITER in Mähren/ den 6. Tag Mai/ Anno 1619. ergangen.

WIr N. N. N. die Herren/ Ritterſchafft/ vnd Perſonen auß den Landen vnd Inwohnern/ deß Marggrafftthumbs Mähren/ ſo der Evangeliſchen Religion zugethan/ den Leib vnnd Blut vnſers Herren vnnd Heylands Jeſu Chriſti ſub utràque empfangen/ vnnd anietzo in der Statt Brinn verſamblet ſind/ Thun kundt vnd offenbahr mit dieſem brieff vor iedermänniglichen/ wo derſelb geleſen oder gehört wird/ vnd inſonderheit wo es vonnöte/ welcher maſſen vns von den Herren Ständen deß Königreich Böheim dieſes nit nur allein durch die in truck außgangne Apologiam, ſonder auch vil vnd mancherley ſchrifften vnd beweiß zuerkennen geben worden/ ia allbereit zuvorhin weltkündig iſt/ was für gewaltige practicken durch anſtifftung der Jeſuitiſchen Sect/ wie in bemeltem Königreich Boheim/ alſo auch in andern Ländern vnd Provintzen ie vnd allwegen geſtifftet worden: Alſo daß vil Potentaten vmb leib vnd leben gebracht/ auch ſie die Jeſuiter groſſer vnd gewalter kriegsempörungen vnd vnſchuldiges blutvergieſſung in alweg vrſächer geweſen. So werden wir gleichermaſſen berichtet/ daß von ihnen den Jeſuiten zu dieſen ietzigen empörungen/ durch welche das Marggrafftthumm Mähren vnſer liebes Vatterland nit nur allein in gewaltige ſchuldenlaſt geſetzt: ſondern auch ins äuſſerſte verderben gebracht iſt/ vrſach geben worden ſey. Halten demnach dieſelben für ſolche vnd dergleichen practicanten vnd auffrührer/ welche mit böß vnd falſchen rathgebungen nit nachlaſſen wollen/ vnd haben einhelliglich geſchloſſen/ ſie/

mehrgedachte Jesuiten auß diesem Marggraffthumm Mähren auff ewig zu proscribiren vnd zuverweisen. Derowegen wir euch Rectoren/ Magistern/Schulmeistern/vnd allen Jesuitē/ die sich in diesem Marggrafftthum Mähren/ es sey in Stätten/Märckten/diensten/ oder an welchen örtern es wölle/auffenthalten/ hievon ernstlich anbefehlen/daß ihr denen von vns zu euch abgefertigten Commissarien anietzo vnnd alsbald vnverzüglich/ohn alle außflucht gutwillig die schlüssel von den Kirchen vnd Collegien einantworten/vnd euch von dannen nach publicierung dises Patents auß disem Marggrafftthumm Mähren hinweg packen/ vnser liebes Vatterland fliehen vnd meiden/ keiner vnder euch noch auß ewer Secte vnd rotten zu künfftigen ewigen zeiten sich nicht mehr/vnder was pretext vnd gestalt es immer seyn möchte/ in diesem Marggrafftthumb Mähren finden lassen sollet.

Wo fern aber einer vnder euch vber dieser samptliche anmeldung sich ferner in diesem Land/wo es immer seyn möchte/würde finden lassen/derselb soll ohne alle gnad vnd rechtliche verhör/ von welchen er auß vns den Ständen erdapt würde/am leben gestrafft werden. Hierin/ weil vnser gewisser will euch kundt vnd offenbar/so stehet euch also vnd nicht anderst zuverhalten/ daß nicht von nöthen küntffig gegen euch einen andern ernst zugebrauchen.

Dessen zu besserer vrkundt vnd beglaubung/ haben wir anfangs bemeldte Herren Ritterschafft vnd Abgesandte auß den Stätten vnsere Vitschafft an dieses Patent auffdrucken lassen. Geben in der Statt Brinn den 6. Maii/ Anno 1619.

Similiter Iesuitæ ex Hungaria quoque ob easdem causas ejecti sunt anno 1619 ab ab Evangelicis Statibus seu Ordinibus hoc Decreto.

DECRET wegen der JESVITEN/ wie dieselben auß dem Königreich Hungaren ewig verbannisiert/vnd außgewiesen/vom 16. Junii Anno 1619.

DIe Herren Evangelischen Ständt deß Königreichs Hungaren tragen in guter gedechtnus/ wie bald von den zeiten an als die Jesuiten bey Keyser Ferdinandi zeiten in das Königreich Böheimb eingeführt worden/ dieselben viel vnd mancherley vnwillen mit ihren practicken gestifftet/ ia sie seind auch viel mehr dardurch bewegt worden/daß durch ihren rath vnd verursachung bey K. Rodolphi hochlöblicher gedechtnus zeiten/ der Türcken krieg cassirt, Sintemahl der Römische Bischoff/welches den Herren Ständen deß Königreichs Hungarn wol bewußt/Keyser Rodolphen/ damit der Türcken krieg befriediget/ vnnd solche kriegsmacht auff die Kätzer/ welche bey solchem Türken krieg in auffnehmen geriethen/ verwandt werden möchte/ sehr starck vermanet: So dann auch beschehen/vnd der Türcken krieg/ welcher 16. iahr continué gewäret/ iedoch nicht mit geringem despect vnd verachtung der gantzen Christenheit/am meisten aber deß Königreichs Hungarn/ vnnd mit vnaußsprechlichem schaden/ in deme viel gewaltige vnnd ansehenliche Geschlechter ermordet/auch vmb ihre güter gebracht/ verhöret worden. Dann was durch der Jesuiter practicken Keyser Rodolphi kriegsheer/ vber welches Georg Basta zum Obersten General verordnet/ vnnd der Belliosa ein außländer/ erstlich wider alle ordnung vnd freyheit deß Königreichs Hungern in der hauptstatt Cascha in Obervngern zu einem Hauptman angesetzt/ welcher die Kirchen vnnd Schulen hinweg genommen/ die Priester vnd Schulmeister zusambt den Studenten auß der Statt veriaget/vor ein blutvergiessen zwischen den Christen selbst in dem Königreich Hungern angerichtet/das ist nun mehr der gantzen welt kundt vnd offenbar.

Es hat sich aber bemeldte Jesuitische Secte/ welcher insonderheit vom Keyser Mathia grosser vnd vbermässiger fortgang gestattet/hieran nicht benügen lassen/ sondern sich in alle Politische händel eingetrungen/ vnd von vnsern aller geheimbsten rathschlägen deß Königreichs Hungarn wissenschafft gehabt/ vnd solches alles durch ihre practicken bey der Oberkeit/ in deme sie aller sachen ein andere außlegung angedrehet/ zu nicht gemachet. Ja es hat sich auch diese Jesuitische Secte offentlichen in den predigten/ daß die Kätzer auffgerieben vnd ermordet werden müssen/ hören vnd verlauten lassen/ vnd andere schwere/ zu dieses Königreichs vntergang/gereichende bedröuwung zuthun sich vnterfangen.

Wann dann die H. Stände deß Königreichs Hungern solche practikanten vnd hinderlistige mörder der Könige vnd Potentaten/ zerstörer deß allgemeinen friedens/ verräther der Provincien vnd Königreichen/ vnd der Christlichen iugendt mit ihrer argen vnd bösen lehre/verführer nit länger im Königreich dulden noch leiden kondten/ Als seind dieselben der H. Stände deß Königreichs Böheimb/ und auch deß Marggrafftthumbs Mähren/ vnser lieben Herren freünde vnd nachbarn exempel nach/daß sie zu ewigen zeiten das Königreich Hungern meiden/ vnd darein nimmehr vnder keiner erdachten gestalt in ewigkeit widerkommen sollen/ proscribirt, vnd verwiesen worden. Wo fern aber einer vnder ihnen den Jesuiten nach dieser gethanen verweisung/ in dem Königreich Hungern innerthalb 4. tagen ertapt vnnd ergriffen wurde/ der sol ohne alle gnad am leben gestrafft werden. Vnd so iemandt/ sey gleich wer er wolle/ einen auß der Jesuitischen Secte nach außgang vier tagen/ in dem Königreich Hungern betretten würde/ denselben kan er als einen auffrührer vnnd verräther deß

deß Königreichs frey vnnd kühnlich ermörden vnd umbbringē/ vnd soll daran nichts verlierē.

PAulò post hoc Decretum in Comitijs Vratislaviæ à Protestantibus Silesiæ Ordinibus habitis Decretum inter alia quoque de Iesuitis Provincia tota profligandis factum est, Iohanne Christiano Duce Lignitensi programma ejusmodi publicante. *Non dubitare*, inquit, *quin Principes & Ordines utriusque superioris & inferioris Silesiæ Augustanam Confessionem amplectentes omnes, in recenti adhuc memoria habeant, quid ante hæc tempora, maximè verò* 12. *Martij anno* 1596. *supplicando à Cæsare petierint, ut nimirum pestilens illa Iesuitarum secta, ob perniciosa consilia & machinationes varias ad statum omnem politicum quietum turbandum ab ipsis directas Regionibus istis suis excluderetur, additâ malorum omnium, quæ à Secta ista, nisi ei maturè occurreretur, expectanda patriæ & posteritati essent, prolixa demonstratione. Etsi verò Deo mentem Cæsaris mirabiliter tum gubernante, Regiones istæ à Iesuitarum accessu liberatæ & prohibitæ fuerint, ipsam tamen experientiam jam testari, & deplorandum potiùs quàm probandum esse, quid in vicino & confœderato Bohemiæ Regno ab ipsis factum hactenus fuerit, eundem enim jam effectum fructumque, quem pleraque in orbe Christiano Regna alia, turbas nimirum & confusiones maximas experiri. Quod igitur à Bohemis & confœderatis Provincijs factum, dum decreverint, ut communi consensu simul omnes ex Regionibus suis proscriberentur, idem & sibi faciendum Principes & Ordines Silesiæ Protestantes, justissimis de causis censuisse, cùm dubitandum non sit id daturos operam Iesuitas, ut quemadmodum ad alia antehac Regna sic ad suas quoque Regiones aditum sibi per insidias patefaciant, nec defuturos cogitent, qui locum ipsis in ditionibus suis permittant. Ne igitur hoc fiat, Iesuitis quidem ne quis Regionem istam ingrediatur sub capitis pœna, alijs verò ne locum ipsis permittant sub dignitatis & bonorum omnium amissione severissimè mandare. Hoc suum decretum pacis amantes Catholicos status sinistrè accepturos non putare, quin potiùs statuere intellecturos eos facilè, medium hoc esse ad pacem & concordiam inter eos & Protestantes Augustanæ Confessionis Ordines conservandam unicum & verissimum, si ab irrequietis istis & maleferiatis hominibus, qui ipsum humanæ Societatis vinculum, quod in datâ fide, & pactorum observantia consistit, pervertere conantur, liberi & immunes esse possint. Se verò aliter facere non posse, quàm ut pro pace, & tranquillitate conservanda, decretum hoc, expetentibus ita Principibus Statibusque Protestantibus alijs publici juris faciat. Omnes igitur & singulos monere, ut decretum hoc strictissimè observent, nec quicquam vel contrà faciant, vel contra fieri quacunque ratione permittant.*

De Proditionibus, Turbis, Seditionibus *in* Polonia *à* IESVITIS excitatis

DE tumultibus in Polonia multi passim rumores auditi sunt. De Rege quidem eorum moderno Sigismundo omnes, qui eum propiùs nosse videntur, testantur, nihil illo mansuetius, nihil humanius, mitiusque fingi posse. Harum tamen tam popularium naturæ dotium usum & fructum Iesuitarum panurgia ita totum corrupit & intercepit, ut primum avitum ejus & hereditarium Regnum ab ipso prorsus abalienaverint: quòd eorum instinctu hæresin, quam vocant, Lutheranam neglectâ jurisjurandi præstiti Religione prorsus extirpare voluit: Regnum verò Poloniæ, quòd ad eundem liberâ electione delatum fuit, odio mutuaque diffidentiâ & perniciosâ dissensione repletum ita turbârunt, ut & Rex & Regnum ex æquo varijs, ac gravibus quidem periculis expositi fuerint.

Refert eques Polonus Papisticæ Religionis in Oratione sua, quam in frequenti Procerum ejus Regni Conventu habuit, quamque paulò infra integram adscribemus, Cracoviam urbem celeberrimam, domicilium atque ornamentum totius Regni ita vexatam fuisse à Iesuitis ut plurimi viri boni, quantumvis Catholici, affirmârint, se malle in sylvis inter feras vitam degere, quàm in ista immanitate versari. Conspiratione enim factâ, cujus Iesuitæ authores atque duces extiterunt, magnâ vi atque impetu in eam domum irruerunt, quæ una in tota urbe monimentum antiquitatis extat, & Evangelicis concessa fuit, ex Regis & omnium Procerum permissu & approbatione. Apparebant effusæ aliquot diebus flammæ, quæ per multas urbis partes sparsæ, toti urbi interitum minabantur. Audiebantur clamores prædas efferentium hominum inter quos etiam versabantur Iesuitæ attritis rusticorum vestibus induti, ne agnosci possent: totaque urbs in summo periculo versata fuit, à quo ante Iesuitarum adventum tutissima fuit.

Posnaniæ Poloniam Iesuitarum discibulis templum protestantiis ignis deletur.

Posnanię, quæ civitas Poloniæ insignis est, instinctu Iesuitarum, Templum Augu-

ſtanam confeſſionem profitentium, igne delere ſæpè antehac conati ſunt, non ſucceſſit tamen ipſis propoſitum, excubitoribus id facinus ſemper impedientibus. Anno autem 1606. Maij die 13. Ieſuitarum diſcipuli, trecenti ferè numero, inſtinctu ſuorum ſuperiorum & præceptorum, initâ cum alijs conſpiratione, ſub veſperam impetum cùm in Templum illud feciſſent, cuſtodes quidem & excubitores in fugam facilè conjecerunt, poſtmodo perfractis vi ſumma foribus ſubſellijsque Templi in unum locum congeſtis, incendium excitârunt, quo totum illud ædificium in cineres brevi tempore verſum eſt, furentibus nimirum tantopere Catholicis illis, ut extinguendo incendio operam dare cives non auderent. Ferventibus hiſce turbis, quidam in Xenodochium irruerunt, ægrotos vi ſumma inde exturbârunt, fornacem, ſcamna, menſas, feneſtras & alia diſſiparunt, & perfregerunt, malè affectorum ſuppellectilem abſtulerunt partim, partim per plateas diſſeminârunt, & ita ſeſe geſſerunt, ut facinus nullum tam abominabile ipſis malus inſpirare potuiſſe genius videretur, quin in actum illud ſtatim producerent perficerentque. Ædeigitur hac ſubversâ & vaſtatâ, qui confeſſionem Auguſtanam profitebantur, in aperto poſtmodum & patenti campo convenire, ſacraq; ſua celebrare coacti ſunt, cumq; nec ibi tutos ſeſe ſatis ab injuria fore ex minis atrocioribus colligerent, ſclopis ſemper haſtiſq; & gladijs armati ad exercitia concionum proceſſerunt, rei totius ſerie Warſoviam ad Ordines delatâ. Cæterum Ieſuitæ, ut ſeſe aliquo modo purgârent, miſſis ad Regem legatis, non potuiſſe ſe diſcipulos ſuos in officio continere, qui Religionis Catholicæ zelo accenſi, Templum iſtud dirutum modis omnibus voluiſſent, ſignificârunt petentes ſimul ut pro turbis majoribus vitandis reparatio templi inhiberetur, metuere enim ſeſe, illud quantumvis reparatum flammas evitare vix poſſe. Cum igitur non in hac ſolùm civitate, ſed & alibi paſſim pro libitu omnia Ieſuitas agere, nec eſſe qui in eos animadverterent nobilitas videret ad Comitia Varſoviæ paulò poſt celebranda comparere præcipui quiq; ex Poloniæ Proceribus recuſârunt, Lublini vel alibi de refrenanda hac contumacia deliberaturi.

Ieſuitarum Thoruniæ in Boruſſia conatus.

Thoruniæ, urbis Borruſſiæ ad Viſtulam fluvium ſitæ Templis, ædificijs & emporio clariſſimæ Ordines cum Plebano quodam de poſſeſſione & jure Patronatûs Eccleſiæ ad S. Ioannem multis annis altercati ſunt. Convenit autem tandem inter eos, ut Plebanus quidem ſolus in domo parochiali habitans, Templum retineret, miniſteriumque Eccleſiæ per Miniſtros ſuos more hactenus uſitato conſtitueret, jus verò patronatus penes civitatem & Ordines ejus permaneret, in cujus rei conformationem non ſolum literæ confectæ ſunt, quas Epiſcopus quidem Culminenſis, quemadmodum etiam Culminenſe Capitulum ſubſcriptas ſigillis ſuis obligârunt, ſed & diploma à Rege, Ordinés, quo debitum civitati jus patronatus de novo confirmatum eſt, obtinuerunt. Poſtquam igitur jam Plebanus ille poſſeſſionem Eccleſiæ domumque parochialem, certis tamen cum conditionibus, obtinuit, Epiſcopus ſtatim Culminenſis, contra conventionis literas proprio auſu, duos in aulam parochialem Ieſuitas, alterum qui confeſſiones audirent, & alterum qui concionaretur in Templo introducere, Plebano ex domo illa remoto conatus eſt, Ordines verò hoc videntes, ſolenniter contra aliquoties proteſtati, Plebanum, uti memor contractus ab utraque parte initi, Ieſuitas iterum removeret, monuerunt, interceſſione totius Regionis in Comitijs publicis adhibitâ. Cæterum monitionibus & interceſſionibus illis non ſolùm nihil proficere hactenus potuerunt, ſed & præter duos illos Ieſuitas, ſubinde alij advenerunt, qui occupatâ aulâ parochiali, clam Ordinibus Civitatis, privilegium tandem aliquod obtinere conati ſunt, quo Templo illo Ieſuitarum Ordini attributo, Plebanus quidem Vicarium promoveretur, poſſeſſio verò Eccleſiæ una cum domo parochiali & ſchola Ieſuitis relinqueretur clavibus Eccleſiæ ſcholæque in manus eorum traditis & oblatis. Hoc facto Ieſuitæ, aucto indies magis magiſque numero ſuo, viduarum & pupillorum domus emere, ſcholam aperire, & Collegium in civitate conſtituere amplius non dubitârunt, conſtitutâ peculiari juriſdictione, unde creberrimi per plateas & vicos civitatis tumultus, Ieſuitis quidē ipſis multa inſidioſè molientibus, diſcipulis verò eorum omnē petulantiam exercentibus, civeſq; injuriè & contumeliâ variâ afficientibus, extiterunt. Ordines igitur civitatis ne jure ſuo per conniventiam ſeſe ipſos privarent, conſiliū tandem ceperunt, quomodo excuſſo hoc jugo, moleſtis illis hoſpitibus cives ſuos liberarent. Miſſis igitur 12. Octob. die ad Plebanum aliquibus, eum de inito ſecum contractu admonentes, promiſerunt, ſe ſecundum contractus illius tenorem in Eccle-

ſia

sia & aula parrochiali eum quidem relicturos, Scholam etiam, quam tanquam propriam civitatis domum, precibus hactenus obtinuisset, imposterum etiam, donec benè de Republica promeriturus esset, ei relicturos, verum uti Iesuitas, tanquam hujusmodi hospites, qui & civitatem jure patronatus spoliare, & Plebanum ipsum possessioni Templi per insidias evacuare, molirentur, & in conturbationem status publici, collegium aliquod instituere scholamque aperire, propriâ authoritate ausi essent, removeret domoque illis parochiali & Ecclesia interdiceret, vehementer postulârunt. Cùm verò eo quidem die resolvere se Plebanus non posset, sed ad Episcopum negotium hoc relaturum se diceret, non expectandum diutiùs rati Ordines sequenti statim die quosdam, qui in integrum eum restituerent, ablegârunt, quod ipsum quidem fieri facili & lubenti animo passus est. Cæterum hoc facto expetierunt postmodum Ordines, ageret cum Iesuitis, ut sponte sua domo parochiali cederent, & à Templo Scholaque in posterum abstinerent, Ordines enim civitatis nolle eos tanquam turbatores publici Ecclesiæ civitatis juris statusque diutiùs in parochiali aula ferre, urbe tamen ipsis interdictum nolle, donec quietos sese, velut hospites deceret, intra suos terminos contenturi essent. Plebanus igitur mentem hanc & intentionem Ordinum Iesuitis exposuit, qui scholam quidem claudere & collegio abstinere statim promiserunt, dummodò domum parochialem retinere & ministerium Ecclesiasticum peragere sibi promitteretur. Verùm cùm non contenti hac Iesuitarum resolutione Ordines urgerent Plebanum, ut tenore contractus observato, ad statum pristinum omnia revocaret, quo & jus patronatus civitati integrum, & decretum Regium factum rectumque conservaretur, coacti sunt tandem Iesuitæ, & clavium restitutionem Plebano facere, & ministerio docendi tam in Ecclesia quàm in schola sese abdicare, atque ita tandem domo parochiali cedentes discipulis suis valedixerunt. Accidit autem porrò ut orator quidam Regius ad civitatem in causa quadam ablegatus, Culminensem secum Episcopum adduceret; qui in aulam parochialem cum suis, quod hospitium à multis annis in urbem veniens habere solitus est, divertit. Iesuitæ igitur hanc suis rebus occasionem commodam fore putantes, sequenti statim die Confessionarijs operam dare & concionem iterum habere die Solis ausi sunt. Ordines igitur hoc intellecto, ad Episcoporum statim aliquos miserunt, qui eum rogârunt, ne post discessum suum Iesuitas eo loco relinqueret, additâ denuncitatione, si remanentibus ibi Iesuitis contumeliæ vel detrimenti aliquid à civibus, inferatur, propriæ uti id proterviæ imputarent. At verò Episcopus neglectis hisce omnibus non solùm Iesuitas duos vel tres, post discessum suum, in domo parochiali reliquit, sed salvum conductum à Rege pro illis impetratum Senatui exhiberi curavit. Cùm autem salvum conductum illum ad malam informationem impetratum esse, nemo dubitaret, Ordines statim contra protestati, scriptum publicum ad valvas Templi; ejus quidem sententiæ, quòd Regem meliùs informare, & de jure suo cedere ne latum quidem unguem cogitarent, affigi curârunt, ut ità nihil proficere machinationibus suis amplius valentes, domo parochiali cedere iterum necesse habuerint.

Consilium *datum* Proceribus Poloniæ, *de* recuperanda, *& in posterum* stabilienda Pace Regni Poloniæ *per* IESVITARVM ejectionem.

QVamvis tumultus in Polonia aliquo modo sedati à Rege fuissent, Iesuitarum irrequietis ingenijs, artibusac studijs maxima ex parte excitati, Anno millesimo sexcentesimo septimo promissione & spe Nobilitati de Comitijs instituendis factâ, quibus deliberatio malis hisce tempestivè adhibendo susciperetur; Nobilitas tamen cùm inani ac vanâ sese spe quasi lactari, & promissa Comitia de die in diem differri videret, magnâ copiâ denuò Anno eodem ad Prostovicum civitatem, quatuor milliaribus Cracoviâ distantem, ubi regia quædam Curia est Conventibus Nobilium celebrandis jâ olim destinata, confluxit, & novo Consilio instituto, quæ malo huic medicina adhibenda potissimùm esset, deliberare cœpit. Inter varias autem consultationes scriptum quoddam Proceribus ibi congregatis Polonicâ linguâ exhibitum fuit, in quo auctor palàm profitetur inter alia, Iesuitarum practicas & artes multivarias & cruentas, omnium in Polonia turbarum ac motuum causam primariam esse. *Si morbum*, inquit, *in præfatione, publicorum Regni nostri causæ interius & foris diligentius perpendantur, primam certè, & omnium maximè principalem Iesuitarum*

rum exquisitißimas artes, & astutißimam omnium sibi subjectorum ad conatus suos promovendos Dispositionem facilè cordatus quisq; deprehendet: adeò, ut quicquid uspiam malorum in Republica nostra præteritis annis acciderit, magna ex parte solis illud Iesuiticis artibus imputandum veniat. Ad hoc autem demonstrandum, ostendit primò, quàm institutum Iesuiticum liberæ Reipublicæ inimicum & adversum sit: Deinde quàm periculosè secta hæc statum politicum non solùm in Polonia, sed hinc inde per universam Europam turbârint & labefactârint. Ex quibus tandem collegit, pacem nec constitui nec stabiliri posse in Polonia, quandiu Iesuitæ in ea maneant, proindeque eos inde expellendos, nec amplius recipiendos; & quæ in contrariam sententiam pro Iesuitis objeiuntur, refutat solidè. Quia verò Consilium hoc seu Scriptum sublatum est, ideoque in paucorum manibus versatur, totum adscribam in Lectoris gratiam, ut inde Iesuitarum artes, dolos, imposturas, fraudes, impudentiam, audaciam, studia denique omnia cognoscat & intelligat. Verba authoris hæc sunt.

Executio Concilij Tridentini capitalis scaturigo omniũ turbarũ Europæarum.

Præsentes Polonici Regni turbæ ex ejusdem generis morbo promanant, quo hactenus occidentalis Europa periculosè laboravit. Certum est, omnes Europæ tumultus & intestinas passiones abhisce 40. & amplius annis per Executionem Concilij Tridentini excitatos esse, & ex eadem ortum traxisse. Si fortè bellum Balthicum, quod inter Scardiæ Reges ante annps 36. gestum est, & nuperrimum Brunsuvicensium tumultum excipias.

Hæc inquam est illa præsentis seculi Pandora, ex cujus fatali pyxide omnes Europæorum intestinæ calamitates hactenus mihi scaturire videntur, ita tamen ut eas non tam ipsa Concilij executio, quàm executionis modus pariat.

Modus Executionis Tridentinæ.

I.

II.

Hoc fortè ulterius tibi vis declarari? sic igitur habeto, Executionis modus in duabus præcipuè rebus hactenus fuit repositus. Primum sedulò annixi sunt, quibus hæc cura incubuit, ut illos Reges & familias, quorum in Europa hoc seculo præcipua est authoritas, secum invicem adunirent, & sic adunitos ad Concilij Tridentini executionem exstimularent. Et hinc est illa famata Catholicorum unio.

Deinde ut per certos & qualificatos homines impedimenta, quæ vel in politijs politiarumque formis & legibus, vel populorum moribus negocio huic obstarent, quasi è via removerentur.

Hac ratione prædicta Concilij executio fuit instituta, quantum nimirum ad generalem conatum attinet: Opus profectò magnum & arduum, quod melioribus Mundi temporibus peculiari fortunæ afflatu opus habuisset, quòdque ipsius Alexandri Magni victoriosum genium frangere & defatigare potuerit. Nunc autem pro ratione præsentis Europæ status infinita conatui huic & longè robustißima impedimenta extra ordinem fuerunt objecta. Quibus tamen non obstantibus, res ab ijs, quibus hoc per prædicti Concilij conclusionem mandatum erat, fortiter & ingenti nixu tentata fuit: sed eo hactenus eventu, ut molimina ista turbas quidem longè maximas & valdè horribiles ubique gentium in vulgus peperrint, ad exitum tamen nusquam perduci potuerint.

Unio Regum Catholicorum ejusdemque fructus.

Regum enim adunitio partim per connubia, partim per confœderationes, pacificationes & similia media tentari cepit & promoveri: In tanta tamen nationum Regnorumque Europæorum discrepantia ferè consecutum est, ut pro ea quæ sperabatur unitione, infinitæ authoribus difficultates, subjectis autem populis variæ molestiæ emerserint. Cùm præsertim Reges ipsi, qui se interdum ad prædictam Executionem obtulerunt, negocium illud tam sincerè nunquam tractarent, ut sub ejusdem prætextu non sub privata commoda quæritarent. Sicuti non ita dudum in Gallijs licuit perspicere, quando Philippus Hispanus partium Catholicorum (hunc enim cucullum factio illa indurat) patrocinium & defensionem visus est suscipere: Ibi inquam vel tandem apparuit, eum sub hoc obtentu Galliæ Regnum affectare. Cum enim animadverteret, plerosque factionis illius proceres ab Imperio Hispanico abhorrere, oblitus personæ, quam agendam susceperat, manus auxiliari eos retrahere cepit, ut qui videret, se spe sua frustratum. Id quod Sixtus V. tempestivè odoratus est, illudque egerrimè tulit.

Hispani sub prætextu propagandæ Religionis Monarchiã suã amplificare conantur.

Talia autem plura exempla adduci possent ex ijs etiam, quæ nos aliquantò propius tangunt. Ex his ergo personatis & malè fidis Regnum molitionibus in unionis istius agro perpetuarum simulatum copiosißimam segetem adhuc succrescere videmus, per quas prædicta executionis negocium, per se haud facilè turbatur, & Nationes ijs, de quibus dictum est, difficultatibus implicantur.

Idem ferè in reliquorum impedimentorum remotione accidit. Cum enim Tridentina reformationi non solum diversus Religionis sensus, per universam iam Europam latißimè sparsus, sed etiam nationum, populorumque privilegia, libertates, leges & mores obstarent, illa circa tumultum removeri quidem potuerunt.

Quæ

Tridentinæ reformationis effectui in ipsis Regnis.

Executio Concilij Tridentini, quomodo in Polonia instituta Synodus Petricoviensis.

Suecia amissa.

Austriacorum studia Polonis suspecta.

Tridentinæ reformationis effectui in ipsis Regnis.

Quæ omnia tamen à prævervidis ingenijs, quibus hæc Provincia non citra delectum demandata erat, non solùm mota, sed acriter commota & vehementer perturbata esse constat. Hinc ergo turbæ, hinc simultates, hinc odia, hinc diffidentia cum reliquis fatalibus Furijs, quibus nostro tempore status politicus infestatur, ceu ex Orco proruperunt. Id quod omnes nationes, quæ hæc pestis pervasit, sonora voce profitentur: hanc & non aliam calamitatum suarum caussam omnes, qui citra morbi affectionem judicant, summo consensu allegant.

Videamus nunc ergo num malorum nostrorum Polonicorum eadem ratio sit, & num eidem generali caussæ adscribi queant. Id quod multis forte difficulter persuadebitur Ego tamen illud constanter assero, & assertionis meæ has probationes affero.

Vnio Regum Catholicorum ejusdemque fructus.

Certum est, Clerum Poloniæ non minus hactenus laborare, ut Concilij Tridentini decreta intra Regnum executioni mandentur, eorundēq; observationi omnes subijciantur, quam in plerisque hactenus Occidētis partibus laboratum fuit.

Executio Concilij Tridentini, quomodo in Polonia instituta Synodus Petricoviensis.

In hunc enim & non alium finem mox post ingressum moderna Regiæ Majestatis in Regnum Synodus illa Petricoviensis celebrata fuit: quam ceu Filiam Poloniæ Medea illa Tridentina peperit. Ex cuius vultu prudentiores jam tum secuturæ in Regno administrationis omen capiebant. Cujus etiam Decreta pleriſque vel eo saltem nomine suspecta fuerunt, quod tanto studio occultata fuerunt & suppressa.

Hispani sub prætextu propagandæ Religionis Monarchiā suā amplificare conantur.

Sed nec illud cuiquam dubium esse potest, ab his ipsis primo loco diligenter curatum fuisse, ut Reges Poloniæ prædictæ Vnioni implicarent, eosdemque cum Domo præcipuè Austriaca quàm arctissimè conjungerent. Ex qua nimirum conjunctione maximum ad prædictæ Executionis promotionem emolumentum sperabatur: Vt quæ ad subditos in utroque Regno magis preterrendos & in ordinem redigendos permultum factura videbatur, quantumvis consilijs illis longè aliud pallium obduceretur.

Suecia amissa.

Harum verò rerum praxis post infelicem illam expeditionem in speciem quasi renovata fuit, ubi nonnullorum studia valdè conspicua extiterunt. Eorum videlicet, quos præter jam dictas causas Sueciæ amissæ invidia urgebat, qua nempe ordinem suum premi sentiebant. Qui propterea omnem lapidem moverunt ut novis Regem amicitijs accepti infortunij sensum nonihil mitigarent.

Austriacorum studia Polonis suspecta.

Verum tamen ut inter vicina Regna ferè fieri consuevit, Austriacorum studia nostratibus semper suspecta fuerunt, ideoque pro hac etiam vice ad Agentium illorum consilia promovenda tantum non contulerunt, quantum speratum fuerat. Cum præsertim præter vulgares illa Regum Regnorumque vicinorum simultates & dissensionis, alia non paùca quotidie intra & extra Regnum inciderent, quæ hujusmodi conjunctionem Reipublicæ nostræ minus commodam, ipsis etiam Civibus formidabilem efficereut. Per ejus itaque attentationem nil amplius effectum fuit, quàm ut inveteratæ suspiciones periculosius recrudescerent.

Quod ipsum etsi ijs, qui hæc agitabant, non ignotum esset, se tamen adeò non passi sunt impediri, publicamque indignationem tam securè contempserunt, ut tantò potius confidentius in proposito perrexerint, illudque tandem per fas & nefas ad exitum conati sint perducere.

Hic ergo molitionum jam antea suspectarum tam importunus fervor eum tandem eventum sortitus est ut offensa Nobilitate Regnum factionibus mutuaque diffidentia impletum sit, & Rex ipsemet subditis, subditi verò Regi suspecti esse ceperint. Quam nosti proximam & compendiosissimam esse ad Reipublicæ dismembrationem & interitum viam. Et hac ratione prius illud Executionis Tridentinæ turbæque Europæ medium satis inter nos, ut opinor, efficaciter operatum est.

Tridentini Concilij executio citra libertatis Polonicæ præjudicium perfici nequit.

Ad alterum quod attinet, Popularium *nempe* obstaculorum remotionem, *tu non negabis, opinor, in hoc Regno majora & robustiora eis objecta fuisse & adhuc objici, quàm in ulla Europæa Natione. Concilium enim Tridentinum inter nos, ut quidem nunc res sunt, ad effectum, quem ipsi cupiunt, perduci nullo modo potest, nisi aut Hispanica Inquisitio, aut quiddam quod Inquisitioni illi æquivaleat, in Regnum introducatur. Per quod nempe Polonia ad Hispanismi aliquam similaritatem redacta, prædictæ Executioni opportuna reddatur: Patria verò nostra ea corporum animorumque libertate hactenus utitur, qualem fortissimæ nationes & generosissimus quisque sibi optare poterit. Quis ergo non videt, quàm duro collisu hæc inter se committi oportuerit? Postquam inprimis libertas illa, quatenus animum præcipuè & conscientias concernit, non ita dudum per* Confœderationem publicam *denuo & quasi extra ordinem confirmata est?*

Confœderatio publica Executionis istius obex. Hispanica inquisitio quibus artibus introducatur.

Quamvis autem Hispanicam Inquisitionem nemo nobis hactenus apertè & ex professo conatus sit obtrudere, quòd intelligerent, hoc citra periculum vix posse tentari: Via tamen ad huiusmodi aliquam imperiosam coercitionem variis artibus paulatim & quasi per cuniculos parata est, sensimque muniri cepit. Eo nimirum adhibito, artificio, quorum citra omnem mutationis sensum Practicantes illi se consecuturos sperabant. Tam cautè tamen & circumspectè incedere non potuerunt, quodque agebant tam probè nunquam potuit dissimulari, ut rerum è diametro pugnantium tamque asperarum vel

levis agitatio non ingentem flammam vel tandem eliceret. De quo ipso, proh dolor! oculorum aspectus hodie testatur.

Hæc à me omnia verissimè dici ipsemet optime nosti, & fatebuntur hoc illi, qui rerum nostratium aliquam saltem notitiam habent, quique actiones nostras Comitiales ab aliquot annis vel è longè spectarunt. Nec diffitentur hoc ij, qui in partibus adhuc inter nos eatenus hærent: ut & Concilium Tridentinum amplectantur, ejusque studiosæ, per legitima tamen media, executioni faveant.

Adhuc ergo perspicuum est, Reipublicæ nostræ mala non solùm ex ijsdem causis, quibus reliquorum Europæorum Regnorum tumultus, sed etiam ex eodem operationis illorum modo proficisci.

In his igitur tollendis & amovendis opera nostra occupari debet, siquidem ordine procedere Matrique nostræ cum aliqua spe salutis opem ferre voluerimus.

Scio tamen quid tu heic dicere possis & haud dubiè dicturus sis, Me videlicet hæc disserendo Morbum ferè incurabilem ostendere, cum harum rerum studio, Concilij præsertim effectuosæ Executioni potissima pars Regni implicata sit, ut curatio, ipso morbo difficilior, & periculosior futura videatur.

Non est de nihilo quod dicis, novique egomet multos prudentes Viros in eo tibi consentire: Existimo autem omnia opinione tua faciliora fore, si primum inter res ipsas earundemque abusum, deinde inter personas, à quibus illæ tractantur, accuratè distinguatur.

Austriaca familiæ affinitas Poloniæ per se nec inutilis nec inhonesta.

Ad res quod attinet, nec Austriacæ Familiæ, inter Europæas haud dubiè eminentissimæ, nec quorumcunque exterorum Regum & Principum nostris Regibus legitima & sincera conjunctio per se vel Nos vel Rempublicam nostram in minimo lædit; sed eidem potius præsidio & ornamento futura esset, si à Practicantibus illis ad sinistras suspiciones non tam densæ nostratibus occasiones præberentur.

NB. Eadem ferè ratio est Concilij Tridentini: Ab hujus enim executione nihil turbarum nobis esset metuendum, si modò ita institueretur, ut intra legitimum docendi modum consisteret, missisque alijs parum convenientibus practicis eventus Deo committeretur. Non igitur res istæ per se, sed earum abusus & perversus tractationis modus Rempublicam lædunt, & has in præsentia difficultates nobis pariunt.

NB. Hæc itaque in rebus dissidentia si observetur, inter ipsas etiam personas manifestam nobis discriminis rationem ostendet: Vt nempè non omnes eos, qui prædictis rebus manum quocunque modo admovent, pro veris calamitatis nostræ autoribus habeamus, ut curationis, de qua dicturus sum, actum ad omnes & singulos extendi oporteat: sed eos tantum qui prædicti abusus præcipuam culpam sustinent.

Si quæris, quinam illi sint? Respondeo, si eorum, quos in hisce rebus periculosa experientia longo tempore erudijt, consentiens testimonium admitteretur, Si præterea ipsam rerum evidentem inter nos experientiam in consilium adhibere volumus, Iesuitas & Institutum Iesuiticum pro ijs nobis necessariò esse habendos. Hi, inquam, sicuti in supradictorum consiliorum executoriali proxi primas sibi ubique arrogant: Ita alteram ejus & quidem odiosissimam & nostrarum inprimis rerum respectu perniciosissimam partem extra ordinem sibi suæque actualitati desumpserunt. In qua agitanda ita hactenus versantur, ut quod in hisce consilijs pessimum est, præcipuè arripiant, arreptum pejus efficiant, & vim ejus malitiosam per subjectum Reipublicæ corpus quo jure quave injuria quasi transadigere & per partes applicare conentur. Vt sic prorsus entiam si uni Iesuitæ non essent, Nos aut turbas hujusmodi nullas habituros, aut si quæ fortè, ut ex consensu reliquarum partium Europæarum, obortæ fuissent, eas multò faciliùs minorique periculo consopiri potuisse.

NB. NB. *Iesuitarum conatus & fervor omnium intra Regnum excessuũ primaria caussa.*

Disciplinæ ratio.

Hoc verò cùm illud ipsum sit, de quo inter nos quàm maximè controvertitur, iudicij huius rationes tibi aliquanto accuratiùs erunt demonstrandæ. Quod ita faciam ut tibi primum ad oculum demõstrem: Instituti Iesuitici, si per se consideretur, eam esse rationem, ut liberæ Reip. valdè inimicum & adversum, Libertati verò Polonicæ imprimis formidandum sit. Deinde vivis aliquot exemplis ostendam, quàm periculosè secta hæc statum Politicum hinc inde per Europam turbârit. Tertiò obiectiones nonnullas diluam quæ sententiæ huic à contrarium sentientibus ferè opponuntur.

I. *Basis instituti Iesuitici.*

I. *Consilij hujus præcipua demõstrationis capita.*

2.

3.

Institutũ Iesuitici politia.

Quæ tria si à me demonstratæ fuerint, quartũ quod principaliter intendo, sua sponte sequetur: Iis nẽpe qui Rempr restitutam & saluam cupiunt, præcipuè operam dandã esse, Vt Iesuitę & Iesuitismus extra Regnum eliminentur, quo sic remotis hisce curationis interturbatoribus certa aliqua & firma pacis stabiliẽdæ ratio iniri queat.

4.

Ad primum quod attinet, in eo tria cõsidero: Ipsam Ordinis politiam: Finem ad quem tendit: Operationes sive praxin, per quæ hunc finem conatur assequi.

Politiam si penitius introspiciemus, fatendum nobis erit, eam in hoc genere acuratè dispositam, firmissimam & ad res magnas gerendas aptissimam esse: Vt parti cui se applicaverit, permultum prodesse queat. Generalis dispositio purè Monarchica est, forma nimirum politiæ, ad movendum & agendum commodissima Monarchicæ dispositioni, nervi in hisce

5. *Nobilitas Polonica ad cœcam Iesuitarum obedientiã parum idonea. Polonia Iesuitismum nutrit, Hispania & Italia eodem utũtur.*

hisce rebus consistunt: Capite primùm uno regitur, deinde hoc ipsum caput etiam loco, urbi nimirum Romæ alligatum est, ubi perpetuò residere cogitur. Quæ res sectæ huic inter alia hoc præstat, ut uno certo & uniformi aëre perpetuò regatur, & vegetetur, Romani nempe consistorij afflatu, prout nempe is ab ijs, qui Romæ omnia possunt, afficitur. Disciplinæ denique forma Institutum hoc longè arctissima utitur, quia cives ejus ad cæcam obedientiam (sic ipsimet loqui consueverunt) astringuntur, in tantum, ut minoribus in nulla Majorum vel absurdissima Imperia inquirere liceat: nedum ut aliquis ea detractare ausit. Quæ obedientia in orbem Europæum hactenus optimos & planè desperatæ audaciæ sicarios progenuit: ideòque Ordo iste à nonnullis cum Assassinorum instituto comparatur, quod in Asia olim à Saracenis contra Christianos fuit introductum.

Disciplinæ ratio.

Hæc ergo formam illam Monarchicam constituunt, constitutam firmissimè constringunt, adeoque faciunt ut actiones ejus efficacissimæ sint, & ceu cuneus quidam penetrent.

Illa verò hanc compactionis soliditatem adjuvant, eandemque solidiorem efficiunt: Quod

1. Basis instituti Iesuitici.

primum communitatis hujus basis per fixam illam Generalis sedem Romanæ sedi & consistorio,

2.

ut dictum est, quasi affingitur & implantatur. Deinde quòd eandem Hispanico Imperio similiter inserunt, dum inter septem Generales, qui sibi huc usque, si rectè memini, invicem successerunt, neminem elegerunt, qui non vel na-

3.

tione, vel ditione Hispanus esset, quæ res non careat Mysterio. Tertiò quòd ex tot diversis Clericorum ordinibus soli ferè Iesuitæ ab utriusque Fori ordinaria jurisdictione exempti sunt: Ut nullum prorsus in Nationibus nisi sui corporis Superiorem agnoscant, qui plærunque Italus

4.

aut Hispanus est. Ut sic Ordo Iesuiticus ab omni juris, coercitione solutus inter nos liberrimè versetur, suisque molitionibus securè incumbat. Quartò quòd etiam in subdelegatis Imperij hactenus diligenter cavent, ne in Nationibus Provinciales unquam ex indigenis eligant, sed vel Hispanis vel Italis dignitates illas conferunt, aut saltem ijs qui ex Anglia, Gallia, &c. propter facinora aliqua profugerunt, & propter nimium Hispaniæ studium ex

5. Nobilitas Polonica ad cœcam Iesuitarum obedientiã parum idonea. Polonia Iesuitissimum nutrit, Hispania & Italia eodem utũtur.

prædictis Nationibus, proscripti sunt. Seniores verò, Rectores & his similes inter nos rarissimè ex Nobilium Ordine, sed ex plebe tantum adoptant. Quod cur fiat, conjectura non est difficilis: Generosa nempe nobilitatis pectora erga Patriam ita affecta nõrunt, ut suis consilijs & practicis ea minus commoda & opportuna statuant. Interim his rebus fit, ut cum Iesuitismi venter noster as ferè sit quem videlicet nostris opibus explere & suffarcire cogimur, caput tamen Hispanico & Italico cerebro repletum habeat, ad cujus nempe sensum reliquum corpus movetur.

Hæ igitur ad Monarchicum robur iterum per quàm multum faciunt, incursus Iesuitici impetum certissimè dirigunt, & sectæ huic ad consiliorum suorum executionem invictam planè & penetrantem constantiam præbent.

Porrò huic ipsi Imperij Iesuitici formæ per subordinatarum dignitatum distinctos gradus variasque species egregiè contra omnes Monarchiæ incommoditates & vitia prospectum est: Vt si ex humano sensu judicetur, ei neque à tyrannica oppressione, nec seditiosa dissolutione ullum periculum sit extimescendum. Quod ipsum etiam prædictæ Sodalitati ad res gerendas miram corporis agilitatem conciliat.

Quarum rerum omnium illustre documentum nobis historia prostremi motus Galliæ præbet, ubi compertum est; In illa desperata totius Regni perturbatione, ex solo Iesuitarum Ordine Neminem, ac ne unum quidem Iesuiticum Individuum fuisse, qui Reipublicæ partes secutus esset. Cùm contra ex omnibus alijs Clericorum ordinibus permulti Regias Reique publicæ partes fideliter tuerentur. Hispano autem hi ipsi Iesuitæ tam pertinaciter adhæserunt, itaque fervidè studuerunt, ut factioni ejus pro anima aut potius pro corde fuerint, de quo vulgo dicunt, quod in corporis humani structura sit primum vivens & ultimum moriens. Prædicta sanè factio priùs opprimi non potuit aut eradicari, quàm Iesuitæ Regno exigerentur. Quod fidele & perdurans robur Institutо huic in tam variegata hominum colluvie nihil aliud præstat, quàm ea quæ hactenus de Politiæ forma diximus.

NB. Iesuitissimus cor Factionis Hispanicæ in Gallia. Ergò illorũ in Regno illo restitutiò, est factionis Romanæ, Hispanicæ redintegratio.

Num verò hæc talia sint, à quibus sibi Respublica Polona metuere debeat, tibi cogitandum relinquo. Ego interim Factionem Iesuiticam inter nos non aliter æstimo, quàm agilem quendam & acutum gladium, cujus lamina quidem in vaginam Polonicam reconditа sit, sed ita ut capulum Romana Aula & Hispanus manibus teneant, & sic eum ad nutum suum vibrent. Id quod instituti hujus proprius finis aliquanto clariùs docebit.

NB.

Hic autem *& ipse quiddam singulare & ab omnibus alijs Monachorum ordinibus diversum habet. Omnes enim aliorum Religiosorum Ordines in hunc finem ut plurimum inventi & approbati sunt, & eò tendunt, ut popularis devotio per eos augeatur Religio Romano-Catholica magis splendeat & Ordinis spiritualium promœria dilatentur, &c.*

Finis Instituti Iesuitici.

Iesuitæ verò etsi hisce rebus & ipsi pro virili studeant, sui tamen principalis finis longè sublimiorem scopum sibi præfixum habent. Qui nempe est, ut Romanæ Ecclesiæ sive Imperij

Ecclesiastici collapsum authoritatem, non solùm recuperent, in quo studio reliquos Clericos commilitones habent: sed ut subjectum præcipuè Europæ Orbem ita corrigant & reformment, ut hujusmodi insultus quos res Romana hactenus est perpessa, in longum præcaveant: sublatis & quasi obstructis omnibus occasionibus, per quas antehac Hæreticis ad eandem oppugnandam aditus præditus fuit.

Molitionum Iesuiticarum in hisce Regionibus præcipua impedimenta.

Quas occasiones norunt non aliundè densius emersisse, quàm ex subditorum in hisce septentrionalibus Regnis, nimia, ut quidem Romæ semper visa est, libertate, illisque barbaris legibus, quibus hactenus ita firmatur ut Inquisitionis Hispanicæ intentatum jugum constanter repellat.

Horum igitur remotio & annihilatio Iesuitis per quartum illud & sectæ huic proprium votum extra ordinem injuncta est. In hunc finem tot extraordinarijs privilegijs, bullis & Indultis instructi & muniti sunt, ut non solùm agendi facultate reliquo clero universo præpolleant: sed jam ipsis Episcopis & superiorum Prælatorum ordini graves & formidabiles esse incipiant. Nec ego dubito quin gens Iesuitica aliquando Romanæ Ecclesiæ horrendi schismatis occasionem præbitura sit. Interea in his ipsis rebus specifica differentia consistit Iesuitismi, per quam à reliquo clero discernitur, ejusdemque quasi transcendit.

Iesuitismi specificus caracter.

Cùm verò hoc ipsi constanter negare consueverint, vivo illud exemplo tibi demonstrandum est. Inter Venetos & Pontificem hoc maximè tempore controversia intercedit super constitutionibus quibusdam, quarum renovandarum occasionem Magistratui Veneto præbuerunt Iesuitarum artes testamentariæ. Pontifex autem eas in fraudem Ecclesiæ factas conqueritur.

Venetorum cũ Pontifice controversia.

Veneti hoc nomine à Pontifice compellati jure suo cedere nolunt, sed palàm præ se ferunt, sibi in sua ditione supremam jurisdictionem, & sic etiam legum ferendarum potestatem, non autem Pontifici competere, &c. Quo animadverso Pontifex Excommunicationis fulmine eos territat. Senatus hoc cognito Clerum suum convocat, jus Reipublicæ eidem exponit, Pontificiæque Excommunicationis iniquitatem demonstrat, eos denique pro authoritate hortatur, ut curato officio Excommunicationem pro nulla habeant, &c Quid fit? Antiquus Clerus unanimi consensu Reipublicæ causam contra Pontificem probat & de fide sua prolixè pollicetur: Recentiores verò Religiosi, quorum nempe Regulæ præsentis temporis conditioni accommodatæ sunt, Ducibus Iesuitis Reipublicæ causam damnant, stationemque suam deserunt. Quamuis Iesuitæ Magistratus edicto nominatim expulsi, & in æternum relegati perhibeantur.

Hoc autem Iesuitæ non aliam ob causam fecerunt, quàm quòd viderent, se stante & defensa Reipubl. Venetæ libertate, stantibusque legibus nec stare nec istituti sui finem obtinere posse. Quod ipsum sanè discrimen illud, quod inter Iesuitas & quoscunque alios Clericos constituimus, satis evidenter probat & confirmat. Tu ergo nunc, mi Frater, cogita, quid de Polonia nostra futurum sit, inter eos omnia illa removeri debeant, ut profectò illa remota cupiunt, per quæ in finis istius adeptione impediuntur? Adhuc de Fine.

Praxis Iesuitica.

Videamus nunc Media sive praxin, peo quam ad scopum illum perrumpere conantur, & hac ex ijs, quæ jam dicta sunt, facilè intelligunt. Hoc nimirum conjuncta opera fervidissimè agunt, ut primùm Reges Europæos, quotquot possunt uni cuidam Fœderi illigent: Cujus Fœderis Principem & Directorem constituunt Hispaniarum Regem, Aurei istius velleris posseſſorem & custodem. Ad cujus videlicet nutum reliqui se applitare cogantur, sub hac conditione, ut qui conatibus ejus quacunque ratione intercedit aut quàm minimum adversatur, de hæresi suspectus sit, & poædicti velleris perisceliae indignus censeatur. Sed Regnorum septentrionalium ea ferè est ratio, ut ad Legum præscriptum, non autem ad absolutum Regum arbitrium regantur. Ideoque regiarum Personarum confœderatio parum illis prodesse poterit, nisi etiam subjecta Regibus Regina in eandem Vnionis massam concludant. Atqui hoc opus hic labor est; Cum heic eis infinitæ, ut jam dictum est difficultates objiciantur, quo circa etiam opera illorum heic præcipuè enitet & omnium maximè conspicua est. Sic autem res suas hoc loco disponunt.

I.

Accipiter Iesuiticus non nisi in Aularum pinnis nidificat.

Primum omnium hoc sedulò curant, ut in Aulis se insinuent. Hunc enim nidum hoc genus Accipitrum sibi ubique præstruere inque eodem ova sua deponere solet, priusquam ad venatum evolent. Iesuita etiam ibi peregrinus sibi & exul, imò capite diminutus videretur, ubi ab Aula arceretur. Fixo heic pede, ulterius operam dant, ut clavum Reipublicæ in suam potestatem redigant, id est ut vel Regi Reginæve ex suo corpore Confessarium, vel saltem Hæredi Regio Præceptorem dent. Aut si hoc non semper succedit illis dominentur, quorum in Reipublicæ administratione præcipuæ partes sunt & vires. Vtque horum affectus, cupiditates & designationes penitissimè cognita & perspecta habeant: qua videlicet esca unus quisque alliciendus & captus sit. Ad hoc autem felicius perficiendum, Romana Aula, quicquid authoritate, quicquid opibus, quicquid artibus & consilio valet & potest, Genti huic liberalissimè, ut jam dictum est, indulget.

2.

get. Adeò ut Iesuitarum commendationes Romæ ad consequendas Dignitates & Præbendas plus valeant, quàm potentißimorum Regum intercessiones.

Quæ unica res, si cætera abessent, ad corrumpendas omnes, Omnes dico, Europæ aulas abundè sufficeret sicut eventus proh dolor testatur! Quamvis hoc etiam tibi advertendum est, Genio Iesuitico extra hoc quandam à natura occultam vim inesse, qua Ingenijs aulicis imperat & dominatur.

Praxis Iesuitica. Iesuitarum in Aulis postulata. *Vt autem de occultioribus Gentis hujus artibus, quas in prædictis politiarum officinis exercent, nil dicam: Duo sibi ibidem potißimum pacißcuntur, Primum ut ipsorum mellificatio ex hac Reipub. Arce non impediatur, Vtque deinceps adversarijs suis nullum eò refugium pateat, illorumque querelæ, si quas eò deferent vel prorsus negligantur, vel quoquomodo eludantur. De his duobus quàmprimum Iesuitæ cautum est, ipse deinceps sibi ad reliqua perficienda sufficit.*

3. Iesuitarum venatus. *Constructo & firmato hoc nido pabulatores suos quaqua versum emittunt, suamque venationem hac ferè ratione instituunt: Primum operam dant, ut in primarijs Regni aut Provinciæ Vrbibus Seminaria, Collegia, Templa quàm plurima, tanquam instantis Messis suæ horrea, exstruant. Per hæc autem duo consequuntur, quæ eis ad finem suum, de quo diximus, valdè proficua existunt Regnum primum universum his ceu unguibus apprehendunt, & ita*

NB. *constringunt, ut ad suum nutum illud, quoties res ita postulat, cum singulis partibus circumagere queant. Quod ut facilius consequantur Seminaria, sua in prædictis urbibus, ita plerunque construunt, ut suis ædificijs ipsa urbium mœnia complectantur, eâdemque sibi nobis tu diuque pervia faciant. Vt in arcibus, quas Cracoviæ, Vilnæ, Calißij, Posnaniæ, &c. habent, videre licet.*

Polonorum in fovendis Iesuitis præcipuum peccatũ. *Nec ego Gentis nostræ supinam negligentiam & incuriam satis heic admirari, aut pro rei indignitate sufficienter detestari possum: Quod ad hujusmodi periculosa & Reipub prædiciales substructiones non solùm connivimus: sed ad easdem materiem ceu propriis manibus congessimus. Cùm sic existimem, si Rex aliquis tale quid machinaretur, universam Remp. contra eum insurrecturam. Et his exterorum Venatorum indagatoribus in nostris nemoribus tantum licet?*

Deinde eadem opera Iuventutem nostram, spem posteritatis, ad suum cerebrum, dispositis & recoctis animis, regignunt, & sic inter nos Novi & Iesuitici Mundi sementem faciunt. Dum autem intra Regni urbes hoc ij agunt, qui ad hæc donis idoneis sunt instructi, reliqui concionibus popularibus & audiendarum confessionum operosißimo simul & quæstuosißimo artificio pro virili student. Quarum artium effectus iterum duplex est: Plebem enim primariam, ut ille loquitur, hac ratione paulatim suam faciunt, factionique vires adjciunt. Provisoribus deinceps qui Cameræ sive Ærario præsunt, viam ubique muniunt, ut in omnia publica & privata bona eis pateßat.

Iesuitæ sagaces aucupes. *Et heic mihi latißima sermonis valva se aperiret, si aucupia illorum, quibus illi homines, Mulierculas præsertim, circumveniunt, explicare vellem. Cùm verò instituti & occupationum mearum ratio mihi habenda sit: illud saltem præterire nolo, in quo etiam secta hujus à reliquis Religiosorum ordinibus differentia aliqua perspicitur. Quòd nempè Iesuitæ vulgaria illa munuscula, quæ vulgò in Religiosos erogari consueverunt, non curant, nec ea capiunt: Quòd hoc eis sordidum & reliquo Ordinis splendori minus convenient videatur. Aquila enim curucam non captat.*

Propter passerem rete non attrahunt. *Et ipsi alias, ut exercitati Practici benè norunt,* Pecuniam in loco negligere maximum interdum lucrum esse. *Novique egomet simulationem hanc aliquando eò usque processisse, ut oblatum 50. aureorum Vngaricorum precium repudiârint.*

Iesuitarum ærarium. *Hominum verò opulentorum testamentaria legata, & cum his integra prædia adeò non fastidiunt, ut eo potius fraudum exquisitißimarum artificio illa aucupentur, ut Polonia, in hac etiam publica morum corruptione, vix quicquam simile experta sit. Hinc ergo istis pecuniæ neglectoribus, qui suam gratuitam operam nobis tam officiosè deferunt, illi regales internos Proventus, quos cum reliquis suis arcanis in Majore Polonia Calißij, in Minore Cracoviæ, in Rußia Lublini, Vilnæ in Lithuania, Poltovij in Masovia, & Braunsbergæ in Borußia deponere & custodire dicuntur. Hæc inquam imperij Iesuitici inter nos ærara publica sunt & Chartophylacia, quæ si hoc tempore excuti deberent, Poloniam haud dubiò de status sui qualitate rectius instructura essent, quàm tot hactenus tumultuosa scrutinia præstare potuerunt. Et hæc de Praxi Iesuitica.*

Hæc itaque de primo designationis meæ capite, de politia nimirum instituti Iesuitici pro tua instructione sufficiant. Tuum nunc erit cogitare, num is fallatur, qui Iesuitas Polonis, Reique eorum publicæ vehementer formidandos & sedulò cavendos censet. De narrationis autem meæ veritate novi tibi melius, quàm mihi ipsi constare.

Super est nunc, ut quæ in genere de gentis natura & moribus proposita sunt, per particularia exempla comprobentur, adeoq; demonstretur,

Praxis Iesuiticæ Ordini præcipuè Politico fatalis

stretur, quàm periculosa harum rerum praxis Ordini Politico fuerit, quod secundum erat propositionis meæ caput. Hoc ipsum verò per domestica & nostræ experientiæ documenta satis copiosè explicari posset & demonstrari: spero tamen in exterorum historia rem magis conspicuam fore, quòd illorum casus extra factionum affectus positi, & sic ad instruendum aptiores sunt. Ideòque exemplis eorum immorabor.

Virtutis Iesuiticæ illustre specimen in Gallijs.

Inter plurima vero documenta, vix quicquam illustrius est eo, quod historia ultimi tumultus Galliæ suppeditat: Ex quo nempe perspicitur, quantum Iesuitismi genius contra statum regium adejusque eversionem posit. Res sic habet: Regni Galliæ ea est conditio, ut à prudentiæ politicæ studiosis ferè pro optimæ politiæ norma allegetur. Et quamvis in eo nobis cum ipsis non per omnia conveniat, certum tamen est, eam firmissimam esse. Siquidem ad absolutæ Monarchiæ formam, quàm proximè accedit: Contra tyrannidem tamen, & seditionem ijs legibus, ea Parlamentorum autoritate, illa demum sanguinis regij reverentia corroboratum & firmatum est, ut his solis rebus hactenus invictum perstiterit.

Et quantum ad sanguinis regij observantiam attinet, Galli vulgò aliquid præ aliquis Nationibus in hoc affectu putantur habere. Illorum sanè regia familia vetustior est quam ulla Europæa. Contra hanc tamen firmissimam, NB. *ùt Henrico III. haud dubiè videbatur, Arcem, Iesuiticæ impressionis cuneus tantum valuit, ut quod in Gallijs hactenus inauditum erat, Rege in ordinem redacto, Familiæ regiæ authoritatem ita penitus prostraverint, ut & Personam regiam neci dediderint, & infensissimæ Gallis nationi ad invadendum Regnum viam longè latèque complanaverint. Et nisi peculiaris & penè miraculosa Dei providentia conatibus eorum tam evidenter obstitisset, rem eò deducturi videbantur, ut Galli prodita regia familia, quæ inter eos per annos plus quàm 600. tam altas radices egit, ut omnes ferè Principes familias complexa sit, Gallici nominis perpetuum hostem & æmulum sibi Regem ascivissent. Idque sanè multò majori Miraculo, quàm si nobis antehac Demetrium suum Moscoviticum obtrusissent.*

Heic autem ut magis perspicuum fiat, quomodo Instituti istius genius erga statum Politicum sit affectus, ex tot illorum molitionibus, quibus Henricum illum subverterunt, unum saltem, sed valdè insigne illorum stratagema heic producam, cujus hæc est ratio.

Quæstiones in Gallijs à Iesuitis motæ decisæ.

Sub initium prædicti tumultus, quæstio illa in Gallijs agitari cæpit. Num Pont. Rom. Galliæ populum, à fidelitatis juramento, quo Regi suo obligatur in casu hæreseos absolvere possit? *Ex hac oriebatur altera huic admodum affinis.* Num cuilibet privato liceat Tyrannum propria authoritate occidere? *Intelligis, opinor, quantum Regis statusque Regij & universæ Reipubl. in horum problematum decisione interfit. Et quid putas Apostolos dicturos fuisse, quando Hierosolymis primum Concilium sub præsidio Spiritus Sancti celebrabant, si Religiosus aliquis cum hujusmodi quæstione coram eis apparuisset? Neque tamen in Gallijs controversiæ istæ novæ erant. Ad priorem enim ventilandam Pontificum olim cum Galliæ Regibus perpetua litigia perennem materiam suppeditaverant.*

Posterior verò ante annos plus minus 200. *post cædem nempe Ludovici Aureliani in Sorboni*Iohan. Pratus.*starum collegio publicè agitata & solenniter decisa erat. Vtraque semper constantissimè fuit negata, adeò ut posterioris assertio & & assertor Iohann. Pratus, ni fallor, in Concilio etiam Constantiensi ex æquo damnati fuerint.*

Pro hac autem vice cædem quæstiones Galliam ad eum modum immutatam invenerunt, ut bona pars Cleri & cum his totus Iesuitarum ordo utriusque assertionem probauerint, revocata & annihilata Majorum suorum perpetua sententia: non aliter, quàm si novus interea Mundus successisset.

Hujus verò immutationis Iesuitas præcipuos authores extitisse ipsa Sorbona post res sedatas publicè professa: Et Iesuitæ idem non obscurè agnoscunt, dum inter causas, propter quas olim Pontificia excommunicatio contra Galliæ Reges minus efficax fuerit, hanc nominatim exprimunt, Quòd Gallorum animi tum non sufficienter dispositi fuerint. *Hoc est, quòd tam acres seditionum concitatores non habebant, quales hodiè Iesuitici concionatores sunt & Confessarij.*

Iesuitarum in disponendis animis peculiare artificium.

Hæc igitur Iesuitarum decisio (non tamen absque Deo) Henrico necem attulit, & contrà Parricidam absolvit, eumque Ehudo isti Israelitarum liberatori æquiparavit. Quale nihil in Christiani Orbis parte, inde à Religionis incunabulis auditum, scriptumve est aut lectum.

Tyrannus quis secundùm Iesuitas.

Vbi tu tamen, ut rei indignitatem melius perspicias, notare debes, Sectam hanc Tyranni, ejus nempe, quem ab uno quoque privato impune occidi posse contendunt, definitionem sibi suæque discretioni reservasse. Secundum quam is nobis pro hujusmodi mactationis pecude habendus est, qui quacunque ratione in Romani Pontificis indignationem incidit, & ex Iesuitarum sensu excommunicatur. Id quod ideò heic addendum fuit, quod in alterius quæstionis formatione ab ipsis insidiosè additur, in casu hæreseos, *ut hoc nempe fuco perfidiam suam in supremum Magistratum incrustent.*

Iesuiticæ definitionis Hereticus.

cruſtent. Cùm conſtet Hæreticos illos eſſe, non qui prauas in Religione opiniones ſectantur: qui Ieſuitarum artes quocunq; modo impediunt, aut ipſis non per omnia obſequuntur.

Sicut vel ex Venetorum exemplo intelligere poſſumus, quos hæc ſecta per univerſam Italiam pro peſtilentiſsimis Hæreticis proclamare dicitur, ideò ſaltem, quòd latis, ſeu potius renouatis legibus Ieſuitarum cupiditati frenum injecerunt.

Henricus III. hæreſis.

De Henrico verò certum eſt, eum, dum vixit, nullius uſpiam erroris ab ullo Catholicorum inſimulatum eſſe. Conſtat etiam eum in Catholico Romana communione uſque ad extremum perſtitiſſe. Furoris autem, quo eum perſecuti ſunt, hæc vera cauſa fuit: Quòd ſceptrum regium non ei tradere volebat, quem ſibi hi Socij, tanquam idoneum molitionum ſuarum adminiſtrum, Galliæ Regem deſtinauerant.

Iohan. Pratus.

Tu ergo nunc iterum vide, Annon per hoc Ieſuitarum decretum omnium Europæorum Regum & quoruncunque Magiſtratuum Politicorum mors & vita ab arbitrij Ieſuitici horoſcopo ſuſpendatur? Vt ſic illis dextrè aſcendat, ipſi vivant & valeant, ſin minus, pereant? Qua de re prædicta Venetorum calamitas, Regis Britanniæ perpetua pericula, & illorum omnium metus, qui hunc Ordinem ſibi infeſtum ſentiunt, abundè teſtantur. Venetorum tamen exemplum præcipuè conſpicuum eſt, quòd Reſpublica illa, ut dixi, Romano Catholicam Religionem hactenus, tanquam Imperij ſui Palladium, accuratè obſervet & acerrimè tueatur.

Magiſtratuũ pericula.

Quæ exempla quoties expendo, toties exhorreſco, cùm videam quàm facilè ſub præſenti rerum ſtatu inter nos ſimile quiddam in alterutram partem accidere poſsit, poſtquàm inprimis Gentis Ieſuiticæ ad hujuſmodi aliquem effectum tam pertinaces & feruidi conatus ab aliquot jam annis inter nos deprehenduntur.

Sed heic fortaſsis dicere voles, Inter nos nihil ab hac parte eſſe periculi, quòd Ieſuitis cum Rege noſtro probè conveniat, &c. Mallem te dicere poſſe, Regi noſtro cum Regni ordinibus & his cum Regia Majeſtate probè convenire. Hoc enim ad Reipubl. ſalutem aliquanto utilius, & ad ſecuritatem noſtram firmius & efficacius eſſet. Nunc autem hoc abs te verè dici agnoſco, neque tamen hoc ipſum ſollicitudinis meæ cauſam tollit, ſe eandem potius auget. Ecquis enim certò dicere poterit, quod hoc Regi noſtro perpetuum futurum ſit, ut Ieſuitis tam propitijs utatur? Quid ſi is aliquando deprehenſis illorum artibus, à quibus eum hactenus plæriq; nequiter circumventum exiſtimant, animum mutet, & potiorem Reip. reſpectum habere incipiat, ecquid tum eum ſperare jubebimus? Annon tempus fuit in Gallijs, quo Henricum III. ex Polonia redeuntem Natio hæc eo applauſu excipiebat, ut laudum ejus præconio exſatiari nequirent, dictitantes, Huic uni Individuo omnes Conſtantinos & Carolos Magnos, omnes Ludovicos, &c. incluſos eſſe. Hunc fortiſſimum, feliciſſimum, Chriſtianiſſimum & invictiſſimum Chriſti athletam, Eccleſiæ Catholicæ protectorem, Hæreticorum malleum & pavorem à Deo Gallijs proviſum. *Quid verò hæc omnia eum tandem juverunt? Cùm hic projectæ aſſentationis affectus paulò poſt ita prorſus in contrarium mutatus ſit; ut eum non ſolùm occidi curaverint, ſed occiſi cadaver, quantum in ipſis fuit, ſepultura prohibuerint: Ipſumque Parricidam in Divorum Catalogum retulerint.*

Regis vita & quæ ab hac pendet Regni fortuna Ieſuitarũ affectui obnoxia.

Sed eſto, inter nos tale nihil metuendum ſit in præſentia, quis verò noverit, qualis in poſterum Regum rerumque noſtratium ſtatus ſit futurus? Noſtrane itaque Matri ita conſulemus, ut tam ambiguæ fructificationis ſemen ſcientes intra Reipubl. viſcera retineamus, tanta cura foveamus & ad poſteros propagamus? Quis, inquam, ſanus nobis ſuadebit ut fortunas noſtras tam ambigui eventus aleæ committamus? Vt nempe Reſpublica non diutius ſalva ſit, quàm quouſque Regi Reive publicæ cum Ieſuitis probè convenit? Vt tunc demum nobis ſecuris eſſe liceat, quando nihil inter nos eſt, quod ſectæ huic offẽſionis cauſam præbere poſsit?

Ieſuitiſmi genius ipſis Legibus infeſtus.

Dixi quanta vis ſit aculei Ieſuitici contra Reges ſtatumque regium, quoties hunc molitionibus ſuis obſtare intelligunt. Heic autem te notare velim, ejuſdem peſtis non minorem efficaciam eſſe in oppugnanda Republ. atterendis legibus, quoties nempe ſentiunt, ſe ab ijs inſtituta ſua venatione impediri. Et quod ad Leges attinet, hæ politicæ tineæ illas præcipuè arrodere conſueverunt & exedere, quibus jus ſucceſsionis in Regno continetur, libertaſque & pax publica firmatur.

Lex Salica in Gallijs.

Qualem in Gallijs præcipuè invenerunt legem illam Salicam Matriculam & fundamentum illius Regni: per quam ſtirpis regiæ maſcula proles, excluſis famellis, ad regnum ſola admittitur. Cujus legis vigore ſucceſsio Regni poſt interfectum Henricum III. ad Henricum IV. Regem tum Navarræ devolvebatur. Quod ipſum cùm ſecta Ieſuitica ſuum interpretaretur, tantum efficere poteritum inſtituit, ut Galli hoc Reipubl. ſuæ fundamentum ipſimet ſubruere conarentur, aſſcita contra hanc legem Philippi II. Hiſpaniarum Regis filia, quam ex Henrici II. Galliarum Regis filia ſuſceperat, in Regni ſui hæredem. Operis totius promotoribus & internuntijs Ieſuitis. Quod autem Gallis Lex Salica præſtat, hoc Poloniæ adhuc Regum juramenta conferunt, per quæ hactenus Reipubl. liberè electionis jus

Ieſuitarum in diſponẽdis animis peculiare artificium.

Tyrannus quis ſecundũ Ieſuitas.

Ieſuiticæ definitionis Hereticus.

conſer-

conservatur. Quàm periculosè verò hoc etiam libertatis nostræ fulcimentum ab hisce tineis arrosum sit, egomet dicere nolo, nec publicum dedecus ipsemet divulgabo. Ejusdem virtutis illustre specimen coram oculis nostris in vicina Hungaria, Austria, Styria, Carinthia, &c. ediderunt. Eo nimirum successu, ut obtritis legibus, quibus prædictarum Nationum & Provinciarum libertas nitebatur, partem earum penitus oppresserint, partem ad extremam desperationem adegerint. Hoc quidem rumor publicus hactenus constanter affirmat, in prædictis Provincijs alicubi illustribus & antiquissimæ nobilitatis familijs publicè diem dictum esse, intra quem se aut coram Iesuitarum tribunali sistant, aut relictis patrijs sedibus alio migrent: quæ res fœtori isti malè vertat.

Homines nobiles sedibus pelluntur; quod Iesuitis geniculari nolint.

Heic ergo jam, mi frater, quæro, si fortè res in eum casum deveniat, ut regiam Majestatem Iesuitæ inter nos vel nunc, vel posteris temporibus ita colant, ut eandem contra Rempublicam, contra leges, & libertates nostras incitent: Vt quando hactenus coram moderna Regia Majestate, Pacem Religionis, unicum illud furoris Iesuiticis repagulum, ita traducunt, ut eam Tartaricam & Mahometicam perfidiam nuncupent, quam Regia Majestas citra æternæ salutis suæ jacturam nec approbare possit, nedum ut eandem tueri debeat, &c quàm inquam, tu mihi spem facies?

Pacem Religionis Iesuita ut canes lapidem projectũ admordent.

Novi tamen quid etiam heic nonnulli excipiant, Non esse videlicet tantopere admirandum, si Confœderatio illa fortassis non omnibus probetur, sub qua nimirum tot abominandæ sectæ quot annis inter nos supullulent, &c. Age itaque cedamus eis (quod tamen citra Reipublicæ præjudicium fiat) hoc jure, quid verò ad illud mihi respondebunt, quod in proximis Comitijs Versaviæ Dominica Misericordias Domini anno millesimo sexcentesimo sexto ex P. Seargæ ore audivimus, quando is conuerso sermone ad Regem sic eum alloquebatur: Eheu Rex, quorsum jam nobis res tua intempestiva conniventia reciderunt? Reges olim Poloniæ de Rebus ad Rempublicam spectantibus cum solis Senatoribus deliberabant Nunciorum istorum terrestrium, quos vocant, nullæ in hisce rebus partes erant, ut qui non ita dudum introducti sint. Nunc verò tua & quorundam Majorum tuorum socordia res eò, proh dolor, deducta est, ut quam primum feroculus aliquis Domicellus, qui se pro Nuncio fortè terrestri gerit, votum suum proponit, omnes ei proponit, omnes ei protinus assurgere cogantur, &c. Tuum, tuum erat, ô Rex, hujusmodi perversas quæ contra antiquos mores inoleverunt, consuetudines cohibere,

P. Seargæ cum Rege expostulatio.

&c. Vbi etiam manibus ceu nutu judicavit, quid fieri velit, Summa nimirum papavera demetienda esse.

Hunc igitur Tubicinis istius aulici tenorem si reliqui tribules ita persequerentur, ut ad istorum consiliorum executionem operam & vires suas Regi aliquando in auxilium offerant, ecquid de nobis deque nostra illa hactenus illibata libertate futurum censes?

Disputatur hodie inter nos de modo potestatis regiæ, itemque de Reip. in Rebus ad Regni salutem spectantibus authoritate. De hac autem controversia quid Iesuitæ sentiant non est obscurum. Regi nempe reqiæque Majest. quandiu in conatibus ipsorum promovendis constanter pergit, tantum adjectum cupient, quantum Henrico III. olim & ejusdem successori Henrico IV. propter oppositam rationem detraxerunt. Quomodo verò vice versa in Remp. animati sint P. Scarga jam nos docuit, & tu nos adhuc dormire velles? NE.

Hæc igitur etsi palàm inter nos practicentur ita ut animi affectus citræ ruborem ipsimet in publicum prodant; sunt tamen qui Iesuitarum inter nos potrocinium suscipiant, & omnia sedulò conquirant, quibus hæc sub aliqua probabilitatis specie vel prorsus negari vel saltem palliari & excusari quocunque modo posse confidunt. *Iesuitarum nequitia suos ubique applausores invenit.*

His igitur deinceps nonnulla respondenda sunt: nam hoc tertium nobis designationis nostræ caput constitutum fuisse meministi.

Qui itaque Iesuitas omnium fervidissimè propugnant, primo loco Catholicam Religionem allegare consueverunt, à cujus interitu sibi metuunt, si in Iesuitas gravius aliquid deberet statui. Estque hic defensionis Iesuiticæ longè splendidissimus & maximè plausibilis prætextus, ad quem amplificandum congeruntur Ordinis istius res gestæ Barbarorum nimirum infidelium sub utroque Mundi axe, sicut & Hæreticorum in hisce partibus plurimorum felicissima conversio. Quibus hodie inter nos addunturdivini illi & Miraculosi gentis illius successus in Moscovia, & angusta spes, quàm ex illo tractatu & nobis & Romanæ Ecclesiæ ostentant, &c. *Causa ob quas Iesuita à Pontificijs defenduntur.* *Indorum & hæreticorum non conversio sed eversio à Iesuitis quæsita.*

Ad hæc igitur quid dicemus? Hæc nempe, Primo heic admirari cogor, quibus rationibus sibi persuaderi patiantur, Catholicam Religionem, qualis illa nunc est, paulò minus quàm mille annos quingentos per Orbem durasse, antequam Ignatius Loyola in terris natus est: Ita videlicet ut in nostra etiam Polonia tot centenos annos egregiè floruerit? Deinde dico, Christum & Apostolos inde ab initio non solùm Religionis propagationi, sed etiam æternæ ejus conservationi per sufficientia media abundè prospexisse. Vt Ecclesiæ, quam diu in veritatis tramite *Religionis Romano-Catholicæ conservatio & propagatio.*

Qui putant Religionẽ citra Iesuitarũ operam consistere non posse, ordinariũ Clerum pudendæ ignaviæ arguũt.

Istorum verò officiorum cum non solùm nomina, sed etiam personæ inter nos supersint, quibus illorum cura demandata est, quis dubitet, quin hi, dummodo officium faciant, Religionem rectè sint curaturi, ut maximè Iesuitæ in Polonia nulli sunt? Tertiò ulterius sic dico, Religionis curam & propagationem Iesuiticæ designationis minimam partem esse: quam nimirum ipsi amplius non curant, quàm quatenus prætextus illius eis ad principaliorem Instituti sui finem, de quo dictum est, viam munit. Id quod vel hinc apparet, quòd inter eos partes docendi in Ecclesia inferioribus ferè committuntur, ut primicerij hujus ordinis & qui ingenio præstant, illis, quas diximus, sublimioribus artibus in Aulis liberius vacare queant. Quartò, experientia testatur, quod etiam virorum doctissimorum, quos vel Iesuitæ ipsi pro Catholicis coguntur agnoscere, calculo confirmatur, Iesuitas Religioni Romano-Catholicæ intra Europam magis obstitisse, quàm ut eandem promoverint. De quo aliquot inter nos præstantissimorum virorum ex ipso etiam Ecclesiastico Ordine, querimonias me non semel audire memini.

Iesuitarum nequitia suos ubique applausores invenit.

Hoc ipsum verò cum multis prorsus incredibile videatur, his illud rationibus ulterius declaro: Ad experientiam quod attinet, negari non potest, solius Iesuiticæ bilis præfervidæ æstui imputandum esse, quòd Romano Catholica Religio hodie in amplissimo Britanniæ majoris Regno tanto studio premitur & opprimitur, ut nunc etiam post exactos Iesuitas, Sacerdotum secularium usu penitus priventur, & sic Regis clementissimi beneficio gaudere nequeant. Eandem calamitatem Catholici ante annos non adeò multos in Scotia Iesuitarum culpa perpessi sunt. Cum enim illorum nonnulli in Regno illo Conjurationis cujusdam, quæ contra Regem Scotiæ in Hispania à P. Criechtonio Iesuita instituta erat, tabulas hinc inde inter Catholicos clanculum circumferrent, quibus illi subscribere debebant: Re prodita, Ex primaria Scotiæ nobilitate complures, qui hactenus ceu columnæ Religioni Romano-Catholicæ in prædicto Regno fuerãt, extremum vitæ fortunarumque omnium discrimen adierunt. Sed & reliqui Catholici omnes cum ipsa Religione, cui Rex antehac non admodum adversari videbatur, in justissimum Regis odium incurrerunt: Ea ratione, ut in hunc usque diem miseri illi facinoris Iesuitici pœnas luere cogantur. Et quid aliud Hungaros & Transsylvanos non ita dudum ad eum modum exacerbavit, ut unà cum Iesuitis omnes Catholicos Sacerdotes, quos nanci potuerunt, malè tractatos ex finibus suis expulerint, quàm importunus ille Iesuitarum fervor? Dum hi supremi Magistratus authoritate & favore freti, prædictarum Provinciarum reliquas libertates tanto impetu invadunt, ut incolæ, qui hactenus omnia pertulerant, has ultimas Iesuitarum injurias perferre nequiverint, & extrema potius remedia arripuerint: Ad quod eos haud dubiè vicinarum Provinciarum perspecta calamitas animabat. Nec ego dubito, quin inter nos etiam rebus turbatis Catholici Religioni magnum aliquod infortuniũ constaturi sint, siquidem diutius inter nos conversari debeant. Cujus rei cùm inter nos tum alibi hæc abundantissima causa est, quòd hic livor illa, quæ nobis tantopere commendatur, docendi facultate non contentus, machinationibus suis publicam Magistratus authoritatem prætendit. Quæ res ut fortè plebeculam territat, ita cordatiores quosque vehementer offendit, studia eorum suspecta facit, & quod iniquissimum est, Magistratum, sicut & ipsum Clerum, publico odio exponit, ejusdemq; authoritatem subditis contemptibilem reddit. Hæc igitur Catholicæ Religionis damna si cum profectibus comparentur, quos Iesuitæ intra Europam in ejusdem propagatione fecerunt, tantum fortassis vix superfuturum est, ut gloriabundæ illorum jactantiæ respondeat.

Indorum & hæreticorum non conversio sed eversio à Iesuitis quæsita.

Calamitatis Catholicorum in Anglia immediati autores Iesuitæ.

Causa ob quas Iesuitæ à Pontificijs defenduntur.

Religionis Romano-Catholicæ conservatio & propagatio.

Veruntamen ut hujus etiam infortunij culpam eis condonemus si doctrinam Iesuiticam per se & extra hos excessus æstimemus, in eadẽ nihil, quod tanto præconio dignum sit, deprehendetur. Religio enim vel voce, vel honestæ vitæ conservatione, vel scriptis propagatur & defenditur. Vocis ministeriũ Conciones & audiendarum confessionũ artificium comprehendit. In concionibus Iesuitæ ut plurimum subtiles, diserti, & in concitandis affectibus acres, vehementes & impetuosi esse consueverunt: ut imbecilles & incautos animos movere & percellere possint. Hasce autem qualescunq; dotes, quæ in sinceræ pietatis schola non perinde æstimandæ sunt, corrumpit & cordationibus suspectas facit, primùm Elocutionis sive actionis (hanc quidam hypocrisin vocari dicunt) gesticulatoria levitas, nimiumq; fucandi sermonis studiũ, & qui sub hoc prælucet, ardentissimæ ambitionis affectus. Quorum utrunq; nescio quid non Apostolicum sapit. Deinde deformat eas istas inexhausta calumniandi & convitiandi libido, qua plærunq; in adversarios debacchantur. Idq; tantùm ut plebis animos incendant, & exasperẽt: Cum interim adversarios, quos lucrari debebant, magis indurent. Me quidem hæc ita offendunt, ut vilissimi pagi parochum interdum concionantem audire malim, quàm qui in vniversa Polonia inveniri queat, disertissimum Iesuitam.

Iesuitæ quales concionatores.

Deciecta confessionaria.

Ad confessionarium artificium quod attinet, non inficias eo, hoc venationis Iesuiticæ præcipuum instrumentum & per quàm commodum rete esse. Neque tamen hoc ipsum tam cautè hactenus disponere potuerunt, ut illa omnium arcanorum perscrutatio, peccatorumque interdum non satis pudicum examen, cum

satisfactionis illa insidiosa, multoties etiam avara impositione non plurimos offenderit & à Catholica communione ita repulerit, ut ab eadem propter ipsos præcipuè Iesuitas penitus abhorreant. Quantum ad vitæ conversationem, eam quidem ita hactenus instituerunt, ut nimis conspicua illa vitiorum ulcera, quibus Clerus hactenus ad eum modum deformatus, Laicisque exosus redditus fuit, studiosè vitarint. Neque tamen in hoc etiam proposito tam constantes aut circumspecti fuerunt, ut non in opposito arboris scientiæ boni & mali fructus se in ijsdem prodederent. Dum enim ab una parte miraculosam quandam vitæ continentiam, angelicam castitatem, religiosæque pietatis devotum studium ostentant: ab altera parte profundæ avaritiæ tam dira lues & circumveniendarum nobilium Familiarum viduarumque orphanorum decipiendorum tam calidum artificium deprehenditur, ut hoc ipsum prudentioribus in hominibus tam religiosis summæ admirationi fuerint. Vt interim superiorem artium Iesuitarum chorum heic intactum reliquam, de quibus tam multa jam dicenda fuerunt.

Iesuitæ & ipsi de arbore scientiæ boni & mali gustant.

Scriptio Iesuiticæ.

Restat scriptio Iesuitica, in qua ferè summus Instituti hujus excellentiæ gradus constituitur, nec id prorsus vanum censeri debet. Negari enim non potest dictionis Iesuiticæ characterem per se tersum & argutum. Orationem etiam, si artificium spectes, floridam simul & nervosam esse. Quæ scriptionis virtutes ad illectandam & capiendam juventutem non exiguam vim habent, quæ etiam Iesuitas harũ præcipuè rerum admiratione suspicere & sectari solet. Qui verò serio pietatis studio afficiuntur, hæc tanto minus curant, quanto in hisce rebus nimia Iesuitarum affectatio evidentior est: non aliter quàm si omnibus veteribus & recentibus Sophistis aut ipsis etiam rabulis palmam vellent præripere. Veritatis autem sermo simplex est & esse debet: Inprimis verò Christianæ Religionis tractatio hujusmodi fucatæ & coloratæ orationis lenocinia aversatur & respuit, tanquam corruptarum prurientium aurium non satis castum delinimentum. Prudentissimi denique, quique incorruptissimè judicant, sic sentiunt, Iesuitas suis hactenus argutijs & concitatis scriptis eatenus saltem profeciisse, ut Catholicos suos inflammatos concitaverint, partem verò adversariam acuerint & obfirmaverint: Vt sic bellum illud religiosum, quo ceu Causone quodam Europa adhuc amburitur, tanto periculosius exarserit. Quemadmodum nostris ipsimet oculis cernimus.

Iesuiticæ scriptionis effectus.

Quod autem de barbarorum in utraque India conversione pro Iesuitis adducitur, illud ex ijs locis petitum est, ex quibus aliquis non solùm verum dicere, sed etiam securè mentiri possit. In Polonia præsertim & in illa explorationis difficultate, postquam Castilienses & Lusitani nullum extraneũ in illas Regiones admittunt. Ideoq; his nil aliud quàm vulgatum illud respondeo: En Rhodus en saltus: De Hæreticorũ in his terris conversione rem non prorsus nego, ut de qua oculorum aspectus testetur. Opus tamen ipsum non tã doctrinæ Iesuiticæ extraordinariæ virtuti, quàm argumentorum aureorum & argenteorum ponderi adscribẽdum censeo, quibus utuntur, quorumq; perennem copiam eis Pontificis Romani favor Aulæq; Polonicæ jucundus calor sufficit: Inter quæ tamen heic inter nos quandoque vitrea concurrunt pro quibus alibi in vicinia, ferrea substituunt. Quod genus conversionis Paulus Apostolus haud dubiè eversionem seu potius corruptionem dixisset.

Iesuitarum aurea & argẽtea argumenta.

Ad rerum Moscoviticarum successus quod attinet, illi revera nobis hactenus non citra fastum ostentati sunt: quorum etiam præcox spes Gentem Iesuiticam ad eum modum inflavit, ut omnia sibi deinceps licere putaret. Qualia verò nunc ex ijs locis per repetitos nuncios constanter afferantur, te non ignorare credo. Iesuitas quidem audio narrationi huic acerrimè contradicere, quòd ipsum indicio est, rem ipsorum ubi agi, ut quicunq; effectus (utinam bonus) secuturus sit, non alijs eum quàm ipsis imputare possimus. Interim tu nostri, quale meum ab initio, quàm primum consiliorum istorum aliquid in vulgus emanavit, de molitionibus illis judicium fuerit. Ipsi nempe causæ in genere melius fundamentum optabam. Deinde rem per se periculi plenam esse apertè profitebar. Meministi etiam me de hisce conatibus Horatianum illud usurpare:

Moscoviæ inconsulta & periculosa tentatio.

——————— & arma
Nondum expiatis uncta cruoribus,
Periculosæ plenum opus aleæ,
Tractas, & incedis per ignes
Suppositos cineri doloso.

Iesuitæ actuales

Denique sic præ me semper tuli, si Iesuitæ negotio huic se immiscerent, nullum ejus bonum eventum expectandum, hos enim omnia turbaturos. Et si res felicissimè cadat, Imperium illud ab ipsis perturbatum & motibus intestinis repletum iri, qui nobis tempore fortassis non aquissimo negocium facessere possent, quemadmodum in Suecia nobis non ita dudum accidit. Quàm verus autem, & falsus in his omnibus fuerim, ipsum tempus revelabit, & tum nos etiam de Iesuitarum in convertendis barbaris studio rectius poterimus judicare.

Religionis Conservatrici propagationi subjungitur institutendę juventutis nescio quod occultum & exoticum artificium, Propter quod Respubl. (si utique Ecclesia jacturam hanc negligere posset) Iesuitarum opera carere nullo modo queat. Et hic Prætextus superioribus æstimationis pondere non multum cedit, cujus tamen vanitatem viri in omni disciplinarum genere

Iesuitæ juventuti instituendæ artificiosissimi Magistri.

genere exercitatißimi, qui Romano Catholicam Religionem publicè profitentur & defendunt, jamdudum Orbi demonſtrarunt. Rationibus firmißimis evidenter oſtendentes: Ieſuitas primum & Ieſuitarum Inſtitutum bonis literis & earum reſloreſcenti ſplendori plus offuiſſe quam eaſdem promoverint. Oſtendentes inſuper, Diſciplinam Ieſuiticam meram corruptelam eſſe ingeniorum: quorum videlicet aciem retundat, & pro eo quod illa liberali inſtitutione informare, & excitare debebat, quendam potius eis ſtuporem inducat.

Ieſuitarum aurea & argentea argumenta.

Qua de re aliquot inter nos præſtantißimos non ſemel conquerentes audivi, qui hodie in præcipuis Reipubl. muneribus verſantur, cùm dicerent, ſe coactos eſſe Ieſuiticæ inſtitutionis vitia aut peregrinando corrigere, aut eadem poſtquam jam ad Remp. animum applicaverant, ipſo rerum uſu dediſcere. Quorum judicio Experientia adſtipulatur, cum conſtet, inter ipſos Hæreticos, quos hæc gens nempe pro talibus tractari vult & haberi, Viros inveniri in omni diſciplinarum genere exercitatos, qui ad omnia Reipub. munia idonei eſſent, niſi invidia eos premeret: etſi Ieſuitica inſtitutione nullo unquam tempore uſi ſint. Quomodocunque tamen hæc ſe habeant, illud apud me fixum manet: Si, quæ Ieſuitis hac in parte ab aliquibus tribuuntur, omnia veriſſima eſſent, & ipſi in Poloniam noſtram alteras Athenas importaſſent, illud tamen nimis vile pretium eſſe æſtimandum, pro patria libertate, quàm pro hac opera licitantur. Cùm præſertim eruditæ doctrinæ fructus aliunde non minus commodè, quàm à Ieſuitis habere poßimus.

Moſcoviæ inconſulta & periculoſa tentatio

His tertiò loco à nonnullis ſubjungitur, Ieſuitas tamen homines eſſe actuales, quorum in rebus arduis expediendis magna ſit dexteritas, eximia fides, &c. Multis hoc in ore eſt, qui pro Ieſuitis nituntur, quos equidem admirari ſoleo. Quod nempe actualitatem hanc Ieſuitis ita tribuant, ut propter illam eos laudent, eoſdemque propterea retinendos, & fovendos ſtatuant. Nimis enim mirabile mihi hoc in Religioſorum tam religioſo Ordine epitheton videtur, cùm hoc potius Daui alicuius Terentiani attributum ſit, qui ſua veteratoria calliditate & panurgia omnia turbat & involvit. Ego itaque Poloniæ Milites potius & Aulicos, mihi verò Servitores actuales, Eccleſiæ autem Monachos & Religioſos pios, doctos, & de votos opto. Veruntamen ſi quod res eſt fateri volumus, Epitheton hoc Ieſuitis nimis verè competit, de quo totus Orbis, inprimis tamen Europa adeò luculenter teſtatur. Et nos etiam hactenus actualitatem illorum ita ſumus experti, ut ſi inter nos ad hunc modum diu pergere debeant, de illis Comicum illud rectè uſurpaturi ſimus. Quod ſi annitantur ex unis nuptijs geminas nobis effecturi ſint, duplicato nimirum, quo in præſentia urgemur, infortunio. Sed quid putabimus Auguſtinum reliquoſque iſtorum temporum Patres de huiuſmodi actualibus Monachis fuiſſe dicturos? Aut quis etiam in ſecularibus negotijs tam demens fuit, ut in ſervo nequam veteratoriam caliditatem laudaret, aut exploratoris exteri ſolertiam ita commendarit, ut eum propterea ſibi fovendum exiſtimaſſet? Te igitur heic etiam ſcire velim, ingenio præſtante & verſatili nihil perniciоſius eſſe, ſi vires ſuas ad res malas applicet. Ideoque hanc ipſam Ieſuitarum actualitatem egomet inter juſtißimas metus noſtri cauſas refero, quæ nobis veternum excutere, noſque ad ſeriam rerum noſtratium curam excitare deberet.

Ieſuitæ actuales

Ieſuitæ juventutis inſtituendæ artificioſiſſimi Magiſtri.

Illud autem quod de expediendi dexteritate adjicitur, teſtimonio deſtituitur. Quid enim egregiè natio hæc inter nos præſtitit, quidve tam dextrè expedivit, aut quod potius bonum non impedivit? Niſi fortè amiſſam Sueciam, afflictam Galliam, tentatam Scotiam, Anglicas conſpirationes & tot nobilium hominum tragicum interitum, Venetianas practicas, Moſcoviticas turbas, perturbatam Vngariam, oppreſſam Styriam, Carinthiam, Carniolam & quæ hactenus in Polonia ediderunt aulica progymnaſmata, pro Ieſuiticæ dexteritatis operibus nobis ſint habenda? Ad res quidem arduas aggrediendas & invadendas ſatis adhuc audax eſt hæc ſecta, audaciæ verò illius eventus is hactenus ubique ſequitur, ut turbæ maximæ ab illis excitentur: tales nimirum, quæ citra infiniti ferè ſanguinis effuſionem adhuc nec ſiſti nec ſedari potuerunt. Quem igitur hæc agendi dexteritas delectat, is videat & provideat, ne quid Reſpublica Ieſuitica detrimenti in Polonia capiat.

Ieſuitarum in rebus turbandis (expediendis dicere volebam) dexteritas.

Nec id quod de illorum eximia fide prædicatur, certioris fidei eſt: Quod tamen illis fortè perſuaderi poterit, qui vel Ieſuitarum arcanas deſignationes prorſus ignorant, vel quibus illi os aliâs ita oblinunt, ut propter certas cauſas ad eorum palatum omnia dicant & faciant. Quod ſi tamen aliquis fidem Ieſuiticam verbis extollere velit, dico eam, quanta quanta eſt, totam exteris, & quidem citra ullum boni Polonici reſpectum, addictam eſſe & arctiſſimè obligatam. Hujuſmodi inquam exteris, qui etſi corpore à nobis abſunt, conſilijs tamen & occultis machinationibus, nimium interdum familiariter inter nos converſantur. Cum his ergò ſi fortè aliqua nobis controverſia incidat, ecquid illis nobis de Ieſuitarum fide polliceri poterunt? Annon verò in Gallijs, Anglia, Scotia, Vngaria, Venetijs ſatis jam conſpicua fidelitatis ſuæ documenta in publicum ediderunt, ſi ad noſtratia utique cacutimus? Et quid in re manifeſta verbis opus eſt, cum nulla hodie Europæ Chriſtianæ natio ſit, quæ non de Ieſuitarum perfidia aut ſaltem perfidiæ ſuggeſtione & ex-

Ieſuitica fides Poloniæ inutilis.

cusatione conqueratur, si vnam Hispaniam excipias.

His denique à nonnullis additur, Inconveniens esse ut Iesuitas Poloni expellant, cùm Galli, qui propter longè graviores causas eos ejecerunt, eosdem revocaverint, vbi etiam adhuc citra ullum Reipublicæ incommodum vivam, &c.

Gallia Iesuitas recepit.

Ego verò novi Iesuitas in Galliam reversos esse, sed quòd à Gallis revocati fuerint, ne ipsi quidem, quamvis multa dicant, facile dicturi sunt. Interim verò artes, quibus se in Gallijs denuò insinuarunt, tales sunt, ut propter illas ipsas ejectionem eorum inter nos maturandam existimem. Ex illis enim liquidissimè perspicitur, quantum hic Genius intra Europam in versando & circumagendo rerum cardine polleat. Sic enim nosse debes, Iesuitas in Galliam non propter aliquem eorum usum, quo Regnum illud carere non posset, receptos esse: sed ad vehementissimam Romani Pontificis instantiam. Quem videlicet Rex in tam infida cum vicino potentissimo pace offensum nolebat, Cui tamen serium Catholicismi studium vix probaturus erat, quamdiu Iesuitas Regno arceret. Interea ne illud quidem dubium est, eos qui Pontifici in restitutione illa promovenda operam suam apud Regem præstiterunt, majora præmia consecutos esse, quàm omnes quicunque hactenus Reipublicæ vel inter nos vel alibi militarunt. Quamvis non desint, qui existiment, Henricum Quartum hac etiam ratione securitati suæ consulere voluisse, quòd aliàs à Iesuitarum insidijs nunquam tutus esset futurus.

Iesuita cur in Gallia pacatè vivant.

Quod autem hactenus pacatè dicuntur vivere, id si verum est, admirationem meretur: quantumvis causas gravissimas habeat, cur se in tam recente anteactorum memoria ad tempus cohibeant, sub illius præsertim Regis imperio, cujus authoritatem, quam sibi rebus gestis comparavit, non im- meritò verentur & metuunt. Quid autem futurum sit, si præsenti rerum Gallicarum capiti aliquid humani accideret, rerumque administratio, ut antehac factum meminimus, ad minorennes hæredes devolueretur, facile erit divinare. Cùm verendum sit, Galliam tum demum commissi in recipiendis Iesuitis erroris effectum suo magno malo sensuram. Nos verò hactenus causa nulla, per Dei gratiam urget, ut Gallorum similes facti, tam ambigui jactus aleam subeamus.

Hæc ferè pro Iesuitis ab ijs afferuntur, qui persuasi sunt, nec Rempublicam, nec Ecclesiam gentis istius opera commodè carere posse. Præter quos etiam alij sunt, qui etsi Iesuitarum acta omnium minimè probent, in eosdem tamen nil gravius statui patiuntur, quòd hoc citra maximæ Reipublicæ incommoda ne tentari quidem posse existiment. Itáne ergo Polonis res jam eò redierit, ut aut Iesuitæ & Iesuitismus nobis tolerandi, omnesq; illorum machinationes cum tam præsenti Reipublicæ periculo perpetiendæ sint, aut extremum rerum discrimen adeundum? Vbi ergo tunc manebunt illa Ordinis istius elogia, quibus ab initio nobis commendati sunt? Quòd homines sint innocentissimi, pacifici, quòd spiritualibus contemplationibus toti addicti, in quibus Poloni hujusmodi prorsus Clericos habituri sint, quales jam dudum desideraverint? Ab his ergo talibus ecquid nobis timendum erit?

Iesuitarum religio modesta & parum fidenda.

Ego tamen jam dudum novi, Bilem hanc citra molestiam ex Reipublicæ corpore nunquam evacuatum iri, postquam jam nostra incuria ad viscera tam altè penetravit, ipsasque præcipuè vitales partes tam arctè obsedit. Existimo tamen periculum aliquanto minus futurum, quàm plerique sibi imaginentur.

Majores olim nostri Reip. salute nihil antiquius habuerint.

Quæ enim incommoda nobis narrant, quæ Iesuitarum expulsionem secutura sint? Pontifex, inquiunt, & Hispanus gravissimè offendentur. Magna profectò numina, quorumque ira nobis haud leviter æstimanda est. Quid enim de Polonia futurum existimabis, si Saturnum, & Iovem Europæum tam malè dispositos habeat? Ego verò heic servi illius Comici expostulatione uti possem, Possúmne scire quot mihi heic Domini perferendi sint? Ne tamen nimis alicui confidens & securus videar, de utroque aliquid dicendum erit.

Incommoda quæ Iesuitarũ expulsionem secutura sint.

Iesuita Crucigerorum Spurij.

Ad Pontificis itaque offensionem quod attinet, de ea quidem nullus dubito, quin nimis certò secutura sit, agnosco etiam eam nobis formidandam esse. Cùm verò à Iesuitis longè graviora cogamur metuere, existimo hanc indignationem Polonis non nimium esse pertimescendam. Spero etiam ad eandem avertendam legitima media nobis non esse defutura. Pontifex enim aut bonus est & talis, qui memor sui officij, Regi Poloniæ æquè ac omnium aliorum Christianorum Regnorum optimum statum promotum & conservatum cupiat. Cum tali itaque sperandum esset nobis facilè conventurum: si nempe missis legatis ei ad oculum demonstraverimus, Rem Polonicam, nec cum Iesuitis, nec cum Iesuitarum hactenus usitatis artibus diutius consistere potuisse, &c. Nec dubito quin is tempori cessurus & indignationem, si quæ orta fuerit, Reipublicæ facilè remissurus sit.

Pontificis offensio.

Alberti Brandeburgici exẽplũ.

Aut idem malus talisque est, qui suæ tantùm libidini, citra ullum Reipublicæ aut æquitatis respectum indulgeat, omniaque prius sursum deorsum ferri patiatur, quàm ut quod malè ceptum est corrigi sustineat: Tum verò iram ejus ne curandam quidem existimo. Neque enim ulla vel divina vel humana Lex Polonos obligat, ut aut summum ipsi periculum sibi scientes accersant, aut Romani P. injustæ sibique præjudiciali voluntati se per omnia conforment.

Qua

Qua in re si meum tibi judicium suspectum esset, Majorum exemplis te patiaris erudiri, ut cogites, quid ipsi in simili casu fecerint. Nostri etenim, quanta animorum contentione Romani Pontifices olim Crucigeros contra Regnum Poloniæ defendendos susceperint, quàm atrocia Regibus nostris plerunque minitati sint. Resque tandem eò processit, ut circa annum 1456. si Æneæ Sylvij Epistolis credimus, Romæ Excommunicatio contra Regem, Regnumque Poloniæ decreta fuerit. Neque tamen hisce minis, quantumvis ipsius etiam Imperatoris Friderici III. indignatio eas acueret, ad eum modum se perterreri passi sunt Majores nostri, ut non potiorem salutis Reipublicæ, quàm indignationis Pontificiæ respectum habuerint. Ovum autem ovo tam simile nunquam esse potuerit, quàm benè Iesuitarum Institutum, mores & actiones cum Crucigerorum ordine, rebusque gestis conveniunt. Nam ortus ratio & occasio ferè eadem utrobique fuit: Vtrumque institutum ad unum eundemque finem per diversa saltem media fuit directum: Forma politica exceptis paucis circumstantijs eadem fuit: Vterque ordo progressus longè celerrimos fecit, dilatæque per eos Christianæ Religionis & imperij laudem tulit: Vterque tandem à seipso ita degeneravit, ut ijs, pro quorum defensione instituti fuerant, graves & molesti esse ceperint. Differentia saltem in eo consistebat, quòd Crucigeri professi Milites erant, remque apertis armis contra Majores nostros gererent, quorum legitima remedia Polonis nunquam deerant: Hoc verò malum intra viscera nostra hærens ijs artibus nos oppugnat, quarum Polonia antehac prorsus imperita fuit. Quæ res facit ut existimem, eos novæ illius sectæ institutum omnium rectissimè æstimare, qui Iesuitas Crucigerorum spurios dicunt. Cùm itaque Majoribus nostris olim Pontificis nec indignatio nec authoritas obstiterit, quò minus Crucigerorum injurias accerrimè vindicarent, Regnumque tuerentur, cur in simili casu hujusmodi spectris nos terreri patiamur?

Iesuitarum religio modesta & parum fidendū.

Majores olim nō stri Reip. salute nihil antiquius habuerint.

Iesuitæ Crucigerorum Spurij.

Sin tamen hæc alicui fortè nimis antiqua viderentur, illi recentius exemplum habent, quod Avorum memoria accidit.

Sigismundus I. quem inter optimos suos Reges Polonia non immeritò recenset, quem etiam Romana sedes adhuc pro genuino obedientiæ filio agnoscit & prædicat, Albertum Brandeburgicum cum ditione Borussiaca in fidem & clientelam suam recepit, tum quando propter abdicatum Crucigerorum ordinem & desertam Religionem Romanam non solùm à Pontifice, sed ad hujus instinctum ab Imperio Romano sub potentissimo Imperatore Carolo Quinto Excommunicatus & proscriptus erat. Aula tamen præcipuè Romana fremebat & indignabatur, quòd tota Borussia hac ratione ab Ecclesia abalienaretur. Nec Sigismundo parsura fuisset, si Excommunicationis aliquem potentem executorem potuisset habere. Hic enim desiderabatur: quod tamen is susque deque tulit. Et quid ego de regibus nostris dico, cùm nostra hæc ætas ejusdem magnanimitatis & egregiæ fidei in Rempublicam illustre exemplum in ipso Regni Primate habuerit? Fuit is Iacobus Vehanski, Archiepiscopus Gnesnensis, cui cùm Romanus Pontifex Excommunicationis telum intentaret, quòd animadverteret, eum in consilijs publicis majorem salutis Patriæ, quàm sedis Romanæ respectum habere: Is se adeò non passus est à proposito dimoveri, ut Pontifici potius rescripserit, se si pergeret ei Reipublicæ nomine molestiam exhibere, intentatum fulmen in ipsum retorsurum. Quo responso ictus Pontifex Archiepiscopum missum fecit, ut qui nosset hoc ei in Polonia facilius factu quàm dictu fuisse. Cujusmodi libertatis spiritum, si ex illius successoribus hodie, sub hac inquam Iesuitica animorum dispositione aliquis sibi usurpare præsumeret, ecquid tu de eo futurum putas? Annon ille quanto ocyus ad Patres ire cogeretur? Hæc igitur masculæ virtutis exempla quoties in Majoribus nostris considero, toties admirari cogor, quæ res hodie nostratium Prælatorum animos ita immutarit, ut in multò levioribus casibus tantas sibi difficultates imaginentur. Dum interdum Pontificis nescio quæ Regalia allegant, quæ inviolata retineri volunt, sed & Regem ita loqui docent: Non aliter quàm si Polonia jam duos Reges haberet, unum Cracoviæ, alterum Romæ. Dum etiam exterorum offensiones sæpius ultra modum exaggerant, Reique publicæ se tam difficiles præbent. Quemadmodum jam aliquoties in deliberationibus de Moldavia, Vvalachia & tandem etiam Transsylvania fieri vidimus. Ideoque sic tandem existimo, eos qui à Pontificis offensione sibi tantopere metuunt, siquidem Iesuitæ paulò durius tractari deberent, eo ipso satis demonstrare, quàm frigidè erga Rempubl. affecti sint, & suspicionem de se non exiguam præbere, quòd privata commoda illis Patriæ salute potiora sint. Quales si Majores nostri fuissent, Borussia nobis hodie carendum, & in hunc usque diem cum Crucigeris colluctandum esset. Sed & hanc scrupulosam in hoc ordine conscientiam nulli alij rei hodie, quàm Iesuiticæ, debemus.

Clerus Polonicus à Iesuitis corruptus.

Alberti Brandeburgici exēplū.

Vbi tamen mirari cogor, quid hi, qui eis hac in parte eatenus astipulantur, ut Pontificem nulla in re offendi patiantur, posteritati aliquando responderi velint, si nempe illa ex nostrorum temporum historia rescisca, Rempub. Venetam propter improbatas quasdam non maximi momenti constitutiones, pro libertatis suæ defensione, Iesuitas ex dominio suo universo expulisse, & intenta-

tentatam propterea Pontificis excommunicationem, usque ad aperti belli periculum contempsisse: Cùm interim Majores sui in Polonia libertatis alumna tam meticulosi fuerint?

Quòd si etiam in hisce rebus nos ad eum modum à Pontificis arbitrio patiemur suspendi, Polonorum conditio multò deterior, adde & servilior futura erit, quàm ipsorum Moscorum, qui in consilijs de Republic. nulla alia quàm ipsius Principis Reique publicæ Regalia *respectant aut attendunt.*

Hispani offensio quanti Polonis in hoc casu æstimãda

Ad Hispanum *quod attinet, ego non video, quæ ei justa offensionis causa à nobis præbeatur, si nos nostræ Reipublicæ pro rerum nostrarum exigentia pro virili studeamus consulere, citra ullum ejus præjudicium? Cur etiam Regem illum potentissimum magis offendat, quòd nos Iesuitas expellimus, quàm nos hactenus offendit, quod ipse eos, ut sibi commodos tam indulgenter fovet? Quid si verò Rex Hispaniæ, Rex Poloniæ audire vellet, (quod equidem quò minus ad libitum consequatur per Iesuitas non stabit) num ad cavendam ejus indignationem hoc ei concedendum esset? Si denique eò nos demiserimus ut domi nobis nihil agere aut tentare liceat, nisi quod aurei velleri probetur, ecquam Rempub. in Polonia habituri sumus?*

Verùm heic nonnulli adhuc pergunt excipere, Etiam domi & intra parietes multos offensum iri. *Cui aliqui adjiciunt, si* Iesuitæ extra Regnum proscribi debeant, etiam alios & illos præcipuè Evangelicorum Ministros una exterminandos, *&c.*

Quibus ferè Iesuitarũ expulsio omnium ingratissima sit.

Ad prius quod attinet de multorum intra domesticos parietes offensione, ego primum nescio, quinam illi multi futuri sint, quorum offensionem nobis tam periculosam imaginari debeamus si præsertim reliqui Cleri securitati caveretur? Cum enim heic nil aliud quàm salus Reipublicæ ejusque in longum propagatio quæratur, nemo hinc tumultuandi occasionem habere potuerit, nisi fortè fortunas suas cum Iesuitis ita conjunxerit, ut cadentibus illis ipse stare nequeat. Et hi verè illi sunt, qui eis omnium molitionum & consiliorum, fortè etiam contra Regnum, sunt conscij: Et quamvis verendum sit, eorum plures esse, quàm expediat, ne horum offensio perinde nobis æstimanda est. Cum nemo dubitet, quin bonorum, qui Rempubl. salvam cupiunt, multò major pars in omnibus Regni partibus futura sit.

Sed esto, ut heic fortè aliquid nobis molestiæ sustinendum esset; num propterea Medicinam respuemus? Quæ purgatio ægroto unquam tam feliciter cessit, ut non aliquid ex illius operatione terminum senserit? Quòd si Iesuitarum expulsione illos fatales tumultus avertere & præcavere possemus, qui hactenus pleraque Europæas Provincias tam duriter afflixerunt, quo de egomet plané sum persuasus; Resne digna censebitur, propter quam etiam incommodi aliquid patiamur? Si publicæ libertati, si Regno nihil periculi est, si privatorum corpora, & fortunæ in tuto sunt, ecquid tumultuamur? Cur exterorum insidias & conspirationes metuimus? Sin verò hæc omnia nobis ita imminent, ut Iesuitas eorum, si non principales autores, periculosos saltem actores, promotores & internuncios noverimus, ut omnes præseferunt, ecquid amplius cunctabimur?

In puniendis Pacis publicæ perturbatoribus non persona, sed factum respiciendũ.

Ad alios verò, Evangelicorum præsertim Ministros, quod attinet, si in eadem turbatæ pacis & oppugnatæ publicæ libertatis culpa cum Iesuitis hærent, nil equidem causæ dicam, quo minus & illi & quicunque crimini huic quocunque modo affines deprehenduntur, cum eis expellantur. In suspicione enim turbatæ Reipub. neminem quodcunque vitæ genus tueri potest, aut eidem patrocinari debet.

Particularis purgatio quomodo secundum nonnullos instituendos.

Ministrorum Evangelicorũ intra Regnum cõditio.

Sed nunquid heic res cum re aut causa cum causa conferri poterit? Quemnam Pontificem aut Hispanum Ministri illi intra aut extra Regnum habent, cui hunc agrum arent aut serant, aut ad quem eis, rebus heic perditis, perfugium pateat? Quales etiam in aula & circa Reipublicæ clavum illorum partes sunt, aut in æternum esse poterunt? Aut quæ prædia hi in detrimentum nobilitatis coëmerunt, quasve immunitates in fraudem Reip. consecuti sunt? Et quæ etiam illorum vires sunt, propter quas Reipub. formidabiles aut saltem suspecti esse debeant? Quorum divitiæ ferè omnes in lacera & detrita ut plurimum Reverenda, ut nostrates loquuntur, & Bibliorum, adde si res lauta est, Augustini codice, nudáq; & numerosa sobole consistit? Ipsi deniq; Evangelicorum Ministri annon uniuscujusque pagani Præfecti superioritatem agnoscere eidemque se sistere coguntur? Collatio itaque hæc prorsus inepta adde & ridicula est.

Particularis expurgationis incommoda.

Sunt fortassis & alia quæ pro Iesuitis ab illorum fautoribus nobis obijci possent, sed ea vix majoris momenti erunt, quàm quæ hactenus allata sunt.

N B.

Ex his ergo, quæ hactenus demonstrata sunt firmiter tandem concludo: Iis qui hoc tempore Rempub. restitutam, sanatam & in posterum salvam cupiunt, si ordine procedere, si laborum suorum fructum aliquem sibi polliceri volunt, ante omnia operam esse dandam, ut Iesuitæ extra Regnum abigantur: sed ita ut abactos obdito pessulo reditu prohibeant.

Expulsionis Iesuitarũ qualis effectus sperandus.

Iesuitarum omnium æqualis culpa.

Expulsa autem & expurgata hac acri & arrodente bile, Morbis nostratis paroxysmus in genere & paulatim lenietur, reliquæ partes affectæ, Clerus præcipuè, sanabiles & tractabiliores reddentur, poteritque quod luxatum est, per ocium, citra gravioris alicuius symptomatis

metum

metum curari & restitui.

Quandiu verò hic Incendij febrilis fomes intra Reipublicæ viscera retinebitur, nulla nobis salutis & securitatis spes relinquitur. Quodcunque enim machinabimur, quibuscunque emplasmatis vulnera ligare & obducere studeamus, opera & oleum nobis peribunt, malumque in hac corporis Polonici Cacochymia ad leviſsimam quamque occasionem recrudescet. Neque enim Iesuitæ, ut cætera omnia sanentur, ad Regni Poloniæ legumque Polonicarum similaritatem in æternum reducentur, ut illa sub hoc, qui adhuc qualitercunque durant, statu probent.

In tuendis Pacis publicæ perturbatoribus non persona, sed factum respiciendū.

Particularis purgatio quomodo secundum nonnullos instituendos.

Ideoque ne eos quidem audiendos censeo, qui ut res minus odiosa sit, non universalem purgationem censent instituendam, sed per partes tantùm, bilis istius detractionem & imminutionem faciendam putant. Verbi gratia, sunt qui eos tantùm extra Regnum propellendos existimant, qui vel clandestinarum machinationum contra Regnum cooperatores aut saltem conscij fuisse deprehenduntur, vel quorum seditiosus fervor publicæ paci præcipuè periculosus censetur. Sunt qui hanc Iesuitismi diminutionem a locis incipiendam suadent. Vt nempe ex primarijs Regni Vrbibus aut ubicunque ab eis Reipublicæ insigne aliquod periculum metuendum esset, removeantur. Sunt denique qui putent, publicæ securitati sufficienter prospectum iri, si latis legibus in arctiores carceres redigantur. Hæc igitur consilia paucis discutiamus.

Ministrorum Evangelicorũ intra Regnum cõditio.

De his primum in genere sic dico: Cum quacunque Iesuitarum offensione, sive eos in universum expellamus, sive audaciam illorum ad certam quotam restringamus, Pontificiæ indignationis invidiam nobis ex æquo metuendam esse: quam tamen plærique omnium maximè cavendam censent. Hoc saltem discriminis erit, ut si partem aliquam Iesuitismi intra viscera retinuerimus, tanto plus nobis periculo ab eodem Pontifice futurum sit. Cùm igitur cum particulari offensione tantundem difficultatis subeundum sit, quantum cum totali expurgatione, cur non hanc ut utilissimam & certissimam præferemus? Imò hanc ego tibi ceu Maximam præscribo: Iesuitas facilius ex Regno expulsum, quàm intra Regnum in ordinem redactum iri.

Particularis expurgationis incommoda.

N B.

Dico amplius, eos vehementer errare, qui sperant, Bilem hanc ita cautè posse moveri, ut non protinus exardescat & exasperetur, & ut non omnes vindictæ occasiones studiosissimè conquisituri sint, quodcunque fortè ad tempus, propter præsentem necessitatem simulent. Quæ occasiones ingenijs istis intra & extra Regnum nunquam defuturæ sunt. Quod si ergo, resumptis aliquando animis & viribus, denuo aliquid & fortè periculosius quiddam moliantur, quid tum fiet, opus erit? Num quotannis in Iesuitarum gratiam Generalem Rokoſsch celebrabimus?

Expulsionis Iesuitarũ qualis effectus speraudus.

Iesuitarum omnium æqualis culpa.

Deinde in specie ijs qui nocentissimum quoque ex Iesuitis exterminandum censent respondeo: Nec causam nec culpam earum rerum, quarum Iesuitæ insimulantur, ita partiri & separari posse, ut alter altero mitius aut durius tractandus sit. Sic enim jam ostensum est, sectam hanc tam arctè inter se compactam esse, ut totum corpus & cum hoc omnia ejus Individua membra, in harum præcipuè rerum praxi, de quibus nobis sermo est, in unum conspirent, & ad unum scopum mente & corpore ferantur.

In una itaque cãdemque culpa omnes æqualiter hærent: differentia si quæ est, in ingeniosarum virium saltem in æqualitate consistit, ut quod unus, aut alter fecit, omnes facturi fuerint, si vires aut occasio non defuissent. Nec credo te audivisse quòd Iesuita aliquis à tribulibus suis, ob quodcunque etiam detestandum facinus, publicè damnatus aut etiam reprehensus sit. In hoc enim genere non peccant: dummodo facinoris perpetratio in illum finem dirigatur, quem Iesuitis in specie propositum esse ostendimus. Quod autem de nonnullorum seditioso fervore affertur, illud per se speciosum est, ego tamen sic existimo, Illos nondum pessimos aut etiam Reip. periculosissimos esse, qui Cracoviæ, Posnaniæ &c. ades exurunt, Cœmiteria invadunt, sepultorum corpora refossa immaniter violant. Contra hanc enim rabiem, licet in hunc usque diem impunita manserit, vel tandem remedium aliquod invevietur. Sed illas potius vulpeculas nobis observandas censeo, qui per Sudetas montes Alpiumq; juga hinc inde commeantes, exoticarum artium spiritum ferunt & perferunt. Deniq; remedium hoc, si tam benè caderet, ut nocentissimi qui sunt, exterminaretur, nos tamen saltem ad tempus relevaret, dummodo relevaret: tam diu nimirum donec his alii septuplo pejores submitterentur. Num verò hoc satis justum operæ pretium censeri debebit? Illius inquam operæ, quam Reipub tantis sumptibus, tanta Nobilitatis defatigatione, nec sine nostro periculo præstare conamur?

Iesuitarum studia quæ nocentissima.

Qui verò eos ex Aula & primariis Regni Vrbibus expellendos suadent, illi quidem aliquantò fortius consulere videntur, sed non multò plus quàm priores proficiunt. Videntur quidem certæ Reipub. partes nonnihil sublevari, videntur etiam Iesuitis præcipuæ nocendi occasiones eadem ratione præcidi; Egóque jam dudum ita persuasus sum, nullum gravius in Rempub. peccatum à nobis commissum esse, quàm quod Iesuitis in hisce Regni artibus ad expediendas suas machinas tantum spatii concessimus. Id quod fortè tum demum sensuri sumus, si aliquid fortassis pericula meridie & occidente nobis ingrueret.

Secundi consilii absurditates.

Heic tamen admirari cogor, quibus rationibus consilii huius autores ducantur, quod in Reipublicæ curatione potiorem Vrbium quàm

equestris

equestris Ordinis, ipsiusque adeò Cleri respectum habeant? Eos itaque libenter interrogarem, quid putent singularis auxilij ad Rempubl. rediturum, si primaria Regni civitates exonerentur, & pestis hæc interim liberè in Nobilitatem grassetur? sicque peregrinissimo huic liceat reliqui Cleri animos continenter sollicitare & in transversum agere? Ecquam illi tùm rebus nostris spem securitatis faciunt? Hi ergo in eo periculosè falluntur, quòd existimant, malum Iesuiticum intra Vrbium ædificia, ita contineri, ut ibidem tantum aut saltem potissimum Reipublicæ noceat: Cùm hæc primum ipsius Aulæ, ut ostensum est, deinde publica animorum pestis sit, à qua Nobilitati & Clero & per hos demum Reip. præcipuè metuendum sit.

Propter Clerum præcipuè Iesuitæ sunt expellendi.

Quin immò, dum Iesuitas in universum extra Regnum propellendos suadeo, in eo Cleri Polonici quàm maximum respectum habeo, cujus excessus non aliter, quàm bilis hujus fervens subtractione corrigi posse existimo. Ex his ergo iterum perspicitur ne hujus quidem consilij eum inter nos effectum sperandum esse, quo nobis ad res nostras componendas & firmandas opus est.

Restant *ij qui Iesuitas non solùm ex Aula removendas & ex Vrbibus expellendos, sed etiam latis legibus intra Monachorum claustra redigendos & Ordinariorum jurisdictioni, hoc enim à nonnullis additur, subijciendos consulunt.*

Tertij consilij vix ullus effectus sperandus.

Videntur & hi aliquanto longius progredi, quibus ego ad vitandam majorem invidiam omnino parendum suaderem, si ulla saltem consilio huic spes subesset. Sed hanc sequentia mihi in universum præcidunt, Primum Iesuitas ita animatos esse certò novi, ut omnia potius moturi, omnia turbaturi sint, quàm ut splendoris & existimationis illius, qua ipsorum ordo hactenus supra reliquos Religiosorum ordines, ipsúmque Clerum universum eminet, vel minimam jacturam subeant. Iesuita autem si ex Aula excludatur, si inversando Reip. clavo non omnibus alijs præpolleat: si à publico ita arceatur, ut claustro inclusus, alium quàm proprium militiæ suæ Ducem superiorem agnoscere cogatur, si denique omnium arcanorum explorandorum occasio ei adimatur, à summo ad infima sibi redactus videbitur, ut qui jam nil amplius quàm vulgaris Monachus futurus sit. Quod dedecus Gens ista non mitiori indignationis affectu aversatur, quàm si nobis aliquis Regnique dignitarius subdito in abjectissimæ plebis censum detrudatur. Cœlum itaque potius ruere patientur, quàm vt hanc in se ignominiam admittant.

Esto tamen vt heic eos patientiores offendamus, quàm ego sperem. Quæro igitur secundo loco, quibus vinculis eos constricturi simus? Certis legibus, inquies, publicisq; constitutionibus. Bene dicis, Egoq; fateor hæc justa esse in Foro politico coercendæ libidinis media, quantúmvis hactenus per illa non pro spe profecerimus.

Iesuitismi inclusi anceps & periculosa custodia.

Verùm heic vlterius quærere cogor, Eccui hujusmodi legum & constitutionum, si quæ factæ erunt, executionem commendaturi simus? Ordinariis locorum, respondebis, Ego verò agnosco ad ipsos munus hoc ex Regni legibus spectare; sed quid si ipsi tam odiosam Provinciam recipere nolint, aut excommunicationis Pontificiæ metu non ausint? Veruntamen sive recipiant sive repudient, ne sic quidem Reipub. securitati prospicietur: Primum enim antiqua illa disciplinæ severitas apud nos hodie multum remisit, quâ apud Roman. olim parentes de liberis, si fortè in Rempubl. peccâssent, supplicia sumebant. Verendumque propterea erit ne optimo cuique ex hoc ordine, & qui aliàs in Rempub. rectè affectus est, illud in hac custodia vel imprudenti accidat, quod Vir ille Dei 3. Reg. 20. in historia Achabi sibi evenisse fingit, vt dum ipse alijs rebus intentus est, captivus, cujus custodiam susceperat aufugerit.

Morbi caussa ita tollenda ut ægroto etiam contra recidivam prospiciatur.

Iesuitæ superiorũ Prælatorum pædagogi.

Deinde experientia testatur, Ordinarios locorum hactenus magis Iesuitis parere & obnoxios esse, quàm quòd hi illorũ auctoritatem aut jurisdictionem multũ curent. Quin immò hi pro Episcoporum pædagogis se gerunt, quos etiam, vt Aulæ Rom. Corycæos, metuere & observare coguntur. Qualem ergò coercitionem ab ijs expectare poterimus?

Bonorũ Iesuiticorum dispensatio.

Confœderatio quam civiliter hactenus à Iesuitis tractata.

Tertiò sic dico, quodcunq; de his omnibus fiat, Nos tamen contra gentẽ hanc legib. nostris nihil profecturos, in quo me experiẽtia ipsa jam erudiit. Quid enim? Confœderatio publica *annõ Lex est, annon Constitutio est, annon Polonorũ ius est, publicis Regis & Nobilitatis iuramentis sancitũ & confirmatũ? Sed quid per hanc eandẽ hactenus contra hanc pestem Politicam proficimus? Annon rabies ista per hoc efficacissimũ (sic quidem Majoribus nostris videbatur) remediũ irritata potiùs est quàm cohibita? Quàm petulanti lingua stiloq; Styrico livor iste hoc salutare institutum incessit, deridet & exsibilat? Tam laxũ & molle capistrũ Dæmon iste tam impatienter fert, quâ igitur ratione arctius duriúsve quiddam feret? Cumque hoc isti constitutioni faciant, per quã Iesuitismus propriè non læditur, ecquid de illis fiet, quas in suam perniciem factas recordabuntur.*

Et quid tandem Iesuitis nos proscribere tentabimus, cùm suis ipsimet constitutionibus, quæ contra hanc, de qua conquerimur, intemperiem ad speciem inter ipsosmet latæ sunt, non pareant? Annon enim superioris seculi 93. Iesuitarum superiores cùm animaduerterint, Res Gallicas suorum potissimùm scelere jam ferme perditas, coacto Romæ generali tòtius Ordinis conventu statuto sanxerunt: Patres societatis Iesu, cum omnibus qui ordini illi ascripti sunt, à causis, & negotiis secularibus in univer-

Statutũ conventus Iesuitici.

universum abstinere debere, &c. *Huic igitur decreto ecquomodo hactenus inter nos paruerunt?*

Sic igitur tandem contra hos etiam concludo, consultius esse, ut tam fera Bestia prorsus abdicetur, quàm ut Caveæ intra domum inclusa, cum perpetuæ solicitudinis cruciatu custodiatur.

Dixi autem, Iesuitas non solùm expellendos, sed etiam contra reditum omnia diligenter præcavenda esse. Neque enim expulsi quiescent, ut non omnem lapidem moveant, quo ipsis redire liceat, ut sic hanc vesti Iesuiticæ injectam maculam vicissim eluant. De quo nos Gallia admonere debet, in cujus Aula Iesuitarum absentium practicæ tantum potuerunt, ut cùm excussi Dentis in ore regio lacuna resarciri nunquam posset, Iesuitæ tamen, reclamantibus Parlamentis & obnitente prudentissimo quoque non solùm restituti sint: sed etiam Pyramis illa perpetrati sceleris æterna index fuerit demolita.

Hoc autem inter nos hac fortassis ratione omnium rectissimè præcavebitur: Si primum bona illorum immobilia in alios usus ad publicam Regni, præcipuè tamen nobilitatis, cui major illorum pars detracta est, utilitatem convertantur. Quod sic commodissimè fiet: Si bonis literis consultum cupimus, quarum videlicet interitum plærique sibi per Iesuitarum expulsionem imaginantur, detur opera, ut ex ijsdem Cracoviensi Academiæ de viris bonis, doctis & in omni disciplinarum genere probè versatis extra ordinem prospiciatur: Aut si ita placet, præter hanc alia intra Regnum Academia instituatur. Deinde alibi in Regno scholæ hinc inde aperiantur, in quibus non solùm eruditis Præceptoribus honesta stipendia constituantur: sed etiam pauperibus Scholasticis, ijs nempe qui ingenijs valent, sed propter fortunæ tenuitatem literarum studia commodè prosequi nequeunt, de victu & sustentatione provideatur. Idque tanto majori curâ, quòd ex Nobilitate etiam omnibus temporibus inveniantur, qui hujusmodi studiorum subsidijs opus habent. Et hæc ego districtuum in Regno ceu publica Gymnasia esse vellem: Quorum cura & inspectio certis ex Nobilitate utriusque ordinis viris & qualificatis personis commendari posset. Hoc si fieret, Iuventuti nostræ, quæ in spem honorum & ad Reipub. ministeria educatur, cum pietate & bonis literis Patriæ Legúmque patriarum & reverentia à teneris imprimis plantaretur, & Reipubl. de viris idoneis ad eum modum prospiceretur, ut eidem ab exterorum factionibus & insidijs minus periculi esset. Iesuitarum etiam expulsorum desiderium si quod erit, intra paucos annos porsus evanesceret & obliteraretur.

Tertiò si quid supereſt, ut omnino superfuturum puto, publica ex eo Nosocomia instituantur in eorum usum, qui in bellis se pro Repub. strenuè gesserunt, & vel vulneribus debilitati sunt, vel per ætatem militiæ labores non amplius perferre possunt, &c. Vt hæc militaris virtutis quasi Asyla constituantur, ubi benemeritorum & emeritorum illa non turpis senectus honestè & liberaliter sustentetur. Cujus sanctissimi & utilissimi Instituti exempla in Vrbibus Belgicis me videre memini, cujus etiam specimen nobis præbuit laudatissimæ memoriæ R. Stephanus, quando VVarsaviæ hujusmodi pro debilitatis militibus Xenodochium instituit & dotavit. A cuius tamen præclara & planè regia voluntate & intentione nimis citò recessum.

Militũ emeritorum Nosocomia.

Nec ego video, quomodo Iesuitarum bona vel sanctius vel utilius collocari queant: Ita nimirum ut quæ semel pijs usibus destinata sunt, ijsdem maneant, & ipsius interim Nobilitatis damnum, quod à Iesuitis Iesuitarumque artibus se accepisse queritur, aliquo modo resarciatur, & sic Reip. commodis utrobique optimè consulatur.

Facta ad eum modum bonorum Iesuitico rum dispensatione per peculiare statutum sub infamia aut alia aliqua severa pœna interdici posset: Ne quis primum de revocandis aut admittendis Iesuitis ullo tempore publicè aut privatim mentionem facere ausit. Néve deinceps ulla ex Regno juventus, nobilis præsertim, à cujus salutari institutione Patriæ salus pendet, ad Iesuitas extra Regnum se conferat, ijsdemque se disponendam committat. Ne dum domi in expurgando Iesuitarum fermento laboramus, illud ab extra nobis nihil tale suspicantibus obrepat.

Statutũ de Iesuitis non revocandis.

Tandem opinor diligenter provideri oportere, ne per Officinas Typographicas talia in publicum spargantur, quæ præsenti Reipub. statui & Regni hujus libertati quocunque modo adversantur. Qualia nimirum illa hactenus fuerunt, quæ Iesuitæ adhuc sub moderna Regiæ Majestatis Regno, Cracoviæ & alibi contra confœderationem publicam in vulgus ediderunt. Talia inquam quæ per ipsorum jugulum reditura fuissent, si Legum publicarum is vigor, ea observantia in Polonia esset, qualis in benè constituta Repub. esse debet. Vbi tamen vafricies ista hoc insuper dolo ut plurimam usa est, ut hujusmodi pestilentia scripta sub alienis, certorum nimirum Prælatorum, nominibus emiserint, Vt nimirum hac ratione universum Clerum in invidia publicæ consortium pertraherent, & dispersos in plures facinore ejus vindicationem Reipubl. difficiliorem facerent.

Typographiæ frenum injiciẽdum.

Oratio Equitis Poloni *contra* IESVITAS.

„ HVc etiam referenda est ORATIO *Equi-*
„ *tis Poloni, & quidem Pontificiæ Reli-*
„ *gionis, quam habuit in frequentissimo proce-*
„ *rum Poloniæ Conventu, in qua similiter dete-*
„ *guntur & narrantur Iesuitarum artes, doli,*
„ *fraudes, impostura, & multa nefaria facinora,*
„ *non solùm in Polonia, sed etiam in alijs Regnis*
„ *ac Provincijs ab ipsis patrata. Inter alia sic in-*
„ *quit*: Ego Rom. Ecclesiæ propemodum a-
„ lumnus, dico hanc unam Monachorum
„ familiam, quæ à Iesu Salvatore nomen
„ habet, ad perniciem multarùm Rerum-
„ publicarum esse institutam. Magna spe
„ ingredior in reliquum Orationis meæ
„ cursum, quia jam periculosissimum istum
„ scopulum vobis tacentibus sum præter
„ vectus. Quid igitur causæ est? ut ita sen-
„ tiam de istis hominibus, quorum admira-
„ bilis pietas, singularis quędam in omni di-
„ sciplinarum genere scientia, à multis com-
„ mendatur, & qui primo loco, ordine &
„ authoritate digni sunt habiti? quásnam
„ rationes adferam istius tanti criminis?
„ perarduum mihi erit demonstrare. Quò
„ me vertam? aut quos testes producam?
„ Sunt homines Ecclesiastici ordinis hone-
„ stissimi, atque ornatiss. tantâ amicitiâ &
„ tantâ necessitudine cum isto ordine Ie-
„ suitico conjuncti, ut etiam si boni viri non
„ essent, plurimum momenti tamen habere
„ deberet illorum Oratio contra Iesuitas, i-
„ ta autem boni Catholici sunt, ut etiamsi
„ inimicissimi essent Iesuitis, tamẽ illis cre-
„ di oporteret. Quid igitur isti dicunt? Sunt
„ hæc vobis nova & inopinata Senatores
„ Ampliſſimi? num primùm ista crimina au-
„ res vestræ accipiunt? Nonne soletis inter-
„ esse concionibus, in quibus affirmare so-
„ lent cõstanter & graviter, eâ voce & mo-
„ tu corporis, eâ gravitate & constantiâ viri
„ doctissimi nostri Theologi, Iesuitas eam
„ pestem esse, quæ animadverti non possit,
„ antequam totum Reipublicæ corpus in-
„ flammet: eorum mores, gestus, habitum,
„ oculorum conformationem, oris & vul-
„ tus moderationem, ad res à majoribus no-
„ stris benè inventas, atque institutas ad il-
„ las, inquam, res omnes, per manus nobis
„ traditas, debilitandas, atque evertendas
„ hunc Monachorum ordinem compara-
„ tum esse. Novum istud est Senatores? non
„ his vocibus, non his exclamationibus re-
„ sonuit primarium Templum Lublinense?
„ nõ summum etiam templum Cracovien-
„ se plenum atque refertum his Iesuita-
„ rum ornamentis atque testimoniis, ad
„ perpetuam & loci, & temporis, & ho-
„ minis memoriam? Non fuit hoc, in-
„ quam, in istis Templis decantatum?
„ Testes sunt viri Senatorii: magnâ au-
„ thoritate, consilio, prudentiâ ornati,
„ & cæteris ornamentis honoris, ingenii,
„ industriæ clarissimi, qui hoc affirmant.
„ Quid dicam de illustri Episcopo Craco-
„ vienſi? quem honoris & amplitudinis
„ causa nomino: cujus ea est ætas, pru-
„ dentia, authoritas, eruditio, huma-
„ nitas, judicium, constantia, ingenii
„ acumen, ut ad ejus orationem jura-
„ mentum vestrum adhibere possitis. Quid
„ igitur is dicit? affirmavit constanter &
„ graviter; voce & vultu ad rei indigni-
„ tatem composito, istam novam non
„ ante multos annos inventam Monacho-
„ rum familiam, quæ Iesu Salvatoris no-
„ mine ornata est, ad Ecclesiæ Roman.
„ dogmata evertenda comparatam esse,
„ & ad excitanda seditionum incendia,
„ ad evertendos Reipub. nostræ bonos &
„ omnium comprobatione institutos mo-
„ res. *Iohannes verò Zomoiscius Regni Can-* Nota.
„ *cellarius, & exercituum summus impera-*
„ *tor: cujus prudentiam, rei militaris scien-*
„ *tiam, virtutem, authoritatem, felicita-*
„ *tem, fortitudinem omnis semper mirabi-*
„ *tur ætas, affirmavit verè & sapienter,*
„ *ut omnia sæpè dicere solet, istis sacerdoti-*
„ *bus in Templis & suggestis locum aliquem*
„ *concedendum esse: ut verò ex monasterijs*
„ *& Templis ad Reipubl. negotia gerenda ac-*
„ *cedant, hoc nullo pacto ferri oportere.*
„ Quid ego nunc producam Doctorem Pi-
„ cum, civem Cracovienſem, & virum Se-
„ natorium: quem verè Philosophum sub-
„ tilissimum, & Medicum exercitatissimum
„ possumus appellare, in cujus vita extat
„ imago antiquæ virtutis: cujus oratio ex-
„ emplum est copiosæ loquentis sapientię:
„ is certè ita de Iesuitis judicat, ut sæpè
„ affirmet, pessimè cum patria nõstra a-
„ ctum esse, quæ istos non jam dudum e-
„ jecerit. Quid ego vobis nunc adferam
„ voces singulorum hominum? quid pro-
„ ducam in medium querimonias earum
„ viduarum, quæ non prius istorum salva-
„ torum artes deprehendere potuerunt, an-
„ tequam domos suas spoliatas animadver-
„ terent, omnibus vasis argenteis, omnibus
„ ornamentis aures, in quibus aliqua ars,
„ aut pretium ita singulare existeret, ut pos-
„ set eorum cupiditatem incendere. O tem-
„ pora, ô mores, hæc jam agitantur in foro,

iactantur

„ iactantur in Palatiis, recitantur in omni-
„ bus locis, damnantur in Templis, in con-
„ spectu Trinitatis: ante imaginem Chri-
„ sti, omnium sanctarum atque sanctorum,
„ hæc declamantur, ad commovendos san-
„ ctos atque sanctas ista sæpè & multùm,
„ vehementer & graviter, copiosè & or-
„ natè ab illis exponuntur, qui Religioni-
„ bus sanctorum atque sanctarum præ-
„ sunt: & à vobis ista ignorantur? Ve-
„ rùm utilissimi sunt propter Scholas: mul-
„ tos jam ludos literarios aperuerunt: ma-
„ gno motu fit concursus juventutis, ma-
„ gna nobilium pars, eaque ferè præ-
„ cipua, ab illis eruditi suos filios cu-
„ pit, propter magnam doctrinæ, fidei,
„ gravitatis, constantiæ existimationem,
„ & propter singularem quandam docen-
„ di rationem: Eodem accedit, ut nul-
„ lis præmiis laborum propositis, magnos
„ tamen labores suscipiant, & sustineant.
„ Heu me miserum: cur ego vos, quos
„ semper laudavi, cogor reprehendere?
„ Non videtis, non intelligitis Senatores?
„ hæc omnia ad perturbandam quietem
„ pertinere? nonne animadvertitis pluri-
„ mas Scholas ab illis jam dissipatas esse?
„ unam Scholam celeberrimam Craco-
„ viensem, viris doctissimis in omni di-
„ sciplinarum genere ornatissimam, jam
„ solitudine fœdam atque squalidam, nul-
„ la antiqua ornamenta retinere? Habuit
„ Polonia ante istos Iesuiticos Monachos,
„ habuit viros eruditissimos, oratores ve-
„ hementissimos, Philosophos acutissimos,
„ Iureconsultos prudentissimos, Theo-
„ logos omni dicendi gravitate, copiâ
„ atque ornatu instructissimos, habuit no-
„ stra patria Scholas, ex quibus, tanquam
„ ex equo Trojano, prodierunt plurimi
„ doctissimi viri: Vna Academia Craco-
„ viensis quatuor millia litteratorum ju-
„ venum numerabat. Prodibant ex illa
„ Schola illi viri, quorum ingenium, pru-
„ dentiam, authoritatem ista adhuc mi-
„ ratur ætas. Iam propè vigesimus annus
„ est, ut Iesuitas istos in Regno nostro vi-
„ demus, qui ita Scholas suas instituunt,
„ ut omnem industriæ, diligentiæ laudem
„ aliis eripere cupiant: Sæpè admodum lu-
„ dos Comœdiarum, Tragœdiarum, omni
„ splendore, copiâ & ornatu instructos, ex-
„ hibent: in quibus ludis summam laudem
„ & utilitatem positam esse existimant: &
„ hac propemodum unâ arte multos disci-
„ pulos ad se pertrahunt: tamen neque inter
„ istos tam præclaros Magistros; neq; inter
„ discipulos videmus illos, qui possint ali-
„ quo genere eruditionis cum illis antiquis
„ nostrę Scholæ Magistris & Doctoribus
„ contẽdere. Habuimus illo seculo Lucam
„ concionatorem, cujus ea dicendi vis fuit,
„ ut quamcunq; in partem voluisset, animos
„ hominum flectere facilè potuerit. Credo
„ adhuc vos memoriam retinere illius con-
„ cionatoris, quem Leopolitam nostri Polo-
„ ni appellabãt: erat ille homo eâ morũ ele-
„ gantiâ, & humanitate, ut semper auditorũ
„ suorum animis atque auribus nouâ quan-
„ dam voluptatem adferret, eo ingenii acu-
„ mine, eâ doctrinâ, ut semper orationis suę
„ subtilitate redderet doctiores suos audi-
„ tores. Quantæ, & quàm multæ laudes de-
„ bentur Hosio Cardinali, Cromero Var-
„ mienſi Episcopo Orichovio, Fricio?

Comparatio Doctorũ veterũ in Polonia cum Iesuitis.

„ Hîc me incendit quædam cupiditas, ut
„ de istis viris paulò copiosiùs disseram. Sed
„ metuo, ne ex cõmemoratione illorũ vir-
„ tutum & eruditionis rectudescant vestra
„ vulnera, quę patria nostra ex morte istorũ
„ hominum accepit. Erant illi viri quædam
„ pulcherrima & clarissima Ecclesię Roma-
„ næ lumina. Habetis, ut opinor, in animis
„ vestris præclarum illud Fricii volumen de
„ Republica. Extant multi libri Hosii Car-
„ dinalis, Cromeri, Orichovii orationes
„ adhuc in multorum manibus versantur:
„ & nulla unquam futura est ætas, ut opi-
„ nor, quæ illorum memoriam obscuret:
„ Iam si Bembi, Sadoleti, Contareni, Re-
„ ginaldi Poli, & reliquorum summorum
„ hominum libros enumerare & laudare,
„ ut æquum est, possem, dies me potius,
„ quàm oratio deficeret. Quid horum simi-
„ le habent Iesuitę? Prodeunt quoque quę-
„ dam illorum lucubrationes. Vtinam il-
„ lum laborem, quem in scribẽdis illis libris
„ susceperunt, in suas Tragœdias, vel Co-
„ mœdias potius contulissent: ita enim illa
„ sunt refutata ab hæreticis, ita profligata,
„ ut luculentam quoque plagam tota Ec-
„ clesia nostra Roman. acceperit. Provocâ-
„ runt Lublini superiore anno Antitrini-
„ tarios & Anabaptistas ad disputandum:
„ canebant triumphum ante victoriam: in
„ ea disputatione nihil præter redundan-
„ tem quandam verborum volubilitatem,
„ & tragicos clamores, quibus in clamo-
„ ribus omnes Iesuiticæ laudes positæ sunt,
„ præstiterunt: & tantummodò plebis,
„ & anicularum & colluforum atque suo-
„ rum compranſorum approbationem con-
„ sequuti sunt: & cùm rationum vi Antitri-
„ nitarios vincere debuerint, & eam victo-
„ riam, antequam certatum esset, literarum
„ monumentis tradiderint, eum exitum il-

„ le triumphus ante victoriam habuit, ut „ Ariani minis, convitiis, terroribus, clamoribus fuerint ejecti: & primarius quidam illorum hominum Niemojevius etiam verbera senserit. Dolebamus, Senatores Ampliſſimi, Eccleſiæ Roman. „ dignitatem ab iſtis hominibus ita deludi, ut multi ex illo loco, Romanæ Eccleſiæ obſervantiſſimi, animo dubio & *De Poſſevini Libro.* „ fluctuante diſceſſerint. Prodiit libellus „ Poſſevini Itali, tanquam fax quædam ad „ excitandum incendium: illius authoritatem ſi voluiſſetis ſequi, nonne jam domeſtico diſſidio everſam Rempublicam aſpiceremus? Quæ iſta eſt ratio Senatores: „ virum eruditiſſimum non ſuæ eruditionis arma & doctrinæ inſtrumenta ad vincendos ſuos adverſarios conferre? ſed ad „ barbaricam crudelitatem & feritatem „ decurrere. Mederi volunt patriæ noſtræ: „ honeſta hæc oratio eſt. Verùm ſi ſcalpellum adhibeatur ad ſanam corporis „ partem, ſi viri boni, utiles cives patriæ „ è Rep. exterminentur: non medicina, ſed „ carnificina eſt. Quamobrem Concilium „ non convocatur? Cur publica diſputatio „ non inſtituitur? Quamobrem iſtæ faculæ „ ad vim excitandam adhibentur? Non eſt „ magnum negotium homini erudito, vincere eum, qui literarum cognitione non „ eſt excultus: præſertim ſi eò quoque accedat bonitas cauſæ. Qui ad gladium, ad ignem, ad aquam, ad cædes, ad vim decurrit, fateatur ſe facilius hominem jugulare, „ quàm erudire poſſe: animum carnificis, & „ barbari atque crudelis prædonis, quàm „ Theologi mentem eruditam habere.

„ Iuventutem numeroſam habent ſuis in „ ſcholis: quibus artibus eam colligant & *Ieſuitæ diſcipulos multos habent in ſuis ſcholis.* „ retineant, metuo, ne ſerò admodum animadvertamus, & tum demum velimus „ huic malo remedium adhibere, cùm jam „ non poterimus ſi ad maturitàtem pervenerit illa improbitas, cujus jam magna apparent & extant veſtigia, Putatíſne Senatores Ampliſſimi, diſciplina Monachorum juventutem Nobilium rectè ad res „ benè gerendas erudiri poſſe? Vtinam tandem aliquando perſpicere poſſitis, Poloniam de ſtatu optimo ad eas calamitates „ devolutam eſſe, moribus Gallicis, Italicis, Hiſpanicis in patriam noſtram receptis. Si majorum noſtrorum tempora, quibus illæ Regiones non fuerunt cognitæ, „ cum hoc ſeculo conferatur, quæ ſummum dolorem atque metum nobis adferant, plurima occurrunt: quæ ſpe aliquâ „ meliorum animum erigant, admodum „ pauca & exigua, vel potius nulla ſolatia „ veniunt in mentem. Quid igitur agimus „ Senatores? Volumúſne ſcholas evertere? „ Ego verò hanc amentiam à vobis abeſſe „ cupio. Placet enim & utile eſt revocare „ veterem diſciplinam, & patrium morem, „ præmia Magiſtris & Præceptoribus proponi: eos gratitudinis & utilitatis ſpe, ad „ ſcholaſticum laborem ſuſcipiendum excitari. Novam iſtam, noſtris majoribus „ incognitam, nobis ac juventuti noſtræ inutilem, patriæ perniciosam docendi rationem retineri non placet.

„ Sed Ieſuitarum operâ, ſtudio & diligentiâ effectum eſt, ut Africa, Aſia, America, Perſia Romanæ Eccleſiæ inſti„ tuta & placita amplectatur. Quinam „ ſunt illi viri? quæ eſt iſta pietas? quæ „ vitæ ſanctimonia? ut tantum bonum „ orbi Chriſtiano importaverit, Aſpicite iſtos patres noſtros Ieſuitas, ut rectè de „ illis Apoſtolis fratribus eorum poſſitis judicare. Non enim, Senatores Apliſſimi, ſimia ſimiam tam benè refert, neque ovum ovo, nec lac lacti tam ſimile eſt, quàm Monachus Ieſuitæ, Ieſuita Monacho. Quid „ igitur iſti habent? vel in pietate, vel in „ moribus, vel in eruditione, quo noſtris antecellant?

„ Si enim vultum iſtum ad decipiendos „ homines accommodatum: ſi os in illis *Ieſuitarum hypocriſis.* „ latebris Ieſuitis compoſitum: ſi oculos „ & totius corporis habitum, atque ipſam „ orationem ad ſimulandum & diſſimulandum conformatam mutes atque adimas: „ nihil habebunt quod præ cæteris Monachis poſſint venditare, quibus ſe illi uſque „ adeò anteferunt, ut quilibet Ieſuita cum „ Ieſu in cælo eſſe exiſtimet, propterea „ quòd ſanctimoniam quandam poſſit ſimulare, & eam, quæ intus incluſa eſt, impietatem benè diſſimulet. Iam ut totius „ corporis motum atque veſtitum, ad colligendam hominum gratiam, mitâ quâdam „ curâ & ſollicitudine moderantur: ita „ quoque in Templis, non veterem illam à „ majoribus receptam & approbatam ſimplicem, & non multùm exquiſitam in Dei „ cultu, atque ſanctorum conſuetudinem „ retinent: ſed ſuperbas, ſtultas, atque impudicas mulieres imitantur, quæ ſplendidius veſtiri volunt, quàm honeſtæ matronæ: Quæ fit ut etiam oculos ſpectatorum in ſe convertant, & eorum cupiditatem inflamment. Quis autem eſt ab omni „ ratione ita alienus, ut non perſpiciat illis illecebris, iſtis ornamentis, iſto ſubtili ſanè & ſuavi vocum, & tibiarum concentu,

„ centu, barbaram gentem, incultos atque „ horridos homines posse excitari? & ab illis „ sordibus & squalore, ad istum splendo- „ rem, & cultum, omnes humanos sensus „ converti? Hoc certè est homini à natura „ tributum, ut omnia jucunda sequatur. I- „ stam legem non audivimus, legimus, didi- „ cimus: sed ex natura ipsa arripuimus, hau- „ simus, expressimus (quemadmodum in- „ quit summus ille orator) ut rem jucun- „ dam, aliquo sensu perceptam, homines eo „ magis amplectantur, quò magis etiam sen- „ sibus & cupiditatibus obediant. Currunt „ igitur mulierculæ & juvenes in ædes Ie- „ suiticas, sanctæ Barbaræ; sed graves viri & „ prudentes retinent veterem cultum Ma- „ riæ, qui scilicet novitatis dulcedine non „ moventur.

„ Gratulor ergo, viri Amplissimi, Asiæ, „ Africæ, Americæ, Persiæ istam mentem, „ cùm velint Catholicæ Ecclesiæ nomen „ suum dare, sed ut verum sit, quod Iesuitæ „ referunt: falsa enim multa ab illis jacta- „ ri, jam nonnulli affirmant, & res ipsa lo- „ quitur: Sed quemadmodum dico, ut ve- „ rum sit, ne tamen Iesuitæ servitutis iu- „ gum nobis imponant, magna cautio ad- „ hibenda est. Iisdem enim artibus & hoc „ Religionis nomine, illas Provincias Hi- „ spano Regi potentissimo subiecerunt, à „ quo illi emissi, ut exploratores eò consi- „ lia omnia retulerunt, ut primùm dome- „ stica dissidia excitarent, deinde Hispani- „ cos exercitus in Regna convulsa, & dissi- „ diis domesticis debilitata adducerent: „ Quod cùm assequuti sunt, omnia cædi- „ bus & sanguine ita replent, ut non solùm „ consilii capiendi, sed etiam ne respiran- „ di quidem spatium relinquant, illis, à „ quibus amanter & humaniter fuerant ex- „ cepti. Legimus in sacris libris, exti- „ tisse quosdam Gabaonitas astutissimos ex- „ ploratores, qui simulatâ Legatione, exo- „ letos saccos asinis imposuerunt, utres- „ que vinarios obsoletos, laceros & resar- „ tos: calceamenta vetera & lacerata pe- „ dibus induerunt: penulis vetustis se te- „ xerunt, omnique, in commeatum pane „ mucido sumpto, ad Iosuam se in castra „ contulerunt: eique & Israëlitis nuncia- „ verunt, se velle cum eis fœdus percute- „ re. Iesuitæ Gabaonitæ sunt à Rege Hi- „ spaniæ Catholicissimo legati, pallio mo- „ destiæ contecti, calceis hypocriseos in- „ duti, simulatione paupertatis, modestiæ, „ pietatis, castitatis ornati: se à Iesu missos „ esse quasi ad novam aliquam salutem ad- „ ferendam hominibus affirmant, se vigi- „ liis, laboribus, studiis literarum & pieta- „ tis, nocturnis atque diurnis precationibus „ exhaustos esse ostendunt. Metuendum „ autem nobis esse, ne quid Andria appor- „ tet mali, jam indicat miserabilis casus co- „ rum hominum, qui sunt in Africa, Asia, „ Persia, America. Neque illarum Regio- „ num terminis hoc malum incluſum est: „ latiùs diducitur, & indies longius progre- „ ditur istud incendium. Nam etiam in „ Germania inferiori excitati jam sunt ab „ istis Gabaonitis tanti motus, quibus mul- „ tæ jam urbes & Provinciæ florentissimæ, „ quasi uno impetu prostratæ jacent. Non „ possum sine lacrymis Antverpiæ urbis po- „ tentissimæ & amplissimæ luctuosam & fu- „ nestam direptionem commemorare, nul- „ lumque esse existimo hominem tam du- „ rum, quem non moveat tot hominum „ mors acerbissima & crudelissima, bono- „ rum direptio ac venditio. Nolo autem „ vos ad summi istius doloris societatem „ pertrahere. Eodem motu ab istis Iesuiti- „ cis Gabaonitis excitato, impulsa est An- „ glia & Scotia: quæ Regna cum antea ex- „ ternorum hostium impetum depulerint, „ nunc domesticis dissidiis debilitata, & ad „ interitum jam inclinata sunt, Id verò to- „ tum acceptum referendum est istis sanctis- „ simis Patribus Gabaonitis Iesuiticis. Hos „ fructus, ista commoda illi depromunt ex „ illis suis sæculis obsoletis. Vita Reginæ „ Angliæ veneno & insidiis sæpè appetita „ est. Scotiæ Regina crudelissimo & indi- „ gnissimo mortis genere sublata est. Nul- „ lum locum nominare possum, Senatores „ Amplissimi, in quo isti Gabaonitæ pedem „ posuerint; ut etiam non in eodem tristis- „ sima exempla crudelitatis reliquerint. Et „ accidit jam aliquoties; Deo ita permit- „ tente; ut iisdem ruinis, quarum authores „ extiterint, ipsi fuerint oppressi. Nam in „ Anglia multi isti Patres Gabaonitici, ita „ ut æquum fuit supplicio affecti sunt, q os „ nostri Gabaonitæ in numerum Marty- „ rum referunt. O præclaros Martyres, qui „ tantorum scelerum convicti fuerunt. „ Multa prætereo, Senatores Amplissimi, „ quæ in Helvetia, quæ in Germania su- „ periore ab istis Patribus sunt excitata. „ Currit enim magnis progressibus ista Ie- „ suitarum pestis, & omnes urbes, omnes „ Provincias, omnia Regna obvia evertit & „ dissipat.

„ Ad ea mala, quæ *jam* nos tangunt, pro- „ perat animus. Non ignoratis, quas tur- „ bas attulerit nobis in Livonia ista Ga- „ baonitica & Iesuitica modestia: jam po- „ tentissima urbs Riga, ad portum posita „ ardebat eo incendio, quod fuit excita-

Iesuitarum hypocrisis.

„ tum ab istis Gabaonitis. Abreptus fuit „ iisdem procellis & fluctibus, Stephanus „ Rex fortissimus : qui nisi ad animi sui „ magnitudinem, consilium & modera„ tionem adhibuisset, jam omnino & cum „ Riga & cum Rege Suetiæ, aut certè Rege „ Daniæ bellum nobis fuisset susceptum. „ Vrbem profectò & totam Provinciam „ multis laboribus, magnis sumptibus, ma„ gno nostrorum hominum interitu, ad „ Regni nostri imperium jam diu aggre„ gatam: multò majore cæde, aut majori„ bus impensis atque sudoribus, nunc re„ stitueremus. Tota Lithuania & Vilna „ urbs primaria nonne eodem spiritu Iesui„ tico & Gabaonitico est agitata ? Nonne „ civium atque multorum Nobilium fuit „ concursus ad prælium committendum ? „ unde illæ procellæ perturbationum pro„ fectæ sunt, nisi à Iesuitis nostris istis Ga„ baonitis ? potestísne dubitare viri Am„ plissimi, totam Lithuaniam ad in„ teritum ab istis Gabaonitis ita impul„ sam fuisse, ut jam nunc tantummodo „ ruinas illius Provinciæ aspicere potuisse„ mus, nisi ad hæc mala restinguenda Rex „ sapientissimus authoritatem suam contu„ lisset. Coactus est ille fortissimus Impera„ tor obsidionem, & expugnationem urbis „ Plescovianæ inrermittere, ut istis tumul„ tibus à Iesuitis excitatis occurreret. O mi„ seram patriam nostram, o deplorandam „ conditionem, qui istam pestem, & hæc „ monstra in viscеribus nostris alimus, & „ quicquid increpuerit, Iesuitas jam metue„ re cogimur : quos otium & cibus alienus „ ita feroces reddit, ut etiam authoritas & „ sapientia potentissimi Regis eos coërcere „ non potuerit. Vidistis, Senatores Amplis„ simi, Cracoviam urbem celeberrimam, „ domicilium atque ornamentum totius „ Regni, sedem Majest. Regiæ, omnium „ ordinum Ecclesiast. & secularium, ut vo„ cant, receptaculum : præcipuum Regni „ præsidium, Mercatorum & reliquæ plebis „ Emporium, Matrem artium atque disci„ plinarum, ita vexatam esse ab istis Gabao„ nitis, ut plurimi boni viri, utiles cives pa„ triæ nostræ, homines Catholici affirment, „ se malle in sylvis, inter feras vitam dege„ re, quàm in ista immanitate versari. Con„ spiratione enim factâ, cujus Iesuitæ au„ thores atque duces extiterunt, magna vi „ atque impetu in eam domum irruunt, quę „ una in tota urbe monumentum antiqui„ tatis extat, Lutheranis concessa, Rege at„ que Senatoribus approbantibus. Appare„ bant effusæ aliquot diebus flammæ, quæ „ quæ per multas urbis partes fusæ, toti urbi „ minabantur interitum. Audiebantur vo„ ces sceleratorum hominum, prædas effe„ rentium: inter quos, ut quidam affirmant, „ etiam versabantur isti Patres, non religio„ so isto habitu induti, sed attritis rustico„ rum vestibus cooperti. Commodum illis „ fuit, & jucundum etiam, ut opinor, istam „ adorandam personam Iesuiticam ad ali„ quod tempus deponere. Tota urbs in sum„ mo periculo versabatur. Neque ego sum „ adeò amens, ut negem, istam vim ad alios „ quoq; Magistros, & Professores, & totam „ Scholasticorum turbam pertinere: qua de „ re jam primarii Lutherani retulerunt ad „ Senatores. Verùm si rem benè considere„ tis, & istum Gabaoniticum & Iesuiticum „ spiritum cognoveritis, intelligetis ab hoc „ Iesuitico nomine hæc fulmina profecta „ esse. Quis enim adeò rerum ignarus, ut „ nesciat talia perturbationis consilia, plena „ sceleris, ab his Hispanicis Iesuitis agitari, „ & nulla unquam ante adventum Iesuita„ rum talia pericula civibus nostris acci„ disse ? Quid multis opus est ? Sunt qui af„ firment, totum hoc quicquid est mali, Ie„ suitis tribuendum esse, quibus hoc pro„ positum est, ut Evangelici cum Rectore „ atque Professoribus, & totâ universitate „ Academica signis collatis congrediantur, „ & Iesuitæ habeant suavissimum spectacu„ lum, atque in locum illius partis, quæ fue„ rit fusa atque deleta, succedant, & amplis„ sima spolia, suorum consiliorum præmia „ auferant.

„ Hîc fortassis dicat aliquis Iesuita : Tu „ Lutheranæ causæ patrocinium suscipis. „ Ego verò Patres sancti Iesuitæ, non meam „ nunc de Lutherana Religione sententiam „ explico, sed quid metuendum sit à vobis „ Reipublicæ nostræ ostendo : & superius „ testatus sum me Catholicum esse. Neque „ verò is Ecclesiam Romanam oppugnat, „ neque hæreticos defendit, qui liberè, ad „ Reipublicæ utilitates conservandas, ea, „ quæ sentit, dicit. Quamobrem jam repe„ to id, quod sæpius affirmavi, & magnâ vo„ ce proclamo, Tametsi Iesuitæ professione „ Catholici sint, pestem tamen Reipublicæ „ nostræ ab illis metuẽdam esse. Erant quo„ que majores nostri Catholici, & tamen ar„ ma contra illos Iesuitas Cruciferos sum„ pserant, & eos omni ratione persequen„ dos esse existimabant, summo Pontifice „ repugnante, & ejus Legatis resistentibus. „ Archiepiscopi nostri & Episcopi capitali „ odio ab illis dissidebant, & vi atque armis „ opprimendos esse statuebant. Vos ego ap-

pello

„ pello Reverendissimi Domini Episcopi: „ non ignoro, quâ observantiâ ac pietate „ summum Pontificem colatis: horror ta- „ men vos, ut tranquillitatem patriæ nostræ „ vobis commendatam esse velitis. Exi- „ guum enim admodum est discrimen in- „ ter Cruciferos & Iesuitas, inter crucem „ & Iesum, si intra hujus disputationis no- „ stræ limites oratio contineatur. Crux & „ & Iesus eandem propemodum vim habẽt „ pietatis, modestię, Religionis: Cruciferi „ crucis imagine erant insigniti: Iesuitæ Ie- „ su Salvatoris nomine sunt ornati. Quid „ modestius? quid magis pium & religio- „ sum illis Cruciferis illo seculo extitit? qui „ verecundi admodum, humani, humiles, „ abjecti, patres Cruciferi apparebant. Isti „ quoque Iesuitæ, omni virtutum genere „ sunt larvati: domi enim tantâ solicitudine „ & diligentiâ gestus suos conformant, ut „ nihil diversum in illis appareat huic per- „ sonæ, quam sustinent: etiam capita ele- „ ganter & moderatè in unam partem in- „ clinata habent, ut videantur Iesu similes „ esse, qui pendebat in Cruce. Cruces etiam „ pictas & sculptas habent, etiam in valvis „ suorum collegiorum cruces pingunt. In „ ista tam pulchra herba latet antiquus ille „ serpens, inimicus & accusator fratrum „ Diabolus, author dissidiorum, perturba- „ tionum, bellorum intestinorum, cędis & „ rapinarum.

„ Dicite mihi S. Patres, pro vestra pie- „ tate, candore, modestia, humanitate, „ quamobrem vos apud istam hominum „ multitudinem, cujus benevolentiam ita „ vobis collegistis, ut etiam multæ mulier- „ culæ, imò verò præclaræ mulieres, orna- „ menta aurea atque argentea, quæ à mari- „ tis suis amoris causa dantur, vobis liben- „ ter, furto propemodum ablata, tradunt; „ & libentius jam peccatorum suorum cau- „ sa ad vos accedant propter vestram hu- „ manitatem: dicite, quamobrem Hispani- „ cam Monarchiam in cœlum laudibus ef- „ fertis? eam commendatis, & exemplum „ illius Monarchiæ tanquam ad imitandum „ proponitis? Non ignoratis, ut opinor, in „ Hispania cives non malos propter levissi- „ mam Religionis suspicionem jactari con- „ tumeliis, notari ignominiâ, exilio puni- „ ri, morte denique acerbissima mulctari. „ Extant, viri clarissimi, istorum patrum „ hæc præclara facinora in tabulis depi- „ cta: fortassis propterea, ut illud exem- „ plum Hispanicum vos imitari velitis. Sed „ non admodum commodè oculos nostros „ illâ imagine erudiunt, neque satis copio- „ sè, quid ipsi faciunt, ostendunt. Non enim „ his est malorum exitus, quem ostendunt „ illæ imagines; non his terminis istorum „ sanctorum patrum Religio continetur. „ Nam ad turbandos sepultorum manes „ progreditur illorum modestia & charitas: „ effodiuntur ossa, dissiciuntur cineres, & „ quem terminum, ut vitæ, ita miseria- „ rum natura constituit: ultra hunc termi- „ num grassatur ista Iesuitica mansuetudo „ & charitas. O miseram & lamentabilem „ illorum hominum conditionem. O Re- „ gem crudelem. O Regnum citò peritu- „ rum. Cogitate etiam atque etiam, Sena- „ tores Amplissimi, num tanto furori locus „ in patria nostra concedi debeat, ut fratri- „ bus nostris, propter diversas in Religio- „ ne sententias, hoc modo, hac crudelitate „ & immanitate lucis hujus usura eripiatur: „ & alii, quamuis sint Catholici, tamen pro- „ pter opes, vel uxoris vel filiarum formam, „ in numerum hęreticorum referantur, quia „ istorum sanctorum patrum cupiditatem, „ maritorum vel parentum vita impedit. „ Dicite igitur aliquando Patres Sancti, si „ idem in Polonia facere possitis, quid sitis „ facturi? Etiam illud dicite, Si Hispanorum „ Rex Patronus & propemodum Deus or- „ dinis vestri, huc in Poloniam, vel mari vel „ terrâ exercitus suos cupiat adducere, „ quid, inquam, sitis facturi patres S. Iesui- „ tæ? Video enim vos tantis sumptibus tam „ firma palatia, præsidia, & propugnacula e- „ rigere, quos vos monasteria appellatis, „ quæ si verè, ut sunt, nominari debeant, „ domicilia scelerum omnium atque fla- „ gitiorum receptacula appellari possint. „ Video Posnaniæ arcem munitissimam „ summis præsidiis à vobis ædificatam es- „ se: & cum intra urbis mœnia contineatur, „ aditum ad urbem patefacere posset o- „ mnibus, cum quibus communis est vobis „ cupiditas. Regis palatiũ Posnaniense nulla „ parte cum isto vestro propugnaculo est „ conferendum. Iesus locum, in quo caput „ reponeret, non habuit: in campis, in mon- „ tibus versari potius quàm in urbe maluit. „ Iesuitæ in commodissimo urbium loco, ad „ milites vel depellendos, vel excipiendos, „ si velint urbem oppugnare, castra sua ædi- „ ficant. Video Iaroslaviæ, etiam Lublini, „ atque in aliis civitatibus ejusdem muni- „ tionis, firmamenti, tantorum præsidio- „ rum extructas arces, ut non scholasticos „ docere, aut mulierc ularum peccata co- „ gnoscere, sed bellum gerere velle videan- „ tur. Respondete igitur patres sancti at- „ que modesti, num etiam illos Hispanicos „ exercitus in ista palatia vestra sitis admis- „ suri? illius nimirum Hispanorum Regis, cui

Iesuitæ vũ Collegia sũa propugnacula.

„ cui vos divinos cultus tribuitis: præsertim „ si eò accedat Papæ authoritas: si quoque „ eodem vires suas conferat, tota illa in fla„ gitiis & sceleribus exercitata juventus, illi „ scilicet vestri greges aleatorum, in quibus „ etiam adulteri, impuri, atque omnes im„ pudici versantur. Qui cùm sint absque re, „ absque sede, sine spe, sine fortunis, per ur„ bes pexo capillo, nitidi imberbes, aut e„ tiam barbati, volitant: qui totam indu„ striam suam in nocturnis insidiis expecto, „ quid sitis responsuri. Moneo tamen vos S. „ Patres, ut existimetis istos homines non „ adeò stupidos esse, ut non intelligant, „ quò referantur omnia vestra consilia, quæ „ jam ita in lucem producta sunt, ut omni„ bus appareant.

„ Cogitate etiam atque etiam, Senatores „ Amplissimi, ne cùm inter abjectissimos „ homines Iesuitarum fraudes sint detectę, „ vobis tantùm consilium & prudentia de„ fuisse videatur, ut non animadvertere pos„ sitis, quàm horrendum exitium vobis im„ mineat. Quod enim eò turpius est, si obli„ viscamini, quibus fluctibus jactata & quæ „ naufragia fecerit nostra Respub. eo tem„ pore, cùm vi & armis Cruciferorum im„ probitas multis annis non potuit repri„ mi: tantâ contentione, tantâ sanguinis „ profusione, multis annorum centuriis „ bellum gerebatur, ut ad illius temporis „ memoriam animus exhorrescat. Fuerunt „ enim omnes campi majorum vestrorum „ sanguine cooperti. Quis fuit illo seculo „ tanto ingenio, tanto acumine, tantâ pru„ dentiâ præditus, ut perspicere potuerit, „ talem exitum, & tam tristem & luctuo„ sum, ac toti orbi Christiano periculosum, „ atque multis Europæ partibus pernicio„ sum esse expectandum, atq; metuendum „ ab illis Crueiferis? qui in loco sancto in „ urbe Hierosolyma, apud sepulchrum Do„ mini vivebant? scilicet studio commemo„ randæ mortis Christi erant illi loco ita „ affixi, ut totum vitæ suæ curriculum in eo „ consumere statuerent, & talem ordinem „ omnium actionum suarum amplecterен„ tur, ut nemo dubitaret, illis hominibus ni„ hil propositum fuisse, præter ipsam pieta„ tem. Habebant Monasteria, certis fra„ trum atque sororum familiis, ut illi voca„ bant, distincta: eâ disciplinâ, ejusmodi mo„ ribus informata, ut nihil reperirent homi„ nes, quod in illis reprehenderent: quæ au„ tem laudarent, & quæ admiratione digna „ judicarent, ea plurima, vel potius omnia „ extabãt: quo fiebat, ut Principes certatim „ in eos beneficia conferrent. Sed quò tãtæ „ pietatis & Religionis simulatio recidit, se„ rò admodũ majores vestri intellexerũt, & „ magno suo malo experti sũt, quid momẽ„ ti habeat ad decipiendos homines simu„ lata pietas. Vos autem, vos Senatores, qui „ in locum Principũ Mazoviæ successistis, „ citò & nimiùm citò memoriam illorum „ fluctuum deposuistis, quibus Provincia „ hæc fuit jactata, excitatâ illa Cruciferorũ „ tempestate: & bis ad eundem scopulum „ delati estis, quasi consultò & meditatè „ naufragium facere velitis.

Collatio Iesuitarũ cũ Cruciferis.

„ Conferte enim Senatores Amplis. Ie„ suitas cum Cruciferis, vos, inquam, pri„ mùm in vestrum patrocinium Iesuitas re„ cepistis. Recordamini Cruciferorũ, quàm „ ex remotis Regionibus ad vos opprimen„ dos præsidia habuerint, & simul ad istos „ vestros Patres, istos inquam vestros Ga„ baonitas, oculos convertite. Cogitate „ etiam atque etiam, ut ab omnibus rebus „ inopes & egeni fuerint, cùm primùm huc „ venissent isti nostri Gabaonitæ. Iam ve„ rò quantas opes possideant, quibus arti„ bus collectas, videtis. Si verò rem totam „ benè quemadmodum debetis, examinare „ vultis, cogitate etiam atque etiam, ut non „ admodum longo intervallo à nobis Hi„ spanorum Rex sit remotus: à Dantisco sex „ dierum itinere abest Antvetpia, quæ „ urbs domicilium, & sedes potentiæ Hi„ spanicæ esse dicitur. Quid agimus? Sena„ tores Amplissimi? quid agimus? Non nos „ commovent, neque commonent aliorum „ Regnorum tristissima exempla, quod tã„ tò est magis admirandum, quia ad vestrã „ prudentiam & rerum usum accessit etiã „ eruditio. Cur non evolvitis aliorum Re„ gnorum historias? Cato ille, cui omnium „ consensu locus inter sapientes primus „ conceditur, cum vellet Romanis ea peri„ cula ante oculos ponere, quæ illis immi„ nebant à Carthaginensibus ficus recen„ tes, quæ mari à vectoribus adferebantur, „ Senatum adferebat cum hac oratione:

Catonis prudens admonitio.

„ *Quam propè iam nostri inimici ad patriam no„ stram sui imperij terminos porrexerint, videtis „ Patres cõscripti: Istarũ enim ficuũ succus ita in„ tegер in itinere retinetur, ut nulla in illa vi„ deatur esse facta mutatio, & quemadmodũ istæ „ uvæ recentes sunt, dum adferuntur: ita quoque „ exercitus Carthaginensium firmi & robusti, pa„ rati & erecti, non itineris molestia defessi, pos„ sunt advolare.* Recitavi Catonis verba qui„ bus animos suorũ excitare volunt valdè „ accõmodata, ut opinor, nostro huic tẽpo„ ri: Quid enim est, Senatores Amplissimi, „ quò min⁹ idẽ de nobis aliquis Cato dicere „ possit? Adferũtur ad nos poma Hispanica, „ illa suavissima & pulcherrima, majoribus

nostris

„ noſtris incognita, in quibus colorem, o-
„ dorem, ſaporem, ſuccum, ſi conſide-
„ res, nunc primum de arboribus decer-
„ pta eſſe videntur. Non ignoramus, quan-
„ tum detrimentum morum & virtutis im-
„ portent in patriam noſtram illæ deliciæ
„ Hiſpanicæ & Italicæ, ſunt multi viri pri-
„ marij, qui intelligunt, magis ac magis
„ hoſtibus noſtris in Regnum noſtrum a-
„ ditum patefieri: & tamen non cogita-
„ mus, quibus artibus aliorum Regna ever-
„ ſa ſunt, ijſdem Remp. noſtram adeò de-
„ bilitatam eſſe, ut ruere incipiat. Et
„ in his noſtris motibus & ruinis, vos Se-
„ natores Ampliſſimis quibus cura Reipu-
„ blicæ tradita eſt, vos inquam, in utram-
„ que aurem dormitis. Aſpicitis explora-
„ tores iſtos Gabaonitas, iſtos inquam Ie-
„ ſuitas exploratores Hiſpanicos, qui an-
„ tea fuerant pallidi & ſequalidi, pannis &
„ pulvere obſiti, nunc verò ſunt nitidi &
„ ſplendidi, potentes & gratioſi. Hos non
videtis in Regno noſtro ita verſari, ut pro
„ ſuo arbitrio velint Regem eligere, & il-
„ lius authoritatem totam & Majeſtatem
„ ad libidinem ſuam convertere? Non vi-
„ detis quid moliantur? Properavit alter
„ in Sueciam plenis velis: eoque omnium
„ opinione celeriùs pervenit. Alter 60.
„ milliaria tribus diebus Viennam Ciſijs
„ pervolavit. O celeritatem incredibi-
„ lem. O nuncium voluerem. Quæ cau-
„ ſa eſt tantæ celeritatis? Vobiſne Patres
„ Sancti Regni adminiſtrandi cura ita com-
„ miſſa eſt, ut ſi paululùm remiſeritis, pe-
„ riturum eſſe exiſtimetis? qua ſpe aut re
„ adductus & incitatus eſt unus veſter
„ Monachus primarius, veſtrorum conſi-
„ liorum Moderator, ac Defenſor, ut mu-
„ nus illud pacis conſtituendæ inter Ste-
„ phanum Regem & magnum Ducem
„ Moſcovię ſuſciperet? Quamobrem iſtam
„ pacificationem ſibi non traditam ſumpſit?
„ Tantumne vobis aathoritatis patres S.
„ tribuitis? & tantum prudentiæ in vobis
„ eſſe exiſtimatis, ut credatis, omnes con-
„ ditiones pacis vos animadvertere & con-
„ ſtituere poſſe, commodas patriæ noſtræ:
„ quamvis neſciatis, quibus de cauſis, quàm
„ magnis atque arduis tam longum, tam
„ grave & periculoſum bellum gereretur?
„ Multorum vocibus, & diu uſurpatum
„ eſt proverbium: Quicquid agit Mun-
„ dus, Monachus vult eſſe ſecundus, quod
„ tam pulchrè vobis Ieſuitis, & veſtro huic
„ Principi convenit, quàm etiam vobis
„ conveniret Bernardinorum ille horribilis
„ habitus, à quo vos ita abhorretis, ut
„ etiam mentio illius ſit vobis valdè mole-
„ ſta fortaſſis propterea, ne eam, quam ha-
„ betis gratiam amittatis? ſi hunc nitorem
„ & hanc elegantiam, quæ vobis multo-
„ ram hominum amorem colligit, cucullo
„ contegatis, atque ita obſcuram reddatis:
„ Sed quæ eſt iſta temeritas, inter tan-
„ tos Principes & Monarchas authoritatem
„ ſuam interponere tanquam ſi antea nihil
„ ſapientię in omnib. Senatorib. fuiſſet? Iam
„ verò quàm fuerit ſtudioſus pacis & gen-
„ tis noſtræ is veſter Pater; libellus, quem
„ poſtea edidit abundè indicat, plenus con-
„ tumeliarum & maledictorum. Hunc ſi ex-
„ terarum nationum homines legerint, qui-
„ bus nondum mores noſtri ſunt cogniti, e-
„ xiſtimabunt, in Polonia nullam eſſe pie-
„ tatem, nullam rationem, nullam virtutẽ,
„ nullum ordinem. Etiam reliqui Ieſuitæ
„ Monachi hujus ducis exemplum ſequun-
„ tur. Emittunt ſubinde non ſolum illos ſuos
„ juvenes ad omnia ſua facinora exercita-
„ tos, verùm etiam & libellos, quibus ca-
„ lamitoſam famam, tanquam flammam &
„ incendium, in noſtræ Reip. cives viros
„ bonos, volunt excitare. Hæc quamvis ita
„ ſint, tamen illi vivunt delicatè & ſuaviter,
„ non ſolùm nullas pœnas ſuorum facino-
„ rum non metuunt, ſed magos etiam ho-
„ nores ſibi deferri debere exiſtimant. Ma-
„ gnifici appellari cupiunt, atque ad tanti
„ nominis & dignitatis fidem confirmandã
„ omnibus artibus multa prædia colligunt:
„ vel potius ab ijs hominibus, qui fallacem
„ ſpem precio emere non dubitant, oppida
„ & prædia exigunt. Atq; hoc pacto nobi-
„ litatem, quæ eſt ornamẽtum in pace, præ-
„ ſidium & robur in libello, quę ſanguinem
„ ſuum pro patrię ſalute effundit, in majores
„ anguſtias redigunt. Sunt multi Equites,
„ viri fortiſſimi & conſtantiſſimi, ſingulari
„ animi atq; conſilij magnitudine prædíti,
„ quorum majores in bello fortiſſimè occu-
„ buerunt, patrimonia ſua patriæ ſalute ef-
„ fuderũt, ipſi quoque magnã vitæ ſuæ par-
„ tẽ in Aula Regũ collocârunt, hi aliquot fa-
„ mulos, quotidiani miniſterij vix alere poſ-
„ ſunt. Iſti verò patres Gabaonitæ hoc aſſe-
„ cuti ſũt, pietate ſimulatâ, illo vultu & ha-
„ bitu ad decipiendos homines comparato
„ ut multos non tantummodò Equites, ſed
„ etiam Regni Senatores jam opibus ſupe-
„ rent, eoſq; non tantum cõtemnere, verùm
„ jam ad cædem quoſdam, & animo & o-
„ culis ſuis & libellis deſignare incipiant.
„ O tempora, ô mores, ô magnam ini-
„ quitatem hominum. Legibus cautum eſt,
„ ne homo peregrinus ad aliquam dignita-
„ tem Regni cõjunctã, ne etiã homo plebe-
„ ius aſpirare velit. Vt legis iſtius authoritas

Collatio Ieſuitarũ cũ Cruciferis.

Catonis prudens admonitio.

„ contempta jaceat, quid multis opus
„ est demonstrare? Istud enim multorum
„ vocibus, imò verò multorum gravi &
„ acerbâ oratione reprehensum est? Istud
„ in omnibus comitijs Regni omnium pro-
„ pè Senatorum clamoribus notatum est:
„ & tamen non animadvertimus, Iesuitas,
„ homines obscuros, peregrinos, & ple-
„ beios, tanta boni Regni invadere? imò
„ verò jam non pauci reperiuntur Nobiles
„ Regni nostri, qui se cum illis conjungunt,
„ & sua nomina in illum ordinem Mona-
„ chorum referunt, ad perpetuam familiæ
„ suæ ignominiam malunt inter Mona-
„ chos, quàm inter Nobiles patritios vi-
„ vere. O cæcas hominum mentes, ô pe-
„ ctora cæca. Non videmus Senatores?
„ Italos atque Hispanos esse, quos illi
„ jam generales Patres appellant: verè au-
„ tem duces seditionum atque conspiratio-
„ num in patria nostra nominari possunt.
„ Isti duces jam Templa Cracoviæ occu-
„ paverunt. Sacerdotes, qui in istis Tem-
„ plis sacris præerant, nostros præceptores,
„ homines ætate & morbo confectos, se-
„ dibus suis ejiciunt atque exturbant. A-
„ pud Polokam villas Parochorum eri-
„ piunt, vel potius jam juris quadam simu-
„ latione erupuerunt. In multis Regio-
„ nibus Ruteniæ omnes illas partes opi-
„ mas & fertiles, ubertate agrorum, va-
„ rietate fructuum magnitudine pastionis,
„ & multitudine omnium rerum, quæ ex-
„ portantur, præstantissimas invadunt: suo-
„ rum agrorum terminos in singulos men-
„ ses extendunt: Nobiles, & reliquos ho-
„ mines utiles Reip. exterminant, patrijs
„ sedibus nudos prorsus ejiciunt multas vi-
„ duas, præclaras fœminas eò deducunt,
„ ut cogantur suis filijs bona erepta illorum
„ finibus adjungere: liberos suos spem pa-
„ rentum memoriam nominis subsidium
„ generis, hæredes familiæ, designatos
„ Reip. cives, patrimonio privare. O
„ miseram illorum filiorum conditionem.
„ In omnibus convivijs disputatur quoti-
„ die, in comitijs, in omni omnium nobi-
„ lium concursu, vim dulcissimæ patriæ
„ nostræ fieri. Testantur multi pruden-
„ tes, & patriæ amantes viri, violari, pa-
„ triam, si illius bona in eos homines con-
„ ferantur, quorum nulla in Remp. merita
„ extent: qui tempore pacis & belli in
„ Reip. salute defendenda & dignitate am-
„ plificanda, operam suam non collocant:
„ qui non uitam suam pro patriæ salute
„ effundunt. Quid verò Iesuitæ habent,
„ quod non sit pernicioſum nobis omni-
„ bus? Quid habent præter admirabilem
„ pecuniæ magnitudinem, Hispanicis arti-
„ bus, hoc est, fraude collectam? quam
„ pecuniam, Senatores, ut videtis, ad agros
„ amplificandos, ad Palatia sua extruenda
„ conferunt: reliquam ad nos oppugnan-
„ dos & jugulandos conservant. Habent
„ ubique animi relaxandi gratia, rura a-
„ mœna & suburbana, plura etiam præ-
„ dia neque tamen ullum nisi præclarum
„ & propinquum, domos refertas vasis
„ Turcicis & Italicis. Quid præterea au-
„ ri, quid argenti apud illos esse putatis?
„ tantum scilicet, quantum è multis fami-
„ lijs coacervari Religionis simulatione po-
„ tuit. Familiam verò quantam & quàm va-
„ rijs cum artificijs habeant, quid ego di-
„ cam? ut enim omittam coquos, pistores
„ & alias artes vulgares; videtis ut quoti-
„ diano cantu vocum & nervorum & ti-
„ biarum tota vicinitas personet illius ur-
„ bis, quam semel occupaverunt, etiam
„ ut homines Sacerdotes despiciant, ut ne-
„ minem hominem præ se esse putent, ut
„ se solos sanctos, solos doctos existiment.
„ Quid futurum esse putatis, Senatores, si
„ quis apertius hæc reprehendere velit?
„ Si quò spectent isti tanti quotidiani sum-
„ ptus & effusiones, multis rationibus de-
„ monstret? si quis etiam postulet, ut ea
„ bona, quæ turpiter his lenocinijs suis
„ occupaverunt, honestè dimittant? &
„ istam colligendarum opum rationem,
„ quam humana æquitate defendere non
„ possunt, divinâ Religione tueri desinant?
„ quos tumultus, quas perturbationes fu-
„ turas esse existimatis? quem putatis ab
„ hæreseos criminum liberum fore? nul-
„ lum certè, nisi hunc, qui ad illorum
„ nutum & voluntatem sit accommodatus
„ futurus. Stephanus Rex adjuravit, se
„ omni ratione pacem esse conservaturum,
„ inter eos, quorum in Religione sunt di-
„ screpantes sententiæ. Quamobrem igi-
„ tur homines novi & peregrini in Re-
„ gnum nostrum sunt recepti, qui dum se-
„ rant semina discordiarum, bellorum ci-
„ vilium, inter nos, & contra nos: ita
„ vivunt, ut cuticulam suam curent, pecu-
„ niam colligant, quicquid est precioſi in
„ alicujus Equitis domo, illud ad se pertra-
„ hant in fraude & ex fraude vivant? Cur
„ non retinetur authoritas Concilij illius
„ amplissimi & sacratissimi Lateranensis,
„ quod vetuit, ne in posterum nova aliqua
„ Monachorũ familia à quoquam institua-
„ tur? Intellexerunt homines illi sapientissi-
„ mi, quòd quanta fiat accessio Monacho-
„ rum familias tanta etiam detrahatur fa-
„ cultatibus Nobilium, Mercatorũ, Agrico-
„ larum,

Epilogus orationis.

„ larum, & viduarum & reliquorum or-
„ dinum, Voluerunt igitur illi viri sancti
„ orbi Christiano consulere, nec crescente
„ numero Monachorum, tanquam fundi
„ calamitate, opprimantur boni & pruden-
„ tes Cives patriæ, & Viduæ. Metuebant,
„ ne eò res decideret, quod jam fieri vide-
„ mus, ut crescente malâ hac Iesuitarum
„ tanquam viperarum progenie, augean-
„ tur etiam illa mala, quæ metuenda sunt
„ ab illis hominibus, qui in ocio & cibo
„ alieno non possunt nisi ad pernicem pa-
„ triæ vivere. Videtis enim Senatores,
„ quid effecerint Cruciferi: videtis etiam
„ quid faciant Iesuitæ.

Epilogus orationis.

„ Sed quorsum hæc omnis spectat ora-
„ tio, Senatores Amplissimi? quid enim
„ facturus sit summus Pontifex, nondum
„ scimus, quem etiam hoc consilium ce-
„ pisse ex multis intelleximus, ut istos Ie-
„ suitas ex hoc splendore, in aridioris &
„ horridioris vitæ circulum reducat, ut o-
„ mnibus sit perspicuum, illos esse Mona-
„ chos. Hoc fortassis beatissimi patris consi-
„ lium, ad Ecclesiæ tranquilliratem habet
„ aliquid momenti: sed metuo, ne parum
„ admodum aut omnino nihil ad has per-
„ turbationes mitigandas, quæ sunt à Ie-
„ suitis excitatæ, conferat, & ad ista quo-
„ que Incommoda atque detrimenta, quę
„ Reipublicæ allata sunt, compensanda.
„ Illi enim, ut est Monachorum ingenium,
„ pilum, non animum mutabunt. Quam-
„ obrem opportet nos semper esse excita-
„ tos, erectos, & propemodum animis
„ ita armatos, ne blandâ aut supplici ora-
„ tione, aut etiam pietatis simulatione fal-
„ lamur. Satis enim jam, satis oppressi su-
„ mus multorum Nobilium domus sunt
„ eversæ, fortunæ vexatæ, dissipati agrico-
„ læ raptatę conjuges, multi Nobiles, incre-
„ dibili pietate & amore in patriam, ma-
„ gnis in angustijs versantur, & propemo-
„ dum ad pedes istorum Iesuitarum ab-
„ jecti sunt: multi subditi Nobilium in
„ Lithuania atque in Mazovia pertulerunt
„ crudelitatem istorum Iesuitarum, pulsi
„ sunt sedibus, patrijs focis, distracti à suis:
„ Videre licet multos oculis lachrymanti-
„ bus squalidos, sæpè etiam sordidatos &
„ reos. Videtis quotidiè magnam acces-
„ sionem ad numerum istorum Iesuitarum
„ fieri. Videtis, multos ex Hispania atque
„ Italia advolare. Animadvertitis, ut o-
„ pinor, alijs Sacerdotibus iniquissimam
„ vim fieri: viros senes Sacerdotes nostros
„ ab istis Iesuitis miserè jactatos, & repu-
„ diatos, perterritos, & sedibus suis extur-
„ batos esse. Hi, quem præter vos appellent,
„ habent neminem. Vobis suas fortunas cō-
„ mendant. Vobis existimationem com-
„ mittunt ac spem vitæ reliquæ. Miserum
„ est exturbari fortunis omnibus, miserius
„ cum injurijs. Constituite etiam vobis an-
„ te oculos reliquorum hominum nobilium
„ & agricolarum miseram senectutem, qui
„ ita bonis spoliati sunt, ut cùm videant Ie-
„ suitas in suis bonis paternis dominari, ipsi
„ filios atq; filias suas juvare non possint. Hi
„ vos orant atque obsecrant judices, ut ad
„ illorum dolorem sublevandum vel recor-
„ datione parentum vestrorum, & libero-
„ rum jucunditate commoveamini, & pie-
„ tati atq; indulgentiæ nostræ serviatis. O-
„ mnes Ordines Regni vos orant atq; ob-
„ secrant, Senatores amplissimi ut patriæ
„ salutem ante oculos vestros constituatis.
„ Libertas enim agitur nostra, quæ est cō-
„ mendata vobis: vita & fortuna omnium
„ bonorum agitur: quo cupiditatem infini-
„ tam cum immani cupiditate intendunt
„ isti Hispani atque Itali Iesuitæ: quorum
„ potentiam cum immani cupiditate con-
„ junctam, nisi represseritis, videte Senato-
„ res Amplissimi, ne hoc tempore, quo ma-
„ ximè Respubl. sapientiam, & authorita-
„ tem vestram requirit, patriæ, & vobis at-
„ que vestris omnibus, quibus omnia pro-
„ pemodum debetis, defuisse videamini.

De Turbis *in* Moscovia *à* IESVITIS excitatis *pro* Demetrio.

IN Moscovia, amplissimo illo Septentrio-
nis tractu, ingentes turbas Iesuitæ ex-
citarunt. Mortuo enim Basilide, magno
Duce Moscoviæ, & alio in ejus locum elec-
to, Iesuitæ Demetrium quendam, qui ipsis
supra modum favebat, subornârunt, & va-
rijs attibus, dolis ac fraudibus, tanquam Ba-
silidis, filium, adeoq; legitimum Regni hæ-
redē intrudere conati sunt. Hic Demetrius
apud Regem Poloniæ diligenter instando,
Iesuitis eum strenuè adjuvantibus, tandem
obtinuit, ut auxiliares sibi copiæ adversus
Moscoviæ Ducem decernerentur. Moscus
sibi non parum ab illis timens, insigni usus
stratagemate, Regni sui aliquam partē De-
metrio possidendam obtulit: cumq; ille oc-
cupatum illam veniset, facto per insidias
in eum impetu, ingentem stragem edidit,
devictoq; Demetrio, cœpit illum. Custodiâ
autem liberatus, collecto novo exercitu,
copias Magni Ducis fudit, & aliquot ar-
ces celeriter occupavit, ac tandem Regno
potitus est. Post aliquod verò tempus à

ſubditis ſuis tali occaſione trucidatus occubuit. Suborta erat in multorum animis ſuſpicio, quòd Ieſuitis, ob navatam ſibi & præſtitam fidelem operam, vehementer faveret, alijs non obſcuris indicijs, eum non Baſilidis filium eſſe, quem ſe ex inſtinctu Ieſuitarum venditaverat, ſed dolis, fraudibus & impoſturis Ieſuitarum, ac vi Demetrij in Regnum intruſum eſſe. Hinc cùm, Ieſuitis eum adhortantibus, Religionem & ceremonias mutare inciperet, & Polonis, quos magnâ copiâ ſecum adduxerat, plus, quàm Moſcovitis exhibere honoris videretur, nec uti, conſueto ejus loci more, copulatio matrimonialis, à Patriarcha fieret, permitteret vellet, ſed Ieſuitam ſacra & ſolennitates peragere oporteret, tantam in ſubditorum animis commotionem excitavit, tantumque in ſe odium provocavit, ut congregati magno numero captatâ ocaſione, cùm finitis nuptijs genio Dux indulgeret, multoſque Polonos & Ieſuitas convivio excepiſſet, irruptionem ex improviſo in Palatium ejus fecerint, eumq; cum omnibus Polonis & Ieſuitis trucidârint. Hunc rumorem de occiſo Demetrio, & turbis in Moſcovia excitatis, factio Ieſuitica aliquandiu ſtudioſiſſimè compreſſit, ne veritas deprehenſa Polonis artes eorum magis ſuſpectas redderet: qui aliâs propter factionis Ieſuiticæ in aula potentiam & inſolentiam graviter aliquandiu tumultuati ſunt.

De Hungaricis Motibus.

TEſtatur etiam Conradus Grazerus Francus in ſua Plagæ Regiæ hiſtoria pag. 186. Ieſuitas ſub belli Hungarici ultimi æſtum aliquot nobiliſſimas Provincias, hactenus pacatas, in ipſo Ianizarorum conſpectu, ſuis artibus tentâſſe, turbâſſe, totamque vicinam cum ipſis Chriſtianorum caſtris ambiguo motu & diffidentiâ repleviſſe.

De Turbis *in* Tranſylvania *à* IESVITIS excitatis.

Ieſuitæ ex Tranſylvania ejecti.

TTranſylvani etiam omnium ſuarum miſeriarum & calamitatum, quas hactenus perpeſſi ſunt, cauſam in Ieſuitas, eorundemque audaciſſimas molitiones publicâ voce conferunt, & quas adhuc metuunt non aliundè ſibi quàm ex Ieſuitarum artibus imginantur: ob hanc cauſam etiam publico Ordinum Decreto ex hac Provincia ejecti ſunt Anno milleſimo quingenteſimo nonogeſimo ſub menſis Ianuarij initium.

Non tamen ceſſârunt ſeditioſi homines. Nam poſt ejectionem ſuam, authores fuerunt clandeſtinis ſuis conſilijs, ut Sigiſmundus Bathorius Tranſylvaniæ Princeps, varios motus concitaret, nullos ad perniciem perſequeretur, bello inextricabili ſe implicaret, ac denique miſer & inglorius vivere cogeretur.

Eorum operâ quoque Stephanus Potſcaius, Tranſylvaniæ Princeps, cruentæ ſectæ huic ſe animosè opponens, tandem veneno propinato è medio ſublatus eſt anno milleſimo ſexcenteſimo ſeptimo.

Poſt aliquot etiam annos dolis, ac tandem conjuratione ſanguinolentâ aditum ſibi rurſus in hanc Provinciam parare conantur, ut ex literis Caroli Zerotini Baronis intelligitur, quæ ſic habent.

Ex literis Caroli Zerotini Koſſikio datis 15. Calend. Maij anno 1610. ad Baronem quendã.

De Tranſylvaniæ novis motibus neſcio quid ad vos relatum ſit: ferturita rem habere. Erat in aula Principis præcipuæ nobilitatis vir, Religione Pontificius, gente & nomine Balthaſar Kornis. Is permiſſu Principis, cujus gratiam adulatione & obſequio ſibi conciliaverat, alebat in familia Ieſuitam peculiari privilegio, cùm nemini id præterea concederetur, ex lege quâ Monachi iſti aditu Provinciæ prohibentur. Erat autem annexa conceſſioni conditio, ut ſacra tantùm curaret, Remp. non attingeret, neminem ex reliqua ſocietate alliceret, juventuti informandæ nullã operam daret, & ſi quæ alia ſunt, quibus genus iſtud hominum maximam orbis partem in venerationem & admirationem ſui pridem pellexit; At vir bonus, qui aëre facilius caruiſſet, quàm ab inſtituto ſodalitij ſui receſſiſſet, vel tantillum, Dominum ſollicitè infligare, ut patribus acceſſum in Provinciam aperiret, Principem in partes ſuas pertrahere, cultum Papiſticum reſtitueret, qui diligentem quidem & ſeculam operam reinavabat, ſed cum nihil proficeret, nihilque impetraret, ad quæ alia conſilia, impellente haud dubiè Ieſuitâ converſus eſt. Inde inſidiæ Principi fieri ceptæ in caput ejus conjuratum, alij magnæ authoritatis viri, & inter eos Cancellarius Bendis, qui fugâ poſtea ſalutem ſibi peperit, in conſortium pertracti, ſed ut accidere plerumque ſolet, infelici eventu; detecta enim conſpiratio eſt. Vbi ad notitiam Principis pervenit, ille diſſimulare initiò ubi periculum augeri, conſilia procedere vidit, accitis ijs, quorum fidei maximè ſe permittebat, rem aperit, militem clam acciri & in inſidijs collocari extra urbem jubet. Inde venatum proficiſcitur, ſtipatus fortiſſimorum virorum non contemnendâ manu, educit

unâ

unâ conjuratos, qui ignari quid animi gereret, Principem comitantur, & occasione arreptâ, quòd superiores se viribus esse aut pares saltem existimarent, aggredi instituunt. Nec mora, unus è complicibus eductò acinace rectâ illum petit, at is curru, quo insidias tegendas vehebatur, exiliens, generosissimo equo confestim conscenso, vim repellit. Accurrunt satellites, accurrit ex insidijs miles; comprehenduntur præcipui ex conjuratis, & necantur. Reversus in urbem magnam adversariorum stragem edidit. sic securitati suæ in posterum prospexit. Sunt qui his molitionibus Cardinalem Forgazium & fratrem Sigismundum cum alijs quibusdam implicare volunt, mihi tamen nil de ijs constat, Iesuitas verò Authores Tragœdiæ hujus fuisse minimè ambigo, dudum jam per Europam ab his artibus celebres.

Ex literis Caroli Zerotini Kossikio datis 15. Calend. Maij anno 1610. ad Baronem quendã.

De Turbis *in* Styria, Carinthia & Carniola *à* IESVITIS excitatis.

ANno Domini millesimo sexcentesimo quarto Francofurti ad Mœnum à Ioan. Regio in lucem est edita historia sævissimæ & immanis persecutionis in nominatis Provincijs à Iesuitis institutæ, cujus hæc ferè summa est. Vt Iesuitæ in omnes Terras & Provincias longè latèque fraude dolisque irrepserunt, ita & in Styriam suis sese artibus, exiguo quidem ab initio numero, at mox in immensum sic aucto, ut jam vix Styria, Carinthia & Carniola simul illos capere possit, intruserunt. Et cum id genus hominum nil nisi crudelitatem sub hypocrisi spiret, ibidem eandem, præsertim Græcij, quæ est Styriæ Metropolis, quam alijs in locis antehac & tentârunt & egerunt Tragœdiam, mutatis solummodò personis, renovârunt. Et ut proprium eorum esse solet, Caroli Archiducis Austriæ superioris animum adversus subditos innocentes & fideles exacerbârunt, atque eò unà cum ijs qui stant ab illorum partibus adduxerunt, ut persecutionem gravissimam, temporibus ijs, quæ alias ob Turcicam expeditionem, aliaque incommoda periculosissima erant, adversus Protestantes instituerent. Cujus semel atque iterum præludia quidem incepta & præmissa fuerunt, nihil tamen, quod alicujus fuisset momenti, effectum est, Carolo Archiduce morte sublato. Nihilominus Iesuitæ toti in hanc curam unicè incubuerunt ut propositum suum in effectum producerent, & veram Religionem, quæ illis sudes erat in oculis, ex tota Styria ejicerent.

Tandem igitur, ubi de processu quodam astutissimè excogitato deliberâssent, in scenam eruperunt, & Tragœdiam, quam diu secum privatim meditati erant, instituerunt. Mense enim Septemb. anni 1598. Parochus Græcensis M. Laurentius Sonnabentl, qui quondam Præceptor juniorum Principum fuit, Filiorum Caroli, scriptum aliquod instinctu Iesuitarum Ministro Græcensi misit, quo authoritate, quâ tunc se pollere jactitabat, ei mandat, ut ab omni Religionis Protestantium exercitio desistat: sibi enim hanc curam demandatam esse, & ad suum munus id spectare dicebat.

Sed hoc scripto non territi Ministri, Sonnabendius illis relictis, Dominos Ordinarios Styriæ (sic nominantur Quicumviri, penes quos summa rerum potestas est) aggreditur, Ministros graviter apud eos accusat, & ut illi, quem Magistratum suum legitimum appellarent, concionatoribus suis munere publicè fungendi potestatem interdicant, petit. Domini Ordinarij memores privilegiorum suorum, nitentes promissis Caroli Patris moderni Principis, non ignari impudentissimorum Iesuitarum postulatorum & technarum, quas antehac sæpè moliti erant, silentio hominem dimittunt. Ille verò filium Ariadnes jam dudum expeditum secutus, & Ministerium Protestantium, & Dominos Ordinarios Styriæ Proceres illustres apud Ferdinandum jam Styriæ Archiducem accusat, & ut is pro ea, quâ instructus esset divinitus authoritate, & amore erga Romanam Ecclesiam præditus, petitioni suæ satisfaciat, & Concionatores Protestantes coherceat, ne illi ab eo neque vocati neque ordinati in urbe, in qua ipse Princeps residear, ipso invito res sacras administrent, sed inde potius expellat etiam atque etiam contendit.

Princeps à Iesuitis Præceptoribus jam antea edoctus petitioni Parochi locum dat, & Dominis Ordinarijs Edictum severissimum mittit mandatque illis, dent operam, ut Ministri Protestantes ab officio concionandi desistant, & intra 14. dies finibus totius Styriæ expellantur. Actum 13. Sept. Anno 1598.

Domini Ordinarij perlectis his literis scripto prolixo respondent, partim sese excusantes, quòd mandato huic sine præscitu reliquorum Dominorum Provincialium morem gerere non possint, partim petentes ut ab hoc proposito hisce peri-

culosissimis temporibus, quibus Provincia aliâs majoribus conflictaretur incommodis quàm ut inde eluctari possit, desistat, Iesuitas animum suum exulcerare non patiatur adversus subditos innocentes, ut contra juramentum, quoex privilegijs Provinciæ obligatus esset, quicquam committat, commemoratione simul incommodorum, quæ inde secura esset, adjectâ. Sed tantum abfuit ut scripto illo gravissimo ab instituto suo averteretur Ferdinandus, ut indies magis magisque, Iesuitis facem subministrantibus, ad persequutionem accenderetur. Ac proinde 23. Septemb. mandatum alterum, non quidem ut antea Dominis Ordinarijs, sed Ecclesiæ & Scholæ Ministris mittit, quo præcipit, ut in hoc ipso momento, sub capitis pœna, à docendi & concionandi officio, tam in Schola quàm in Ecclesia desistant, & intra octiduum omnibus suis finibus excedant.

Hoc mandatum ubi accepissent Ministri, Dominos Provinciales adeunt ipsisq; rem aperiunt. Convocantur & Ordinarij & Provincialium quidam, qui tum Græcij erant, in domum Capitanei Provincialis, quò & Ministri accersuntur. Deliberatio instituitur, an illo die (qui erat Veneris & precibus publicis destinatus, quo etiam Eucharistia ijs, qui die præcedente confessi erant, distribuebatur) concio sit intermittenda. Ministri negant, Capitaneus periculum imminens exponit, & ut exeuntes de hac re deliberarent monet. Revocati, respondent, omnino sibi in sententia persistendum esse videri, velleque quævis pericula subire potiùs, qàm docedi Provinciam & concionandi officium deserere. Discedere iterum & expectare responsum jubentur. Interim dum libelli supplices ad Principem mittuntur, & à Principe respondetur, tempus, quod concionibus destinatum erat Iesuitarum concilio cunctando, præterlabitur, & sic conciones ab illo die intermittere in posterum coguntur. Ac licet octiduum ipsis præscripserit Princeps, tamen expectare illud ut elaberetur, præ summo expellendi eos ardore, noluit, sed vigesimo octavo Septembris postremum illis mandatum mittit, & ut illâ adhuc die urbe exeant, sub capitis periculo præcipit.

Illustres quidem Domini Ordinarij, nec non Provincialium pars maxima nihil non agit supplicibus libellis & scriptis gravissimis, quæ vel cautem Marpesiam emollire potuissent, ut manere Ministris suis liceret. Sed Iesuitarum instigationes plus quàm totius Provinciæ illustrissimæ supplicationes humillimæ poterant. Et ut conatus ille succederet, rem ita comparârant. Abijt paulò ante Archidux, pauciſſimis illum comitantibus, in Italiam, ut ferebatur ad Principem Ferrariensem: eâ verò occasione Romam quoque profectus est ad Pontificem, qui, ut aiebant; mensâ eum dignari noluit, antequam ei Cœnâ Dominicâ ab ipso ministratâ promisisset, se Lutheranos ex Provincijs suis expulsurum. Redeunte illo, mox advolant Regis Hispaniarum, Pontificis & Principum quorundam Italiæ Legati militibus non paucis stipati, eo quidem nomine, ut sororem Archiduci Regi Hispaniarum adducerent, ut verò eventus docuit, ut Iesuitarum voluntati satisfieret. Cùm enim illi cum militibus in urbe essent congregati persecutio instituitur, & acerrimè urgetur. Archiducissa se non abituram in Hispaniam protestatur, antequam Ministros in exilium ejectos evideret. Proceres terrentur, Ordinarij coguntur, cives minis & vi cohercentur, res eò deducitur, ut Ministri Ecclesiæ & Scholæ omnes uno eodemque die Græcio ejicerentur, quorum numerus novendecim erat personarum : Factum 28. Septemb. Anni 1598. qui profestus fuit Michaëlis Archangeli. Atque ita ex urbe illa clarissima, & paulò post ex universa Styria Evangelij lux, quæ tanto labore, magno studio, multis laboribus exhaustis diu propugnata & defensa erat ab illustribus Styriæ Proceribus, tam citò Iesuitarum rabie expulsa & ejecta est. Nocte hunc diem proximè præcedente fulgura & tonitrua tam terribilia exaudita sunt, tempore non consueto, ut nemo non portentosa illa esse arbitraretur. Neque defuerunt, qui Ministris salutem ea attulisse & sicas Hispanorum ac Italorum à cervicibus eorum avertisse perhiberent. Ab hoc etiam tempore pluvia per sex integras septimanas continuò ferè durabat, ut plurimum damni aquarum eluviones dederint, & annonæ caritas maxima secuta sit. Domini Ordinarij Comitijs habitis gravissimè de Iesuitarum technis conqueruntur : in literis etiam ex Comitijs ad Principem missis, pacis publicæ hostes, tecto tamen nomine, & perturbatores Rerumpublicarum appellantur, eosque accusant, quòd subinde hortentur Principem, ut privilegia suis Provincijs data, concessiones item, conventiones, conditiones, pacificationes Religionis & pacta omnia quantumvis sigillis & juramentis approbata & confirmata, infringat, rescindat & irrita reddat : Ministros quo-

que

que in integrum restitui à Principe suppliciter flagitant; sed frustra.

Finitis Comitijs Provincialibus, reliquæ etiam civitates in Styria jubentur, ut Ministros suos dimittant: cui mandato plurimæ morem gerunt. Incolæ verò Ferrifodinarum id facere recusant. Milites igitur eò mittuntur, qui civitatem expugnant, cives miserrimè captivos plenis plaustris Græcium mittunt ibiq; indignissimis modis mulctantur. Vrbe hac expugnatâ & captâ, Arcem Illustris ac Generosi Domini Iohannis Hoffmanni adeunt, & Templum illi vicinum, in quo sepulchrum hujus familiæ erat, pulvere tormentario subjecto evertunt, ut ossa hinc inde dispergerentur. Non diu post Græcij Templum, in quo Evangelicæ conciones habitæ sunt, militibus cinctum occupant, altare destruunt, corpus Vuilhelmi Zimmermanni Theologi ex sepulchro effossum in Murrham fluvium urbem allabentem projciunt. Civibus gravissimè interdicunt, etiam sub capitis periculo, ne extra urbem sacrâ synaxi utantur, infantesque baptizari & matrimonia confirmari sinant: imò ne quis Psalmos Germanicos saltem domi suę canat. Quidam Magister Iuris advocatus, quòd paucula quædam ut politicus, ad populum verba fecisset, in carcerem conjcitur. Alij levibus de causis puniuntur & grandi ære mulctantur, ut non pauci quibus Religio cordi erat, relictis suis bonis aliò commigrârint, ut suam ex tyrannide Iesuitarum, qui his omnibus non solùm interfuerunt, sed etiam præfuerunt, conscientiam & vitam vindicarent.

Quod in Styria, id etiam in Carinthia factum & perpetratum est, quod malo, Iesuitæ, quàm meis verbis referre. Sic igitur Martinus Episcopus Secovienſis ad magni nominis virum Augustę Vindelicorum scripsit. *Illustris ac Generose Domine N. N. Dn. charissime, & observande; postquam pridie Nativitatis B. Mariæ Virginis ad vestram illustrem Dominationem literas dedi, quibus significavi totam Styriam circa Religionem Dei præpotentis beneficio reformatam esse; sequenti die ibidem in Templo Parrochiali Carinthiaco fecimus initium reformationis. Commissarij mihi adjuncti erant Dn. Ioannes Comes ab Ortemburg, Carinthiæ Supremus Capitaneus: Hartmanus Zingel ejusdem Provinciæ Vicedominus; D. Angelus Costeda, Sereniss. Consiliarius; & Iohannes Christoph. à Pranck Guardiæ nostræ Capitaneus. Eodem igitur planè modo sicut & Styria, Carinthia à nobis reformata; inprimis hæretica Templa cum cœmeterijs, sectariorumque Prædicantium ædibus, ubique partim arietibus, partim pulvere tormentariorum sunt eversa. Prædicantes ubique ex Provincia expulsi, uxores putativæ & concubinæ ab eorum consortio abactæ, illisque reditus sub pœna proscriptionis in omnibus Provincijs interdictus. Omnes Catholicæ Ecclesiæ, quæ erant in hæreticorum potestate, sunt recuperatæ, Catholicis Pastoribus impositis: Omnes Civitates, omnia Oppida, omnes Pagi diligenter reformati: pertinaces hæretici ex omnibus suæ Celsit. Provincijs proscripti. In omnibus ferè, maximè verò principalioribus locis exhortationes à me ad populum in tertiam & quartam vesperæ horam habitæ. Communio sub utraque specie in omnibus locis & viva voce & per patentes literas (authoritate Apostolicâ à Dn. Nuntio Apostolico Episcopo Adrienſi mihi concessâ) à me sublatâ. Insuper literæ patentes Archidiaconis Gmuntenſi, Frisacenſi, Curcenſi, Laventinenſi & Aquitenſi, & nonnullis Prælatis datæ, salutaria continentes remedia, quibus reformatio maneat stabilita, & ad Ecclesiam reductis omnis occasio ad vomitum redeundi sit præcisa. Multa millia librorum publicè in varijs locis combusta, quàm plurima animarum millia ad ovile Christi divinâ gratiâ reducta. Et sit tota Carinthia spatio trium mensium integra reformata; innumerabilibus hominibus de suo ad Ecclesiam reditu sibimet ipsis gratulantibus. Turba rusticorum & Villacenſes sunt quidem tumultuati, attamen illorum furor non diu duravit. Civitas quoque Clangenfurt contra nos semper fuit in armis, denique nos ab ingressu prohibuit donec tantum per* Terribile *mandatum commutata reformationi se subjecerit. Itaque pridiè S. Martini vexillum* 500. *militum ex Clangenfurt in civitatem Volckmarck est translatum, eodemque die omnes sectarij prædicantes ex eadem civitate discesserunt. Quibus omnibus postquam Clangenfurtenſis Civitas ita fuit evacuata, nos in festo sancti Martini cum nostro militum vexillo ingressi sumus, tota in armis contra pactum posità civitate. Sequenti posteà die, quæ erat Dominica in Templo Parochiali ad populum, qui erat numerosissimus, orationem in quartam usque horam habui, & postmodum hac rebelli civitate; more solito; in omnibus per triduum reformata, domum quoque discessimus. Reformationis & Carinthiacæ & Styriacæ Acta forsan aliquando publicis typis committentur. Hæc quoque commissio, per quàm feliciter & præter omnem expectationem (Deo sit laus) sine omnis sanguinis effusione peracta, ita nostro Serenissimo placuit, ut inde plurimùm ceperit voluptatis. Hæretici multa de rapinis nostrorum militum, & de tyrannide, quam nos Commissarij in populum exercuissemus;*

mus, sparserunt, sed omnia ea quum sint falsissima, & mendacia per se evanescere soleant, nullâ pro innocentiæ nostræ declaratione Apologiâ opus erit. Hæc libentiùs ad Vestram Illustr. Dominat. scripsi, quum existimem, hanc narrationem saltem aliquam illius doloris, quem Vestra Illustr. Dominatio ob Canisam, proh dolor, turpiter amissam percipit, mitigationem fore. Raptim Græcij die 12. Novemb.

Ex hac Epistola Lector judicet de Reformationibus Iesuitarum.

Palàm etiam præ se tulerunt Iesuitæ, Nullâ re hactenus intra Europam plus peccatum esse, quàm nimiâ Monacharum in persequendis Hæreticis, exequendisque Pontificum Romanorum jussibus lenitate. Hocque inter illos adeò certum est, ut ne Dux quidem Albanus, quamvis crudelissimè sævierit, eis per omnia satisfecerit, vel ipso Albano teste. Et familia Austriaca eminentissima ad persecutiones prius permoveri non potuit, quam unus atque alter ejus surculus Iesuitis formandus & disponendus traditus fuisset. Philippum II. quoque Hispaniarum Regem à moderatis consilijs, in quæ ab initio propendebat, ad quæ etiam à Maximiliano Patruele & Affine, misso ad id Carolo fratre incitabatur, Iesuitæ inprimis averterunt, & obtinuerunt ut Inquisitionem Hispanicam in Belgio & Tridentini Concilij exequutionem per vim introducere maluerit, quàm aviti sui Patrimonij succulentissimam partem pocatè possidere.

De Nefarijs Facinoribus *in* Belgio & Vicinis Regionibus patratis à IESVITIS.

NOn prius etiam acquieverunt Iesuitæ Furiarum instar, quàm Auriacus Princeps Wilhelmus tandem miserabili & dolenda morte, sclopeto, à Balthasare Gerhardi Burgundo, proditoriè petitus, interficeretur anno 1584. 10. Iulij Chron. Belg. t. 1. p. 451.

Idem etiam Mauritij Principis Auriaci filij fortissimi jugulum insidiosè per Petrum de Four & sicarios plures alios petijsse, & mortem illi præsentissimam, instinctu prorsus diabolico, intentâsse anno millesimo quingentesimo nonogesimo quarto & rursus anno millesimo quingentesimo nonogesimo octavo Chron. Belg. testatur t. 1. p. 719. & t. 2. p. 93.

De occupato Iuliaco Artibus *ac* Dolis IESVITARVM *ex* Literis magni cujusdam & Nobilissimi Viri *Anno* 1609. *AVG.* 10.

LEopoldus Iuliacum ipsum nomine Cęsaris tanquam Imperij sequester occupavit, sed mira arte & Iesuitarum Colonienſium ope, apud quos dies aliquot deliberandi causa, antequam rem aggrederetur, vestitu Iesuitico indutus hæsit. Intercedebat Iesuitis illis cum Rusenburgio Iuliaci præfecto magna & notitia & familiaritas, itaque Primarius Pater illius Collegij septem aut octo alijs fratribus, inter quos & Archidux Leopoldus, stipatus visendi præfecti causa Iuliacum excurrit: eò ubi advenerat, petit introeundi copiam, quam obtinuit, etiam pro comitibus suis, qui ubi perlustrando in præcipuum arcis conclave à Præfecto deducti essent, primarius iste Iesuita illum alloquitur & quęrit, si Imperator illi præciperet, ut castrum illud in manus alterius traderet, an etiam pareret? ille testabatur, se ordinibus Provinciarum de novo obstrictum, non alijs quàm illis reddere debere, posse tamen illud mandatum tale esse, quod ipsi parere necessum foret; quid, inquit Iesuita, si Imperator alicui ex suis agnatis aliquod mandatum dedisset, ut illud ei redderes, parerésne, annon? si utrumque viderem, respondit, deliberarem; at, inquit Iesuita, quid si jam in arce cum tali mandato esset anne eum iterum expellere velles? adhæc verba attonitus respondit, minimè, immò recognoscerem in eo Imperatorem & parerem: sic Iesuita ostendit Leopoldum, qui ipsi mandatum Cæsareum exhibuit statim; & paulò post juramentum fidelitatis ab ipso exegit, & à cæteris militibus præsidiarijs recusantes autem arce exegit. Quid tibi de hoc Iesuitarum stratagemate videtur? nisi astutum & vafrum hoc hominum genus in ordinem redigatur, vel extra orbem potius in abyssum unde illi profiluerunt, repellatur, hi tandem imperium orbis rapere conabuntur.

Iesvitæ *ex* omnibus Belgij Provincijs unitis *seu* confœderatis *ob* multa nefaria Facinora privatim & publicè attentata, excedere jubentur.

IEsuitas anno Christi 1612. gravis in Belgio afflixit fortuna. Ibi enim Mandatum ab ordinibus confœderatis publicatum est, *quo relatum ad se dicunt, multos sacrificulos Monachos & alios id genus Ecclesiasticos, maximè verò Iesuitas in confœderatas Belgij Provincias quotidie confluere, ibique exotericas suas doctrinas inter subditos desseminare contrarias verbo Dei superstitiones hominibus instillare, & id maximè agere, ut tyrannidem & potestatem Pont. Romani quam non solùm in spiritualibus super omnia Concilia, sed etiam in secularibus super omnes Reges, Principes, & Respublicas statuunt, affirmantes, eum illis omnibus eorumque Regnis & Provincijs imperare, & subditos ab obedientia eorum absolvere posse, quod quidem ad seditionem in populo excitandam necessariò comparatum sit, multisque nefarijs consultationibus & machinationibus occasionem præbeat, velut ex Galliæ, Britanieque Regnis & Ducatu Veneto desumptæ ejus rei exempla in recenti adhuc memoria versentur. Quandoquidem igitur unitarum Provinciarum Statibus necessarium jam ante visum fuerit, ejusmodi Edicta publicare, quibus caveretur, ne subditi istarum Provinciarum venenatis istis, & tam veræ Christianæ fidei, quàm honestis politicis constitutionibus adversantibus opinionibus inficerentur, infecti verò & jurejurando Pontificiis istis erroribus addicti ad officia & munera publica nulla admitterentur, ad præcavenda omnia pernicioſa Reipublicæ conventicula, & tacitas occultasque contributiones, pecuniarumque exactiones evitandas, necessarium verò sit, unicè id curare, ut pax & concordia inter subditos Belgicarum Provinciarum cum vicinis Regionibus conservetur, nec quid contra libertatem Provinciarum, sub honesta conservationum & commerciorum specie tẽtetur, edicta sese omnia tam in Provincijs istis quam vicinis Regionibus condita evolvisse, & deliberato cum Mauritio Nassoviæ Comite consilio, decrevisse, decernere etiam & imperare, ut omnes sacrificuli, Monachi Iesuitæ & alij id genus Ecclesiastici, Clerici & Religioni Rom. addicti, cujuscunque ordinis & dignitatis sint, quos duorum mensium à publicatione hujus edicti, tempore, ut unitas Belgij Provincias venire contigerit, primo statim adventus sui loco, & locis porrò ubi pernoctare voluerint omnibus nomina sua coram Præfecto & Magistratu loci istius profiteantur, & quæ causa sit adventus sui, ubi item hospitium suum habeant, aperiant, utque idem etiam elapso duorum mensium spatio facere teneantur, omnes modò dictæ personæ, quæ jam antea ad Provincias istas veniunt, nec sedem tamen ibi certam habeant, Præfectus ista omnia fideliter consignantibus & ad superiorem Magistratum referentibus ne fortè quid ab hujusmodi personis, quod in Provinciarum perniciem cadat, tentetur, Quod si verò quis nomen suum non professus deprehendatur, is 50. florenis mulctatus solum vertere cogatur, ita ut nunquam ad Provincias istas unitas sub proscriptionis publicæ pœna redire possit. Imperare autem etiam & mandare omnibus & singulis, apud quos Iesuitæ, Monachi & alij Clerici Ecclesiasticique Rom. Religionis homines diversuri sunt, ut diligenter an nominum suorum professionem fecerint inquirant, vel ipsimet ante tertiam mansionis eorum noctem, eam apud Præfectos & Magistratum sub pœna 100. florenorum faciant, excusatione omni, quasi personas istas non noverint, posthabitatâ & neglectâ, exceptis tamen publicis diversorijs, ut pote de quorum notitia certi aliquid affirmari non possit. Prohibere porrò & interdicere omnibus Provinciarum unitarum incolis, ne publicato hoc mandato in ullum sese Collegium aut Scholam Iesuitarum conferant, sub pœna, quòd perpetuo tempore inutiles censeri debeant, quid ad officium aliquod & munus publicum in Provincijs admittantur, vel canonicatu & beneficijs ullis fruantur, & insuper ex suis bonis, 100 florenorum multam singulis mensibus persolvere cogantur, quam pœnam subire etiam teneantur omnes, qui ante publicationem hujus mandati, in scholas & Collegia Iesuitarum se cõtulerint neq; intra duorum mensium spacium egressi fuerint. Quod si verò aliqui bona nulla habeant, à parẽtibus vel tutorib. eorum multa ista exigatur, nisi fortè præter & cõtra eorum voluntatem in scholas & Collegia ista se contulerint, quo casu Parẽtibus Tutoribusq; interdictum velint, ne pecuniam ipsis, vel aliud quid sive directè sive per indirectum mittant afferrive curent, sub modò dicta 100 florenorum mulcta ex propriis suis bonis præstanda. Omnem autem alienationem bonorum suorum ab illis qui cõtra mandatum hoc in Scholis & Collegiis Iesuitis mansuri sunt, sive per damnationem, sive per testamenta, codicillos aut dispositiones aliis factam, nullam omninò & nullius efficaciæ sese declarare. Mandare etiam ut ad nullum officium vel munus publicum admittantur, sive indigenæ sive advenæ, qui post duorum mensium à publicatione mandati defluxum gradum aliquem honoris apud eos præstito de defendendis Rom. superstitionibus juramento, acceperint, & ut illi, qui post factam anno*

1576. *pacificationem Gandavi, juramentum illud præstiterunt, & ad officia aliqua adhibiti sunt se intra duorum mensium post publicationē hanc spacium à juramento isto expediant, & juramento fidelitatis hisce Provincijs locisque ubi habitant, se adstringant, nisi jam antea juramento fidelitatis præstito, superstitionib. istis nuncium remiserunt, quam renunciationem & juramenti præstationem ratam habere velint. Imperare porrò omnibus, qui sub juramento Pontificio gradum aliquem vel adepti sunt, vel porrò etiam adipiscentur, & in unitarum Provinciarum loco aliquo, vel jam habitent, vel in posterum habitaturi sint, ut primo vel post publicationem Edicti hujus, vel post adventum suum in has Provincias mense coram loci istius Magistratu compareant, & juramentum fidelitatis præstent, sub pœna, ut Provincijs istis excedant, persolutis post primum mensem 50. post alterum verò 100. florenis, tertio verò mense, nisi discesserint, publicè proscribantur. Mandare præterea omnibus unitarum Provinc. incolis & advenis, ut in nullo Templo vel privato loco alio, sive in agro, sive navibus conventum ullum sive virorum sive mulierum instituant, Missas celebrent, superstitiones Papisticas docendo, legendo & admonendo exerceant, aut conventicula Rom. Religioni addictarum personarum foveant etiamsi nec sacrificulus, nec Monachus, nec Clericus eis ullus adsit, qui exercitia ista peragebat, sub quocunq; etiam prætextu id fiat, sive id publicè sive privatim, sub pœna 200. florenorum, quos persolvere cogaturis, in cujus vel domo, vel agro, vel navi conventicula ista habita fuerint: illi verò, qui Missas celebrârint, vel exercitia superstitionis Pontificiæ alia peregerint, extranei sint perpetuæ proscriptionis, & arbitrariâ quadam aliâ insuper pœnâ, si indigenæ perpetuæ item relegationis & omnium beneficiorum privationis pœna afficiantur, nec à quoquam hospitio excipiantur, mulcta hospiti 100. florenorum, pro prima vice, 200. pro secunda, & 300. cum perpetua proscriptione pro tertia vice irrogata. Illi verò, qui Missæ & aliarum superstitionum Papisticarum exercitio fuerint, beneficijs suis omnibus priventur, & 25. florenis pro singulis vicibus, quotiescunque id fecisse vel deprehendantur, vel convincantur, persolvant, quam mulctam omnes etiam alij, qui in conventiculis istis deprehensi fuerint, unà cum optimi sui vestimenti amissione præstare teneantur, habita consideratione, quod si quis doctrinam aliquam, politicæ Provinciarum gubernationi repugnantem & obedientiæ subditorum contrariam attulerit, capitis supplicio, tanquam pacis & tranquillitatis publicæ turbator afficiendus sit. Constituere porrò, & decernere, ut qui sub specie quasi Rom. Religioni addicti essent, à sacrificulo aut Monacho, vel rebaptizari se, vel matrimonio novo copulari cuverint; præter arbitrariam Magistratus pœnam, 100. florenos persolvant, omnes verò alij, qui vel baptismo vel copulationi isti maritali adfuerint, 50. florenos numerent, sacrificulus verò vel Monachus, qui id fecerit, simili pœna afficiatur. Qui autem conventicula ejusmodi instituere & introducere in loco aliquo conati fuerint, quadruplo majori quàm qui illis adfuerint. Sed & hoc tandem imperare, ne quis vel in Provincijs habitans, vel in illis commercia sua agitans, ullam contributionem pecuniarum faciat, quæ ex Provincijs ad loca alia transferantur, & vel ad Templi alicujus extruendi, vel Collegij instituendi usum adhibeatur, nec quicquam expendat aut contribuat sine expresso Magistratûs Provinciarum consensu, constituta in eos, qui vel actiones istas facere, vel contributam pecuniam ex Provincijs abducere ausi fuerint, pœnâ capitali & omnium honorum confiscatione; In eos verò qui contributionem aliquam fecerint, pœnâ Magistratus arbitraria, & mulctâ quadrupli statutâ, quarum mulctarum tertia pars Præfecti sive Magistratui, tertia delatoribus cedere, tertia item in usum Reipubl. converti debeat, nec tamen specialibus interim in hoc negotio pro Provinciis promulgatis edictis quicquam hoc edicto derogetur.*

Mandatum hoc 27. Martii Hagæ Comitis publicatum, causam adversæ parti præbuit, ut nullum unitarum Provinciarum incolam in suis Ditionibus Regionibusque ultra decem vel ad summum 14. dies, quicquid etiam negotii expediendum ibi haberet, nisi professionem faciens ad Missæ officium venisset, tolerare voluerint.

Negotiatio Iesuitarum in Belgio.

Hoc tamen quantumvis severissimo Edicto parum Illustrissimi Ordines obtinuerunt. Nam anno millesimo sexcentesimo decimo sexto in lucem editus est libellus hoc titulo: *Iesuitica per unitas Belgii Provincias Negotiatio.* In eo continentur scripta quædam Iesuitica, reperta inter chartas cujusdam Patris & sacrificuli Iesuiticæ Societatis. In scriptis ac literis istis videre licet, quibus artibus, quantoq; studio suam, quam vocant, *Negotiationem* in unitis Provincijs Iesuitæ; exerceant, & Pontificiam Religionem, cum Dominatione Iesuitica in Ecclesiæ & Reip. Reformatę perniciem propagate conentur. Adscribam Indicem quorundam saltem, quæ in his scriptis notatu digna reperiuntur.

1. *Complures Iesuitas in Provincias Belgicas fœderatas à Superioribus emitti.*

2. *Non tantùm ut veteres Pontificios confirment, sed etiam, ut omnibus modis novos lucrifaciant.*

3. *Atque*

3. *Atque adeò ut integras Provincias ad consensum in Religione Papistica perducant.*

4. *Illud ut effectum dent, non solùm plebem eos seducere, se sed vel in primis ad operam dare, ut eos, qui authoritate valent & rerum potiuntur, in nassam suam per trahant, quorum operâ Iesuiticam negotiationem per totam Provinciam fructuosiùs exerceant.*

5. *Talibus eos permittere, ut fiant* Secretò *Catholici, quod aiunt, modò se totos ad nutum & consilia Iesuitarum accommodent.*

6. *Quin etiam cum talibus eos dispensare in audiendis Reformatorum concionibus & carnium esu, ut eò tutius lateant, & res Papisticas commodius juvent.*

7. *Permittere etiam illis, ut Senatui Reformatorum intersint, in deprehensionem & dissipationem conventuum Pontificiorum unà cum cæteris consentiant, modò genuini sint Papistæ eoq; id faciant fine, ut se occultent, & consilia, quæ adversus Papistas habentur, impediant, eosdem urgente necessitate præmoueant, omniq; occasione Papisticam Religionem propagent.*

8. *Omni eos arte & studio Belgicam juventutem tentare.*

9. *Eos invigilare super externis & internis; & versari in utroque homine & utroque seculo.*

10. *Dumq; isthæc omnia jussu Superiorum gnaviter exequuntur nolle tamen censeri in eorum numero, qui se rebus statuum immisceant.*

11. *Distribui fœderatum Belgium in Provincias, & unicuiq; emissario Iesuitico assignari certum & fixum locum residentiæ, è quo se movere ipsi non liceat absque Superiorum consensu.*

12. *Excursiones etiam ad vicina loca singulis imperari.*

13. *Habere eos in Provincijs unitis Superiorem missionis, quem vocant, ad quem tenentur occurrere incidentibus difficultatibus.*

14. *Iesuitas numerum Pontificiorum in singulis urbibus, & decreta ab ijs in rem Pontificiam facta referre in libros usui isti destinatos.*

15. *Pecunias quoque eorum directione colligi, & à Quæstoribus in usus communes rei Pontificiæ asservari.*

16. *Emissos & in Belgio residentes Iesuitas teneri sæpissimè ad Superiores scribere de omnibus tam politicis, quàm Ecclesiasticis, ut omnium locorum conditio illis plenissimè innotescat.*

17. *In hunc finem certa capita illis præscripta esse, quæ in literis scribendis sequantur.*

18. *Habere eos stylum ipsis solis (non externis (cognitum, & plerumque de rebus suis scribrre tanquam de seculari Mercatura, sive negotiatione, item rationibus & computo, debiti soluti.*

19. *Cum tabellarijs literas perferendas committunt, non exprimere in inscriptione nomen Iesuitæ ad quem pertinent, sed nomen alicuius Civis aut Mercatoris Pontificij, qui sciat, ad quem sint curandæ literæ ex duabus prioribus literis nominis Iesuitæ inscriptioni subjectis.*

20. *Superiores de ijs, quæ ab emissis Iesuitis perscribuntur, statuere, & si postulet necessitas, consulere Provincialem aut Generalem Romæ residentem, ut pro re nata Romæ & Bruxellis impetrent aut disponant, quæ ad commodum Iesuitæ Negotiationis spectare possint.*

21. *Non sufficere, ut sæpè & diligenter de omnibus scribant emissarij, sed requiri insuper, ut aliquoties (nimirum semel in anno) ad Superiores excurrant, & de omnibus quàm accuratissimè eos certiores faciant, eaque, quæ literis committi non expedit, coram audiant & videant.*

22. *Præter ordinariè in his partibus residentes, etiam emitti extraordinarios, qui Regionem maximè ædes Nobilium & potentiorum perambulent.*

23. *Iesuitas ut plurimum commoda veteribus sacrificulis præripere, ijsque expulsis longè & latè dominari propter authoritatem, quâ pollent Bruxellis & potissimùm Romæ.*

24. *Extat etiam in his scriptis Epistola Iesuitæ cujusdam, in qua ad Illustrissimum quendam scribit,* Pontificios pacem cum reformatis facere non posse, nisi fiant Pontificij: *Vnde potest intelligi, quid Evangelici sibi de pace Pontificia secundùm Iesuitas sibi polliceri debeant, si Papismum amplecti nolint.*

Negotiatio Iesuitarum in Belgio.

Quid Artibus *suis* Nefarijs IESVITÆ Aquisgrani tentarint *atque etiam* obtinuerint.

ANno 1611. cives Aquisgranenses inter alia multa Senatui quærentes gravamina de Iesuitarum in urbem admissione, dixerunt eos contra decretum à Senatu anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto factum, quo cautum esset, ne privatæ ædes bonis Ecclesiasticis impositorum accenserentur, ædes suas inscijs & invitis tribubus, acquisiviſſe, institutisq; perieulosis Sanctæ Mariæ & alijs Societatibus, apud primarios quosque Senatores & alios, ut & ipsi in Sanctæ Mariæ Societatem admissi, certis diebus peccata sua confessuros se, & quid vel in Senatu vel alibi gestum nossent, manifesturos obtinuisse, Insuper etiam ut nullæ de rebus arduis consultationes ipsis inscijs instituantur, nullaque nisi ab ipsis profectæ consilia

Ex Mercurio Gallo Belgico anno 1611. Coloniæ edito.

consilia approbentur, utque ingens ipsis pecuniæ summa ex ærario publico inscijs civibus quotannis numeretur effeeisse.

IESVITARVM Conatus & Facinora *in* Valesia Helvetiorum Provincia

DIximus supra, Iesuitas in Valesia Helvetiorum non ignobili Provincia, sedes etiam suas figere tentâsse. Huic autem illorum conatui vehementer restitit, ob causas supra enumeratas, Bartholomæus Alettus, Leucensis, vir nobilis & magnæ in hac Provincia authoritatis & existimationis. Hunc illi è medio tollere veneno, cùm alijs artibus & medijs non possent, conati sunt. Facinus hoc illorum ipsiusmet DN. Aletti verbis referam ex literis ejus ad amicum suum C. V. scriptis. Ea autem sic habent. Anno 1611. Hat es sich zu getragen auff S. Joanns tag im Winter / daß etliche Jesuiter von Siders zu mir kommen sind am morgen in mein Hauß / haben mich salutiert, vnd mir etliche scripta præsentiert, vnd zu handen gestellet / welche ich von ihnen empfangen / und in den Tisch gehalten. Hinwider hab ich ihnen auch gewiesen einen Extract, so auß Petro Martyre copiert, nemblich de Pœnitentia & vera Confessione. Auff solches hab ich uns ein gut Morgenbrot zurüsten lassen / zu welchem wir mit einanderen gesessen / ein frölichen Trunck gethan / vnd mit gutem willen wider von einander geschey den. Nachfolgendes Tags / war Sambstag / bin ich vber die mir / durch die Jesuiten gelieferte Scripta, als ich noch nüchter / gesessen / welche die Jesuiter deß begangenen Mordes am König entschuldigen thun. Als ich nun diese Scripta nüchter gelesen / ist mir ein böser Staub / oder Geruch in meine Nasen kommen / inmassen ich vermeinet / es wolte mir meine Augen zum Kopff außstossen / ia meinen Kopff gar zerbrechen. Vnnd dieweil ich hierumb einen starcken Argwohn wider die Jesuiten gefasset / hab ich mich starck zu sternutieren oder neüssen beweget: Hierauff Carbobenedicten Wasser getruncken / vnd folgend Venedischen Tyriackes genossen. Vnd als ich vermeinet / alles bösen entlediget seyn / ist mir doch etwas im Hals vnnd in der Kählen verblieben / inmassen es mir den appetit hinweg genommen / vnnd mir vorab das Fleisch essen gar erleydet / mit hin abgetorret / vnnd zu letst gar in das Beth geleget / also daß iederman vermeinet / ich werde den Geist auffgeben müssen: Jedoch ist es von den Gnaden GOttes besser worden / wiewol ich dritthalb Jahr darã zu thõ gehabt. Volgends hab ich gemelte Scripta einem guten Freund zu lesen vergönnet / der meinung / solcher Staub oder Geruch were darauß gar verrochen oder verlohren / so ist doch gemeldtem Freundt auch widerfahren / daß er ab dem lesen dieser Schrifften acht Tag ist kranck gelegen / Er hat mir auch solches verweißlich vor zweyen Herren fürgeworffen / als ob ich das studiosè gethan habe / &c.

EPILOGVS

EPILOGVS LIBRI III.
DE
STVDIIS IESVITARVM
ABSTRVSIORIBVS, DOLIS ETIAM,

Fraudibus, Impoſturis & Conſilijs *eorum* Sanguinarijs, *ex* Recenſione IOHAN. CAMBILTONI, Græcenſis *olim* IESVITÆ

QVod Marcus Cato olim dixit: Mirum ſi Aruſpex Aruſpicem videns non rideat: idem quis non incommodè de Ieſuitis pronunciet, Mirum ſi Ieſuita Ieſuitam intuens, riſum cohibeat.

Loquor autem non de ſimplicibus Ieſuitis, quibus vel ob ingenij debilitatem, vel Religionis opinionem, vel temporis brevitatem abſtruſiores Ieſuitarum technæ ignotæ ſunt. Hi namque tanta diſciplinæ ſeveritate coërcentur, nemo illorum, niſi ſagaciſſimus, ſubodorari poſſit, quid monſtri ſubſit. Sermo mihi eſt de ipſis Ieſuitarchis, Regentibus, Patribus, Provincialibus, Generalibus. Quorum tanta eſt cùm omnium flagitiorum, tùm maximè ſcortationum, proditionum, & Magicarum artium communio atque ſocietas: ut omninò mirum videri debeat, ſi quis alicui repentè fiat ob viam, ſtatimque quaſi quoddam exemplar intueatur ſui, non extemplò rideat effuſiſſimè.

Placet ergo hoc loco nonnulla recenſere, quæ maximam partem ipſemet vidi, partim à Ieſuitis audivi, quos nominare poſſum, & certè nominabo, ſi contra hæc vel hiſcere auſint.

Omnia autem nunc breviter & rudi quadam delineatione: at ſuo tempore Deo volente fuſius & prolixius, aſſignatis omnibus circumſtantijs.

Principiò, ſi ingrederis Collegium aliquod Ieſuiticum, præcipuè in urbe aliqua ampla & populoſa conſtructum, At quid dico præcipuè? quum nullum ſit Collegium in hoc loco humili atque obſcuro. Si inquam tale aliquod Collegium ingrederis, jam primum ab initio, intuere diligenter Ianitorem, alterum, Charontem, aut potiùs Cerberum. Is eſt plerumque ſenio confectus, aut ſi junior, certè exploratiſſimæ fidei & taciturnitatis. Hic ſi quiſquam alius, omnia myſteria Ieſuiticæ Cabalæ novit, apud hunc repoſita ſunt omnis generis & ſtatus virilia & muliebria veſtimenta. Hiſce varijs modis quam quiſque perſonam agere ſe poſſe confidit, induti Ieſuitæ, mirabiles exercent impoſturas. Nunc enim militari habitu conſpicui per plateas & compita vagantur, & in publicis lupanaribus ſcortantur & belluantur. Nunc civicam veſtem induti, ſeque Lutheranos aut Calviniſtas profeſſi, explorant in diverſorijs, in foro, in tribubus, quid vulgò de ſeſe dicatur, quæ conſilia volvantur & ineantur. Talis aliquando deprehenſus eſt Viennæ.

Nunc doctorio habitu clari, & annulis radiantes, & ex profeſſo ſe Pontificios aſſerentes, ubi ſciunt locupletiores è plebe, quibus ſunt filij, eos tanquam aliud quid ſciſcitaturi adeunt, & in eorum familiaritatem ſe inſinuant miris modis. Hortantur ad extremum, ut filios ſuos Ieſuitarum diſciplinæ committant. Nam & ſe aiunt, ipſis Magiſtris uſos, & non pœnitendos feciſſe progreſſus. Nunc nobilem induti, conducto foris veredo, Principum aulas frequentant causâ officij. Nunc exulem præ ſe ferunt, ſibique ſubveniri petunt, præſertim à Theologis Proteſtantibus & Calvinianis, ut explorent, quid contra ſe ſcriptitent. Et tales omninò puto fuiſſe eos, qui vos hactenus, viri Reverendi, tam miſerè deceperunt. Sed quo magis hujuſmodi exploratores in poſterum caveatis, dicam vobis poſtea, quid conſilij modò, modò inquam ceperint Ieſuitæ.

Iam verò quorſum Muliebres ille veſtes? Audite. Nullus Terentianus Leno tam ſubducta ratione ad conciliandos meretricios amores fuit, quàm ſunt hodiè Ieſuitæ. Ac præſertim is, quem dixi Ianitor. Nam quod alij in penetralibus & adytis Templorum per auricularem confeſſionem, conſequi nequeunt: Hic blanditijs & miris allectamentis facilè impetrat, maximè apud pauperiores viduas & mulierculas, quæ filias eò mittunt, acquirendæ causâ elleemoſynæ. Et adde nominà in ix, ut Lotrix, Netrix. Has ubi in naſſam attraxit impuriſſimus Ianitor, etſi illæ laceris & detritis ſqualent veſtibus, tamen alijs,

quas habet in promptu, splendidè ipsas exornat, easque per varios anfractus & meatus ad Venerabiles Dominos Patres deducit. Isthæc autem non fiunt interdiu, sed sub serum crepusculum. Inde totam noctem helluationibus & tripudijs exigunt: Iunioribus hæc non animadvertentibus. Habent enim ad rem reducta, & concernamenta, aut etiam subterranea loca, & laquearia, ut illi, qui olim Romæ Veneri initiabantur. Quorum tam belluina fuit ad carnis lasciviam projectio, ut iram Deorum veritus Senatus, lupanar illud funditus everterit, sicut Livius testatur.

Hæc de Ianitore Iesuitico. Quibus & hoc addo, si qui fortè talem & tantum apparatum vestimentorum conspiciunt, mirantur que quid sibi velit, his respondetur, isthæc omnia comparari agendarum comœdiarum gratiâ. Sed hic est finis minus principalis.

Iam porrò Templum ubi es ingressus, ne dubita, quin sub ferreo cœlo ambules, Mars tibi imminet cruentus, non Princeps ille pacis. Subter te luridum inferni barathrum & officina carnificum. Referam hîc bona fide quæ ipse vidi. Pragæ supra Templi laquearia aliquot millia ferrearum cestuum & flagellorum invenies: ut Bohemis ferre mos est. Ad latera dispositæ sunt tormenta bellica, & musquettæ quàm plurimæ interpositis lanceis & bipennibus. In medio ubi coëant arcus laquearium, prægrandium missilium lapidum aggeres conspicies quamplurimos. Similem apparatum deprehendes etiam Cracoviæ. De reliquis Collegijs non dubito. At in quem finem quæritis obsecro? Fateor & mihi rem ab initio mirabilem & prodigiosam visam. Sed res sic habet. Sciunt Iesuitæ, se in omnium propè hominum etiam saniorum Papistarum odio versari, propter res turbulenter & nefariè à se gestas. Neminem enim curant, ne consortes quidem Religionis, dummodò Pontifici gratificentur, etiam cum totius orbis confusione, & Patriæ proditione. Quia ergò in perpetuis animi consternationibus hærent, maturè cautum sibi volunt, ejusmodi apparatu bellico. Metuunt enim ut egomet ab ipsis aliquoties audivi, ne sibi accidat idem, quod Templarijs, qui licet impensè Pontificij essent, tamen propter nimiam ambitionem & avaritiam intolerabiles effecti, de consensu omnium Christianorum Principum, & ipsius quoque Pontificis approbatione, uno propè momento per universum mundum, è medio sublati atque extincti fuerunt. Idem accidit & Pythagoricis Ethnicorum Iesuitis in Italia. Verum in Templis potissimum reposita sua volunt præsidia & arcana, idque propterea: Sive enim exorto tumultu concursus fiat à Papistis, auxiliandi gratiâ, ut subitò armari possint, sive diripiendi & prædandi causâ confluant alienæ Religionis assectæ, ut supernè telis & lapidibus obrui queant. An verò non hoc est ex Domo orationis facere speluncam latronum? Sed audite, quæ magis miremini & detestemini. Nam hæc sunt aurea & eburnea præ illis quæ sequuntur. Subter pavimentum Templi, Græcij & alibi, quæ cavernæ & carceres subterranei, ad quos supernè descenditur per cochlæas. Huc conferunt, ut Virgilianus ille Cacus, rapinas & thesauros suos, stipantque cavernis ingens argentum. Et sic non modò summo cum voluntatis consensu, sed etiam incredibili cum voluptate sunt pauperes, istamque paupertatem admirabili patientia sufferunt, in voluntarios autem pauperes ut indignos tam beata cruce, diris devoventes. Divitias autem suas ita plerunque condunt, ut directè & perpendiculariter subjaceant Altari majori & eminentiori. Atque sic cum Missam cudunt, supra Marti & infra Mammonæ sacra faciunt. In carceribus verò subterraneis miram videas Bibliothecam: Funes, Fidiculas, gladios, secures, forcipes, cippos, numellas, scalas, quibus illigati miseri, artuatim distrahuntur, si qui deveniunt in istorum Mezentiorum & Phalaridum manus. Non desunt tragicæ vestes carnificum, pileus pyramidalis atris plumis ornatus, thorax fimbriatus & dissectus, caligæ hydropicæ & follicantes, ad talos usque demissæ, ut vel intuenti horrorem incutiant. In quem finem, malum, hæc officina parata est, à viris Religiosis, & mitissimi Salvatoris nostri æmulis? Audi. Istiusmodi instrumentis intellectum discipulorum suorum captivum ducunt, sub obsequium Iesuiticum. Si quem enim non duraturum captivum ducunt, sub obsequium Iesuiticum. Si quem enim non duraturum suspicantur in proposito, aut erupturum, & arcana Iesuitica proditurum metuunt: hunc cippo inclusum, diuque fame & inedia macceratum, tandem exquisitissimis tormentis enecant. Nihil ipsis affingo, scribo quod res est.

Fuit Græcij ante biennium, Iacobus quidam Clussæus, præstantis ingenij adolescens: hunc virgis & loris ob rem leviculam, miserrimè concisum, cùm se profugiturum, & quæ prætereà in se flagitiosè commisissent, palàm conquesturum affirmaret, ejusmodi carceri mancipárunt, ex quo postea nunquam emersisse visus. Nulli juniorum dubitabamus, quin diris cruciatibus exspirasset. Hoc inauditæ Tyrannidis exemplum suo tempore consignatis omnibus circumstantijs, quod ipse miser Clussæus facturus erat, ego divulgabo. Quin & aliud huic non dissimile facinus, in Martinum quendam (cujus parentes opinor adhuc vivunt Miltenbergæ aut Milbergæ) scelerato latrocinio à Fuldensib. Iesuitis

Erat nobilis Carviolanus.

tis admissum, omnium hominum oculis subjiciam. Et quot existimatis istiusmodi barathro devoratas & absumtas fœminas? quot interemtos infantulos? quot luculenti & amplipatrimonij sublatos adolescentes? Ego quidem non existimo, sed hoc ipsum firmissimè statuo. Quoties sub noctem auditi Novitijs nobis ejulatus, vagitus, suspiria & lamenta longè miserrima? gelidissimum exigente metu per corpus sudorem, & pilis horrore regentibus. Crediderunt simpliciores esse animas recens defunctorum. Ego credidi recens natorum & occisorum.

Cæterùm, ne quid Iesuitis ad extremam Diabolicam malitiam desit, solent illi nonnunquam in ejusmodi subterraneis locis Diabolo jucundum præbere spectaculum, dum terrificas induti larvas, Novitijs ad hanc Tragœdiam evocatis, horrendo cum boatu occurrunt, exploraturi eorum constantiam & præsentiam animi. Nam qui fracto & dejecto sunt corde, eos ceu degeneres, ad Magicarum artium penetralia non admittunt, sed ad inferiorum artium vestibula abijciunt. Audaciores diligenter notant, & serijs studijs reservant: sed res sæpenumero cadit infeliciter, ut anno 1602. mense Septembri Pragæ contigit, dum quinque Iesuitis primarijs, sub Diabolicis larvis juventuti obludentibus, immiscuit se sextus, & is quidem haud dubiè verus Diabolus, qui unum ex quinque fictus Diabolis medium complexus sic pressit, ut triduo post moreretur. Factum id lippis & tonsoribus notum est Pragæ. Nec tamen tragico illo exitu deterriti, in sacrilego Magiæ studio obstinatè pergunt. Inter omnes autem Iesuitas, Magicarum artium peritia eminet Pere Cotton Gallus quem Rex ipse tanti facit, ut Regiæ mensæ adhibeat, & familiares cum eo misceat sermones. De quo ipsi jactant Iesuitæ, quòd speculum habeat constellatum, quo quicquid Rex scire aveat, perspicuè ipsi repræsentet. Nec esse quid tam abstrusum, aut geri & consultari in reliquorum Monarcharum intimis conclavibus, quod illius constellati, vel potius condiabolati speculi beneficio, non in lucem proferre possit. Et quidem hujus Iesuitæ, potentissimum quendam Imperij Principem, eumque Evangelicum, in partes suas pertrahere, quandoquidem is Magico studio mirificè delectatus fuisse dicebatur.

Quos verò inter sese Novitios huic artificio perdiscendo deputârunt, ijs explicant nongentas illas propositiones, quas Mirandulanus ille Comes Romæ affixit. Item, Ioannis Trittemij librum de Secundeis. Item, Cornelij Agrippæ tractatum de occulta Philosophia. Item, Theophrastum de Constellatione, & sigillis Planetarum. Item, nescio cujus Abbatis Steganographiam. Item, artem Pauli ad conciliandas revelationes. Vbi Divum illum Paulum intelligunt, quem dicunt arte quadam Magicâ instructum, tantas percepisse divinitus revelationes. Eandemque calluisse dicunt & Ioannem, imò Christum ipsum omnibus numeris absolutissimum fuisse Magnum non dubitant. Vt egomet ab ipsis non semel audivi, & nominare possum à quibus. Et hactenus de Templo Iesuitico, quibus addo subterraneas illas latebras, & Cyrcea antra subesse plerumque choro, aut peristylio, non ubi populus consistit.

Nunc ubi te contuleris ex Templo in Museum (de triclinio enim, cubiculis & Area recreatoria: Item de disciplina Novitiorum, qui jam se votis astrinxerunt, & de convictu cæterorum discipulorum, qui Iesuitarum curæ sunt commissi; Item de Methodo & ordine studiorum, nihil nunc quidem dicam, sed in aliud tempus differam, & sunt pleraque aliunde nota) ubi inquam in Musæum te contuleris, ad dextrum latus te converte; videbis ibi lectissimam & conquisitissimam Bibliothecam omnis generis auctorum, libri omnes in pelles aut membranas nitidissimas compacti auro & argento radiant. Quorum usus est quotidianus, illi pulpitis dispositi in prælonga tabula & catenulis sunt alligati. Ad interiorem Bibiothecam solis ingredi licet Patribus, & libros inde mutuari quos volunt, Iunioribus prostant illi quotidiani, nec sine venia Regentis è reliquis vel aspicem excerpere licet.

Cæterum in hac Bibliotheca nulli sunt libri Hæreticorum, sed probatissimorum auctorum & Catholici omnes. Indignos enim judicant, ut inter reliquos locum aliquem obtineant, & fortè metuunt, ne pestifera contagione cæteros inficiant. Quare ad sinistram tu respice, ibi cernes miseros Hæreticorum libros, in luctu & squalore constitutos, & quidem atris pellibus, atris membranis ligatos & atro colore desuper tinctos omnes. Ex his ne Patribus quidem eximere fas est, quos desiderant sine præscitu Regentis. Iunioribus autem ne petere quidem licet, nisi carmine prius, aut alio scripto, hunc ipsum Auctorem cujus scripta cognoscere cupiunt, omni genere convitiorum prosciderint. Inter hasce Bibliothecas medium occupat Musæum, multis cellulis, cæruleo velo ab invicem separatis distinctum. Dextrum latus obsident Patres sinistrum Iuniores, qui jam ordines aliquot susceperunt. Reliqui Novitij communibus convictoribus sunt immixti, ut ipsos observent, eisque Iesuitici ordinis suavitatem & excellentiam continuis vicibus deprædicent, maximè locupletioribus & Hæredibus patrimoniorum suorum unicis.

De studijs Iesuitarum hic nihil subjiciam. Sed

Erat nobilis Carviolanus.

Sed describam breviter examen Provincialis, quod nuspiam extare arbitror. Vnusquisque Provincialis ab ea Provincia, aut Regno potiùs, quod inspectioni & curæ suæ commissum habet, denominatur. Ejus officium est, invisere Collegia, eorumque supputare reditus & census, insuper annotare diligenter, quinam ex Magnatibus liberos in Collegijs erudiri curent, & quot illorum sint numero? Num quotannis aliqua fiat accessio discipulorum, & amplificatio fortunarum & opum? Num qui sint, & quot ex Lutheranismo conversi? Si nulli, aut etiam facta aliqua Pontificiæ Religionis imminutio, & jactura bonorum: exprobrat negligentiam & scordiam, mandatque severiter, ut acceptum damnum resarciat. Quòd si gesserunt se egregiè, multos converterunt, multum comparserunt & corraserunt, omni laude cumulat & cœlo refert. Insuper scisciatur, quænam sit vicinorum Hæreticorum de ipsis opinio, quænam consilia Magnatum? quales habeant conventus, & quot & ubi? quid decernant, quid volutent? Item, an Hæreticorum Principes crebrius sint domi, an alibi? ad quosnam proficiscantur frequentius? Quali quisque sit ingenio? quibus rebus ut plurimùm delectetur? An curam aliquam suscipiat Reipublicæ? An amore & studio aliquo teneatur Religionis? An potius vino, veneri & venatui indulgeat? An quos habeat in aula Catholicos? Quinam sint populares rumores de suis Principibus? Num Ecclesiæ adversariorum ferveant? Num Pastores Ecclesiarum sint viri docti & diligentes, an verò somnolenti & illiterati? Num Theologica facultas in vicina Academia Hæreticorum floreat? Num crebiores habeant Theologi disputationes? & contra quos maximè? quos libros & de qua materia in lucem ediderint nuperrimè? Ad hæc & alia si respondeat Regens & Reliqui Patres appositè: mirificè prædicat industriam & vigilantiam. Sin minùs, eosque adeò rerum istarum nescios deprehendit, acerbè vituperat. Quid agitis, inquit, vos solemni & desides? Cur perditum itis Romanam Ecclesiam? Quommodo summo Pontifici hanc inertiam vestram probabitis? Cur non insinuatis vos agendis rebus? Cur metuis? cur non intrepidè rem aggredimini? Dudum hæc gesta, dudum perfecta opportuit? Videte diligentiam Hæreticorum incredibilem? Et vos stertitis? His & similibus verbis ipsos increpat & exacuit? Tandem quærit de discipulis, convictoribus, Novitijs & reliquis: Quot eorum sint numero, quantus cujusque profectus? ad quod quisque studium inclinet? num quis inter eos spinosior & scrupulosior! Talem enim à Theologico studio prorsus removendum existimant, nisi scholasticis disputationibus probè exercitatum, & opinione Religionis imbutum. Quærit præterea, num quem habeant in grege, qui pro amplificanda Romana Ecclesia, laudabili aliquo facinore se obstringere & vitam denique profundere non dubitet, si quidem necessitas aliquando flagitare videatur.

Ad extremum omnia isthæc consignata Generali transmittit Romam per quem immediatè significantur Pontifici. Atque sic per totum Christianum orbem nihil geritur aut consultatur, quod non per hos Imperij proditores Papæ innotescat. Per Provincialem etiam Iesuitæ ab uno Collegio in aliud transferuntur, idque ferè triennio quolibet.

Addam postremo corollarij loco miras Iesuitarum technas, quas nuper admodum communi consilio fabricatas, ad subvertendum Ecclesiæ & Reipublicæ statum in Imperio Romano in effectum traducere conati sunt, & conantur etiam num hodie. Etenim hic eorum finis unicus, quo pacto commissis inter se Imperij Principibus, & sublatis è præcipuis Ecclesiæ doctoribus, Hispanicam Tyrannidem, & Primatum Pontificis in Germaniam subinferant. De qua reipsum Provincialem Del Rie verba facientem commemini. Consilia & machinæ ferè sunt ejusmodi, ut sequitur.

Principio videndum & elaborandum, quomodo Potentissimi Imperij Principes à se invicem abalienentur. Hic finis est. Medium, ut abalienentur est ipsa Religionis inter ipsos diversitas. Cæsar ita declaret, Religionis libertatem locum non habere, nisi prius ablata restituantur, post Patavienſem transactionem. Hoc illi certò renuent & excutient. Mittat ergo Principes, & idem flagitet à civitatibus Imperij: illæ aut obedient aut non obedient: Si prius, salva res est: si posterius, proscribat eas & vicinis Principibus, & semper uni Calviano, alteri Lutherano diripiendas tradat. Non enim putârunt Pontificij, tam prudentes fore Principes Protestantes in causa TonnaVVerdensi, quin se vel ad minimum Palatinus aut VVirtenbergicus oppositurus esset Bavaro. Quo facto proscripti fuissent & ipsi & omnis conscissa pacificandi ratio, non modò ex Pontificijs, sed etiam Calvinianis. Quia verò considerantius egerunt, quàm existimatum fuit; Ad has se converterunt fraudes Iesuitæ; Nam proscriptis una atque altera civitatibus Imperij, nullus sibi temperaturus est Principum, quin malit sibi potiùs, quàm alteri æmulo ex communi præda consultum. Hoc in genere. In specie autem adnittendum esse, ut commissis inter se Saxonicis Principibus, potentia eorum frangatur. Id autem fieri posse commodissimè.

Primò,

Primò, Si primatus Magdeburgicus, qui nunc vacat, Electori Colonienſi Bavaro decernatur adminiſtrandus, id neque Brandeburgicus, neque Saxo facilè conceſſerint.

Secundò, Id ſi non ſuccedat pro votis, aliquid cauſæ obtendendum, quare videatur, aut videri ſaltem debeat ab Electorali dignitate removendus Saxo. Si enim Imperij proceres Wenceſlaum à Cæſareo culmine dejecerunt, quia ipſis videbatur ignavior: habere etiam poſſe Cæſarem juſtam cauſam, quare Saxonem iſtum, quotidie ebrium ab electorali dignitate removeat. Tradat igitur & reſtituat hanc dignitatem famtliæ Wimarienſi: & quia Principes illi adhuc minorennes, adminiſtrationem Electuræ committat Henrtco Brunſvicenſi Principi literato & vigilanti. Hæc res ſine dubio incredibiles excitabit turbas per totam Saxoniam: Ita mùtuis ſe conficient & atterent viribus, ut communi mox ſuperventuro hoſti reſiſtere nequeant. Brandenburgicum & Pomeranos quod attinet, dandam operam, ut Affinis Cæſaris Rex Poloniæ cum patruo ſuo Rege Sueciæ Carolo, ſic paciſcatur, ut Prußiam communi tectioni ſubjiciant, & in capita dividant. Contra quod ſe Brandeburgicus totis viribus opponet. Haßiæ verò Landgravium adjungendum, ut cum patruo Ludovico dividat æquabiliter Hæreditatem, & Hersfeldenſem adminiſtrationem reſignet Epiſcopo Herbipolenſi. Sin minus, ut proſcribatur, & Ludovico ditiones ejus aßignentur. Wirtenbergicum porrò ducem & Electorem Palatinum, facilè committi poſſe inter ſeſe, ſi ad reſtitutionem Cœnobiorum aliquot Dux adigatur, & ſi nolit proſcribatur, aßignatis Electori vicinis aliquot Monaſteriis, & inter ea, comprimis uno, quod pridem deſiderâſſe dicitur.

Hæc ſunt funeſta conſilia Ieſuitarum, quæ ex ore ipſorum audivi, ſummo cum ſtupore & admiratione. Suntque quàm plurima alia quæ non omnia mihi occurrunt: & in hunc finem ſpectat pax Belgica & Turcica. Sed DEVM credo ſic rem direxiſſe in Eccleſiæ ſalutem, ut quas illi inimicitias inter Germaniæ proceres ſerere nituntur, eas jam conſpiciant, flagrare inter Cæſarem & fratrem ejus Matthiam, Pontifici addictiſſimos & chariſſimos filios.

Quin & hoc deliberatum & conſultatum eſt à Ieſuitis, ut emiſſis aliquot audaciſſimis ſicariis, præcipuè Evangelicæ & Calvinianæ Eccleſiæ Doctores, veneno tollant, tanta intoxicandi peritiâ inſtructis, ut patinas, ſaliva, malluvia, Lebetes, & quæ reliqua ad uſum quotidianum deſtinata ſunt, ſic inficere valeant, ut licet decies extergantur, tamen atrociſſimi & præſentiſſimi veneni vim retineant. Quapropter pios & ſinceros Eccleſiæ Antiſtites hortor, ut in poſterum ſibi caveri velint, nec cuiquam facilè fidem adjungant, niſi prius probè exploraverint.

Hæc in mentem mihi nunquam venire potuiſſent, nunquam etiam veniſſent, niſi à primariis Ieſuiticæ colluviei ſociis hæc ſingula, & multò alia plura accepiſſem, quæ in Patriæ & Eccleſiæ ſalutem, in apricum producere debui, nunc quidem ſolùm delineando, at ſuo tempore, Deo volente, omnibus coloribus & circumſtantiis, loci, temporis & perſonarum exprimendo.

FINIS LIBRI TERTII.

DE DOCTRINA IESVITARVM.

LIBER QVARTVS.

In hoc Libro eam tantùm DOCTRINAM IESVITARVM referam, quam ipsi & alii Pontificii parricidia Regum ac Principum: item, proditiones, seditiones, perjuria, Ligas & conjurationes Subditorum adversus Reges, alioſque legitimos & à Deo ordinatos Magistratus, Amphibologias quoque seu Æquivocationes, ac similia multa approbant, & horum scelerum patrocinium suscipiunt.

CAPVT PRIMVM.

De Parricidiis *&* Abdicationibus Regum *ac* Principum, *&c.*

I.

PRIMO, *docent, pro invalidis & planè nullis habere Imperatorum, Regum, Principum, aliorumque Ordinum Constitutiones, pacta, conventa, capitulationes, fraternitates, concessiones, quibus alia Religio, quàm moderna Romano-Catholica indulgetur: Etiamsi juramento confirmata, non autem à Romano Pontifice approbata sint:*

In Tracta. Tom. XI. part. 2. pag 181. Iacobus Simancha Episcopus Pacensis de Cathol. Institut. cap. 46. Vbi postquam num. 26, dixit, *Se Lutheranorum nomine etiam Sacramentarios intelligere*, post alia numero 25. docet; *Ad hæreticorum istorum (* Lutheranorum *) pœnam & odium etiam pertinere, Quòd fides illis data servanda non sit (* vt in Concilio Constantiensi factum) *non obstante juramento.* Item. *Cum hæreticis nullum commercium, nec pacem ullam esse posse; ideoque fidem illis datam, etiam juramento firmatam, nullo modo servandam esse. Sæpè* (addit) *id à nobis dictum, necesse est tamen incessabiliter iterari, & tamdiu non tacere, quamdiu pacis illud nomen obtenditur.*

Cunradus Brunus qui etiam ex Schola Iesuitica emersit, de Hæreticis lib. 3. cap. 15. ponit quæstionem de tali pace Religionis, qualis est in Imperio ex conventionibus Anni 1552. & 1555. An rata sint & valeant pacta, conventiones, leges & rescripta, quibus hæretici pacem & securitatem impetrant, ut qui eos offenderit, fractæ pacis teneatur? Item, Quibus permittitur, ut Ecclesias, Episcopos, Sacerdotes & Clericos habeant, Ecclesias reformare, Ecclesiarum bona possidere, administrare & dispensare possint, utque Ecclesiastica jurisdictio contra ipsos suspendatur? Et respondet, *non valere; cum hæreticis Catholico nullam pacem esse posse. Et esse conditionem iniquã & blasphemam, quâ hæreticis permittitur, vt Dogmata sua doceant.* Et in fine ejus d. capit. *Hodie nulla pax rata esse potest, quæ cum hæreticis eâ lege contrahitur, ut offendi non possint: Horrendam & abominandam esse pacem eâ conditione initam,*

Tracta. Tom. XI. pag. 315.

initam, ut qui eos offenderint, fractæ pacis condemnentur. Econtra omnia divina & humana jura illos exstinctos velle.

Petrus Ribadeneira Iesuita de Principe libro primo postquam capite 16. pagina 104. editionis Moguntinæ de Anno 1603. Protestantes Principes injuriosé rebelles & summè impios appellavit (ut & socius illius Iacobus Sylvanus aliàs Iacobus Keller Iesuita Ratisbonensis in nuper edita Philippica eosdem Principes Perduellium appellatione diffamare non erubuit) subjicit capite 17. & 18. *Pacem hanc Religionis, quam Politici nostri invexerant, quamque Germani Lutheranæ factionis assecłæ sunt amplexati, & in Belgio nonnulli sibi concedi postulant, non indulgendam neque ferendam.* Idem asserit etiam Andræas Erstenberger sive Franciscus Buchardus in Anatomia (laudata à Iesuita Ribadeneira) part. 3. cap. 13. pag. 306.

Martinus Becanus Iesuita Moguntinus in disputa. de Fide hæreticis servanda, nuper Anno 1670. Moguntiæ impressa cap. 10. pag. 88. & seqq. asserit, *Libertatem sive pactionem illam Religionis, quâ liberum permittitur, esse Catholicum, vel Lutheranum, vel Calvinistam, omninò esse illicitam, & divino præcepto repugnantem, nec aliter quàm aliquo tempore, majoris damni vitandi causâ, tolerari posse. Imò hæc libertas potius* (ait pagina 94.) *à Catholicis omnibus modis, quantum commodè fieri potest, impediri & profligari debet. Nullus sit istis ministeriorum locus: Sciant omnes, etiamsi quid speciali rescripto vel pacto ab hujusmodi hominum genere impetratum sit, non valere.*

Sic Iulianus Cardinalis S. Angeli Ladislao Regi Hungariæ & Poloniæ post pacis conventionem cum Amurathe initam, & juramento ad hostiam sacramentalem firmatam, persuasit fidei datæ violationem: *Inania*, inquit Iulianus, *fidei ac fœderis nomina, & verba quædam inconsulta, per spem, metumque mutuo jactata esse, quæ fœderis nomen sanctitatemque non obtineant. Iuramentum interpositum, ceremoniam tantùm temerè jactatam fuisse. Eorundem Principum aliorum consensu bellum intermitti oportuisse, quorum ope, auspicijsque geri susceptum oportuit. Et nedum fœdus cum hujusmodi hominum genere inire licuisse, sed & initum non tenere in jussu Pontificis maximi.* Ac postquam de potestate Pontificis multa præmisisset, tandem subjecit; *Pontificis maximi auctoritate se id fœdus, qualecunque esset, rescindere & abrogare, Regemque & cæteros, quorum intercesserat, à juramento & responsione quam Turcis fecerant, absolvere.* Philippus Callimachus Florentinus (qui Romano-Catholicæ Religionis fuit) historiarum de rebus gestis Ladislai Regis Vngariæ, libro tertio. Et Æneas Sylvius (qui idem post Papa Pius II.) Epistolâ 81. Et notandum, Quòd licet Iesuita Petrus Ribadeneira, De Principe libro secundo capite vigesimo decimo, hanc perfidiam improbet, & causam maximæ cladis fuisse fateatur, illum tamen suppressisse, quòd Cardinalis Iulianus auctor illius perfidiæ & perjurii fuit. Alter verò Iesuita Martinus Becanus in Disputatione de Fide Hæreticis servanda capite septimo pagina sexagesima sexta falsò allegat, *A nonnullis Principibus Christianis Ladislaum ad violandam fidem & bellum redintegrandum, sollicitatum fuisse.*

Sic Iohannem Strigoniensem Archiepiscopum, & Iohannem Episcopum Quinque Eccles. Erga Matthiam Regem suum ingratissimos Friderico III. Imperatori, authores consilii de violanda fide & jurejurando fuisse, tradit Ranzanus in Epitome rerum Hung. Ideoque Matthiam instructo exercitu Germaniæ fines ingressum, quicquid locorum occurrit, diripuisse, vastâsse, incendisse; Austriam denique, Striam, Charinthiam occupâsse.

At non tantùm illis, quos hæreticos fingit Pontifex Roman. fidem ipsemet non servat, docetque non servandam, sed & domesticis fidei suæ. Ne longè exempla petantur: Exstant inter acta & recessus Imperii duo Maximiliani I. programmata, quibus conqueritur, *Iulium II: Pontificem Roman. cum ipso Imperatore, nec non Regibus Galliarum & Arragoniæ de conjungendis armis contra Venetos pactum fuisse, & ne cuiquam cum Venetis absq; communi consensu pacem inire liceret, donec sua prorsus recepissent. Sed Pontificem fidem violâsse, cum Venetis ad partem transegisse. Et hanc violationem insignem perfidiam & dolum vocat.*

Rectè itaque Senator Venetus Dominicus Trevisanus cùm Leo X. à pactione Cameracensi resiliret, & Venetis pactionem offerret, in Senatu dixit, ut est apud Guicciardinum lib. 8. histor. Ital. pag. 264. *Si in hoc Pontifice Sacerdotalis fides non constantior, quàm ferè semper in alijs fuerat, existeret; se minimè cernere, quæ cautio haberi posset, Pontificem Arimio & Faventiâ adeptis, non etiam Cerviam & Ravennam repetiturum esse, ni datæ fidei majorem rationem haberet, quàm Pontificum mos esset; Qui ut hunc morem suum tueantur, legibus sanxerunt, Ecclesiam suorum Antistitum promissis & contractibus contravenire posse.*

Anno 1527. edita est Moguntiæ cum

privilegio Cæſ. pactio Caroli V. Imperatoris cum Clemente VII. contra Franciſcum Regem Galliæ inita, cum Reſponſo ſive Querela ejuſdem Imperatoris; *Quòd Clemens Papa fidem non ſervâſſet, ſed ejus violationem prætextu ad pietatem compoſito tegere conatus fuiſſet.* Ideoque Carolum Imp. dixiſſe, *vocem eſſe Iacobi, manus autem Eſau.* Et addidiſſe; *Toties ſibi violatam fidem ruptaque fœdera.* Item? *Contra jus & æquitatem datam fidem, præſtitumque iuramentum violatum eſſe. Cum hujuſmodi hominibus deinde tutè contrahi non poſſe.*

Hoſius Cardinalis Epiſtola 193. 202. 220. Henricum Poloniæ Regem hortatur, eum nullo modo debere fidem datam Evangelicis Polonis ſervare. Nunquam ait, *patiaris ullâ te ratione ad ea, quæ promiſiſti, ſervanda teneri: quia Iuramentum non debet eſſe vinculum iniquitatis.* Et hanc admonitionem poſtea ad Regem Poloniæ Stephanum Antonius Poſſevinus Ieſuita repetiit.

Sententia ergo Ieſuitarum aliorumque Papiſtarum hæc eſt, Hujuſmodi pacificationes ex ipſorum parte non eſſe obligatorias, niſi cum authoritate & conſenſu Pontificis Rom. initæ ſint, ſed nullas & irritas eſſe. Sed etſi validæ eſſent, tamen ad Papæ nutum reſcindi ac caſſari, & juramentum interpoſitum, Pontificiis relaxari, imò & poſt perjurium admiſſum abſolutionem facilè impetrari poſſe.

In eandem ſententiam docent porrò ex priore axiomate, *Pacem Religionis inter ordines Germanici Imperij conventam, uti per vim extortam, non eſſe obligatoriam, Imò & ad tempus tantùm conceſſam, dilationem, moratorium & tolerantiam fuiſſe.* Nempe uſque ad Concilii Tridentini publicationem, quæ Anno 1564. ſecuta eſt.

Iohannes Paulus Windeck in deliberat. de hæreſibus exſtirpandis, impreſſa Coloniæ cum gratia & privilegio Cæſ. Majeſtatis A. 3. in reſponſ. ad 4. object. pagin. 324. *Quòd hâc pacis formulâ Cæſar Proteſtantibus cavit, ſummâ neceßitate adactus fecit: nam irruente tum in Auſtriam Turcâ, neceſſe erat, omnes undecunque vires contrahere.*

Ibidem Windeck, *Conſtat ex eo edicto, Cæſarem pacem Proteſtantibus tantùm ad uſque Concilij tempus, quod diſſidium hoc ſanari poſſet, conceßiſſe. Idem pagina 326. ubi ſubjicit. Proteſtantibus tantum moratorium, dilationem, & tolerantiam conceßiſſe uſque ad judicium Concilij Tridentini. Quamobrem mirari animum ſubit vecordiam ſectariorum, qui pro Religione tuenda toties Comitiorum decreta contra nos ſtultiſſimè detonare & deblaterare ſolent.*

Idem Windeck pagina 414. *Quòd nonnunquam Catholici cum ſectariis tranſegerunt, eo fine fecerunt, ut interea reliquis negotiis expediti, poſtea unum hoc bellum contra Sectarios adminiſtrarent, omnemque ejus molem in ipſos converterent.* Idem docet etiam Andreas Erſtenberg aliàs Fr. Burckhardus de Anatomia libro 3. cap. 13. pag. 305. & ſeq. Et Auffwecker der Geiſtlichen cap. 3. fol. 66. & 70.

Melchior Cleſelius quoque quondam Archiepiſcopus Viennenſis, ejuſdem farinæ cenſuram conſcripſit anno 1606. ad Matthiam tunc Archiducem Auſtriæ directam.

Et poſſevinus aliiſque Ieſuitæ Henrico Gallo & Stephano Bathorio Poloniæ Regibus authores fuerunt, ut de hæreticis (Evangelicis) extirpandis ſeriò cogitarent. Nullo enim modo fidem, Evangelicis Polonis datam, ſervandam eſſe: quia juramentum non debeat eſſe vinculum iniquitatis.

II.

SECVNDO, docent etiam, *hoc tempore adlaborandum Pontificijs ubique, ut omnes hæreticos, inprimis Lutheranos & Calvinianos, illorumque fautores, politicos illos Catholicos, qui potius pacem ſervare, quàm auxilia ad hæreticorum oppreſſionem conferre malunt, igne, ferro, veneno, pulvere tormentario, bellis & aliis machinationibus opprimant. Niſi fortè majus incommodum Pontificij metuant, ſi id jam tentent, tunc enim tempori ſerviendum: alijs contrà ſentientibus, non amplius temporiſandum.*

Paulus Chirlandus de hæret. quæſt. 3. nu. 2. Simancha Inſtit. Catho. cap. 46. num. 45. & ſeq. Actio Henrici Garneti Ieſuitę, per totum.

Ieſuita Creſvvel ſub nomine Andreæ Philopatris contra edictum Reginæ Angliæ ſect. 2. num. 157. Vbi tradit. *Principem, qui à Catholica Religione deflexit, excidere ſtatim omni poteſtate, argumento ejus quod Paulus 1. Cor. 7. dicit; Si infidelis diſcedit, diſcedat; in hujuſmodi enim caſu non ligatur frater aut ſoror.* Idem paulò poſt numero 160. *Emnium Catholicorum ſententiam eſſe, obligatos eſſe ſubditos ad Principes hæreticos depellendos, qui fidei Catholicæ injurioſi ſunt, ſi modo vires ad hoc habeant idoneas.* Et ibidem num. 162. *Subditi hujuſmodi Principes ſuos non tan-*

tantùm legitimè possunt deturbare, sed etiam ab hoc præcepto divino, & conscientiæ vinculo arctissimo, ac extremo animarum suarum periculo tenentur. Idem in prædicto Resp. pag. 109. *Si Imperator vel Rex hæreticum favore prosequatur, ipso facto Regnum amittet.*

Cardinalis Reginaldus Polus in Orat. ad Carolum V. Imperat. *Relicto bello Turcico, contra hæreticos bellum movendum. His enim compositis* (ait) *minori negotio reliqua aggredi ac perficere poteris. A Turca minus periculi imminet.*

Cunradus Brunus de Hæret. libro 3. cap. ult.

Bulla Papalis, quam vocant *Cœnæ Domini*, sic habet: *Excommunicamus & anathematizamus ex parte Dei & nostra quoscunque Lutheranos & ipsorum receptatores aut fautores, & generaliter quoslibet illorum defensores.*

Stapletonus in Oratione contra Politicos Duaci habitâ, quæ primum in inferiori Germania typis vulgata est, *tales Politicos Hæreticis & Turcis deteriores esse dicit, Quia armis & bellis Catholicismum propagare recusant. Eos etiam ut novos Diagoras & Protagoras ex omnibus civitatibus pelli debere, ut veteres illos expulerunt Athenienses, propositâ etiam mercede ei, qui illos interficeret.* In edit. Bavarica quę nuper Monachio prodiit, hæc inveniuntur pag. 15. & 24.

Baronius Cardinalis in Epistola contra Venetos; *Duplex est*, ait, *Beate Pater ministerium Petri, Pascere & occidere, juxta illud, Pasce oves meas, & juxta illud, Occide & manduca. Quando enim Pontifici negotium est cum refractarijs & adversantibus* [*Quales sunt Veneti*] *tum jubetur Petrus eos mactare & occidere, atque in viscera sua recondere.* Idem in sua Parænesi ad Venetos pag. 9. *Restat pater* [Papa] *ut exeratis in maleficos gladium Petri, quem ad hoc constituit super Regna & gentes Christus.*

Rosephus Ste Vánus Valentinus Doctor Theologus, in libro de osculatione pedum Romani Pontificis, ad Gregorium XIII. edito Coloniæ, Anno 1580. capite 4. pag. 33. *Oportet*, ait *Paulus 1. Corinth. 15. Christum regnare, donec ponat inimicos sub pedibus eius, &c. Cùm hic locus Pauli Ecclesiæ potestatem exprimat, meritò reluctantes & contumaces hostes pedibus trahet, comminuet, proteret, atque sua potestate subditas nationes coercebit, donec veneraturi, pro eius dominatione & dignitate, manus protendant, & vestigiis oscula iaciant. Quos omnes suâ auctoritate confringit & conterit Ecclesia: quia primo prædicatori dictum est: Occide & manduca. Tunc mactat Petrus, cùm impiorum reprimit conatus, & colla furore turgentia pedibus contundit & comprimit.*

Sic etiam Cardinalis maximus Polus Iesuitarum fautor, rubâ seditionis classicum canens, ad arma Carolum V. vocat, hanc luem ab Ecclesia Christi avertat, malumque domesticum congruâ severitate rescindat, ne universum Christianæ Reipub. corpus ad extremum inficiatur. Gladium enim justitiæ divinitus illi, ad Ecclesiæ defensionem & vindictam malefactorum traditum esse. *Accingatur itaque*, subjungit, *gladio suo super femur, potentissimus Imperator hæreticos & Christiani nominis hostes perniciosissimos sub iugum mittat.* Et utilem hanc fore sanguinis profusionem profitetur: *Quid enim* ait, *pestiferum membrum in corpore? Quid homo desperatus in Republica? Quid ursus in vinea? quid lupus in ovili? quid proditor in castris? quid seditiosus in civitate?* &c. Item, *Quid paras? quid cogitas? Annon, unde maius periculum Reipubl. nostræ imminet, & tibi præsens iam malum, & novus hostis multò periculosior & infestior, quàm prior Turca, iam urget: eo potius cursum & arma te convertere oportet? Horum semen, seu Evangelium Turcico deterius est*, &c. Ad eundem ferè modum Antonius Possevinus scribit, in libello cui titulum fecit in Italica lingua Li Soldato Christiano: cùm Papa Pius V. Corolo 9. Gallorum Regi milites mitteret. Sic enim inter cætera: *Nisi*, inquit, *milites omnes Christianos seu Protestantes occidant, eos patriam, uxores, liberos, omnem substantiam, atque adeo etiam fidem & salutem amissuros:* & vocat illos: qui verbum Dei tuentur, *sceleratos ministros*, qui nihil aliud quærant, quàm corporis & animæ proditionem.

Hasenmullerus pag. 126. testatur, se audivisse Landspergæ Georgium Baderum, Iesuitarum per Bavariam Provincialem, & Iacobum Crusium, Novitiorum Iesuiticorum Rectorem, aliósque sæpe dicentes: *Nulla nobis pax, nulla tuta rerum possessio erit in Germania: quandiu non curaverimus Augustanam Confessionem deleri & Protestantes eius defensores trucidari & comburi. Illud enim hominum genus non aliâ ratione, quàm ignis ardore emolliri & dissolvi potest.* Quibus subjunxit Pater Petrus Italus rerum Spiritualium Magister: *Vtinam*, inquit, *is nostris etiam esset animus & spiritus, qualem habuêre ii, qui Evangelicos Galliâ expulerunt. Nisi consimilis in Germanos instituatur laniena, nostra Societas inter ipsos tuta esse non poterit.* Pater verò Iacobus Lutzius Landspergæ concionator addebat: *Quid est, quod nostri, Augustæ, tantâ severitate, iussu Pontificis Romani, novum Calendarium urgent, Si potius curarent, milites conscribi,*

Confessionistas trucidari, Lutherana prædicabilia Vrbe ejci, Textorum domos & bona confiscari, tunc & Calendarium tutò recipi, & nostri ibi quietè vivere possent. Pertinaces enim Lutherani, nonnisi morte emendantur. Hæc & similia inter se agitabant Iesuitæ.

Cùm etiam ad Iesuitas Landspergenses per Noribergensem quendam hypocritam scriberetur, Illustrissimam Principem ac Dominam, D. Vrsulam Dorotheam, *&c.* Illustriss. Principis ac Domini, Domini Ludovici, Ducis Wirtembergici, conjugem pientissimam defunctam esse: & spem etiam esse, ipsum quoque Principem ob nimium dolorem & luctum, quem ex conjungis carissimæ morte conceperit, mox eam subsecuturum, Christophorus Zieglerus Sturgardianus, ingratus erga patriam cuculus, dicebat: *Si hoc fieret, omnia nostra consilia & omnes vires conjungere vellemus, ut ditione istâ, Dux Ferdinandus Oenipontanus potiretur. Quia autem id sine gladio & sanguine fieri non potest, suasor essem, ut Clerici & Devoti, omnes Monachi & Canonici, & quicunque per vires possent, concurrerent, & uno impetu Vuirtebergam invaderent, resistentes contrucidarent, & sic illorum Templa & Scholas nostri inhabitarent. Scio*, inquit, *aliâ ratione ipsos vinci, & ad obedientiam redigi non posse. Nam* Wirtebergenses *in sua Religione sunt rigidiores & pertinaciores, quàm ut promissis, vel minis, vel muneribus, vel scriptis, vel consilijs ad Romanæ Ecclesiæ subjectionem & obsequium pertrahi possint.* Iacobus Crusius quoque Rector Landspergensis, pro publica concione aliquoties dixit, Hasenmullero teste. *Non potissimùm ob hunc finem in Germaniam missi sumus, ut Doctores, Concionatores & Præceptores in scholis & Templis agamus; sed ut operam demus, ne Lutherani seu Evangelici protestantes majora incrementa sumant. Si id nostrates ab ortu Lutheri fecissent, jam Ecclesia Rom. in pace viveret. Verùm causâ nondum cecidimus; conjũgamus mutuas operas, vires & arma, tunc facilè poterimus illos exstirpare. Ad hunc finem nisi omnia nostra consilia & actiones direxerimus, periculum est, ne nobis idem quod intendimus, faciant, & in foveam, quam paramus hæreticis, ipsi nostrâ negligentiâ incidamus.*

Franciscus Veronus Constantinus Iesuita Gallus, in Apologia sua Gallica, pro Iohanne Castello Parisiensi, Henrici IV. Galliarum & Navarræ Regis parricida, contra Arrestum Parlamenti Parisiensis adversus eundem pronunciatum 29. Decemb. 1594. impressa Anno 1595. in quintæ partis cap. 13. cum variis multisque locis per totam Apologiam, & verbis expressimis ostendere adnixus esset, Hæresin omni infidelitate deteriorem esse, tandem ad arma conclamat, ad Regem Henricum, tanquam hæreticum & hæreticorum fautorem, Hispano cunctarum gentium pio parente agmen ducente, communibus armis delendum. Verba ejus fideliter ex Gallico Latina facta, sic habent: *In eam*, inquit, *rem arma sunt justa, imò justiora, quàm contra omnes alios infideles.* (Loquitur de hæreticorum extirpatione) *sicuti hæresis etiam pejor est, omni infidelitate secundum verbum Dei, qui permittens populo suo inire pacem & fœdus cum civitatibus Gentilium, longè ab illo dissitis, sed minimè cum propinquioribus: quas Deus citra illius exceptionem funditus extirpatas volebat, docet nos hanc Theologiam; cum infidelis, qui est propinquus, nihil aliud sit, quàm, qui sub nomine Christiani seminat suas impietates & blasphemias, sicuti facit omnis hæreticus* (nominatim autem Iesuitæ) *sed si justum bellum contra hæreticos, quanto justius contra caput hæreticorum?* (de Henrico IV. Galliarum Rege agit) inquit, *justum est ad extirpandos Reges hæreticos, ex omnibus Regnis Christianis, quãto*, inquit, *justius ex regno Christianissimo?* Hucusque Veronus.

Ribadeneira libro 1. cap. 18. *in Principe suo* scribit etiam, *Concilij Toletani decretum esse, Bellum gerendum adversus Hæreticos: idque etiam Principibus & Magistratibus Catholico Romanis præceptum, illosque ad hoc jurejurando adstringendos esse*, Et eodem lib. cap. 24. dicit, *Explicari facilè non posse, quanto odio Catholici in hæreticos ferri debeant.*

Iohan. Paulus Windeck de exstirpandis hæres. Antidoto 10. pag. 404. & Antidoto 11. p. 480. scribit, *Lutheranos bellis persequendos, & non solùm armis terrendos, sed etiã delendos, excindendos, tollendos, extirpandos: Nec curandum si Catholici numero pauciores, cùm multò pluribus hæreticis confligere debeant.* Et exemplis ostendere conatur, *parvam Papistarum manum, contra numerosissimum hæreticorum exercitum sæpè victricem exstitisse.* Idem Windek ibid. p. 412. & seqq. *Ad Sectarios profligandos Catholicorum Princip. Liga & consociatio requiritur:* & Iesuita Cresvvel p. 161. dicit, Ligam esse necessariam, & ex obligatione; Windeck pag. 244. *Fœdus sive unionem in Gallia initam, & Anno* 1587. *publicatam, quam Sacram Ligam vocant, salutare consilium*) *II. Dein'* (pergit Windeck) *nec negligenda est occasio, Quando videlicet Protestantes pecunijs exhausti sunt. Vtque facilius Catholici Sectarios opprimere possint, varijs obductis causis & artibus alios ab aliis ut divellant, occasiones captandæ; Idque à Carolo V. Imperat.*

Imperat. observatum magno suo emolumento. Sed & externa auxilia Catholici sibi adjungant ad subjugandos Sectarios. Econtra ne hi exterorum suppetias sibi adsciscant, cavebunt.

Ex eadem hac Iesuitarum doctrina, & spectoris Pontificii scrinio manavit proditoria illa & immanis laniena Parisiensis contra pacificationem fide Regis firmatam in qua supra 30000. innocentium hominum omnis ordinis, Sexûs, ætatis, inter paucos dies in domiciliis suis, vel ab iisdē extracti fœdissimè trucidati sunt: Quo spectaculo tum tempore Iesuitæ oculos & animos suos recreârunt; Idque Papa Rom. in suo palatio, ut & suósmet, & Cardinalium oculos pasceret depingendum curruit. Iacobus August. Thuanus Præses Regius Historiarum sui temporis in historia Anni 1572.

Hinc etiam manârunt conspiratio Guisianorum & sociorum anno 1567. in Gallia publicata, & quæ eam secuta sunt bella, & Regum ac Principum parricidia, ac à Iesuitis tum temporis magno zelo repetitus hæreticus Iohan. Parvi Parisiensis, damnatus jamdudum in Constantiensi concilio, de necandis & loco movendis Regibus & Principibus, quos Theologi, viri scilicet eruditi & graves, pro Tyrannis habent; de quibus exstant 6. Tomi Memor. Ligæ; Ideoque Iohan. Mariana Iesuita Toletanus De Rege lib. 1. c. 6. id decretum Constantiense non probat; *Quia non inveniat probatum à Martino V. aut Eugenio Pontificibus, & quia tricipiti Pontificum dissidio concilium illud celebratum sit.*

Hinc etiam fluxit consilium illud & conatus invadendi, & subjugum Pontificis ac Hispani mittendi Regnum Angliæ, ad quem perficiendum classis Hispanica anno 1588. jam ferè ad littora & portus Anglicanos pervenerat: quo eventu, notum est, quodque ex 158. navibus optimè instructis vix 40. in Hispaniam redierunt. Et fatetur Iesuita Cresvvel, aliàs Andreas Philopater, in Responso ad edictum Reginæ Angliæ pag. 139. *Dei voluntate adversum illum belli successum evenisse: causas etiam fuisse illius cladis, aëris inclementiam, incogniti maris inexperientiam, fortassis etiam, nonnullorum hominum negligentiam vel insciticm. Et fortè Deum voluisse arborem Angliæ infructuosam adhuc dimittere ad tertium annum Evangelicum, ut videat, num ad frugem meliorem reduci possit, antequam succidatur.*

Et quia ab illo tempore usque ad secundum Regis moderni annum Iesuitæ in Anglia speratos fructus colligere non potuerunt, sed ejusdem Dei Opt. Max. voluntate prohibiti sunt, conspirârunt tandem tres Iesuitæ Henricus Garnetus Provincialis Osvvaldus Tesmond & Ioh. Gerard, cum aliquot Nobilibus suæ factionis hominibus ad perdendum & displodendum uno momento ipsum Regem & omnes Regni ordines in Comitiis Londinensibus suppositа & incensa pulveris tormentarii copia; ut appareret ex Actis publicis Hentici Garnetinuper Londini editis, & ex ipsiúsmet Regis Britâniarum edicto promulgato 15. Ianuar. Anno 1606. in quibus expressum, tres istos Iesuitas auctores & inventores illius proditoriç machinationis: Item prçcipuos practicantes sive machinatores fuisse. Præmonuerunt etiâ jamdudum Iesuitç & publicè contestati sûr, *se ob hujusmodi detectas punitasque proditiones à proposito suo non desituros; velim sciatis* (aiunt Iesuita Campianus & ejus socii in concertatione Ecclesiç Catholicç Anno 1583. Treveris excusa pag. 22.) *quod ad societatem nostram attinet, omnes nos, qui per totum orbem longè latéque diffusi sumus, quorum est continua successio & magnus numerus, Sanctum Fœdus inïsse, nec quandiu vel unus nostrum supererit, studium & consilia nostra de salute vestra (hoc est, & Religionis & Regni vestri eversione) intermissuros. Iampridem inita ratio est, & inchoatum certamen nulla vis, nullus Anglorum impetus superabit.*

Excipiunt tamen quidam Iesuitarum, *si Pontificy metuerent ne conatus ipsorum irritus futurus esset. Hoc enim casu ad tempus aliquid indulgendum, & commodiorem opportunitatem expectandam.*

Memor. Ligæ Tom. 6. pag. 262. & seq. *Iesuitæ habent breve Apostolicum, in quo per dispensationem ipsis permittitur, ut Serviant tempori: Item, dissimulandum, & Regi obediendum ad tempus per dissimulationem.*

Petrus Ribadeneira de Principe libro 1. cap. 26. pag. 178, *Christiana prudentia docet, dissimulatione vtendum, si magna pericula timentur.*

Martinus Becanus Iesuita Magunt. de fide hæret. servan. cap. 10. pag. 89. *Si Luthetana Religio commodè impediri & profligari non potest, nisi cum majori damno Reipub. tunc aliquo tempore tolerari potest.* Et pag. 102. *Magistratus Catholicus omnibus, omnibus modis impedire debet libertatem Religionis Lutheranæ; Si tamen id facere non potest sine graviori incommodo boni publici, potest eam tolerare ad evitandum majus malum.*

Iohannes Paulus Windeck in delib. de hæres. extirpan. pag. 333. *Nihil in Religionis negotijs oportet connivere aut indulgere, nisi vbi libertas publicâ authoritate, & validis viribus nititur.*

Andreas

Andreas Philopater, aliàs Creſvvel Ieſuita Ad edict. Reginæ Angliæ pag. 151. *Si vires Catholici ad hoc habeat idoneas* inquit.

Sic Henricus Garnetus Ieſuita Provincialis Angliæ ſcripto teſtatus, & coram tribunali confeſſus eſt; *Pium V. & Gregorium XIV. monitos, Quòd ipſorum Bullæ contra Reginam Eliſabetham magnas calamitates Pontificijs conflarent, eoſdem hâc indultâ veniâ demulſerunt; Licere omnibus Catholicis externam obedientiam præ ſe ferre ad vexationem redimendam, his tamen cautelis & cancellis circumſcriptam, Primò, Rebus ſic ſtantibus. Secundò, Donec publica Bullæ executio fieri poteſt.* In actis Garneti. pag. 68.

Nonnulli verò Ieſuitarum docent, *Nimis tributum tempori; Nunc itaque omnes Lutheranos & Calvinianos paſſim exterminandos, opprimendos funditus & radicitus delendos, ne ullum ejuſmodi ſemen renaſcatur.*

Creſvvel Ieſuita in eod. lib. de quo ſupra, pagin. 8. *Satis jam ceſſatum eſt ab innocentum defenſione, ad placandum hoſtem, ſi fieri potuiſſet; Satis datum tempori, ſatis, ſatis tributum ſpei. Quid ni obſiſtamus tam ſceleratæ tyrannidi?*

Petrus Ribadeneira De Principe, lib. 1. c. 15. pagin. 90. & ſeqq. ubi politicam prudentiam illam Reginæ Scotiæ & Regum Galliæ ac Conſiliariorum graviter accuſat; *Qui putârunt, ſerviendum tempori, utiliuſque eſſe conniventiâ quadam & lenitate ſervare, quàm ſeverâ animadverſione totum Regnum evertere.* Et pag. 94. addit; *Nullum Regem, nullum Principem eſſe, cui hæc politiæ ratio potior viſa eſt, qui non ſtultitiæ & temeritatis graviſſimas pœnas dederit.*

Sic Ieſuita Ratisbonenſis in publica concione, nuper primâ Dominicâ poſt Adventum in præſentia Commiſſarii Cæſareæ Majeſtatis habita, claſſicum hoc modo cecinit; *Nunc tempus eſſe, hæreticorum iſtorum,* quos prius expreſſerat, *oppreſſionem & deletionem maturare: Catholicis nec nervum pecuniam nec militem, nec conſilia deeſſe.*

Sic & in commonefactione ab Epiſcopis quibuſdam Anno 1603. Ratisbonæ exhibita Matthiæ Archiduci Auſtriæ; *Non amplius temporiſandum, ſed vitam, ſanguinem & omnes fortunas ad hoc exponendas, ut cogantur Imperij Ordines in ipſorum territorijs ſita monaſteria Abbatibus & Monachis reſtituere. Et in hunc finem Catholicorum majorem conjunctionem omninò neceſſariam eſſe; extrema omnia tentanda, animos non deſpondẽdos. Cùm & parvæ Catholicorum manus* (ait Windeck in de lib. de hœre. extit p. Antidoto 11. pag. 410.) *ſæpè ingentes hæreticorum copias trucidaverint & internecione deleverint.*

Ex eodem ſcrinio pectoris nuper ſub dato 22. Octobris Anni 1607. prodiit Epiſtola ſive exhortatio Epiſcopalis ad aliquot Pontificiæ Religionis Prælatos, quæ ſic habet; *Maximoperè dolendum eſt, quòd inter politicos noſtros reperiantur, qui Cæſareæ Majeſtati, Electoribus & Principibus perſuadere conantur, Ob horum temporum difficultatem aliquid connivendum & temporiſandum eſſe. Id enim dum à politicis iſtis fit, Proteſtantes commoda ſua in Rom. Religionis detrimentum promovent.*

Hæc quæ hucuſque ſub numero primo & ſecundo capitis hujus diximus, quęque in ſequentibus etiam referemus, confirmat apertis verbis Thuanus libro 47. pagin. 877. & ſeq. inquens, *Ratas novorum Theologorum, qui ſe Ieſuitas appellent, eſſe ſententias, pacem cum ſectarijs (Evangelicis) nec fieri debere, nec coire poſſe: fide eis datâ neminem obligari: rem piam ac ſalutarem eſſe, in impuros homines manus violentas injicere: Chriſtianos omnes adverſus peſtem eam armari debere: ac præter Decretum Synodi Conſtantienſis, de fide hæreticis non ſervanda, depromere eos exempla ex ſacris literis deprompta, de iis, qui à Levitis & Moſis mandatu occiſi ſint: de iis præterea, qui vitulum aureum adorârint; ac denique de Iehu, qui re aliâ ſimulatâ ſacerdotes Baali incluſos interfecerit.*

Idem lib. 65. pag. 152. *Cùm,* inquit, *res in Senatu Sebaſtiani Regis Luſitaniæ de bello in Africa contra Mauros gerendo agitaretur, ii qui Ieſuitarum partes fovebant, ut Regem à periculoſo conſilio dimoverent, ſic cenſebant, Principi Chriſtiani nominis propagandi deſiderio flagranti potius adverſus ſectarios (Evangelicos) quàm eos, qui Chriſti nomen omninò neſciant, bellum ſuſcipiendum eſſe: quippe cùm plus periculi ab illis (Evangelicis) quàm ab his impendeat, & quò facilius ſectarium malum inter Chriſtianos ſerpit, eò majoribus odiis verè Chriſtianos ſectario veneno infectos deteſtari, vitare, atque ad internecionem perſequi, quàm infideles Mahometanos, debere.*

Rurſus idem lib. 67. p. 190. ſcribit, *Ieſuitarum ſententiam eſſe, bella, quæ communi conſenſu Chriſtianorum contra Mahometanos gerantur, utilius ad Dei gloriam contrà ſectarios [Evangelicos] qui inter nos ſint, omiſſis Turcis „ verti debere.* Vbi rectè addit Thuanus: *Hoc „ quàm piè, & juxta manſuetudinem Chriſtia- „ nam dicatur, ipſi, qui conſcientias aliorum moderantur, conſcientiam ſuam rogent.* *Arrigite aures Ieſuita.*

III.

TERTIO docent etiam, *Quando ſubditi Romano-Catholici Imperatorem, Regem,*

Regem, sive Principem suum pro Tyranno habendum in Concilijs vel conventibus suis statueruut, tum illum abdicare, & seipsos omni obligationis nexu solvere posse. Si verò Comitia habere prohibeantur, tum cuivis subdito, modò Iesuitarum, aut aliorum huiusmodi Theologorum usus sit consilio, permissum: imò laude dignum & meritorum futurum, huiusmodi Regem vel Principem occidere. Proindeque rectè fecisse Monachum Iacobum Clementem, quòd Henricum III. Regem Galliæ cultro venenato interfecit; Rectè etiam facturum, qui & illius sccceßorem Henricum IV. interimat.

Iohan. Mariana Iesuita Toletan. De Rege lib. 1. c. 6. in Mogunt. edit. p. 57. *A populis sive subditis volentibus, Regem Principatu spoliari posse. Et ab omni memoria in magna laude fuisse, quicunque Tyrannos opprimere aggressi sunt.* Et ostendit rationem abdicandi ejusmodi Principem: *Expedita & maximè tuta via est*, inquit, *si publici Conventus facultas detur, ut communi consensu statuatur, quid fixum ratumque esse debeat; Et si monitis Princeps non obediat, consilia explicanda, arma expediunda, pecunias in belli sumptus subditis imperandas, Principem etiam privata auctoritate ferro perimendum.* Et p. 60. *Si publici Conventus facultas sublata erit, tum etiam qui votis publicis favens Regem sive Principem perimere tentârit, haud quaquam iniquè eum fecisse existimabo. Ac nisi publica vox populi adsit, quæ Regem pro tyranno habeat; adhibendos esse in consilium viros eruditos & graves;* Subjicit Mariana; *Præclarè, præclarè cum rebus humanis ageretur, si multi homines forti pectore invenirentur, pro libertate patriæ vitæ contemptores & salutis: & dolet, quòd plerosque incolumitatis cupiditas retineat, magnis sæpè conatibus adversa.*

Tales etiam libri à Iesuita Guignardo scripti Lutetiæ in Collegio Iesuitarum post tentatum à Castellio parricidium Henrici IV. Regis Galliæ inventi sunt; ut ex actis Parlamenti Parisiensis refertur in Memor. Ligæ Tom. 6. pag. 256. & seq.

Iesuita Cresvvel, aliàs Philopater, adversus edicta Reginę pag. 145. *Potestatem regiam esse juris civilis, Ergò in arbitrio populi esse, Rex quis sit, an non.*

Defensio Iesuitarum in Tom. 6. Memor. Ligæ pag. 281. ubi (ut & à Mariana De Rege pag. 59.) allegatur ad hoc exemplum Aiod. Iudic. 3. Adduntur etiam Pontificii Doctores, Caiet. Dom. Soto. Thom. Aquinas, Sylvester Fumus.

Cardinalis Pelviæ consilium interceptum à Vivonæo Marchione Pisano Regis Call. Legato in Hispania; *Monendos Guisianarum partium Sacerdotes, ut dum peccata confitentes, & ad se accedentes consultores audirent, monerent illos, favendum Lotharingis & Guisianis à Carolo Magno oriundis, à quibus sperandum Romanæ Religionis labescentis restaurationem: Henricum Tertium Regno deÿciendum,* In Vindic. sec. lib. pag. 13.

Totus Iesuitarum liber De abdicatione Henrici III. Regis Galliæ editus, durante adhuc Iesuitarum rebellione anno 1591. Lugduni apud Iohannem Pillehot, S. Ligæ seu Vnionis Gallicanæ Bibliopolam, ex præcepto Superiorum & cum insignibus Iesuitarum, hoc ipsum quoque docet. Accusatur in eo Henricus III. quòd sit impius & impurus Tyrannus, & præclarè actum iri, si is, cum sui similibus Regibus & Principibus, & interficeretur ab uno vel pluribus vasallis aut subditis; non expectatâ speciali aliquâ excommunicatione vel mandato, & qui tale facinus patrent, eo ipso magnam gloriam & vitam ęternam consequuturos, atque etiam Reipubl. commodum & utilitatem promoturos esse. *Non desimus etiam*, inquit, *auxilia & media quærere, quibus Rex Iste, cum omnibus ei adhærentibus, opprimi & interfici posit.* Cúmque editio libri ad finem ferè perducta & simul Rex à Iacobo Clemente interfectus, Henricus Quartus autem in ejus locum Rex creatus esset, in præfatione & fine libelli additum fuit, ut, nullâ parricidii Henrici III. ratione habitâ, hujusmodi libelli, & doctrina hæc in vulgus spargantur, quò sciatur, jurè & meritò Henricum III. abdicatum & interfectum esse; indéque intelligatur, ejus successorem quoque Henricum IV. eodem modo justè abdicari, & opprimi posse: utque ei adhærentes, exemplo Henrici III. moniti, sapere discant, ne in exitium præcipitentur, quod post necem Henrici IV. ipsis paratum sit: tempus enim jam adesse, quo Regnum Galliæ de gente in Gentem (à Gallis ad Hispanos) transferendum sit.)

Idem etiam docet liber sub nomine François de Verone Constantini in lucem editus, hoc titulo, *Apologie pour Iean Chastell. Parisien. & pour les peres de la Societé de Iesus*: id est, *Apologia pro Iohanne Castellio & Iesuitis.* Hunc libellum Iesuitæ post ejectionem suam ex Gallia scripserunt & ediderunt in Belgio: in eo à principio ad finem usque discipuli sui Iohannis Castellii pro-

positum, quo Henricum IV. perimere conatus est, tamquam heroicum & justum, laudant & approbant, ut etiam Henrici III. parricidium, & Castellium merito in numerum Martyrum relatum fuisse affirmant.

Ejusdem argumenti est quoque Iesuitæ Reinaldi liber, de Iusta Reipub. Christianæ in Reges impios & hæreticos authoritate, justissimáque Catholicorum confœderatione, ad repellendum Henricum Navarræum à Regno; editus sub Guilelmi Rossæi nomine.

Post tentatum etiam à Castellio Henrici IV. parricidium, decrevit Parlamentum Parisiense, ut omnia in Collegio Iesuitarum diligenter investigarentur: & cognoverunt inquisitores, Castellii præceptorem Ioannem Gueret Iesuitam, hoc ipsum discipulos suos publicè ac privatim docuisse, ob eámque causam perpetuo exilio mulctatus est. Eadémque pœnâ tum etiam affectus est alius Iesuita Alexander Hajus ob similem culpam. Reperti quoque sunt libri Iesuitæ Guignardi, in quibus parricidium Henrici III. valdè commendat, hortaturque subditos, ne Henricum IV. ferant, sed eodem modo eum interficiant. Docet ibidem, in laniena Parisina anno 1572. peccatum esse à regiis, quódnon unà cum reliquis etiam Henricum Navarræum jugulârint.

IV.

QVARTO docent, *Si subditi Lutheranum sive Calvinianum habeant Regem aut Principem, qui ipsos in hæresin inducere conetur (ut fit in Anglia) tum illos subditos ab omni homagio & obligatione solutos esse: ipsisque liberum ac permissum huiusmodi Regem vel Principem abdicare, exterminare & opprimere*: licet nihil tale in prima Christi Ecclesia factum sit.

Sic in actis Henrici Garneti Iesuitę pag. 68. Anno 26. Regni Elisabethę venit in Angliam Parri à Cardinali de Como persuasus, Reginam, ut ex Ecclesia ejectam, occidere, & hoc jure optimo licere dicebat.

Sic dictus Henric. Garnet, Osvvaldus Tesmond, Iohan. Gerard Iesuitæ, cum aliis complicibus nuper Anno 1605. in Anglia Regem & ordines Regni in Comitiis pulvere tomentario displodere & perdere cõspirârunt: ut ex actis Henrici Garneti Londini à Regio Typographo editis apparet, ubi etiam pag. 66. dicitur: *Hanc proditionem Iesuiticam propriè appellari uti ad Iesuitas ex congruo & condigno spectantem*: Hi enim architecti & machinatores exstiterunt; Et in hujusmodi criminibus plus peccare auctorem, quàm actorem. Idque confirmatur edicto Regis Britanniæ publicato 15. Ian. Anno 3. Regis moderni.

Bellarminus de Rom. Pontifice lib. 5. c. 7. pag. 1073. & Paulus Windeck in Deliber. de Hæres. extirp. Antidoto 10. pag. 407. alias rationes habet, *Tunc*, ait, *multi fideles cum gentibus conversabantur, quibus Ecclesiæ mansuetudinem commendari expediebat; Ideoque Christiani suis infestissimis hostibus parcebant. Altera hujus mansuetudinis causa; Quòd metuebant Christiani Episcopi, ne morte hæreticorum patientia Catholicorum obscuraretur.*

Conradus Brunus de Hæreticis libro 3. cap. ult. num. 13. pag. 309. *Non obstat quòd Christus non coëgit discipulos recedentes, ut redirent*: nam tunc Ecclesia in novello germine pullulante, neque Christus, neque Apostoli omni potestate uti volebant; Quia nondum completa fuerat prophetia; Et adorabunt eum omnes Reges terræ; omnes gentes Psalm. 71. *Iam impleta est illa prophetia: meritò igitur Ecclesia jam plenissima utitur potestate, ut etiam hæreticos redire nolentes & invitos cogat.* Iuxta illud Luc. 14. *Compelle intrare.*

Alanus in Apologia Stanleianæ proditionis, quam etiam publicavit, hoc defendit, *Quandoquidem Elisabetha Angliæ Regina & hæretica excommunicata esset, quòd non modò liceret jam ejus subditis, verùm etiam conscientiæ nexu tenerentur, nudare eam omni quo possent præsidio, & sive exercitus, sive arces & propugnacula ejus obtinerent, Regi Hispano tradere, ut Regina nihil amplius haberet proprium aut suum.*

Gretscherus contra Stenium sic argumentatur: *Omnis ille, qui loquitur quæ Deus non præcedit, jure interficitur. Omnis hæreticus loquitur quæ Deus non præcepit. Ergo.* Vides quid maneat orthodoxos non lóquentes quæ Papa, Papistarum Deus, non præcepit, Vide Stenium in Apologia cõtra Gretscherum Triumphatum pag. 291. 292. Vel si verum Deum intelligat, tum Iesuitę cum suis erunt hæretici & interficiendi, quia loquuntur ac docent, quæ Deus nuquam præcepit.

Franciscus Suarez in Defensione fidei Catholicæ adversus Anglicanæ sectę errores, lib. 6. c. 4. num. 5. pag. 814. & seq. quæstione factâ (Liceátne in defensionem propriæ vitę Principem occidere) sic air, *Si defensio sit propriæ vitæ, quam Rex violenter auferre aggre-*

greditur, tum quidem ordinariè licebit subdito seipsum defendere, etiamsi inde mors Principis sequatur, quia jus tuendæ vitæ est maximum, & tunc Princeps non est in necessitate, quæ obliget subditum ad vitam pro illo perdendam. sed ipse voluntariè & iniquè in illo discrimine se constituit. Deinde pagina centesima quinta numero septimo ostendit, *Tyrannum in titulo, id est, eum, qui vi & injustè Regnum occupavit, posse à privato licitè occidi.* Tum pag. 817. numero decimo citat authores, qui aliter senserunt, & maximè D. Augustinum, qui absolutè dicit. *sine publica administratione non licere aliquem occidere:* & num. seq. adhunc modum respondet. *Ad Augustinum* (inquit) *respondeo, Illum privatum hominem qui hujusmodi Tyrannum occidit non id facere sine publica administratione, quia vel id facit authoritate Reipub. facilè consentientis, vel facit authoritate Dei, qui per naturalē legem dedit unicuique potestatem defendendi se, & Remp. suam à vi quam similis Tyrannus facit.*

Eodem cap. pagina 818. numero decimo tertio, sic concludit, *non per modum vindictæ aut punitionis, sed licere privatæ personæ hunc Tyrannum occidere,* & addit, *In hoc verò est magna differentia inter hunc & Regem pravum: Nam Rex licet tyrannice gubernet, quandiu non movet actuale bellum injustum contra Rempub. sibi subditam, non infert illi actualem vim: & ideò respectu illius non habet locum defensio, neq; ullus subditus potest hoc titulo illum aggredi aut bellum contra ipsum movere. At verò proprius Tyrannus quamdiu Regnum injustè detinet, & per vim dominatur, semper actu infert vim Reipub. & ita ipsa semper gerit cum illo actuale seu virtuale bellum, non vindicativum, ut sic dicam, sed defensivum. Et quandiu contrarium non declarat, semper censetur velle defendi à quolibet suorum civium, imò etiam à quolibet extraneo: Ideoque si aliter defendi non potest, nisi interficiēdo Tyrannum, cuilibet de populo licet ullum interficere. Vnde etiam in rigore verum est id non fieri tunc authoritate privatâ, sed publicâ, vel potius Regni volentis à quolibet Cive tanquam à membro & organo suo defendi, vel Dei authoris naturæ dantis cuicunque homini potestatem defendendi innocentem. Vnde etiam in hoc non est discrimen inter utrumque Tyrannum. Neuter enim potest occidi authoritate privatâ, sed necessaria semper est potestas publica. Differentia verò est, quod hæc potestas censetur commissa cuilibet particulari personæ contra proprium Tyrannum, non verò contra proprium Dominum propter discrimen declaratum.*

Inde Suarez numero decimo quarto, infert, *Regem, postquam legitimè depositus est, pro vero & proprio Tyranno haberi, & consequenter non posse in illo subsistere assertionem, quæ de legitimo Rege loquitur. Imò* (inquit) *si Rex talis post depositionem legitimam in sua pertinacia perseverans Regnum per vim retineat, incipit esse Tyrannus in titulo: quia non est legitimus Rex, nec justo titulo Regnum possidet. Declaratur hoc amplius in Rege hæretico. Nam statim per hæresim ipso facto privatur aliquo modò Dominio, & proprietate sui Regni, quia vel confiscatum manet, vel ad legitimum successorem Catholicum ipso jure transit: & nihilominus non potest statim Regno privari, sed juste illud possidet & administrat donec per sententiam saltem declaratoriam criminis condemnetur: juxta c. cum sec leges de Hær in 6. At verò post sententiam latam omninò privatur Regno, ita ut non possit justo titulo illud possidere. Ergo ex tunc poterit tanquam omninò Tyrannus tractari, & consequenter à quocunque privato poterit occidi.*

A quo autem possit fieri talis sententia, tractat num. 15. pag. 819. & ait, *Potestatem hanc deponendi Regem esse posse vel in ipsa Rep. vel in S. Pontifice diverso tamen modo. Nam in Repub.* (inquit) *solùm per modum defensionis necessariæ ad conservationem suam. Ideoque si Rex legitimus tyrannicè gubernet, & Regno nullum aliud subsit remedium ad se defendendum nisi Regem expellere ac deponere, tum ex vi juris naturalis poterit Respublica tota publico & communi consilio Civitatum & Procerum Regem deponere, tum ex vi juris naturalis, quo licet vim vi repellere, tum quia semper hic cāsus ad propriam Reip. conservationem necessarius intelligitur exceptus in primo illo fœdere quo Respub potestatem suam in Regem trāstulit, &c. At verò* (inquit n. 16.) *in S. Pontifice, est hæc potestas tanquam in superiori habente jurisdictionem ad corripiendum Reges etiam supremos tanquam sibi subditos. Vnde si crimina sint in materia spirituali, ut est crimen hæresis, potest directè illa punire in Rege, etiam usque ad depositionem à Regno, si pertinacia Regis & providentia communis boni Ecclesiæ ita postulent. Si verò vitia sint in materia temporali: quatenus peccata sunt, etiam potest illa corripere per directam potestatem; quatenus verò temporaliter nociva Reipublicæ Christianæ, indirectè saltem poterit ea punire, quatenus tyrannicum regimen temporalis Principis semper etiam est saluti animarum perniciosum.*

Posthæc. pag. 820. nu. 17. & 18. sic ait Suarez: *Vnde in historijs legimus ferè semper Regna in hujusmodi casibus Pontifices consuluisse, vel etiam ab eo petivisse, ut Regem ineptum vel Tyrannum deponeret, ut de Childerico Rege Galliæ tempore Zachariæ Papæ C. alius 15. q. 6.*

Et aliquantò post: *Secundò pendet Regnum Christianum à Pontifice in hoc, ut possit Pontifex non solùm consulere, aut consentire ut Regnum Regem sibi perniciosum deponat, sed etiam*

præcipere & cogere, ut id faciat, quando saluti spirituali Regni, & præsertim ad vitandas hæreses vel schismata, necessarium esse judicaverit: quia tunc maximè habet locum usus potestatis indirectæ circa temporalia propter spiritualem finem: & quia potest per se immediatè Regem deponere in tali casu: Ergo potest cogere Regnum ut id exequatur si necessarium sit: Aliàs esset ejus potestas non solùm inefficax, sed etiam insufficiens, &c.

Hoc ergo supposito fundamento dicendum est [inquit Suarez] *post sententiam condemnatoriam Regis de Regni privatione latam per legitimam potestatem, vel (quod perinde est) post sententiam declaratoriam criminis habentis talem pœnam ipso jure impositam, posse quidem eum, qui sententiam tulit, vel cui ipse commiserit, Regem privare Regno, etiam illum interficiendo, si aliter non potuerit, vel si justa sententia ad hanc etiam pœnam extendatur,* &c. Deinde paulò post addit: *Ita ergo quando Respub. justè potest Regem deponere, rectè faciunt Ministri ejus Regem cogendo vel interficiendo, si sit necesse, quia jam non potestate privatâ, sed publicâ operantur.* Sicque rectè dixit Soto lib. 5. de instit. q. 1. art. 3. *Licet Rex in solo Regimine Tyrannus non possit à quolibet interfici, lata verò sententia quisq; (inquit) potest institui exequutionis Minister. Eodemq; modo, si Papa Regem deponat, ab illis tantùm poterit expelli vel interfici, quibus ipse id commiserit. Quod si nulli executionem imperet, pertinebit ad legitimum in Regno successorem: vel si nullus invectus fuerit, ad Regnum ipsum spectabit.* Quod quidem apertius etiam declarat in pag. seq. nu. 19. ubi ita concludit: *Ideò ut dicebam (inquit) solus legitimus successor ejus si Catholicus sit, habet tunc illam facultatem, vel si ipse negligat, vel nullus sit, communitas Regni in illo jure succedet, dummodo sit Catholica. Ipsa verò petente auxilium ab aliis Principibus illam præstare poterunt, ut per se constat. Si autem Pontifex (quòd sæpius fecisse exemplis ostensum est in lib. 3.) aliis Regibus potestatem tribuat invadendi tale Regnum, tum justè fieri potest, quia neque deest justa causa, nec potestas.*

Ex eod. lib. 6. pag. 834. num. 22. *Si Rex* (inquit) *per justam Papæ sententiam ipso facto sit depositus, eo ipso, qui antea erant illi subditi, desinunt esse subditi. Nam Rex ipse jam non esset Rex, nec superior, ideoq; neque jam possent propriè dici proditiones, si quæ conjurationes contra ipsũ fierent, neque Cives tenerentur saltem titulo fidelitatis aut subjectionis illas revelare.* Et num. seq. addit: *Si post Regem depositum aliqui per privatas insidias, non acceptâ à legitimo judice potestate, illi mortem machinarentur, qui extra confessionem illarum esset conscius, obligari posset ex charitate eas detegere, ut malum proximi impediret, concurrentibus circumstantiis, quæ ad talem obligationem necessariæ esse solent. Quando verò contra personam talis Regis juxta tenorem justæ sententiæ procederetur, non excedendo limites potestatis à legitimo judice concessæ, tunc cessaret omnis obligatio detegendi secretum, quia jam illæ non essent insidiæ iniquæ, sed esset justum bellum.*

Eodem lib. 6. c. 844. n. 8. *Propositio hæc* (inquit) *Papa potestatem haberet, ad deponendos Reges hæreticos & pertinaces, suóve Regno in rebus ad salutem animæ pertinentibus perniciosos, inter Dogmata fidei tenenda & credenda est. Nam continetur in verbis Christi, Petro singulariter & peculiari ratione dictis: Quodcunq; ligaveris, & quodcunque solveris, & pasce oves meas: Prout Catholica Ecclesia, quæ est colũna & firmamentũ veritatis, illa intellexit, & apertissimè declaravit Bonifacius 8. in Extravagante Vnam sanctam de majoritate & obedientia, concludens esse veritatem hãc de necessitate salutis.*

V.

Qvinto docent, *Veneno Imperatores, Reges, Principes à subditis vel Ministris suis necari posse, si modò Theologi, Iesuitæ, viri eruditi & graves illos pro Tyrannis & excommunicatis habeant; Ita tamen, ut is, qui perimendus est, nihil adiuvet, nec sibi ipsi mortem consciscat.*

Iohan. Mariana Iesuita Toletanus de Rege lib. 1. c. 7. p. 65. & seq. cujus cap. titulus est, *An liceat Regem veneno occidere?* & postea, *An facultas sit, sicut armis, sic & veneno, herbisque lethalibus Tyrannum occidere?* inquit, *Quid interest: ferro, an veneno perimas? veneno quod fit, minori periculo, & majori spe impunitatis fit. Hoc tamen temperamento, me auctore, veneno uti licebit; Si non ipse, qui perimitur, venenum haurire cogitur, quo concepto pereat, sed exterius ab alio adhibeatur, nihil adjuvante eo, qui perimendus est: nimirum cùm veneni tanta vis est, ut sellâ eo, aut veste delibutâ, vim interficiendi habeat.* Et in fine ejusdem c. p. 68. concludit: *In ejus vitam grassari quacunque arte concessum, ne cogatur tantùm sciens aut imprudens sibi mortem consciscere.*

Et ex hac Marianę doctrina fluxit, Quòd Iesuita Richardus Walpot socius Marianæ ante annos 12. Anglum Eduardum Squirre Veneno instruxit, quod Reginæ Angliæ & Essexio non edendum aut bibendum præberet, sed quo sellam tantum ita inungeret, ut ex ejus contactu utérque moreretur. Memorial. Ligæ Tom. 4. pagina 15. & sequent. Memorial. Ligę Tom. 6. pagina 251. 252. 256. 261. & Tom. 1. pagina 13. & 16.

Cate-

Catechiſ. Ieſuit. pag. 222. Mariana de Rege pagina 54. *Cæſo Rege ingens ſibi nomen fecit.* Et pagina 57. *Ab omni memoria conſideramus, in magna laude fuiſſe, quicunque Tyrannos opprimere aggreſſi ſunt.* Et pagina 74. *Si hujuſmodi poſt deſignatum facinus evaſerint, inſtar heroum in omni vita ſuſcipiuntur: Sin ſecus accidat, Grata ſuperis, grata hominibus hoſtia cadunt, nobili conatu ad omnem poſteritatis memoriam illuſtrati.* Et ſic in ejuſdem libri limine præferatur Magiſter Provincialis Petrus de Onna: *Si ad hanc præſcriptam formam actiones & conſilia referantur, ne magnum atque incredibile operæpretium exiſtet.* In lib. etiam 4. de juſta Henrici III. Regis Galliæ abdicatione, & in Guil. Roſſæi de juſta Reip. Chriſtianæ in Reges impios & hæreticos authoritate, *&c.* probare conantur, *Omnes hæreticos & politicos ſeu pacis amantes Papiſtas quoque occidendos, atque ipſum inprimis Henricum IV. Regem Galliæ*: Et in hunc finem in præfatione prioris libri dictus Rex vocatur *Impius, Hæreticus, Relapſus, Tyrannus, Sacrilegus, Impurus, Inceſtuoſus, Homicida, Excommunicatus.* Et Ludovicus Aurell. vocat eum *culinarem canem, Pogonatum, Iulianum, Bipedum nequiſſimum, Apoſtatam, Fœtidum, Satanæ ſtercus.* Sequitur in dicto libro de juſta Henr. IV. abdic. *Admonere itaque non ceſſemus, omnes omnium vires in execrandum iſtud caput ejuſque aſſertores colligantur, utque omni ratione fiat, ut anathemata iſta è medio abigantur.*

VI.

SEXTO docent *Hæreticos Magiſtratus, hoc eſt, Evangelicos, pro excommunicatis habendos, ſi non de facto, tamen de jure, ideoque proſcribendos, abdicandos, & è medio tollendos eſſe.*

Symmancha de Excommunicatione titul. 27. ſect. 1. pag. 116. b. *Hæretici*, inquit, *omnes, ipſo iure ſunt excommunicati, & à communione fidelium diris proſcriptionibus ſeparati, & quotannis in Cœna Domini excommunicantur à Papa.* Fac autem Regem vel alium Principem non eſſe hæreticum profeſſum, ſed animi ſenſa ſibijpſi occultare, quo loco ille tunc habendus? Symmancha ibidem reſpondet: *Quæri autem ſolet, an hæreticus occultus excommunicatus ſit ipſo iure, & in alias etiam pœnas incidat contra hæreticos ſtatutas? Cui quæſtioni ſimpliciter iuriſperiti reſpondent, quòd etſi hæreſis occulta ſit, nihilominus hæreticus occultus incidit in illas pœnas.* Sive igitur ille ſit manifeſtus ſive occultus hæreticus, nil planè intereſt, in utrumque enim cenſuris & diris effulminant. Sed ſi Princeps ita excommunicationis vinculo innodatus & abdicatus ad ſinum Eccleſiæ redeat, iterúmne Regnum recuperabit? *Reſpondet rurſus: Si Reges aut alii Principes facti ſunt hæretici, protinus ſubiecti & vaſalli ab eorum dominio liberantur, nec ius hoc recuperabunt, quamvis poſtea reconcilientur Eccleſiæ.* Mater tamen Eccleſię nunquam claudit gremium redeunti. Hoc verum agnoſcunt, adhibitâ tamen diſtinctione, *quoad animam, verùm quoad Regnum hoc non recuperabit*, quia conjunctis ſententiis hoc omnes tenent, *modò non ſit ad damnum Eccleſiæ.* Concedatur autem ejuſmodi abdicatum Principem relinquere filium legitimum & certum hæredem, qui paterni criminis labe non ſit inquinatus, illéne in Regia dignitate ſuccedet? neutiquam: reſpondetur, Hæreſis enim eſt lepra & morbus hæreditarius, & ex leproſis parentibus leproſi generantur filii: ita aſſerit Symmancha, *propter hæreſim Regis, non ſolùm Rex Regno privatur, ſed & eius filii à regni ſucceſſione pelluntur.*

Creſvvellus in Philopatre, ſeu Reſponſione ad edictum Elizabethæ Reginæ, Sect. 2. n. 162. pag. 153. *Certè*, ait, *non tantùm licet, ſed ſummâ etiam iuris divini neceſſitate ac præcepto, imò etiam conſcientiæ arctiſſimo vinculo, & extremo etiam animarum ſuarum periculo ac diſcrimine Chriſtianis omnibus hoc ſolum incumbit, ob hæreſis manifeſtum crimen Principes deturbare, vel obſiſtere ne admittantur, ſi præſtare poſſunt.*

Franciſcus Verona Conſtantinus in ſua Apologia pro Iohanne Caſtello part. 2. c. 2. pluribus docet, *Quòd non obſtante decreto Concilii Conſtantienſis privatis & ſingulis licitum ſit, Reges & Principes hæreſeos & tyrannidis damnatos occidere.*

Treshamus in libro de officio Principis Chriſtiani cap. 5. *Si Princeps*, inquit, *hæreticus ſit, & obſtinatè & pertinaciter intolerabilis, ſummi Paſtoris divinâ poteſtate deponatur, & alind caput conſtituatur, cui ſubditi ſe iungant, & legitimo ordine & authoritate tyrannidem amoveant.*

Henricus Garnetus etiam, Oſvvaldus Teſmond & Iohann. Gerard alijque Ieſuitæ Thomæ Wintero, Guidoni Fauukes, Thomæ Bateſio, nec non Rob. Catesbeyo, Thomæ Percio, Iohan. & Chriſtophoro Vuright, aliiſque perſuaſerunt, Angliæ Regem, omneſque Regni illius Proceres & præſules: eſſe hæreticos excommunicatos; ideóque licitum meritoriúmque eſſe, eos ſimul omnes è medio quacunque ratione tollere, ut teſtantur. Acta Henrici Garneti & aliorum.

Sic etiam Vrbanus II. Papa decrevit, eos

non habendos pro homicidis, quos adversus excommunicatos zelo Catholicæ Matris Ecclesiæ ardentes, aliquos eorum trucidâsse contigerit. C. excommunicatorum. 23. q. 5.

VII.

SEPTIMO docent, *Principes Christianos à Romana Religione deficientes, abdicandos.*

Cresvvellus Iesuita in suo libro cui Philopater titulum fecit pag. 109. scribit; *Quemcunque Principem Christianum, si à Religione Catholica manifestè deflexerit; & alios avocare voluerit, excidere statim omni potestate ac dignitate, ex ipsa vi juris tum humani, tum divini, hocque ante dictam sententiam supremi Pastoris ac judicis contra ipsum prolatam, & subditos quoscunque liberos esse ab omni juramenti obligatione, quod de obedientia tanquam Principi legitimo præstitissent: posseque & debere si vires habeant, istiusmodi hominem, tanquam apostatam, hæreticum & Christi Domini desertorem, & Reipublicæ suæ inimicum hostemque ex hominum Christianorum dominatu ejicere: Atque hanc esse certam, definitam & indubitatam virorum doctissimorum sententiam.*

Rursus: *Regnandi*, inquit, *jus amittit, qui religionem Romanam deserit,*

Mariana lib. 1. de Rege cap. 6. docet, *Cum talibus, qui sacra Patria* (Romanam Religionem) *abjiciunt, tanquam cùm canibus rabidis agendum.* Et pag. 58. Mogunt. edit. *Laudandum eum dicit, qui vitæ suæ periculo publicam utilitatem redimat: & hujusmodi Regem omniù telis exagitandum, quasi crudele monstrum terræ incubans.*

VIII.

OCTAVO docent, *Principes Christianos, hæreticis faventes deponendas.*

Treshamus in libro de officio Principis Christiani, manifestè definit & concludit; *Si quis Rex hæreticum favore prosequatur, ipso facto Regnum amittit.* Et cap. 3. *Princeps indulgendo hæreticis, non solùm* DEVM *offendit, sed perdit Regnum & gentem.* Tales Stapletonus in Oratione contra Politicos Duaci habita B. 10. *hæreticis & Turcis deteriores dicit.*

Iesuitæ in libro quarto cap. 3. de justa Henrici Tertii abdicat. citant & probant Concilii Lateranensis Constitut. 3. quæ sic habet: *Qui Principes terram suam non ab hæresi purgaverint, ab eorum fidelitate soluti vasalli denuncientur, & cætera aliis possidenda dentur.*

IX.

NONO docent, *Vt hæreticus* (Evangelicus seu Orthodoxus) *sit infamis ipso jure, nec ad publica officia, seu Consilia, nec ad eligendos aliquos, neque ad testimonium admittatur: utque nullus ei super quocunque negotio, sed ipse alijs respondere cogatur: &, si judex exstiterit, sententia eius nullam obtineat firmitatem.* Sic Simmancha de Hęret. q. 46. num. 58. Imprimis Cunradus Brunus de Hęret. lib. 5. cap. 7. & seqq. Vide etiam c. excommunicamus de Hęret.

X.

DECIMO docent Iesuitæ, *Hæreticis* (*Evangelicis*) *fidem prorsus nullam habendam esse.*

Simancha Instit. cath. tit. 46. Art. 52. *Ad pœnam quoque*, inquit, *pertinet & hæreticorum odium, quòd fides illis data servanda non sit.* Rationem hanc addit: *Si enim Tyrannis, Piratis & cæteris Prædonibus, fides servanda non est, qui corpus occidunt; longè minus hæreticis pertinacibus, qui occidunt animas,* Et mox: *Cum hæreticis nullum commercium, nulla pax Catholicis esse debet Quamobrem fides illis data, etiam juramento firmata, contra publicum bonum, contra salutem animarum, contra jura divina & humana,* NVLLO MODO SERVANDA EST.

Approbatio Doctrinæ IESVITARVM *de* interficiendis Regibus.

APprobavit etiam præter superiores hanc doctrinam Iesuitarum de interficiendis Regibus, *&c.* Censura libelli Marianæ de Rege & Regis institutione, regiâ authoritate à Fr. Petro de Onna Magistro Provinciali facta, quæ sic de verbo ad verbum habet: *Disertum planè & eruditum virum Iohannem Marianam esse* (ut alia desint) *tres libri satis indicant, quos de Rege & Regis institutione confecit elegantes & graves. Eos regiâ authoritate diligenter & attentè perlegi, iterum & tertiò facturus, si per tempus & otium licuisset. Ita semel lecti placuerunt. In simili argumento auctores non pauci Regni & Reip. statum componunt. Noster Regem à primis annis susceptum, iis præceptis instruit, quæ eo loco digna sunt.*

Quippe

Quippe in Deum conjectis oculis, ut sapiens architectus, ad eam Regulam institutæ fabricæ fundamentis molem universam imponit. Æquum proinde judico, ut hoc opus typis mandatum, ut luce & hominum manibus versetur, eorum præsertim, qui ad Reip. gubernacula sedent. Qui si ad præscriptam in eo formam actiones & consilia retulerint, nè magnum atque incredibile operæ pretium existet. Datum in nostro S. Mariæ de mercede redemptionis captivorum Cœnobio, Madriti die 30. *Mensis Decemb. Anno* 1598.

Facultas autem imprimendi hos libros hæc est: *Stephanus Hoieda Visitator Societatis Iesu in Provincia Toletana, potestate speciali factâ à N. Patre Generali Claudio Aquavivâ, do facultatem, ut imprimantur libri tres de Rege & Regis institutione, quos scripsit & composuit P. Iohannes Mariana ejusdem Societatis quippe approbatos prius à viris gravibus & doctis, ex eodem nostro Ordine. In cujus rei fidem has literas dedi meo nomine subscriptas, & mei officij sigillo munitas Madriti in Collegio nostro, quarto Non. Decemb. Anno* 1599.

Allatus est quoque ad Regem Angliæ liber, ut Casaubonus in Epistola ad Frontonem Ducæum Iesuitam pag. 26. refert, scriptus, ut videtur in Italia, atque etiam ibidem excusus: cujus libelli duæ partes sunt. Prior Epistolam continet P. Cottonis Iesuitę declaratoriam ad Reginam *Galliæ*, in sermonem Anglicum versam: Posterior dissertationem adversus eos, qui post Henrici Magni cædem, doctrinam Iesuiticam accusârunt tanquam cędis illius prę cipuam causam. In hac parte, ubi primò doctrinam de occidendis Principibus Iesuitis non probari testatus est: mox ad Marianæ seriam defensionem Anonymus ille scriptor se accingit: prę fatus id à se propterea fieri, quòd Pater Cotton in Epistola sua Marianam reliquerit indefensum, velle se quod Epistolæ illi desit, supplere. Affirmat igitur, Marianam totâ illâ disputatione non de Regibus loqui, sed de Tyrannis: quod apertissimum mendacium est. Tyrannus enim in Scholę Sorbonę & aliis antiquę simplicitatis legitimo Principi opponitur, & eum significat, qui Imperium non suum, per vim aut malas artes invadit: Mariana autem de Henrico III. Rege legitimo, non de aliquo invasore loquitur, Iesuitis autem Tyrannus appellatur, omnis legitimus Rex, qui à Pontifice est excommunicatus. Tum addit libellus, tractari à Mariana quæstionem à plurimis agitatam: quos omnes cùm moderatione superaverit Mariana, satis ex eo posse intelligi, illos, qui Marianæ librum ejusmodi doctrinæ prætextu Lutetiæ condemnârunt, non Marianam, sed Iesuitas, imò non Iesuitas, sed ipsum IESV Christi sanctissimum nomen odisse. Verba auctoris sunt hæc: *Illi sunt inimici sancti nominis* IESV, *qui condemnârunt Marianam propter talem doctrinam.* En Lector unius Iesuitæ, aut è magnis Iesuitarum patronis unius, sed non solius, judicium, de prudentissimis Parlamenti Parisiensis Senatoribus, qui illam institutionem Marianæ flammis meritissimè addixerunt. Hinc igitur appareat, paucos esse hodie, qui Marianæ illam dirissimam diatribam detestentur. Et quare, obsecro, parricidarum Magistrum execrarentur, quibus parricidi placent, parricidæ laudantur, & beatitudine Martyrum digni censentur? planè ejusdem hominis est, Marianæ probare judicium, & proditores ac parricidas consecratione seu Canonizatione dignos judicare.

Approbavit eandem doctrinam de interficiendis Regibus Iohann. Alvarus Provincialis Conimbricæ in Hispania, commendatione libri Franc. Suarez, cui titulus est, *Defensio fidei Catholicæ & Apostolicæ adversus Anglicanæ sectæ errores, &c.* Sic enim illa habet: *Ego Iohann. Alvarus, Societatis Iesu in Lusitania Provincia Visitator simul ac Provincialis, è facultate ad id mihi facta à Reverendo admodum P. nostro Generali Claudio Aquaviva, facultatem concedo, ut hoc opus de schismate Anglicano à Patre Francisc. Suarez Societatis nostræ, Sacræque Theologiæ Doctore & in Conimbricensi Academia primario Professore compositum, & ejusdem Societatis gravium doctorumque hominum judicio approbatum, typis mandetur. In quorum fidem has literas manu nostra subscriptas, sigilloque nostro munitas dedimus Conimbricæ* 5. *April. anno* 1612.

Damnatur IESVITARVM Doctrina *de* interficiendis Regibus.

DEbebant verò Iesuitæ meminisse decreti Vrbani Papæ, quod exstat c. 24. q. 3. quo sancitur. *Quòd talia docentes, consulentes aut defendentes, longè damnabiliores sint dicentibus aut facientibus.* Et quod Seneca ad Alexandrum dixit, *Quid interest, leoni Lysimacæum objicias, an ipse dentibus laceres? Tuum illud os est, tua illa feritas: O quàm cuperes tibi potius ungues esse; tibi rictum edendorum hominum capacem.*

Damnârunt etiam hanc Iesuitarum doctrinam aliquot Toletana Concilia, nempe, quartum, quintum, sextum & decimum. In his Cōciliis extat Canon, in quo Hispani ipsi

ni ipsi sententiam contra Iesuitas pronunciârunt. Canon enim ille sic habet: *Quicunque nostrûm, aut populorum totius Hispaniæ conjuratione, aut machinatione violaverit juramentum datum conservando Regi: aut etiam Regem interfecerit, aut Regno suo privârit, aut præsumptione tyrannicâ usurpaverit potestatem regiam; is excommunicator. in conspectu Angelorum ac hominum, & pellatur ex Ecclesia, & societate Christianorum, cum omnibus suis assectis, cum ratione quandoquidem conjunctum est, eandem pœnam sequi illos, qui ejusdem criminis rei.* Verba hæc altâ voce & ter repetita fuerunt in Concilio coram toto cœtu, & petitum, ut quilibet ea approbaret. Tunc igitur à toto Clero & populo responsum fuit: *Quicunque adversatus fuerit sanctæ vestræ constitutioni, is excommunicator excommunicatione omnium maximâ & periculosissimâ, Anathema esto maranathæ & exterminator sine remissione in perpetuum, usque ad adventum Domini, & partem possideat cum Iuda Scariothe, ipse & socij ejus, Amen. Habent hic Iesuitæ quod diligenter perpendant.*

Damnavit hanc doctrinam quoq; Concilium Meldense anno 840. celebratum cap. 14.

Damnavit etiam hanc doctrinam tanquam impiam, hæreticam & omnibus modis pernicioſam ante annos ducentos Constantiense Concilium Sessione 15. cujus verba in sequenti Sorbonæ Censura referemus. Iohannes Mariana quidem capite sexto libro primo in fine dicit; *Hoc decretum Romano Pontifici Martino V. probatum non invenio: non Eugenio aut successoribus.* Rursus: *Concilium istud non sine Ecclesiæ motu, tricipiti Pontificum dissidio, celebratum fuisse scimus.* Sed nec improbatum à Pontificibus istis decretum hoc fuisse Mariana inveniet. Approbârunt etiam hoc Concilium reliqui Pontificii Scriptores & multi quoque ex Iesuitis.

Iohannes Gerson quoque, qui huic Concilio interfuit, *hanc doctrinam violationem omnium legum, divinæ, naturalis & humanæ vocat.* Idem ait: *Doctrina hæc patenter hæreticalis, imò & sacrilega est, quæ etiam secularibus illiteratis, nedum Christianis, sed & Iudæis & Paganis & Barbaris debet esse notissima.* Item: *Quòd nec Rex posset, sine juris ordine non vocatum, & non convictum interficere: quantò minùs alius.* Item: *Quales oro densiores, fugibiliores horribilioréque tenebræ, quàm errorum & hæresium circa prima præceptorum moralia principia, ut sunt: non pejerabis, non occides, non insidiaberis? ut est videre in operibus Gersonis Tom. 1. in Orationibus & Propositionibus coram concilio & commissarijs Anno 1415. & 1416. habitis.*

Damnavit eandem doctrinam Facultas Theologica Parisiensis in Censura contra impios & execrabiles Regum ac Principum parricidas, post cædem Henrici IV. Galliarum Regis à Francisco Ravaillac patratam, edita. Ea sic de verbo ad verbum se habet.

ANNO DOMINI 1610. cùm sacræ Theologiæ facultas, ob festa Pentecostes & Comitia privata inter viros selectos Ordinis Theologici in præsenti negotio agitata, suos statos & ordinarios Conventus primâ aut secundâ die Iunij habere non potuisset, illos in diem quartum Iunij transtulit, atque omnes Magistros Theologiæ, in vim obedientiæ, quam emisso sacramento facultati spoponderunt, in Collegium Sorbonicum convocavit, ubi post Missam de Sancto Spiritu more solito celebratam deliberârunt super exequutione Senatus Consulti, cujus summa hæc est.

Curia Parlamenti, decurijs majore, rerum capitalium, atque Edicti unà congregatis, procedendo ad judicium & litem capitalem ac extraordinariam, Cognitoris generalis Regis postulatione instructam, adversus nefandissimum, crudelissimum & execratissimum parricidium, in sacratam personam Henrici IV. Regis patratum, audito Cognitore generali regio, decrevit atque decernit, ut diligentiâ & procuratione Decani & Syndici Facultatis Theologiæ, eadem Facultas quàm primùm convocetur ad deliberandum super confirmatione decreti prædictæ Facultatis, quod die 13. Decembr. Anno 1413. à centum quadraginta & uno Theologis ejusdem Facultatis constitutum, dehinc verò Concilij Constantiensis auctoritate roboratum fuit: quo decreto definitur, NEMINI *licitum esse quacunque occasione, causâ aut prætextu quæsito, sacrosanctis Regum & aliorum Principum supremorum personis vim inferre: Deinde, ut Decretum, quod in ejusdem Facultatis Comitijs statuetur, omnium Doctorum, qui Comitijs & deliberationi interfuerint, nec non etiam omnium Baccalaureorum, qui cursum Theologicum decurrunt syngraphis muniatur; quò tum demum, audito super ea re Cognitore generali regio, Curia decernat quod justum & rationi conforme erit. Datum in Parlamento 27. Maij, Anno Dom. 1610. Signatum Voysin.*

Itaque eadem sacra Facultas, ut mandato amplissimi Ordinis, tam justa & necessaria præcipientis, obtemperaret, primùm privata, deinde publica habuit Comitia. Considerans autem sibi ex officio incumbere, ut suam Censuram & Iudicium doctrinale, cunctis illud poscentibus declaret, atque Parisiensem Academiam à primis suis incunabulis, parentem & alumnam optimæ ac saluberrimæ doctri-

doctrinæ, perpetuò extitisse, bonum & tranquillitatem Reipub. ab ordine, ordinem porrò & pacem, secundùm Deum Opt. Max. à Regum & Principum salute pendere; ac solius esse Principis & potestatis politicæ gladio uti, Rom. 13. insuper paucis ab hinc annis, nonnulla peregrina, seditiosa utque impia dogmata invaluisse quibus plerique privati homines dementati, sacrosanctos Reges & Principes, execrandâ appellatione TYRANNI *contaminare; hocque nefario prætextu, necnon Religionis, pietatis, aut boni publici juvandi vel promoveudi specie, in sacrosancta Regum & Principum capita conspirare, suasque manus parricidas sacro illorum sanguine cruentare; ac continuò potentissimam fenestram aperire non horrent, ad perfidiam, ad fraudes, insidias, proditiones, populorum interneciones, Vrbium Provinciarum ac Regnorum florentissimorum excidia, & ad alia innumerabilia nequitiæ genera, quæ civilia aut externa bella concomitari solent. Demùm tam pestifera & diabolica Dogmata hodie in causa esse, ut qui decessionem ab Ecclesia Catholica & Romana fecerunt, in suo errore obdurescant, virosque religiosos, Doctores & Prælatos Catholicos, quanquam insontes, quasi talia docerent vel auctorarent, fugiant ac detestentur.*

Eadem inquam Facultas hæc & similia considerare perpendens, magnâ animorum consensione & alacritate, ista peregrina & seditiosa Dogmata, velut impia, hæretica, societati civili, paci & tranquillitati publicæ, ac Religioni Catholicæ penitus contraria execratur, atque condemnat, in cujus rei fidem & testimonium decretum antiquum sibi de integro renovandum esse duxit, quod ducentis ab hinc annis à centum quadraginta antiquam sibi renovandum esse duxit, quod ducentis ab hinc annis, à centum quadraginta & uno Theologis sancitum fuit, in condemnatione hujus execrabilis Propositionis: Quilibet Tyrannus potest & debet licitè & meritoriè occidi à quocunque suo vasallo aut subdito, & per quemcunque modum, maximè per insidias & per adulationes, non obstante quocunque juramento aut confœderatione factâ apud eum, non expectando sententiam aut mandatum Iudicis cujuscunque. Sequitur verò Censura Facultatis.

Hæc assertio generaliter posita, & secundum acceptionem hujus vocabuli TYRANNVS, *est error in nostra fide, & doctrina bonorum morum est contra præceptum Dei* NON OCCIDES, *Glossa propria auctoritate: & contra hoc quod dicit Dominus noster,* OMNES QVI GLADIVM ACCEPERINT, *Glossa propriâ auctoritate:* GLADIO PERIBVNT.

Item, hæc assertio vergit in subversionem totius Reipublicæ & uniuscujusque Regis aut Principis. Item, dat viam & licentiam ad plura alia mala, & ad fraudes, & ad violationes fidei, & iuramenti & prodiiiones, & generaliter ad omnem inobedientiam subjecti ad Dominũ suum, & ad omnem infidelitatem & diffidentiam unius ad alterum, & consequenter ad æternam damnationem. Itẽ qui affirmat obstinatè talem errorem, & alios qui inde sequuntur, est hæreticus, & tanquam hæreticus debet puniri, etiam post suam mortem. Notetur in decretis 23. q. 5. & c. Actũ An. 1413. die Mercurij 13. Decemb. Quę Censura facultatis Parisiensis in Synodo Constantiensi Sess. 15. An. 1415. prid. Non. Iulij his conceptis verbis comprobata fuit. *Præcipuâ sollicitudine volens hæc sacrosancta Synodus ad extirpationem errorum & hæresium in diversis Mundi partibus invalescentium providere, sicut tenetur & adhoc collecta est, nuper accepit, quòd nonnullæ assertiones erroneæ in fide, & bonis moribus, ac multipliciter scandalosæ, totiusque Reip. statum & ordinem subvertere molientes, dogmatizatæ sunt, inter quas hæc assertio delata est:* QVILIBET *Tyrannus potest & debet licitè & meritoriè occidi per quemcunq; vasallum suum vel subditum, etiam per clanculares insidias, & subtiles blanditias, vel adulationes, non obstante quorumcunq; præstito juramento seu confœderatione factis cum eo, non expectatâ sententiâ Iudicis cujuscunq;* ADVERSVS *hunc errorem satagens hæc Sancta Synodus insurgere, & ipsum funditus tollere, præhabitâ deliberatione maturâ, declarat, decernit atque diffinit hujusmodi doctrinam erroneam esse in fide, & in moribus, ipsamque tanquam hæreticam, scandalosam, & ad fraudes, deceptiones, & mendacia, proditiones, perjuria, vias dantem, reprobat & condemnat. Declarat insuper, decernit & diffinit, quòd pertinaciter doctrinam hanc perniciosissimam asserentes sunt hæretici, & tanquam tales, juxta canonicas sanctiones puniendi.*

Sacra igitur Facultas sancit, strictè accuratèque exploratis omnium & singulorum Doctorum suffragijs, primò antiquam illam Censuram Facultatis, Synodi Constantiensis sanctione firmatam, non modò: iterari, verùm etiam omnium hominum animis inculcari debere. Secundò censet. seditiosum, impium & hæreticum esse, quocunque quæsito colore, à quocunque subdito, vasallo, aut extraneo, sacris Regum & Principum personis vim inferre. Tertiò statuit, ut omnes Doctores & Baccalaurei Theologiæ, quo die instatuta & articulos Facultatis jurare consueverunt, in hoc similiter decretum jurent, ac syngraphæ suæ appositione obtestentur, se illius veritatem docendo & concionando diligenter explicaturos. Quartò, ut hæc Acta, tum Latinè, tum Gallicè typis mandentur ac vulgentur.

De mandato Domini Decani & Sacratiſſ. Facultatis Theologicæ.

De la Court cum ſyngrapha.

Cenſurâ & ſententiâ hac Facultatis Theologicæ Pariſienſis Parlamenti ibidem exhibitâ, eam 8. Iun. approbavit & confirmavit. Decrevit inſuper *primò*, ut hæc Cenſura inter Acta publica Parlamenti referatur & ſcribatur. *Secundò* ad inſtantiam Procuratoris regij præcipit, ut in Conventu Facultatis hujus quotannis 4. Iunij, & proximâ inde Dominica in omnibus parochialibus Templis atque etiam ſuburbijs Lutetiæ populo publicè prælegatur. *Tertiò*, ut Iohannis Marianæ liber, in quo hæc doctrina de parricidijs Regum ac Principum manifeſtè approbatur & defenditur, in area ante ſummum ac primarium Templum Lutetiæ in ignem conijciatur & comburatur, in æternam rei memoriam, quòd doctrina hæc in eo contenta, ſit hæretica, impia, pernicioſa & erronea. *Quartò*, prohibuit, ne quis, cujuſcunque ſit ſtatûs, conditionis vel ordinis, hanc doctrinam vel vivâ voce, vel editis libris ſpargat atque defendat.

Rectè autem ille & prudenter, quiſquis ſit, Gallos ſic monuit:

Galli, ſi ſapitis, quid librum traditis igni?
Authores veſtris pellite limitibus.
In cineres abijt liber unus, mille relicti,
Horum turba loquax, mutus at ille furit.
Hortos qui cupiunt penitus purgare veneno,
Radices properant vellere, non folia.

Improbavit eadem Ludovicus Richeomus Ieſuita in Expoſtulat. Apologiæ pro Societ. Ieſu Latinâ cap. 21. pag. 178. &c. 28. pag. 218. *Doctrina*, inquit, *iſta de Tyranno occidendo, eſt exitialis, & ab univerſa Eccleſia improbata, & in Conſtantienſi Concilio damnata.* Item: *Illa doctrina eſt Anabaptiſtarum, & in Oecumenico Conſtantienſi Concilio damnata.* Item; *Alterum*, inquit, *illud eſſe Tyrannorum genus, qui more ac legibus ad Regni adminiſtrationem acciti, more tyrannico tamen imperant, quos attingere ac lædere nemo privatus debet, aut ſubditus: hinc eſt quod David Saulo Regi nunquam eſt auſus manum inferre.* Simul tamen concedit Richeomus, illud genus Tyrannorum, qui ditiones non ſuas vi occupant, privatis occidere fas eſſe. Condemnavit denuò Parlamentum Pariſienſe hanc Ieſuitarum doctrinam Decreto ſuo, quo igni adjudicavit Franciſci Suarez librum, in quo doctrina hæc confirmatur. Decretum ſic de verbo ad verbum habet.

Decretum Parlamenti Pariſienſis latum 26. & executioni mandatum 27. Iun. 1614.

Contra librum, excuſum Coloniæ, Anno eodem cum hoc titulo

FRANCISCI SVAREZ, Granatenſis, è Societate Ieſu, Doctoris Theologi, Defenſio fidei Catholicę & Apoſtolicę adverſus Anglicanæ ſectæ errores, &c.

Qui continet maximas & Propoſitiones contrarias poteſtati ſupremæ Regum, ordinatæ & ſtabilitæ à Deo, ad ſecuritatem perſonarum, quieti & tranquillitati ſtatui ipſorum.

Extractum è Regiſtris Parlamenti.

VIſo à Curia, magnis Cameris, Turnelli & Edicti congregatis libro impreſſo Coloniæ anno præſente cum hoc titulo Franciſci Suarez, Granatenſis, è Societate Ieſu Doctoris Theologi, defenſio Fidei Catholicæ & Apoſtolicæ, adverſus Anglicanæ ſectæ errores, &c. *continente libro tertio, c. 23. p. 376. 79. 80. 82. c. 29. p. 410. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 18. 19. 20. c. 6. p. 834. c. 8. p. 844. & alibi multas propoſitiones contrarias poteſtati ſupremæ Regum, ordinatorum & Stabilitorum à Deo, ad quietem & tranquillitatem ſtatuum ipſorum, &c. quòd licitum ſit ſubditis ipſorum & peregrinis perſonas ipſorum invadere: factâ concluſione per Procuratorem generalem & omnibus conſideratis Curia prædicta declaravit, & declarat, propoſitiones & maximas, in dicto libro contentas, ſcandaloſas & ſeditioſas eſſe, tendereq; ad ſubverſionem ſtatuum, & ad permovendos ſubditos Regum & Principum ſupremorum, & aliorum ut violentas manus ſacratiſſimis ipſorum perſonis inferant: ſententias item; quæ mentionem faciunt Regum Ludovici & Philip. Pulchri falſas & calumnioſas eſſe. Quapropter decrevit & decernit, ut prædictus liber Suarezi in Curia Palatij per miniſtrum ſupremæ juſtitiæ comburatur. Similiter interdicit bibliopolis & Typographis, imprimere, vendere, aut mutuo ſumere, & quibuſcunque conditionis & qualitatis, habere, ſcribere, & tenere, ſive docere in ſcholis, aut alibi, ut etiam diſputare, prædictas maximas & propoſitiones. Præterea decernit, juxta decretum diei 8. Iun. 1610. ut Decretum facultatis Theologiæ diei 4. Iun.*

Iun. ejusdem anni, super renovatione censuræ doctrinalis ejusdem Facultatis anno 1408. *confirmatæ per concilium Constantiense, unâ cum præsenti Decreto, & illorum* 1578. *&* 95. *recitentur singulis annis* 4. *Iun. tam in prædicta facultate, quàm in Collegijs Sacerdotum: & Scholasticorum Collegij Claromontani, & quatuor Mendicantium, & ut ad instantiam Procuratoris Generalis Regis instituatur informatio transgressionum nominati Edicti, & prohibitio de ejusmodi libris scribendis & servandis.*

Actum *in* Parlamento die 26. Iun. 1614. subscripsit.

Voysin.

PRæterea decretum est, ut Patres, Ignatius Armandus, Rector in hac civitate, Cotton, Fronton, Sirmundus, proximâ die in Curiam vocentur, eisque demonstretur, quòd contra Declarationem & decretum ipsorum Generalis, anni 1610. *liber iste Suarezi & impressus, & in hanc civitatem illatus sit, contra authoritatem Regis, ejusq; securitatem personæ & status: quibus etiam injungetur, ut Generali suo significent, eum prædictum decretum & renovare & publicare debere: cujus quidem rei actum instituent intra spatium semestre, & providebunt, ut ejusmodi libri in posterum nec mittantur in lucem à Societate sua continentes propositiones tam damnabiles & pernicioſas. Injungetur quin etiam eis, ut exhortentur populum in concionibus suis, ad doctrinam supra commemoratis propositionibus contrariam. Alioquin Curia procedet contra transgressores, ut reos læsæ Majestatis & perturbatores quietis publicæ.*

Decretum prædictum, & quod insuper conclusum fuit, publicata sunt præsentibus Patribus Ignacio Armando, Carolo de Lurre, qui loco Cottonis absentis comparuerat, Frontone Ducæo, & Iacobo Sirmundo. Et decretum executioni mandatum est ante gradus majores Palatij, 27. Iun. 1614.

Libro Suarezij Iesuitæ à Parlamento Parisiensi sic condemnato & per carnificem publicè cremato, sequente anno tertij quoque in Gallia Statûs de doctrina hæc declaratio in hanc sententiam publicata est: *Exorta*, inquiunt, *superioribus annis, & seditiosis libris propagata doctrina impia, quæ supremi Magistratus potestati insidiatur, cum de indubitato Regis jure satis omnibus constet, rogatum eum submisse velit, ut quemadmodum pro eo qui supremam potestatem ab ipso Deo immediatè acceperit, ab omnibus agnoscatur & habeatur, sic non permittat, ut ulla aliqua potestas, sive Ecclesiastica sive politica tantum sibi juris sumat, ut pretendere aliquid in Regiam suam Majestatem, & subditos ab obedientia ipsi debita, ob quamcunque causam absolvere possit. Hanc enim memorabilem & verbo divino congruentem, conservandæque saluti publicæ maximè convenientem Regulam, ab omnibus, cujuscunque statûs & conditionis, suaditis pro sancta & inviolabili lege habendam, & officiarijs Ministrisque omnibus & singulis antequam vel beneficiorum participes fiant, vel ad officia sua admittantur, jurejurando acceptandam & subscriptione sigilloque proprio confirmandam esse: Contrariam verò, eam potissimùm, quæ licere Reges vel interficere, vel exauctorare, & obedientiæ ipsorum se subtrahere statuit, impiam & veritati utilitatique publicæ contrariam, omnes, quibus id perscriptum repertatur, libros tanquam seditiosos, execrandos & damnandos, & auctores quoscunque talia scribentes & in publicum edentes, exteros quidem pro juratis Regiæ Majestatis hostibus, indigenas verò & cujuscunque statûs & conditionis sint, pro seditiosis, rebellibus, legum violatoribus, & criminis læsæ Majestatis reis habendos esse. Imperandum igitur omnibus parentibus, ut liberis; præceptoribus, ut discipulis; professoribus ut studiosis; & concionatoribus, ut auditoribus suis Regulam hanc diligenter inculcent. Quod si edito ab exteris Ecclesiæ Ministris & D.d libello, aliquid vel directè vel obliquè adversus Regulam hanc prolatum fuerit, necessitatem Ecclesiasticis ejusdem ordinis, illud, sine omni personarum respectu, refutandi, ut crimen læsæ Majestatis incurrere velint, imponendam esse.*

Iesuitæ quoque, ut à se averterent odia Regum ac Principum, nec non etiam omnium hominum, quæ in ipsos & Ordinem universum concitabantur ex Marianæ aliorumque libris, in quibus parricidia Regum defenduntur, in Conventu provinciali, quem Parisijs habuerunt, cùm relatum esset de dicto Marianæ libro, hoc ei, quem Procuratorem ad propositum Generalem Societatis Provinciæ nomine destinârunt, Ageret cum Generali, ut compesceret eos qui libros hos edunt, & quibus Regis, totiusque Regni Gallicî offensio & odia jurè timerentur, nevo eos, qui jam emissi essent, recudi pateretur.

Damnavit denique hos Assassinos & parricidas, eorumque doctrinam nobilissimus & amplissimus vir Iacobus Augustus Thuanus Consiliarius Regius, & Curiæ supremæ Parisiensis Præses hac elegantissimâ Elegiâ in parricidas.

Rursus ab immiti Furiæ bacchantur Averno,
Vipereasque rotat torva Megæra comas:
Rursus Trinacrijs puer ablactatus in antris
Sacrilegâ stringit tela cruenta manu
Notus & Eoo tantum Assassinus in axe;
Prô pudor, in nostro visitur orbe frequens.
Scilicet has artes nuper Gens gnara nocendi,
Exitio invexit, Gallia, nata tuo,
Hesperiæ fuscis gens emissaria ab oris,
Fucum affectatâ quæ gravitate tegit,
Nata Magistratum convellere, nata Ministris
Subtrahere obsequium præsulibusque suum:
Geryonæ quæ dum placeat faveatque trifauci,
Terrarum reliquos non facit æquus heros.
Et cælo facinus dignum putat, omnia sævi
In Regis longas tradere sceptra manus.
Quæ disciplinam morum, quæ Gallica venit,
Exuto, legum solvere jura, metu,
Et vileis regnantum ânimas, ipsosque necandos
Horrendâ Reges proditione docet,
Servandamque fidem negat, *argutisque cavillis*
Detorquet magni jussa severa Dei.
Sunt tamen, & cur sunt? qui nunc quoque crimine in isto
Obtendant causam Religionis agi.
Accusentque bonos ultrò, excusantque nocenteis
Et patrocinio consilioque juvent.
Hosne superstitio male sanos excitet æstus,
Quique atrâ vexat pectora bile furor,
An pietas simulata; meâ nil quærere refert,
Damnandum in magnis cùm sit utrumque viris:
Quos magicis aureis claudentis cantibus anguis
Esse instar cautos pagina sacra jubet,
Candoremque simul mitis servare columbæ,
Fallereque & falli grande putare nefas.
Nos patimur segnes, lentique sedemus ad iram,
Et pietas ipsâ Religione perit
Si modò Relligio est, alere intra viscera tetram,
Quæ iam se corpus fundit in omne, luem:
Si modò Relligio est, patrijs, sine murmure, sulcis
Accipere hostili semina iacta manu.
Semina corrupti succi, lentique veneni,
Noxia doctrinæ semina pestiferæ
Concipit inde malum quippe inconsulta iuventus,
Mox concepto alios inficit ipsa malo:
Iamque ferè totus sacer ordo, & Gallica pubes,
Plebsque avido virus combibit ore nocens.
Iam turgent venæ, cor palpitat, ilia tendunt,
Nullaque pars toto corpore sana manet.
Atque utinam nunquam tibi crux dux Loyola sectæ,
Icisset lævâ missa sagitta manu.
Gallia Cantabrico cùm quondam & Iberia bello
Pro patrijs facerent prælia aperta focis.
Quam bello plus pace noces, & ad otia versus
Crudelis animum vertis ad insidias.
Gallia & in media conscripto milite regnas,
Diraque fraterno nomine bella geris.
Nempe tua à bello cunctorum fonte malorum
Secta sata est: bellum hinc nunc & adulta serit.
Aspice Carrafam, placidæ qui tempora vitæ
Impendit studijs, secta profana, tuis:
Mox septem impositas insedit collibus arces,
Cornua terrificis intonuêre minis.
Tympanaque Italiam confestim audita per omnem,
Vrbis & ad portas Hannibal alter adest.
Nosque leves adeò, nos, credula pectora, Galli
Ad bellum infaustâ sollicitamur ave.
Protinus inducia violantur patre Quiritum
Auctore, & Martis nuncius urbe venit.
Pignora iam belli rutilant, micat igneas ensis:
Livia adhuc stridens à Phlegethontis aqua.
Hæc infelicis Gallis primordia belli,
Quod nos exitio nostraque pænè dedit.
Hûc ergò animos, terræ qui sceptra tenetis:
Nunc velo moto cernere vera licet.
Causa heic vestra agitur, nam credite, vestra potentis
In vita HENRICI *vertitur ecce salus.*
Ille quidem petitur, sed per latus illius omnes;
Credite, vos Reges, mens nisi læva, peti.
Nullus iam miseris toto patet orbe receptus,
Præsentem ostentant obvia cuncta necem.
Nil securum usquam est, stimulis furialibus actus
Percussor, quoquô vertitis ora, latet.
Nam quibus excubijs Majestas Regia post hac,
Aut quo stipatu vivere tuta queat:
Si pueri discunt his vitam odisse Magistris,
Extrema & mortis temnere supplicia?
Si tormenta pati possunt, nilque inde fateri,
Hacque polum sperant scandere posse viâ?
In vitam alterius nil non permittitur illi,
Cui propria est odio negligiturve salus?
Mentibus hinc teneris gliscit præposterus ardor,
Et cæcos iuuenes in scelus omne rapit.
Heu sapimus serò, sapimus tamen atq; potenti
Esse Deo curæ Gallica sceptra patet:
Qui nos admonitos, tactâ tam leniter aure,
De propria memores esse salute iubet.
Vos Veneti vidit prudentia cana Senatus,
Vidit, & est nostris reddita cauta malis.
Dum timidæ secreta his credere mentis ephebos
Vulpibus, atque animi pondere vota vetat:
Dumq; sub his operam studiis navare Magistris,
Et ferulæ prohibet supposuisse manum.
Vos quoque, quos cæli Rector diademate cinxit,
Hoc sapere exemplo discite, noxa prope est:
Nec temerè errones in Regna admittere vestra,
Hostis si quis erit, præbeat hospitium.
Sentiet is præsto damnum, rectèque momenti
Flebit, at heu serò, non habuisse fidem.

Mitior

Mitior infameis exercuit ita volucres,
Quas Phinei mensis incubuisse ferunt.
Nempe per hos factum, divinæ ut vocis apud nos
Esset ubique fames, esset ubique sitis.
Quis Deus alipedes Arctoo ex axe gemellos
Misit, & ætheria monstra fugavit ope?
Fercula nunc nullo fœtentia sumere tactu,
Nunc licet è puro fonte levare sitim.
Reddita libertas nunc pristina, reddita Regno
Majestas: sacris nunc quoque constat honos,
Dicere nunc verum licet, atque audire vicissim,
Inque Dei Templo nunc bona verba sonant:
Nullaque mendaci ponet jam præmia linguæ,
Venaleisve animas stator Iberus emet.
Turba inimica vale, non exarsisse furore
Cantauros tanto fabula prisca refert,
Marte Pelethronijs ausos confligere iniquo
Convivæ raptâ conjuge Pirithoi:
Quos prius Alcides casum indignatus amici
Lerneæ fixos grandine stravit humi.
Quid loquor? Alcidæ est inflicta injuria nostro,
Nec tamen Alcidæ est ultio facta manu:
Nempe quod hic Grajo generosior Hercule Gallus,
Turba Ixionio pejor ut ista grege est:
Quæ gremio sponsam conata revellere nostro
Sacra inter mensæ bella cruenta movet,
Monstrorumq; dolo domitorem aggressa nefando
Nunc passim nostro crimine monstra facit.
Non mihi vaticino pectus quod turgeat æstro
Glorior, aut intus numen habere puto:
Sed si præsagæ non me prudentia mentis
Decipit, hæc alios deinde pericla manent.
Tuq; adeò nostris nimis heu conterminus oris,
Grande domi fratrum qui miser agmen alis:
Si sapis à magno tibi missa hæc Rege putato
Præsidia, haud arces vi subitura tuas:
Sed quæ compedibus mentes animosq; tuorum,
Et duris stringant nexibus ingenia.
Mutatoque procul coget abire solo.
Cùm volet ille per hos te finib⁹ exiget hosteis,
Et nisi sponte feras, nigrum damnabit ad Orcum:
Namque etiam in Stygios ius habet ille lacus.
Tu quoque Vindelicos, qui, Gallica nomina, Bojos,
Qui trans Danubium Norica Regna tenes.
Quodque iuves Patres, vestem queis Fibula nectit,
Effundis totas luxuriosus opes:
Sumptibus immodicis accepta ut damna dolebit,
In gentem ingratam qui periere, nepos:
Bello internecino cum dulcia pacis avitæ
Otia mutabit seditiosa cohors,
Et tua Regna dabit placito rapienda Tyranno,
Quippe sibi id proprio iure licere putat.
Quin procul ad fuscos gens dira remittitur Indos!
Illic mira canunt edere facta Patre:
Illic Relligio per sola silentia crescit,
Nec res verbo agitur, iussit ut ille, Dei.
Consita sed granis in sacra rosaria ramos
Fundit, & in ramis multa sigilla gerit.
His, quibus inter nos perit artibus, incipit illic
Relligio in cunis mox peritura suis:
Et nova cuncta placent, quoniam novus orbis & ille est,
Ex prisca supereſt & pietate nihil.
At procul Harpyiæ hinc, procul hinc Ixione nati
Semiferi, gravidæ nubis inane genus
Este novi procul hinc, hominum deliria cultus,
Et quæ sponte sibi numina quisque facit.
Gallia (nam decorat Gallos hac laude vetustas)
Non alit in gremio talia monstra suo.
Nos iuvat antiquo vitam producere ritu,
Nos juvat in prisca simplicitate mori.

Claudius igitur de Aquaviva Præpositus Generalis Iesuitarum, cùm hæc Procurator ad eum retulisset, simulque intellexisset, Marianæ librum in Gallia damnatum hanc doctrinam haud obscurè etiam improbavit, serióne an dolo, & ut fucum faceret Regibus, alij judicent: Respondit enim. Primum collaudare se studiumque Provinciæ; deinde agerrimè tulisse, quòd libri ij ante emissi essent, quàm ejus rei quicquam ad se deferretur. Cæterum, & ubi primum rem accepisset, mandasse uti corrigentur, & sedulò daturum operam, ne quid ejusmodi in posterum accideret. Neque eo contentus, decretum etiam addidit vehemens & grave, ne quis posthac ex Iesuitis aut publicè quicquam scriberet, & doceret: aut privatim consilium cuiquam daret, quod in Regnum & Principum cædem, perniciemq; ulla ratione vergeret. Verba ejus hæc sunt:

Qvandoqvidem *Societatis scriptoribus, ac Theologis, qui docent, cæterisque omnibus operarijs haud satis est id solum providere, quod in aliorum scriptorum libris reperitur, sed illud etiam apprimè considerandum, sintne opiniones validis nixæ fundamentis tutæ probatæ, scandalis, aut alijs incommodis minimè obnoxiæ: Ideò sanè iustissimas ob causas, quæ ad hoc consilij nos impellunt, præsenti decreto præcipimus in virtute sanctæ obedientiæ, sub pœna excommunicationis, & inhabilitatis ad quævis officia, suspensionis à Divinis & aliis arbitrio nostro reservatis, ne quis deinceps nostræ Societatis Religiosus publicè, aut privatim prælegendo seu consulendo, multò etiam minus libros conscribendo affirmare præsumat, licitum esse cuicunq; personæ, quocunq; prætextu tyrannidis, Reges aut Principes occidere, seu mortem eis machinari. Ne videlicet isto prætextu ad perniciem Principum aperiatur via atque*

ad turbandam pacem, eorumque securitatem in dubium vocandam, quos potius ex divino mandato revereri, ac observare oporteat, tanquam personas sacras à Domino Deo pro felici populorum gubernatione in eo gradu constitutas. Provinciales autem, qui aliquid horum resciverint, nec emendaverint, aut non prævenirent hujusmodi incommoda efficiendo, ut hoc decretum sanctè observetur, volumus eos non modo prædictas pœnas incurrere, sed etiam officio privari. Vt sic omnes intelligant, quis sit ea de re Societatis sensus, neque privati unius error suspectam reddat societatem universam, quum apud æquos rerum æstimatores certum sit, partis unius, aut membri culpam toti corpori reliquo attribui jure non debere. Volumus præterea, ut Provinciales de hoc accepto decreto certiores nos faciant, idemq; per suam quisque Provinciam curent promulgandum, & in singulis domibus & Collegijs referendum in libros ordinationum ad perpetuam ejus memoriam.

Est & hoc superioribus addendum, quòd tyrannis & excommunicatio non tollit jura politica & ciuilis societatis, quemadmodum nec ipsa infidelitas vel apostasia aperta à Deo tollit ea. Nam infidelis & apostata Imperator, qualis Iulianus olim, manet Imperator, & Magistratus, & pro tali à Christianis agnitus est. Ergo falsa est Iesuitarum & Scholasticorum sententia, qui volunt, non esse parendum Principibus Tyrannis & excommunicatis: & contra sentire videtur Thomas Aquinas in 2. secundæ quæst. 10. Sigebertus etiam Monachus scribit in Odone pagina 101. hanc doctrinam & novam & hæreticam esse, quæ jubet, ne hypocritis Principibus, id est excommunicatis pareamus, quam Hildebrandus, qui & Gregorius VII. Papa primus promulgasse videtur, quum veteres Christiani Iuliano Apostatæ paruerint: Ambrosius Theodosio à se excommunicato: Apostoli etiam infidelibus & persequutoribus Ecclesiæ Principibus, qualis Nero, Domitianus, &c. paruerunt.

Anno etiam 1611. edita est in lucem cum Iesuita Sicario Apodixis, quâ multis gravissimis argumentis ac rationibus probatur, Non licitum esse Subdito maledicere Regi vel Principi suo: multoque minus personam ejus adoriri, obtruncare & interficere. Ex multis pauca referam.

Exod. 22. *Num. 12.* Quod ad Maledicentiam attinet ea in Sancta Scriptura expressè prohibetur. In Exodo dicitur, *Deos ne exsecrator: & Principi in populo tuo ne maledicito.* Hoc mandatum formidabilius reddiderunt horrendæ pœnæ, quas Deus ipse sumsit de ijs, qui illud non observârunt. Exemplum habemus in Aarone & Maria, quum contra Mosem murmurâssent ob Æthiopissam fœminam. Hoc simplici murmure iritatus Deus ab ijs abijt, & Maria leprosa facta est, Ex his colligitur, Si lege Dei puniuntur, qui Principi suo maledicunt, quid ijs fiet, qui Reges suos & Principes adoriuntur ac interficiunt? David etsi Saul esset Tyrannus, injustèque illum persequeretur, & magnum Sacerdotum numerum crudelissimè interficeret; personam tamen ejus adoriri noluit, quantumvis commoditate optimâ ad id instructus esset: imò servum, qui mortem ejus acceleraverat, licet ab hero sollicitatus, è medio tollendum curavit. Excommunicantur etiam tales & Satanæ traduntur Concilijs aliquot, ut paulò ante indicavimus.

Mysterium IESVITARVM *quo* initiare solent eum, quem *ad* Principis alicujus Parricidium induxerunt: *ubi & de* Meditationum eorum Camera & Origine Doctrinæ IESVITARVM *de* Parricidijs.

Mysterium Diabolicum.

IEsuitæ cubilia habent mystica & exorcizata in quæ ij, quos ad facinus patrandum destinaverunt, benedicendi, sanctificandi, & in beatorum ac cœlitum civitatem adscribendi introducuntur. Extat Processus integer Delphis apud Ioannem Andreæ bibliopolam excusus, quem quia non ingratum Lectori futurum confido, totum hoc loco adponendum censui. Habet autem in hunc modum.

Is cui eædem Domini, aut Principis sui susciipiendam Iesuitæ persuaserunt, infelix homo in meditatorium seu oratorium secretò introduci solet. Ibi culter linteolo involutus & eburnâ circumque circa characteribus variegatâ cistulâ, cum agno Dei incluſus proferetur. Quem, dum è vagina educitur, aquæ benedictæ guttis stillatim irrorant, & globulos corallinos consecratos manubrio appendunt, indulgentiâ factâ, ut quot ictibus necandum Principem petiturus esset, totidem animas ex purgatorio educeret. Tum cultrum parricidæ in manum præbent, hisce verbis commendantes: Electe fili Dei, accipe gladium Iephte, gladium Samsonis, gladium Davidis, quo Goliatho caput præcidit,

cidit, gladium Gedeonis, gladium Iudithæ, gladium Maccabæorum, gladium Papæ Iulij secundi, quo se à Principum manibus, plurimo civitatum sanguine fuso, liberavit. Vade & esto prudenter animosus. Deus brachium tuum confortet. Quo facto omnes in genua procidunt, & primarius ex eis talem recitat exorcismum. Adeste Cherubim, adeste Seraphim, vos Throni, vos potestates, adeste vos sancti angeli, & replete beatum hoc vas perpetuâ gloriâ, & quotidie illi offerte coronam Beatę Marię Virginis Sanctorum Patriarcharum & Martyrum. Non amplius nostri est, sed vestri consortij participes. Et tu Deus, qui terribilis & vincibilis es, quive ei in meditatorio, ac oratorio suo, ut Tyrannum, ac Hæreticum exstinguere, & coronam ejus in Catholicum Regem conferre vellet, revelâsti; corrobora quæsumus hujus, quem ad id opus consecravimus, membra adauge ejus vires, ut voluntatem suam perficere possit: da ei loricam divini potentem, quâ comprehendentium manus effugiat: da eis alas, quibus sancta ejus membra Barbarorum proditorum conatus vitabunda evadant: effunde in ejus animam lætificantes tuos radios, quibus corpus, omni metu depositio, in medijs periculis & cruciatibus gaudio & exsultatione perfusum animetur. Hoc peracto exorcismo ducitur parricida ante altare, in cujus pinace depicta est historia Iacobi Clementis, Monachi Dominicani, cum imaginibus Angelorum eum protegentium ad cœlumque ducentium. Hanc ei Iesuitæ ostendunt, & simul præsentant cœlestem coronam dicentes, Domine, respice hîc brachium tuum & executorem justitiæ tuæ. Omnes sancti assurgant, & huic locum sedant. Quibus omnibus cõpletis, quatuor tantum Iesuitæ deputati sunt, qui soli cum parricidia colloquantur. Hi inter sermones sępè dicere solent, divinam quandam in eo claritatẽ apparere, cujus radijs permoveantur ad manus ejus & pedes osculandos: nec amplius sibi eum hominem videri, sed jam in divis repositum. Sese etiam assimulant, quasi tantam ei gloriam & beatitudinem, ad quam jam nunc provectus, sit invideant, ingemendo dicentes: Quòd utinam Deus me suo loco elegisset, & hac ratione confirmâsset, ut liberatus à pœnis purgatorij, rectâ viâ in paradisum perduceret.

Quod si vero is, quem idoneum esse rentur parricidio perpetrando, tergiversetur & persuasionibus recalcitret, tum aut terriculamentis nocturnis, monstrorumque occursaculis ad votum, quod ejusmodi concipiendum adigunt, aut per subornatas Divæ Mariæ Virginis, vel aliorum cœlitum, nec non ipsius aliquando Ignatij ac sociorum ejus personas ἀπὸ μηχανῆς apparentes ad facinus animant, & inducunt. Ita scelerati isti & parricidiales Magistri, nunc formidine pœnæ, nunc adumbratæ virtutis amore incautos adolescentes miseris, & ô vindicandis exemplis circumscribunt, & in animæ pariter corporisque discrimina præcipitant.

Assassini qui.

Genus hominum in Oriente fuisse memorant, quos plerique Historicorum Assassinos, Pius Papa & Nicolaus Gillius Arsacidas, Nicetas Chasios nominârunt. Hi Mahumetanæ disciplinæ addicti novam sibi sectam instituerunt, cujus Præfecto Generali sedem Muletæ, qui locus sanctus habebatur ordinavêre. Auctor sectæ ac Princeps ALAODIM quidam fuisse perhibetur, miles veteranus, vulgò Senex de Montanis, à suis Pater & Propheta dictus. Iste sub se & Rectores alios habuit, qui Palatia munita, splendida, & admodum quàm elegantia amœna hortorum colebant. Ratio & disciplinæ institutum in tuenda absoluta Prophetæ ac Principis sui authoritate super universas gentes vertebatur. In eam rem ipsa Palatia sive Collegia instituta, ut studiosam juventutem ad Mahumeti legem, Alcorano comprehensam, conformarent, & delectu ingeniorum habito, juvenes audaciores ac ferociori animo præditos observarent, secernerent, segregarentque.

Dogmata Assas.

Dogmata nefariæ hujus disciplinæ hæc cumprimis referuntur.

1. Mahumetum esse Dei Prophetam, reparatorem generis humani, bonorum ac malorum retributorem.

2. Ejus vicarium Prophetam, ac Principem Muletanum esse in terris constitutum super omnes gentes, unicum divini & humani juris à Mahumeto traditi interpretem.

3. Ius fasque esse Principes ejus dicto non audientes occidere, vi, fraude, dolo, pro re nata & oblata occasione.

4. Nec discipulos ejus Principi alteri cuiquam obstrictos ac obnoxios esse, licet fidem simulatam sacramento jurârint.

5. Animam esse immortalem, eique post hanc vitam imminere præmia aut pœnas pro dictorum factorumque commeritis.

6. Paradisum esse, hortum lacte & melle affluentem, & omni delitiarum ac volu-

Mysterium Diabolicum.

voluptatum genere abundantem, in quo beatorum animæ præmia, quæ ad totius corporis voluptatem faciunt, pro virtute recipiant.

7. Primam ac summam virtutem Deoque omnium gratissimam esse obedientiam, eamve in eo consistere, ut Præpositos suos vereantur, ac observent, & in jussis eorum exsequendis promptos sese, paratos & alacres præstent, hoc est, ut Paulus ait, ut animi sui (scilicet Prophetæ) detestabile exequantur propositum.

8. Qui pro legis Mahumetanæ æmulatione, aut bello occumbat, aut in cæde hostis comprehensus interficiatur, animam suam rectâ & cum ipso extremo oris halitu ad gaudia illa Paradisiaca transmittere. Qui verò domi desides & lecto immorientes pereant, summis prius cruciatibus, per multa annorum curricula purgari, quàm ad Paradisum queant penetrare; ubi tamen nec solidis gaudijs & minus perfectis, quàm illi audaces bellatores, perfruituri sint.

9. Qui autem Principem aliquem Legis adversarium interemerit, proximum à Mahumeto locum in Paradiso cum Sanctis Prophetis adepturum esse.

10 Denique esse in potestate Prophetæ, quem uti dictum, Patrem sive senem indigetabant, sibi à Mahumeto data atq; concessâ, Paradisi gaudia distribuere, eorumque gustum aliquem, etiam in hoc corpore constitutis modo incomprehensibili exhibere.

Adhæc pestifera, & horrenda Dogmata in Scholis ac Collegijs suis adolescentum animis ad audaciam ituris viam faciebant, ut eo obsequentiores sibi redderent, & ad omne vitæ periculum intrepidos, quorum primarium Muletæ seminarium fuit. Heic delecti juvenes ad eam quam dixi institutionem docti & educti, potu soporifero hausto, in viridarium Palatio seu Collegio contiguum portabantur, ubi somno experrecti illarum voluptatum experimentum caperent. Rivuli varij, aquâ, melle, vino & lacte fluentes variæ Musicæ artis instrumenta, melodiæ, choreæ, tripudia, palæstræ, vestes pretiosæ, & mirus apparatus omnium delectabilium rerum, quibus pro voto fruebantur juvenes intra viridarium positi, qui aliud nihil faciebant, quàm quod vitam beatam vivebant, tristitiæ nullum dantes locum. Præstò erant, & puellæ formosæ variarum libidinum spinthrices & pueri calamistrati ad nutum ministrantes.

Tanto gustu voluptatis imbibito, iterum in Soporem dati ad Collegium & habitacula sua reducebantur. Tunc illi redeuntes (verba sunt Pauli Veneti) & reminiscentes, quibus & quantis ad modicum tempus potiti fuissent gaudijs, supra modum dolebant, & tristes efficiebantur, quod delitijs illis perpetuò frui non concessum sit, mortem libenter subituri, modò hac vitâ tam modicè degustatâ, semper vivant. Tunc Tyrannus ille; qui Dei Prophetam se esse mentiebatur, aiebat illis, si parati estis, ut pro mea obedientia mortem intrepidè, ubi illata fuerit, subeatis, participes vos pronuntio futuros illorum gaudiorum, quæ ad horam vidistis. At miseri illi mortem lucrum putantes, nihil tam difficilè aiunt, injungendum, quod pro illa beata vita consequenda non libenter subeant. Abutitur igitur Tyrannus ille his præfractis hominibus ad innumera homicidia, quippe qui corporalem vitam prostituentes, contemnebant etiam mortem ipsam, &c. Hæc Paulus: Cui Nicetas Choniates consonans; *Et ad eos missi, inquit, quos eorum Principes occisos volunt, ut hospites & amici adeunt, & aut se habere, quod eis dicant, aut Legatos venire simulantes, sæpè Dominorum suorum adversarios pugionibus occidunt, nulla difficultatis & explorati supplicij ratione habitâ, etiamsi alterum non occiderint.* Et pergit Paulus; *Ut omnibus hominibus essent formidini, & nemo insaniæ illorum resistere auderet: Sicque fiebat, ut multæ Regiones: & potentes viri Tyranno illi tributarij fierent: donec tandem à Tartaris PseudoPropheta ille oppressus & cum omnibus Assassinis suis extinctus fuit circa Annum C. N. M. CCLXII.*

Ad eundem prorsus modum Iesuitæ juventutem in Scholis & Collegijs suis informant, & erudiunt: propositaque præstantissimi gaudij cœlestis mercede, & divinæ venerationis honore, ad quodvis parricidiale facinus perpetrandum inflammant & propellunt.

De Æquivocationibus IESVITARVM.

XI.

Vndecimo docent IESVITÆ, *Amphibologijs seu Æquivocationibus, hoc est, mentiendi & pejerandi arte, hæreticos & quosvis alios decipere, fallere & eludere permissum esse.*

DOcent etiam Iesuitæ, sibi alijsque Cap. Papistis, præsertim Clericis & Ec- 11.
clesiasticis

cleſiaſticis librum permiſſumq; eſſe, quando ab hæreticis Magiſtratibus examinatur, æquivocationum deceptionibus, itemque mentitis nominibus, & veſtibus uti, & veritatem ſupprimere, nimirum, ut commodius ſe inſinuare, & conatus ſuos promovere poſſint. Hoc eſt, licere ſibi & alijs Pontificijs, non tantum ſimpliciter manifeſtam veritatem celare, aut denegare, ſed piè & religiosè aſſerere, per quem ſalutem æternam proteſtari, imò liquido jurare, in illa quæ certiſſimè cognoſcunt falſiſſima eſſe; retinendo tantùm proprium quendam & reconditum animo ſenſum, quo à Patribus ſuis perſuaſi ſunt, ſe tutò & juſtè quæſtionem quamvis eludere poſſe. Eſt hæc communis Ieſuitarum omnium ſententia, ſed tamen cum exceptione quorundam. His artibus inſtituuntur à Ieſuitis ij, quos ad Regum & Principum exitium incitant, ne facinoris conſcios & participes prodant: uti rem ipſam apertè negent, conditionem aliquam mente retineant. Atque hæc demùm cauſa eſt, cur parricidæ tam conſtanti animo à Iudicibus interrogati, quibus ſocijs auctoribus ſcelus tantum aggreſſi ſint, negant & pejerant, quòd Ieſuitarum artibus inducti ſibi perſuadent, dum conditionem aliquam mente tegant, nullam in perjurio noxam eſſe.

Sic Toletus Ieſuita & Cardinalis de Inſtruct. Sacerd. lib. 4. cap. vigeſimo primo. *Si quis*, inquit, *à ſuperiore interrogetur juratus, tum ſi iuſtè interrogetur iuratus, tenetur reſpondere abſque æquivocatione Si verò iniuſtè, tum poteſt uti æquivocatione, & reſpondere non ſecundùm iudicis mentem, ſed ſecundùm propriam, Et ſi crimen omninò occultum eſt, de quo quis interrogatur, tum æquivocatione uti poterit, reſpondeo; Neſcio intelligendo tamen intra ſe, Vt dicam tibi: vel reſpondendo, Non feci, intelligendo intra ſe, Nunc non feci, vel aliquid ſimile. Et ſic interrogatum, An ex tali civitate veniat (de qua nempe communis fama eſt, quòd peſte infecta ſit) utut ſub iuramento interrogatus ſit, poſſe tamen reſpondere, Quòd non; licèt inde veniat: quia nempe tacitum intellectum in ſua mente habet, quòd civitas illa non ſit infecta: aut quòd non ſit infectus, licet civitas infecta ſit. Quia nempe non facit contra præcipuam intentionem cuſtodum.*

Similia docet Gregorius de Valentia Tom. 3. Diſput. 5. q. 13. De reo pun. 2. pag. 1350. & ſeqq. *Quandocunque* (ait) *iniqua interrogatio fit, etiamſi iuramentum acceſſerit, nullum tamen committetur periurium, quamvis iuramento affirmet alium aliquem ſenſum verum alienum ab interrogatione: talis non mentitur; nec vanè uſurpat nomen Dei, ſiquidem ad ſe, vel ſua tuendum, id facit.*

Andræas quoque Eudæmon Ioannes in Anticotoni confutatione docet, cùm iudex ritè, ac ſervato juris ordine reum interroget, teneri quemcunque ſine tergiverſatione ulla ad mentem judicis etiam cum capitis ſui periculo reſpondere; quòd ſi verò Magiſtratus præter jus & fas, ſine ullis indicijs ad quæſtionem aliquem rapiat, tum tergiverſationi locum eſſe. Verba ejus hæc ſunt: *Cùm quis nullis iuſtis indicijs in ius vocatur, quia nemo tenetur ſeipſum Magiſtratui prodere, idque lex ipſa naturæ ſatis docet: apertè & libere ſine omni tergiverſatione negare poteſt, id cuius gratia accerſitur: quia ſemper clauſula illa intelligitur, ita ut tenear dicere.*

Martinus Navarrus Azpilcueta in d. c. humanæ aures. 22. q. 5. pag. 348. poſt Angelum de Peruſio & Ioan. ab Anagnia refert & probat, *Æquivocationem S. Franciſci, qui interrogatus à latronibus, homicidam* (Ieſuita Sylvanus in Philippica ſua pagina quinta pro homicida furem ſupponit) *perſequentibus, An illhac*, ubi Franciſcus erat, *talis homicida tranſiſſet? immiſſis manibus intra manicas, reſpondet; Hac non tranſiſſe*; ſubintelligendo tacitè contra communem intelligentiam: *Non tranſiſſe per illas manicas.* Et addit Azpilcueta: *Hanc doctrinam de Æquivocationibus fundari in illo inſigni facto magni illius Patriarchæ Franciſci.* Cui ſimilis eſt illa, quam habet Gloſſa in c. Ne quis. c. 2 q. 2. ſi quis videlicet interrogetur, an hic vel ille hîc ſit, & reſpondeat non, ſubintelligendo, ut hîc comedat, quam *ſolennem & receptam* Azpilcueta dicit, *& uti iuſtam reſponſionem* laudat.

Ibidem Navarrus ex Thoma, *quòd reus interrogatus de crimine à iudice non procedente iuridice non teneatur fateri veritatem, ſed poſſit uti Æquivocatione, ſubintelligendo aliquid aliud, quam verba ſonant. Imo & qui reſpondet iudici, ſive ſuperiori, vel ſine ſub iuramento, poteſt uti Amphibologia, ſive illa contingat ex diverſa verbi ſignificatione, ſive ex diverſa intentione interrogantis & reſpondentis, & licet falſum ſit, ſecundùm mentem interrogantis.*

Idem Navarrus pag. 351. *etiam Magiſtratui, vel judici injuſtè interroganti vel adjuranti non tenetur quis ſecundum ſuam intentionem reſpondere.* Sic & teſtem inſtruit Navarrus, *ut dicat, Se nihil ſcire, ſubintelligendo intra ſe, Nihil, quod dicere teneatur.* Ibidem etiam inſtruit litigantes, qui jubentur jurare de calumnia, veritate, &c. *Vt ſi non ordinatè,*

Cap. 11.

vel justè, à Iudice jubeantur, possint negare affirmare, secundum propriam mentem, non curando de illa quam judex habet. Et post alia pag. 352. n. 16. docent etiam, *Licitè posse aliquem occultare, Quod sit Catholicus.* Rursus cap. humanæ aures 22. q. 5. inquit: *N. N. clàm sine testibus absentibus, cuidam fœminæ dixit, Accipio te in uxorem meam: sed sine animo eam ducendi. Postea judici eum adjuranti, & interroganti, an ea verba dixisset? Respondit se illa non dixisse; subintelligendo, in mente sua, quòd illa non dixerit animo illam ducendi.* Et addit Azplicueta, *hoc non esse mendacium, sed æquivocationem prudentem & honestam.*

O mendaciorũ Doctores.

Toletus ut supra, scribit, *Quærenti judici, fecistine illud? respondeat; intelligendo intra se; ut dicam tibi, vel hoc tempore, vel quid simile: Et si vir uxorem petat, an sit adultera? illa potest dicere, non sum, quamvis verum fuerit, intelligendo, ut tibi revelem. Sic qui cogitur jurare alteram in sponsam accepturum, intelligendo, si postea placuerit: & à latronibus comprehensus juraverit, se postea daturum centum aureos, ut liberetur, & æquivoce jurans, intra se dicens, si posteà liberetur tunc non tenetur solvere: sic à custode iniuriosè detentus, ut dimittatur, iurans se redditurum posteà, potest uti æquivocatione, & non tenetur reddere.*

Interrogatus alius, & jurejurando obstrictus ut verum dicat, talemne viderit hodie? hac æquivocationis arte illud planè denegat, prudens licet, sciensq; illum viderit. Ille verò hunc sensum sibi reservavit, Non vidi illum, scilicet, ut Magistratui hoc dicerem vel non visione beatificâ, vel non Venetijs, &c. illum vidi.

Francisco Treshamo in arce Londinensi morti proximo ut uxor ipsum in solatium invisceret permissum est. Illa verò haud ignara maritum suum conjurationis Hispanicæ directè & verè Garnetum insimulâsse, sed verita ne maritus sine morsu conscientiæ aliquid de Garneto detexisset: cùm jam extremos spiritus exhalaret, eò adegit, ut cùm ipse scribere non posset, famulum scribere jusserit, quæ ipse dictaret. In quo scripto seipsum jurejurando obstrinxit, atque in animæ suæ salutem testatus est, sedecim annis totis jam transactis Garnetum ne vidisse quidem, eamque ob causam, priorem suam confessionem irritam haberi obtestatur. Petit denique ut præsens ista retractio pro vera habeatur. Cùm tamen Garnetus ipse confessus sit, se Hispanicæ conjurationis conscium fuisse, seque cum Treshamo sæpissimè proximis annis loquutum de his rebus esse.

Interrogatus tandem pro tribunali Garnetus, quid de hac Treshammi retractatione sentiret, Hoc unicum respondit, *Ipsum æquivocare voluisse credo.*

Garnetus etiam de toto hoc argumento & naturâ æquivocationis quid sentiret explicare jussus, hoc 20. die Martij anni 1606. responsum dedit. *De æquivocatione ita censeo. In rebus moralibus & communi usu vitæ, quando veritas inter amicos requiritur, uti æquivocatione haud licet: id enim societati hominum magno malo cederet. Quare huic remedio in istis nullus locus. Quoties verò de necessaria defensione agitur, deque injuria aliqua evitanda, aut damno, aut de consequendo aliquo bono non parvi momenti sine ullo cujusquam periculo, tum licita est æquivocatio.*

Ibid. p. 107.

Idem Garnetus quoque has Iesuitarum fraudulentas æquivocationes, quum Londini pro tribunali staret, hoc mendacio defendere & excusare conatus est: *Iesuitarum Ordo*, inquit, *mendacium quodcunque improbat, præsertim verò in causis fidei & Religionis, cùm sit illud genus mendacij omnium pernicioßissimum, & à D. Augustino in Priscillianistis condemnatum. Imò verò quacunque in causa mentiri, & malum & peccatum est, utcunque inter octo gradus, quos Augustinus facit, ille revera gradus infimus habeatur, ita mentiri, ut uni in commodum cedat, quod sine cuiusvis sit incommodo. Illa igitur, quam nos defendimus Æquivocatio, legitimum quarundam propositionum usum defendit, mendacijs neutiquam patrocinatur. Fieri enim potest, ut quis ab homine, penes quem nulla sit inquirendi authoritas, interrogetur, aut de re aliqua examinetur, cuius cognitio ad interrogantem minimè pertineat; verbi causa, Quid aliquis cogitet? Quo tempore igitur oportet veritatem dicere, æquivocare non licet, quod si secus sit, licet, &c.* Attornatus autem Generalis Angliæ ad hoc sic respondit: *Verum quidem est, specie tenus mendacium & periurium condemnare videntur, quod si secus fecerint, ipsorum scelera essent in medio posita, omnibusque exosi essent. Verum quæ condemnant mendacia periuriaque aperta sunt & hiantia: mendacia autem secreta, periuria clanculatia, falsa testimonia, quæ maximè detestanda, quæque neque defensionem, neque exemplum habent, approbare videntur. Quod si in alijs ut plurimùm non probent, at in semetipsis & sui similibus, atque conjurationum socijs, probant & defendunt; præsertim cùm ad conatus suos perficiendos illis usui & adminiculo esse possit.*

In Actis Garneti pag. 96.

Ibid. pag. 107.

Hæc quoque Garneti protestatio est contraria suo ipsius facto. Cùm enim à Magistratu interrogatus maximè, pernegâsset, se

so conscium machinationis cum pulvere tormentario fuisse, ac pro ejus felici successu preces habuisse; mendacij deinde convictus respondit pag. 101. *Se quidem de prospero magnæ illius actionis eventu preces obtulisse; illud tamen eo animo sensuque fecisse, quòd severiores quasdam leges tum subveritus fuisset.* Rursus interrogatus à judice; *An Iesuitam Hallum, aliâs Oldcornum non convenisset*, monitusque, ut sine æquivocatione in veritate responderet; pertinaciter & animæ salutem testatus respondit, *Se cum illo non fuisse:* idque horrendis execrationibus repetijt. Postea verò quum Hallus contrarium fassus fuerat, in mendacio aperto deprehensus Garnetus, erubuit, & misericordiam imploravit, agnovitque se delequisse, *Nisi ipsum Æquivocatio tueretur.* Hinc intelligit Lector mentitum fuisse Garnetum Æquivocationum Iesuiticarum defensione. Nam & interrogatus à delatis Regijs, penes quos fuit interrogandi authoritas & potestas: & à judice ipso monitus fuit ut sine æquivocatione & dolo aliquo responderet: & cognitio rei, de qua examinatus fuit, ad interrogantes maximè pertinuit, & tamen æquivocavit, id est, mentitus est.

Ibid. p. 107.

In Actis Garneti pag. 96.

Eâdem fraude illusit Garnetus Iesuita Illustrissimo Comiti Salisburgiensi, petenti, ut sine æquivocatione proferret, quid de excommunicatione Regis sentiret, dicens, Regem Iacobum nondum excommunicatum esse. Nam Iacobum Stuardum excommunicatum animo sentiebat Vide ejus acta pag. 107.

Eadem fraude utuntur Iesuitæ, cùm ipsi, vel eorum discipuli Reges & Principes Evangelicos, imò & Pontificios eorum fautores, & sedi Roman. minus obedientes, occidunt. Negant enim se Reges aut Principes occidisse. Quare? quia non ut Reges & Principes, sed ut hæreticos, hæreticorumq; fautores & excommunicatos, atque Tyrannos eos occidunt: *Non enim in eodem subjecto esse posse*, ait, *Regnum, hæresin & Tyrannidē.*

Ibid. pag. 107.

Hac arte Richeomus in sua Expostulatione Apologetica pro Iesuitarum Societate Henrico IV. Regi Galliæ illusit, dum æquivocando impudenter affirmavit: *Se nunquam audivisse, postremo defunctum Henricum Regem, à quoquam suorum hominum Tyrannum esse nominatum. Non enim postremò defunctum Henricum Regem, sed benè postremò occisum Henricum Valesium Henricum Tyrannum & quidem sapissimè audivit nominari*; quum hoc & pro concine ubique inter Ligistas, & quàm plurimis libellis editis factitatum sit.

Simili æquivocandi arte utitur Tortuosus Bellarminus, *dum negat Sixtum Quintum Papam imperâsse eundem Henricum Regem interficere*, ut est videre in Responsione ad Apologiam pro juramento fidelitatis pag. 85. Non enim Papæ imperant occidere Reges, sed Tyrannos tantum, id est, eos, qui dicto suo minus sunt audientes. Hoc enim decretum Paparum axioma indubitatum esse, ille ipse Tortuosus multis locis tradit. Constitutum etiam apud eosdem est, Omnes Reges ac Principes Evangelicos, imò & quosdam Pontificios, minus dicto Paparum parentes, nec Reges & Principes, sed Tyrannos esse.

Docent præterea Iesuitæ, *Quosvis non teneri privatis quoque Catholicis ad mentem respondere, sed æquivocare & interrogantes decipere posse.* Navarrus ubi supra pag. 351. *Per hanc doctrinam*, inquit, *æquivocationis innumera mendacia & peccata evitari possunt, si semper respondeatur cum aliqua sub intellectione: ut si interrogemur: quò vadimus? quantam pecuniam habemus? matuavimus? quid scripsimus? quid nobis ille vel ille dixit? &c. omnibus illis absque peccato respondere non posse, subintelligenda aliqua. Vt si quis petente pecuniam, librum, &c. respondeat, Non habeo; licet habeat, subintelligendo, Ita non habeo, ut tenear præstare, vel, ut tenear tibi dicere, dare, manifestare, &c.*

Iesuita Iacobus Sylvanus, aliâs Keller, in Philippica contra Anonymum Prædicantem, pag. 5. ait: *Æquivocatione uti licet, quando qui interrogat, non est superior, aut judex. Anne*, ait, *ego obligatus sum cuique ex rure vel plaustro roganti respondere admentem? quis me omnium debitorem fecit?*

Æquivocationis Iesuiticæ origo & antiquitas.

Quod verò ad Æquivocationis hujus originem & antiquitatem attinet, videtur illa primò referri posse ad Priscillianistas hæreticos, qui docuerunt, *mendacia & perjuria Religionis suæ cælendæ gratia fieri bonâ conscientiâ posse, quod etiam Audiani senserunt:* Vnde illud est eorũ, *Iura, pejura secretum prodere noli.* Vide Hieron. in Epist. ad Ctesiphont. de Pelag. Augustin. in Enchirid. & lib. de mendacio, Bernard. serm. 65. in Cantic. Sixtum Senensem lib. 3. Bibliothecæ.

Æquivocatio etiam talis Iesuitica ab Arrio hæretico usurpata fuit. Is enim cùm à Niceno Cõc. damnatus esset, & à Constantino Imp. in exiliũ ejectus, ad humillimã ejus petitionẽ, fide prius datâ se Niceno Cõcilio, subscripturũ, ab eodẽ Imperat. revocatus fuit. Ille verò domũ reversus, suã ipsius opinionem ac sententiam in charta clam consignavit, eamq; in sinu gestavit. Cùm in conspectu Imperatoris Nicenam fidẽ sibi

propositam videret, interrogatus, utrum Concilij Niceni decretis verè consentiat, & in futurum constanter adhærere velit? Ille, manu ad sinum admorâ, ubi charta occultabatur, sine mora, alacri promptoque animo coram Imperatore subscripsit, cùm tamen ea quæ in Concilio de Fide decisa erant, astutè & æquivocè eluderet. Cogitavit enim apud se tacitè & æquivocè, se scripturum isti fidei, quam in sinu gestavit, non ei quæ sibi ab Imperatore proposita fuit.

Nostrâ autem memoriâ Æquivocandi hanc scientiam ab inferis resuscitatam, multos Iesuitarũ magnâ curâ & explicuisse & asseruisse ex ijs testimonijs, quæ paulò ante ex illorum scriptis adduximus, constat, ut non immeritò authores & inventores ejus esse vulgò dicantur. Præcipuè autem eam excoluerunt Angliæ Regni Iesuitæ. Extant enim Iesuitæ Personij Anglí, qui Romæ vixit ibique mortuus est, disputationes ejus argumenti prolixæ in quibus Æquivocandi, seu mentiendi & pejerandi artem acriter defendere conatur: sunt autem à Thoma Mortono solidissimè confutatæ. Liber quoque paulò ante mortem Elisabethæ Reginæ editus est hoc titulo, *Æquivocationis tractatus* à Garneto Iesuitarum in Anglia Provinciali & Blackvvello Angliæ Archipresbytero nõ solùm visus, sed etiam approbatus. In principio autem Garnetus suâ ipsius manu verbum hoc tituli *Æquivocationis*, delevit, & sic mutavit, *Tractatus contra æquivocationes & falsas dissimulationes, cùm rem ipsam pro virili tueatur.* In fine etiam Blackvvellus librum hunc approbavit & commendavit his verbis: *Tractatus iste verè doctus & verè pius & Catholicus est: certè Sacrarum Scripturarum, Patrum, Doctorum, Scholasticorum, Canonistarum, & optimarum rationum præsidijs plenissimè firmat æquitatem Æquivocationis; ideoque dignissimus qui typis propagetur ad consolationem afflictorum Catholicorum, & omnium piorum institutionem.* Et tamen Apologista quidam in secunda Apologia sua negat, ullum unquam ejusmodi Tractatum in rerum natura fuisse, & qui ejus meminerunt impostores vocat. Sunt autem in Anglia plurimi, qui partim viderunt legeruntque eum librum, partim etiam hodiè eum servant: Si etiam Andreæ Eudæmoniohannis Apologiam c. 2. inspexerit, levitatem & imprudentiam suam agnoscere cogetur Apologista iste.

In hoc Tractatu citatur ab authore Æquivocationis exemplum Coventriense: sermonibus multorum in Anglia jactatum, & sic narratur ac defenditur: *Grassante in Anglia pestilentia, præsertim Londini, quidam inde Conventriam venit. Ad portam urbis occurrunt destinati à Magistratu, qui delato jurejurando eum interrogant, veniat nec ne Londino? Ille negat strenuè, & dictis jurejurando fidem facit. Hic auctor libelli negat eum peccasse. Causam hanc affert: Principali*, inquit, *& finali propositæ quæstioni scopo; scilicet, an sic venerit ut civitati pestem adferret, responsum dedit, licet immediatus quæstionis sensus fuerit, scire utrum Londino profectus sit nec ne. De hoc bonâ conscientia jurare ut posset, persuasio præstitit, aut scientia certa; quam jurans habuit, vel pestem jam non esse Londini, vel aërem non esse ibi infectum, neque prater euntes inficere: vel se equo vehentem citato cursu absque noxa transijsse.* Hæc est decisio illius Tractatûs auctoris: & ut illustret novam hanc doctrinam, admirabilem profert Theoriam, de differentia propositionis verbalis, & reservationis sive retentionis mentalis: item de propositione scripta vel mixta, quæ partim vocis prolatione partim silentio constat: quando animi sensum partim verbis exprimimus, partim silentio premimus & in mente reservamus.

Extat in eodem Tractatu aliud exemplum: *Quidam post contracta sponsalia per verba de præsenti mox ad alias nuptias convolans, fidem suam alteri sponsæ similiter per verba de præsenti obligat. Vocatur in jus, per jurejurando verum dicere jubetur: deinde interrogatus, annon priori sponsæ per verba de tempore præsenti sese obstrinxerit? negat ille & pernegat.* Auctor dicti Tractatûs negat in hoc peccatum esse: *Nam judicis*, inquit, *quæstio eò tendebat, ut justumne esset prius matrimonium cognoscere: quum igitur reos id matrimonium pro irrito & illegitimo haberet, nullo conscientiæ periculo, jurare potest non feciſſe quod fecerat, cum hac utique retentione mentali, Eo animo ut id esset legitimum matrimonium.*

Magni scilicet pretij hæc Æquivocationis doctrina est, quæ tam facilè omnia peccata & scelera excusare potest. Illud quoq; fateantur omnes necesse est, per hanc novam doctrinam, ad omnia quamvis execranda piacula, latam patefieri, non dico fenestram, sed januam & portam: ut meritò facturi sint homines facinorosi, & ad omnem impietatem projecti, si patronos & assertores Æquivocationis probè de se meritis habeant.

Est & scitum ejusdem disciplinæ, ab au-

auctore dicti Tractatus defensū, *Licere criminis alicujus reo pejerare, & omnibus modis factum negare; si ab eo interrogetur, qui auctoritatem legitimam non habet; etiam apud legitimum judicem licere: non tamen indefinitè, sed cum ex hac exceptione, Tantisper dum probationes deficiunt.*

Hæc omnia cùm ita sint: *Tamen æquivocationes has utilem artem & bonam prudentiam esse dicunt.* Ideoque Navarrus sibijpsi gratulatur, & jactat, se maximo cumprimis Principi usum illius Apophthegmatis, *qui nescit dissimulare nescit regnare*, commendâsse, & istam doctrinam Principi illi profuisse. Idem Navarrus ind. c. humanæc .34. hanc simulandi & dissimulandi artem ex Thoma *prudentiam ac virtutem* appellavit, *& qui eâ utantur laudandos esse.* Hanc Navarri doctrinam Gregorius 13. *tanquam sanctam, veram & inconcussam approbavit & commendavit.* Et Gregorius de Valentia Iesuita Tom. 3. disput. 5. q. 13. *eam prudentem defensionem vocavit.*

Convellitur autem hæc mentiendi doctrina Iesuitarum, aperto Scripturæ testimonio. Nam Hebreæ. cap. 6. dicitur, *Omnis controversiæ finis jusjurandum est ad confirmationem adhibitum.* Hoc autem verum non est; si Iesuitarum doctrina vera est: nam illorum juramento controversiæ non finiuntur, nec res dubiæ deciduntur, sed perplexæ magis redduntur. Et Ephes. 4. c. *Deposito mendacio loquimini veritatem quisque proximo suo.* Et Esa. 18. *Posuimus fallaciam spem nostram, & in mendacio abscondimus nos, &c.*

Longe etiam aliter de hoc mentiendi genere docuerunt Patres. Isidorus in Synonimis cap. 10. *Omne*, inquit, *genus mendacij summopere fuge: ne casu, nec studio loquaris falsum; nec ut præstes, mentiri studeas: nec quâlibet fallaciâ vitam alicujus defendas. Cave mendacium in omnibus.* Refertur etiam cap. Omne. causa 22. q. 2. Et August. in lib. de Mendacio cap. 6. *Si quis*, inquit, *ad te confugiat. qui mendacio tuo posset à morte liberari, non es mentiturus. Os enim quod mentitur, occidit animam.* Et mox: *Cùm ergò mentiendo vita æterna amittitur, nunquam pro cujusquam vita temporali mentiendum est.* 22. q. 2. c. omne. Cumque Origenes ex sententia Platonis permitteret sapienti bonoque viro mendacium, modò salutare is esset, quorum gratia fieret; Et Hieronym. non careret omninò suspicione Origenici Dogmatis, (Nam hujus sententiam in commentarijs in Epist. ad Galat. scripserat, utrosque, Petrum & Paulum, pro tempore simulatione usos: Petrum, quum se subduceret à mensa, supervenientibus Iudæis; Paulum, quum illum in os acriter objurgaret, ut per eam alios deterreret;) August. in Epist. ad Hieron. quæ exstat inter Epist. Hieronymi tom 3. p. 150. b. ipsum hac de re diligenter admonet, negatque hoc licere. Rursus Isidorus lib. 2. sentent. cap. 31. Quacunque inquit, arte verborum quisque juret, Deus tamen qui conscientiæ testis est ita hoc accipit, sicut ille, cui juratur, intelligit. Dupliciter autem reus fit; quia & Dei nomen assumit, & proximum dolo capit. 22. q. 5. c. Quacunque. Ibid. c. Qui pejerare. additur, Deus duplicitatis aspernator, simpliciter intentionem utriusq;, interrogantis & respondentis considerat; verborum artem aspernatur & odit.

Et quæ non tantùm certa verborum Iesuiticorum fides, sed quid certus adeò poterit esse sensus, si verba extrinsecus prolata, liceat ad hunc modum intentione non expressâ, aut æquivocationibus eludere, etiam in sanctissima juramenti Religione. Hoc est nimirum quod aiebat iste, *Linguam iuratam, mentem iniuratam habeo.*

Ideò ne Iesuitæ quidem omnes & Pontificij hanc doctrinam probant. Nam Ioan. Maldonatus Iesuita Comment. in 24. cap. Luc. v. 36. *Quisquis*, inquit, *fingendo alium fallere conatur, etiamsi præterea aliquid significare velit*, (id est, æquivocatione uti) *haud dubiè mentitur, alioqui nullum esse mendacium, quod non defendi possit.*

Sic etiam Sacerdotes Vuisbyeenses in Epistola quam ad Generosum Papistam nuper scripserunt, *Ars est*, inquiunt, *nostrorum Iesuitarum ut in iuramentis suis Magistratibus quæritur, Esne Sacerdos? tum Sacerdoti*, inquiunt, *licebit respondere, Non sum, sed additâ hac intentione, intus in animo conceptâ, non ore prolatâ, talis nimirum qualem me esse cupitis, aut narrem vobis, aut aliquid simile.*

Ethnici quoque damnârunt doctrinam hanc. Cicero enim lib. 3. Offic. *Quod* inquit, *affirmatè, quasi Deo teste, promiseris. id tenendum est. Et qui hoc sibi sumunt, Nullam esse fidem, quæ infideli data sit, videant, ne quæratur latebra periurio.*

Homerus etiam, quem omnium ætatum sapientes demirati sunt, sub Achillis persona gravissimè detestatur cura, qui aliud in mente celat, aliud linguâ loquitur, inquiens:

Haud minus ille mihi exosus quàm janua Ditis,
Mens aliud cui tecta tegit quàm lingua loquatur.

Turcæ quoque hodiè improbarent, sat scio, si quis inter ipsos, talia mendacia, & mentiendi, Magistratusque decipiendi artes populo discendas proponeret, ut Iesuitæ faciunt.

Conantur quidem Iesuitę hoc suum mẽdacij genus, & mentiendi artes defendere *primò* exemplis Patriarcharum *Vsi sunt*, inquiunt, *Abrahamus & Isaacus æquivocatione, quum negârunt Saram & Rebeccam suas uxores esse.* Gen. 12.20. & 26. Iacobus etiam Patri Iacobo dixit, aut simulavit Esauum se esse.

Respondet autem eis Augustin. contra Cresc. c. 9. & 15. *Hæc*, inquit, *quando in Scripturis legimus, non ideò quia facta credimus, etiam facienda credamus: ne violemus præcepta dum passim sectamur exempla. Et constat, quòd non omnia quæ à sanctis viris legimus facta, transferre debeamus in mores.* Et cap. 21. *Testimonia illa, quibus sanctos libros mendacijs suos Patronos adhibere moliuntur, partim non esse mendacia, partim etiam, quæ sunt, non imitanda esse, docet.*

Secundò, blasphemè dicunt, ipsum quoque Christum æquivocationibus usum esse, quum dixit Marci 13. *De die illo & hora nemo scit, ne Angeli quidem qui in cœlo sunt: nec ipse Filius, sed solus Pater. His verbis*, aiunt, *simulavit se nescire secundum humanam naturam noviſsimum diem; cùm tamen sciverit illum.* Et Bellarminus lib. 4. de Christo, c. 1. Suarez tom. 1. in Thom. quæst. 10. artic. 11. disput. 1. Gregor. de Valent. tom. 4. disp. 1. q. 15. part. 1. & Armandus Iesuita in Epist. ad Chamierum, dicunt, *Errare omnes ferè hujus temporis hæreticos, & protestantes præcipuos, sicut olim Agnitas hæreticos, quia dicant, Christi animam humanam aliquid ignorâsse.* Maldonatus autem in Matth. 24. c. ex Damasceno scribit, *Agnoitas simpliciter Christo ignorantiam tribuisse.* Et Alphons. de Castro adversus hæres. tit. Deus. indicat, *Agnoitas ignorantiam simpliciter impegisse Deo ex his verbis, de die illo nemo scit.* Idem Maldonatus scribit contra Bellarminum & socios, *Athanasium, Ambrosium, Gregorium Nazianz. Theodoretum, Cyrillum, &c. apertè docuisse, Christum quatenus hominem, diem judicij ignorâsse.*

Cap. III. Miscellanea de IESVITIS eorumque Doctrina.

De justificatione hominis coram Deo.

VT Iesuitę quum alijs Doctoribus Pontificijs, tum etiam in multis Socijs suis contradicant aliquot saltem demonstrabo exemplis. Mendacia enim certius dignosci non possunt, nisi quando sibimetipsis contraria sunt: A Deo enim ita ordinatum est, ut impij semper seipsos confundant, & mendacia non consonent, sed contra semetipsa semper testentur.

Bellarmin. de Notis Ecclesiæ lib. 4. c. 9. ¶. Nunc; scribit; *Docuerunt Eunomiani, nemini peccata nocere, modò fidem habeat. Idem Protestantes.*

Bellarminum autem Iesuitam haud obscurè mendacij insimulat Toletus Iesuita Com. in Ioan. 13. *Affirmavit*, inquit, *Eunomius, fidem sufficere ad salutem, quamvis mala opera adesent. Protestantes dicunt quidem ad salutem sufficere, negant tamen fidem illam sine operibus esse posse.* Agnoscit igitur Toletus, Eunomianos fidem mortuam, Protestantes vivam profiteri.

De particulari SOLA.

Rursus Bellarminus lib. 1. de Iustif. cap. 12. *Nos*, inquit, SOLA *fide justificari coram Deo, est opinio paradoxa.* Et Maldonatus Comment. in Matth. 19. *Hoc*, inquit, *omnium hæresium seminarium est:* Et Feuardent. Comment. in Iac. *Iustitia fictitia & imaginaria est.*

Contradicunt autem alijs Pontificijs doctissimis. Colonienses Canonici quin etiam authores esse libelli oblati à Cæsare Collocutoribus Protestantibus in Comitijs Ratisbon. dicunt: *Tantum per imputationem justitiæ Christi quatenus fides nostra apprehendit misericordiam atq; justitiam Christi, propter meritum Christi nos justificari coram Deo.* Prætereo Cassandrum, Stapulensem, Peraldum, Ferum & alios, qui hujus sententiæ fuerunt. Stapletonus etiam lib. 7. de justificat. cap. 9. Catholici, ait aliqui (quos Vega libro 15. de Iustificat. capite 20. pag. 712. viros doctos & pios vocat) tenebant, nullum alium esse justitiæ conservandæ modum, quàm si justitia Christi nobis imputetur.

2. Vera fides an possit amitti.

Bellarminus lib. 4. de Notis Eccles. capite 9. *Calvini doctrinam, fidem veram, semel habitam, amitti non posse, inter Ioviniani hæreses numerat.* Campianus contra rat. 10. *Nisi*, inquit, *Divi è cælo deturbentur, cadere ego nunquam potero.* Catharinus quoque ipso Bellarmino teste lib. 3. de Iustificat. cap. 9. docuit ex his verbis, Accepistis Spiritum adoptionis, *Fideles in persuasione de sua salute non posse falli.* Contradicit etiam Augustinus de Corrept. & Grat. capite septimo, *Horum fides*, inquit, *quæ per dilectionem operatur, aut omninò non deficit, aut reparatur priusquam hæc vita finiatur.*

3. Imagines rectè Idola Vocari.

Azoria Iesuita institut. libro 9. capite 7. *Appellat*, inquit, *Calvinus imagines Sancto-*

4. An Deus corporea forma exprimi debeat.

5. Imaginibus divinum. honorem tribui.

Sanctorum, idola, & simulachra, quasi à sacris auctoribus promiscuè usurpentur; falsum.

Valentianus autem lib. 3. de Idol. capit. 8. ¶. Quod autem, hoc ipsum facit, quod damnat in Calvino Azorius. *Idolum*, inquit, *Græcè imaginem, sive simulachrum significat.* Hæc nomina usque adeò confundit Valentianus, ut non vereatur simulachrorum cultum in hunc modum ex Scripturis defendere. *Innuit*, inquit, *Beatus Petrus aliquem esse simulachrorum & Idolorum cultum licitum.* Ibidem, Cardinalis etiam Plæotus lib. 1. de sacris & prophanis Imag. cap. 3. *Idolum, imaginem & simulachrum pro eodem accipi testatur. S. Hieronymus*, inquit, *scribit, ubi in sacris literis Idola positum est, Aquilam figuras vel imagines interpretatum esse. Et apud Ciceronem legimus, Imagines quæ Idola nominantur.* Et Plato, *Idola vocamus Imagines, quæ & in aquis, & in speculis sunt, & quæ picta sunt, & quæ typis seu figuris expressa, atque alia hujusmodi. Ita simulachri nomen quòd Latinè dicitur, pro eo acceperunt quod est idolum apud Græcos, cùm in Latina interpretatione* ubi dicitur in Psalmo: *Simulachra gentium, argentum & aurum, Græcè dicuntur τὰ εἴδωλα τῶν ἐθνῶν.* Addit ibidem: *Imaginis nomen, si vocis proprietatem inspiciamus, impiæ & diabolicæ formæ convenit.*

4. An Deus corporea forma exprimi debeat.

Bellarminus de Ecclesia triumph. cap. 8. ¶. Ergo inquit, *Calvinus ait nefas esse Deo invisibili & incorporeo, imaginem corpoream & visibilem collocare: nos Catholici contra.* Mox autem, quasi verborum suorum oblitus, dicit: *Opinio illa Calvini non licere pingere imaginem Dei in forma hominis, est etiam* ALIQVOT *Catholicorum ut Abulensis Durandi, Peresij, qui dicunt, hæc non rectè fieri.*

5. Imaginibus divinum honorem tribui.

Bellarminus in Præfat. libri de Beat. Sanct. *Quis*, inquit, *Catholicorum unquam divinum honorem imaginibus detulit?* At hoc fieri in Papatu testatur Polyd. Vergil. de Invent. rer. capit. 37. Georgius Cassander in Consult. art. 21. & Ioannes Gerson quæstione de negl. Prælat. capit. 7. Sed quia hos fastidiunt, audiatur Bellarminus sibijpsi contradicens. Nam lib. 2. de Eccles. triumph. capit 21. in princip. Sit, inquit, *propositio: Imagines Christi & Sanctorum venerandæ sunt, non solùm per accidens, vel impropriè verùm etiam propriè: ita ut terminetur adoratio in imagine, non solùm ut vicem gerit exemplaris.* Vasquez autem libro secundo de Adorat. disput. 8. capit. 3. & 8. *Stultum hoc est*, inquit, *& superstitiosum: idque accuratè probat.* Docet ibidem, *Veteres Scholasticos absolutè dixisse, Imagines Christi esse colendas adoratione latriæ. Eandemque opinionem fuisse Thomæ.* Azorius etiam Institut. lib. 9. cap. 6. ¶. Tota hær. *Constans*, inquit, *est Theologorum sententia, imaginem eodem honore & cultu coli, quo colitur id cuius est imago.* Et Bellarm. lib. 2. de Imaginib. c. 22. ait: *Quantumadmodum loquendi præsertim in concione, ad populum, non est dicendum, imagines ullas adorari debere latriâ, sed è contrario non debere sic adorari.*

Bellarminus lib. 2. de Monachis cap. 15. *Promissionem*, inquit, *in Baptismo non esse votum propriè ac verè dictum est communis Theologorum sententia & quidem verissima.* Azorius autem lib. 11. cap. 14. ¶. Tertiò quæritur, *Baptisma*, inquit *esse votum propriè ac verè dictum, veteres Theologi cum Magistro sentire videntur.*

6. Promissio in Baptismo sine votum propriè.

Rursus Bellarm. ibid. cap. 16. *Dico*, inquit, *votum de præcepta, non esse propriè votum, nisi quatenus res illa præcipitur, ut non præcepta.* Contradicit autem Azorius Institut. lib. 11. cap. 14. ¶. Sextò quæritur. *Qui vovet*, inquit, *rem indifferentem, ejus votum, ex communi omnium sententia est inane.* Idem ibid. *Nihil impedit*, inquit, *quò minus quis se denuò voti Religione obstringat, ad quod alioqui faciendum lege, & præcepto compellitur. Deus enim nos sibi suis legibus devinxit, & nos ipsos ei pariter voti nexu, vinculoque obligamus, &c.*

Bellarminus lib. 5. de Christo cap. 9. in princip. & ¶. Hæc. *Conveniunt*, inquit, *inter se Theologi omnes, & uno consensu docent, Christum, præter ea bona, quæ suis laboribus peperit nobis, meruisse etiam sibi corporis gloriam, & nominis exaltationem, & omnia quæ accepit post passionem.*

7. An Christus sibi ipsi meruerit.

Contra Vega in Opusc. de Meritis quæst. 6. *Christus*, inquit, *totam suam gratiam, totamque gloriam essentialem* SINE *meritis habuit, in primo suo humanitatis instanti.* Et Scotus dist. 18. *Nec, nisi indirectè meruit gloriam corporis.*

Bellarminus citato loco sententiam suam defendere conatur ex Scriptura sacra. *Hebr.* 4. inquit, *sic legitur: Videmus Iesum* PROPTER *passionem mortis gloriâ coronatum Philip.* 2. *Humiliauit seipsum, factus obediens usque ad crucem,* PROPTER *quod exaltavit eum Deus, & dedit ei nomen, supra omne nomen, &c.* Addit, *Respondet Calvinus, has voces,* QVAPROPTER *&* PROPTER, *non causam exaltationis significari, sed consequentiam.* Suarez autem dicit Tom. 1. in Thom. disput. 41. sect. *à Calvino hoc dici Hæreticè.* Et Iesuitæ Anglo-Rhem. in Phil. 2. cap. *Scripturas impudenter detorquet.*

Contrà

Contrà verò Ribera Iesuita Com. in Heb. 1. capit. ad verba vers. 9. Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem, propterea unxit te Deus, &c. Sanctus, inquit, Thomas affirmat, cùm dicitur, PROPTEREA, non meritum indicari, sed finem; ut sit sensus; Ad hoc te unxit Deus; ut haberes hæc omnia, quod satis probabiliter dicitur. Suarez quo supra disput. 10. sect. 4. ¶. sed contra. Per unctionem, inquit, intelligunt multi Patres ipsam incarnationem, & unionem ad verbum, Augustinus, Anshelmus, Beda & Cyrillus Alexandrinus: atque inta particula PROPTER, non de causa meritoria, sed de finali intelligenda est. Et disput. 18. sect. 2. ¶. Dico primò Athanasius, inquit illum locum exponit de gratia animæ habituali. Et disput. 40. sect. 2. ¶. Nihilominus. Communis, ait, est Theologorum sententia Christum non meruisse gratiam animæ habitualem, sed eam ab instantia incarnationis suæ habuisse. Ergo contra Bellarminum ipsis Iesuitis testibus, vox PROPTEREA, non causam meritoriam, sed consequentiam finalem significat.

8. *An Papa possit hæreticus esse & errare.*

Greg. de Valentia Analys. lib. 8. cap. 2. *Papa*, inquit, *ut Papa, id est, quoad publicam personam, hæreticus esse nequit.* Bellarminus etiam lib. 4. de Pontifice Roman. cap. 6. *Probabile*, inquit, est, *pieque credi potest, summum Pontificem, ut Pontificem, solùm errare non posse, sed etiam ut particularem personam hæreticum esse non posse, falsum aliquid contra fidem pertinaciter credendo. Papam etiam non posse ullo modo esse hæreticum, nec hæresin publicè docere, etiamsi solus rem aliquam definiat*, Piggius acerrimè defendit lib. 4. Ecclesiast. Hierarch. capite 8.

Catharinus autem Comment. in Galat. 2. cap. *Falsum*, inquit, *hoc est, etiamsi novitij Scriptores ausi sunt oppositum defendere. Præterea, Legimus multos Pontifices apostatâsse à fide: Honorium in Concilijs duobus vel tribus Papam damnatum; Cœlestinum quoque & alios.* Verba sunt Lyra in Matth. 16. Cani in Loc. Theolog. lib. 6. cap. 8. Alphonsi de Castro lib. 1. hæres. cap. 2. pag. 7. *Pontificem etiam ut Pontificem, posse esse hæreticum, si absque generali Concilio definiat*, tuetur Nilus in lib. adversus primatum Papæ; Gerson & Almain in libris de potest. Ecclesiæ, & Adrianus VI. Papa in quæst. de Confirmatione: qui omnes non in Pontifice, sed in Ecclsia sive in Concilio generali tantùm, constituunt infallibilitatem judicij de rebus fidei. Et Bellarm. lib. 4. de Pontifice Rom. cap. 2. inquit, *Papam, ut Papam hæreticum esse posse Doctores Parisienses tenuerunt.* Vide Vuitakerum de Pontifice Romano pag. 737. Hanovien. editionis, item pag. 769.

Bellarminus lib. 2. de Pontifice Romano cap. 26. *Pontifex*, inquit, *Romanus non potest ab ullo Principe Christiano, sive seculari sive Ecclesiastico judicari in terris, neque ab omnibus simul in Consilio congregatis.*

9. *Papa, an possit ab aliquo judicari*

Iohannes Ferus autem in Act. 11. cap. Cur cum incircumcisis comedisti, &c. *Petrus*, inquit, *respondebat, & omnia narrabat. Potest igitur Ecclesia à Ministris non modò exigere rationem, sed etiam deponere & repudiare potest. Impij autem nostri Pontifices; quasi Domini sint, non Ministri, ab Ecclesia quidem argui & in ordinem cogi nolunt.* Sic refert Bellarminus lib. 4. de Rom. Pontifice cap. 9. celebratum fuisse Concilium Sinuessanum anno Domini 295. in causa Pontificis Marcelli, ad eum doponendum, si hæreticus inveniretur: & Ecclesiam Rom. ex suspicione hæreseos Liberio Papæ anno Christi 351. Pontificatum abrogâsse: Constantinopolitanam quoque Synodum 6. 7. depositisse Iulium.

10. *Vnus homo an possit esse Ecclesiasticus & politicus simul.*

Bellarminus lib. 5. de Rom. Pontifice cap. 9. *Non pugnat*, inquit, *cum verbo Dei, ut unus homo sit Princeps Ecclesiasticus & politicus simul, & ut possit unus homo regere Episcopatum & Principatum.* Et mox: *Et si absolutè fortè præstaret, Pontifices tractare solùm spiritualia, Reges temporalia, tamen propter malitiam temporis experientia clamat utiliter temporales aliquos Principatus Pontifici donatos esse.*

Contra verò Episc. Espensæus in 1. Tim. lib. 2. cap. 9, *Nos*, inquit, *proh dolor, ex pacificis in litigiosos degeneramus, eaque est hodierna Ecclesiæ praxis, ut quæri seriò soleat, Theologúsne, an Canonista sit ad Episcopum aptior? &c. Dicunt quidam, priscis quidem Episcopis Theologiam magis conveniisse, cujus gladio Catholicis contra hæreticos procedere opus sit. Hodiè verò contrà, jurisperitiam magis congruere, quia plures accidunt quæstiones ad jus, quam ad fidem spectantes. Sed longè aberrant; quia Episcopi non minus hodiè quam antea prædicare tenentur, quibus non minus nũc, quam tunc in consecratione prædicandi officium imponitur; prædicationis autem materia est divina Scriptura, hanc igitur docere magis tenetur quam Canones, quos non immediatè Dominus, sed sancti Dei homines ediderunt.* Et c. 10. *Multa quidem tempus secum affert & immutat, utinam in melius.* Et. c 11. *Quàm non expediret homines Episcopos Cancellariatu fungi?* Francisc. de Vict. Relect. 1. quæst. 1. *Regimine*, inquit, *animarum est ars artium, ergo non potest unus*

11. *Papam non esse Monarcham.*

12. *Impij an sint vera membra Ecclesiæ.*

&

& idem utrumque munus implere, administrandi secularem & Ecclesiast. potestatem. Salmeron Iesuita tract. 18. in parabolam hominis divitis Luc. 18. num. 1. *Tempore*, inquit, *Augustini*, ut ipse docet lib. de opere Monach. cap. 29. Tom. 3. *Episcopi litibus Christianorum vacare solebant, non ita tamen litibus vacabant discernendis, ut interim à prædicatione & Episcopi munere vacarent: Quod nunc Episcopi causis incumbunt civilibus, consuetudine Ecclesiæ introductum est*, &c.

9. *Papa. an possit ab aliquo judicari*

11. *Papam non esse Monarcham.*

Papam esse Monarcham seu Dominum totius orbis Christiani negat Bellarminus libro quinto de Pontif. Roman. cap. 3. & dicit, *Si res ita se haberet, deberet id constare ex Scripturis, aut saltem ex traditione Apostolica.*

Contrarium autem affirmat, Iesuita Alvarez, Hostiensis, Sylvester & alii multi, ut Bellarminus fatetur ibid. c. 1.

12. *Impij an sint vera membra Ecclesiæ.*

Malos & impios non esse quidem membra vera, nec simpliciter corporis Ecclesiæ, sed tamen secundum quid & æquivocè; Iohannes de Turrecremata Cardinalis libro quinto cap. 57. probat ex Alexandro de Ales, Hugone & Thoma: idem etiam docent Petrus à Soto, Melchior Canus, & alii. Ac licèt dicant, malos non esse membra vera, dicunt nihilominus verè esse in Ecclesia, sive in corpore Ecclesiæ, & esse simpliciter fideles, seu Christianos. *Neque enim*, inquiunt, *sola membra sunt in corpore, sed etiam humores, dentes, pili, & alia quæ non sunt membra: neque fideles aut Christiani dicuntur tales à charitate, sed à fide, sive à fidei professione.* Sic etiam docet Costerus Iesuita Apolog. part. 3. c. 12. §. Et Hugo. *Vt flegma*, inquit, *pitaita, sanies, saliva, sanguis abundans viventis hominis neque membra sunt, neque partes, & tamen non sunt extra corpus: Ita impij ad superfluos humores referuntur, qui suo tempore, ubi maturi fuerint, cum stercoribus egeruntur.*

Contrà verò Bellarminus libro tertio de militante Ecclesia cap. 9. §. ad ultimum, *Si ita est*, inquit, *sequitur, Pontificem malum non esse caput Ecclesiæ: & alios Episcopos si mali sint, non esse capita suarum Ecclesiarum. Caput enim non est humor, aut pilus, sed membrum, & quidem præcipuum: At hoc est contra Concilium Constantiense, in quo Sess. 15. damnatur error 22. Iohan. Huss quo asserebat, Pastorem malum esse æquivocè Pastorem; & error 30. quo asseritur, Prælatum malum non esse Prælatum.* Bellarminus igitur, ne cogatur fateri, Ecclesiam Romanam non habere caput, si malum Pontificem habet, ibidem docet, *malos non esse membra* VIVA *corporis Ecclesiæ.* Sed non elabitur; nam hoc modo Ecclesia Rom. si habet malum Pontificem, ut perpetuò habet, caput non vivum habet.

10. *Vnus homo an possit esse Ecclesiasticus & politicus simul.*

Collegium Anglo-Rhem. Annot. in Ephes. 5. *Si* inquiunt, *Protestantes ullum in se Theologiæ sensum haberent, nunquam dicerent Ecclesiam posse à fide deficere, id est, à Christo sponso divortium pati.* Bellarm. verò lib. 3. de Milit. Eccles. c. 3. *Notandum est*, inquit, *multos ex nostris tempus terere, dum probant absolutè Ecclesiam non posse à fide deficere: nam Protestantes id concedunt, sed dicunt, id intelligi de Ecclesia invisibili.* Ita Bellarm. Stapletonus igitur & Valentianus Iesuita operam multam ludunt, qui hoc etiam prolixè satis strenuéq; probare conantur.

13. *An Ecclesia à fide deficere possit.*

Bellarm. lib. 3. c. 24. de Pontif. Roman. sic scribit: *Si Pontifices non concionantur, tamen multos alios Pastorales actus exercent, ligant, solvunt, controversias judicant Episcopos creant, & quod per se concionando non faciunt, faciunt per alios.*

14. *Pontifices ipsi oves suas pascere dicent.*

Contrà Maldonatus Summula q. 10. art. 3. 5. 6. *Notârunt*, inquit, *Hieron. in c. 4. ad Ephes. & Aug. epist. 57. propterea Paulum non distinxisse Pastores & Doct. quia omnis Pastor debet docere: & nomen Pastoris significat actionem personale. sicut nomen Medici. Itaque sicut nemo potest per alium curare, ita nemo potest suas oves per alium pascere. Nec quicquam valet responsio communis: Satis esse per Vicarium laborare, quia secundùm eandem Regulam satis esset manducare per Vicarium; quia scriptum est, Qui non laborat, non manducet. De divino jure multa sunt testimonia in sacris literis, ut n. 12. Excubate in custodia Tabernaculi. Nemo autem potest excubare, nisi præsens. Christus etiam describit nobis Pastorem notis suis inter alias, ut oves suas cognoscat, & ille audiant vocem illius. At nec ille eas cognoscere, nisi præsens, nec illæ, nisi præsentem, audire possunt.* Valentianus Iesuita quoque Tom. 4 disput. 19. q. punct. 3 *Christus*, inquit, *Dominus Matth. 28. Apostolis & eorum successoribus Episcopis mandat, Ite, & docete.* Paulus 1. Cor. 1. *Misit me Dominus Evangelizare, non baptizare, id est, præcipuè me misit ad prædicandum, non autem ad administranda Sacramenta.*

15. *An successio sit nota veræ Ecclesiæ.*

Bellarminus lib. 4. cap. 8. de Notis Ecclesiæ inquit, *Successione in Rom. Ecclesia ab Apostolis deducta usque ad nos, veteres tanquam argumento evidentissimo usi sunt ad veram Ecclesiam.*

Stapletonus autem libro 13. de doct. princip. cap. 6. *Personalem* inquit, *successionem nihil moramur, modò doctrinam nostram consentientem Scripturis ostendere possimus.* Bellarminus quoque lib. de Eccles. milit. c. 8. *Successio vera non est, quam hæresis interrumpit.*

16. *An Papa habeat summã potestatem in temporalibus.*

Bellarminus lib. 5. cap. 1. & 6. de Pontifice Rom. dicit, *Papam non habere summam aliquam potestatem temporalem jure divino, nec posse ullo modo imperare* (temporaliter) *Principibus secularibus nedum eos Regno & Principatu privare, etiamsi illi privari alioqui mereantur, sed tamen habere eum hanc potestatem indirectè in ordine ad bonum spirituale. Et hoc modo potest Reges deponere, Regna transferre, & uni auferre, alteri conferre, tanquam summus Pontifex spiritualis.* Et hæc est hodiè Iesuitarum omnium noviſſima & peſtilentiſſima ſententia.

Toloſanus autem lib 26. de Repub. c. 7. ¶. 10. *A Chriſto*, inquit, *paſſo per intervallum ducentorum annorum, nuſquam legitur Chriſtianos contra Imperatores, jam ſævientes in eos, & plurimos necantes, & contra Rempub. eſſe quidquam molitos.* Bellarminus lib. 5. de Rom. Pontif. c. 7. ¶. Quod ſit: *hoc factum* dicit, *quia deſuerint vires temporales Chriſtianis.* Reſpondet verò Toloſanus, *etiam cùm Chriſtiani pares viribus & numero fuerint, ſeſe tamen eis non oppoſuiſſe: imò duxiſſe in hoc Religionem ſuam anteferri alijs omnibus, ſeque ab eo Chriſtianos appellari, cujus ſit hoc pijſſimum Dogma, ut Magiſtratibus pareat. Eſpenſæus Epiſcopui Comm in Titum 3. digreſ.* 10. *Apoſtolus, inquit, docet, credentes omnes Mundi Poteſtatibus debere eſſe ſubjectos Sed turbulenti quidam motâ inter Regnum & Sacerdotium controverſiâ, mirum eſt, quot, quantaſque turbas dederint. Tot, ante hanc Camerinam annorum centurijs Chryſoſtomus nihil tale unquam futurum ſuſpicans, ex Apoſtolo (omnis anima poteſtatibus ſubjecta ſit) Omnis, inquit, ſive Apoſtolus ſive Propheta, ſive Evangeliſta, ſive Epiſcopus ſubjectus ſit.* Sequuntur Chryſoſtomum Theodoretus Oecumenius, & Græci omnes. Idem Gregorius M. ingenuè agnoſcebat, Nam Epiſt. 42. inquit, *Imperatoribus conceſſum eſſe Sacerdotibus dominari.* Et Bernardus ad Archiepiſc. Senonenſem idem colligit: *Si omnis anima*, inquit, *tum veſtra, quis vos excipit ex univerſitate? ſi quis tentat excipere, tentat decipere.* Pontifices quoque ipſi in ſuis decretis fatentur, ſe Imperatoribus ſubiectos eſſe. Rurſus idem Eſpenſæus Com. in Timoth. libro 2. digreſſ. & pagina 275. *Gregorius 7.* inquit, *Pontifex, cui nomen erat Hildebrandus, exemplo ſuo* NOVO, *& omni bibliothecæ veteris invento novello ſchiſmate Regnum & ſacerdotium ſcindens, primus Sacerdotalem lancem contra Imperij Diadema elevans, ſe, ſuoque exemplo Pontifices alios contra Principes & excommunicatos, gladio accinxit, belloque, qua hæreditario, inſurrexit, ut juxta prophetiam Mich. 2. Dentibus mordentes pacem prædicarent. Vtinam Petrum in feriendo imitati. Petrum in recondendo gladio imitarentur.*

Grat. diſt. 65. c. 23.

Otto Friſingenſis quoque in ſuo Chron. lib. 6. c. 35. *Lego*, inquit, *ac relego Regum & Imperatorum res geſtas, & nuſquam invenio quenquam eorum, ante hunc Henricum Imperatorem, quem Hildebrandus depoſuit, à ſummo Pontifice Regno privatum.*

17. *An ſancti mortui invocandi*

Bellarminus ſcribit lib. 1. de Eccleſia triumphante, *Invocationem Sanctorum defunctorum univerſa antiquitas docuit.* Et lib. 1. de Beat. Sanct. cap. 20. ¶. Argumentum ſextum. *Dicunt Proteſtantes*, inquit, *nullum extare in Scripturis exemplum, nullum præceptum, nullam promiſſionem de Invocatione Sanctorum. Nos verò exemplis probavimus Invocationem Sanctorum ex utroque Teſtamento.*

Contra verò Bellarm. ibid. c. 6. ſcribit, *Sanctos veteris Teſtamenti invocare populus non ſolebat, Et Eckius in Enchirid. ſub finem loci de venerat.* Sanct. *Nec hoc licuit*, inquit, *in primordio Eccleſia in Novo Teſtam. ne Gentiles recens converſi, ſe iterum ad idololatriam induci paterentur.* Salmeron etiam in 1. Timoth. 2. diſput. 8. ¶. ult. docet, *Non eſſe expreſſum in Novo Teſtamento de Invocatione Sanctorum: quia durum eſſet id Iudæis præcipere: Gentibus verò periculoſum.*

18. *An pro ijs qui ſunt in purgatorio ſit orandũ.*

Bellarminus lib. 2. de Purgatorio, *Orationem*, inquit, *pro defunctis omnis antiquitas probavit:* Ibidem cap. 15. *Suffragia vivorum proſunt defunctis, qui ſunt in Purgatorio.*

Georgius Caſſander verò in Conſult. artic. de Miſſa, *Vſque ad hodiernum diem*, inquit, *nuſquam in Eccleſia ſtatutum fuit, quomodo noſtræ preces defunctorum animis prodeſſe poſſint: ſed fuiſſe merum teſtimonium charitatis noſtræ erga defunctos, & articuli immortalitatis animæ, & corporum reſurrectionis futuræ. Hujus etiam luculentum teſtimonium eſſe poteſt illud Auguſtini Confeſ. lib. 9. c. 13. orantis pro matre ſua defuncta: Credo*, inquit, *quòd jam feceris quæ rogo, ſed voluntaria oris mei approba Domine.*

19. *Quis ſit catholicus.*

Lyrenenſis inquit, *Catholicus eſt, qui veræ fidei non præponit cuiuſquam authoritatem.* Contrà Bellarm. lib. 3. de Eccleſ. Milit. c. 2. ¶. Noſtra. *Catholicus eſt*, ait, *qui eſt una paſtori Papæ ſubditus.*

Bellarminus libro tertio de Rom. Pontifice dicit: Roma non erit Sedes Antichriſti.

Ribera Ieſuita verò Comment. in Apocal. 14. inquit, *Roma dicitur Babylon, quia ad finem ſeculi futura eſt officina omnis idololatriæ.* Adhuc clarius Collegium Anglo-Rhem. Annot. in Apocal. 175. *Roma* inquit, *erit ſedes Antichriſti.* Et Vega Ieſuita in Apocalyp. 18. Com. 1. ¶. 4. *Illud etiam nobis dicen-*

dicendum videtur ex Aretha, Primasio, Ansberto, Hannono, Ambrosio, & alijs hoc loco Idololatriam vrbis Romanæ significari, defecturamque esse Romam à fide: atque adeò futuram esse habitationem dæmoniorum, & omnis spiritus immundi, ob flagitia, & idololatriam, quæ tunc temporis in Romana civitate, Romanoque imperio latè grassabitur.

NB.

20. An Christus pertulerit pœnas damnatarum animarum.

Bellarminus lib. 4. de Christo cap. 7. dicit: *Est sententia Calvini, Christum pertulisse pœnas animarum damnatarum*, &c. Idem de Calvino scribit Georg. de Valent. Tom. 4. in Thom. disp. quæst. 4. punct. 3. ¶ Quintò certum.

Contra Colleg. Anglo-Rhem. Annot. in Matth. 17. 47. *Calvinus dicit, Christum has tam diras pœnas tantùm in cruce pertulisse*: Non igitur in inferno, ut Bellarminus ait & Valentianus.

Deinde quod affingunt Bellarminus, Valentianus & alii Iesuitæ Calvino, in eoque damnant, illorum ipsorum Magistri docent: *Nam, vt Bellarminus* refert libro quarto de Christo cap. 1. ¶ Dubium. *Aquinas dicit, Christum voluisse in inferno esse, ut pœnas nostras in se susciperet.* Et Medina dicit, ut testatur Suarez in Thom. par. 3. q. 52. art. 8. disp. 43. ¶ 1. aliquos catholicorum sensisse, *Christum passum esse aliquas extrinsecus pœnas damnatorum in inferno, non tamen eo modo, quo damnati.*

17. An sancti mortui invocandi

18. An pro ijs qui sunt in purgatorio sit orandū.

21. An Christus verè in inferno fuerit.

Bellarminus lib. 4. de Christo cap. 15. in princ. ¶. In hoc dicit, *Opinio catholica hæc est, Christum verè, secundum essentiam in inferno fuisse.*

Durandus contrà in 3. d. 22. q. 3. docet, *Christi animam descendisse ad inferos, non secundum essentiam, sed per efficaciam*: & existimavit, *non credendum esse necessariò, Christi animam reipsâ secundum essentiam descendisse ad inferos.* Hanc sententiam Bellarminus in Durando tanquam erroneam, in Calvino autem ut hæreticam damnat. Fevardentius etiam in Theomach. lib. 7. c. 1. scribit: *Non descendit Christi anima ad inferos damnatorum sed ad locum, qui est sinus Abrahæ, vel communiter limbus patrum dicitur.*

19. Quis sit catholicus.

22. An Christus ad inferos descenderit ut animas ex limbo liberaret.

Bellarminus lib. 4. de Christo c. 16. dicit, *Christus descendit ad inferos, vt inde animas defunctorum Patriarcharum sub veteri Testamento fidelium, ex limbo, seu carcere inferni educeret, ubi ante ejus adventum continebantur.*

Gregorius Valentianus autem Tomo 4. in Thom. disput. 1. q. 19. punct. 4. ¶. Secundò sequitur. & disp. 6. q. 11. punct. 1. ¶. At ratio. *Omnes Christus* SIMILITER *redemit, sive ante Christi adventum, sive post vixerunt, quique aliquando futuri erant: quamobrem Apoc. 13. dicitur Agnus occisus ab origine mundi.*

Bellarminus dicit lib. 1. de Sanct. beat. c. 4. *Calviniste nolunt S. Martyres è mundo proficiscentes: rectà ad Deum ire sed ad infernum, aut alium locum extra cœlum.*

23. Animæ morientium rectà in cœlum recipi.

Contra Valentianus libro de purgat. c. 8. & Iesuitę Anglo-Rhemen. in Apocal. annot. c. 14. 15. *Objiciunt nobis*, inquiunt, *protestantes loca Scripturarum & Patrum, in quibus duplex status eorum qui moriuntur, significatur. Impiorum in supplicium æternum, Iustorum in vitam æternam; & deinde hujusmodi Scripturarum testimonia proferunt & urgent, quibus determinatè significari videtur, eos, qui ex vita discedunt, in statu gratiæ statim recipi ad beatitudinem Deniq; objiciunt ex Augustino, nullum locum medium esse post hanc vitam, præter Regnum cœlorum, & infernum damnatorum.*

24. De confessione auriculari.

Bellarminus libro tertio de pœnit. cap. 1. scribit, *Audianos hæreticos docuisse, Confessionem auricularem non esse necessariam: idem etiam Lutheranos docere*, Ex mox *Quam probabimus de jure divino esse antiquissimam, & à Christo salubriter institutam.*

Maldonatus autem de Sum. q. 18. art. 4. scribit, *Sunt etiam inter Catholicos, qui putant, nullum esse præceptum divinum de Confessione, vt omnes decretorum interpretes, & inter Scholasticos Scotus.* Erasmus in Epist. de amabili Ecclesiæ Concord. *Nondum*, inquit, persuasum est hominibus horum temporum sacramentalem Confessionem fuisse à Christo ipso institutam. Glossator apud Gratian. de pœnitent. dist. 5. c. In pœnitentia. *Melius*, inquit, *dicitur ab Ecclesiæ traditione, quàm novi Testamenti authoritate institutam fuisse, quæ non est apud Græcos necessaria, ad quos non manavit.* Gratianus ipse ibidem *plures*, inquit, *Religiosi etiam Confessionem secretam non necessariam esse censuerunt, Ambrosius, Augustinus, Chrysostomus, Theophylactus & alij patres*, B. Rhenanus in Argumento ad Tertulliani lib. 1. de pœnit. *Publicâ*, inquit, *exomologesi usi sunt antiqui multis seculis priusquam ista secreta nasceretur, de qua Tertullianus nihil habet, quæ penitus id temporis ignorabatur.* Eandem, ut Valentianus refert lib. 2. de Missa cap. 4. Panormitanus & Gerson *non necessariam esse contenderunt.* Maldonatus etiam Iesuita in Summula quæst. 20. art. 1. *Confessio*, inquit, *longo tempore in Ecclesia prisca est olim facta publica.*

25. De cultu & veneratione B. Mariæ.

Bellarminus in præfat. ad lib. de Eccles. triumph. & lib. 1. cap. 16. §. quintò, ibidem sic scribit: *Papista*, inquit Lutherus, *B. Mariam Deum constituunt, omnipotentiam ei tribuunt, omnes se ad eam conferunt, & plus gratiæ ab ea expectant quàm à Christo Iesu.* Horrenda est hæc ejus impostura. Quis Catholicorum unquam uni

Deo B. Mariam æquavit?

Negat his verbis Ieſuita hanc idololatriam à Papiſtis admitti, quod tamen multi eorum ultrò fatentur, multi etiam ſcriptis ſuis Bellarminum mendacii convincunt, Eſpenſæus Epiſcopus Pontificius Comm.in 2.Tim.3.c. *Multi ſunt*, inquit, *qui non minus fidunt ac tribuunt Divis, quàm Deo: quia hunc quàm illos minus placabilem putant & exorabilem.* Caſſander in Conſult. art. 21. *Eò ventum eſt*, inquit, *ut Chriſtus etiam iam in cœlo regnans Matri ſubjiciatur.* Quinimò multi Pontificiorum & Ieſuitarum in ſcriptis à ſe editis B. Mariam Salvatori Ieſu Chriſto nomine, authoritate, gratiâ, dignitateque non adæquant modò, ſed interdum etiam anteponunt.

Vega Ieſuita Comment.in Apoc.12.ſect. 1.num.9.de nomine ejus ſic ſcribit: *Tetragrammaton* (quod eſt Deo proprium apud Hebræos, ut Sixtus Senen. in Bibliotheca refert) *eſt nomen ſaterrimæ virginis: nec hoc ſolùm, ſed etiam ſuo modo ineffabile, non ſolùm hominibus, verùm & ipſis angelis.* Et Sect.2.nu. 6.Item Sect.20. *Nec prætermittendum, eſt*, inquit, *illud doctiſſimi* Idiothę encomium: *Dedit tibi Maria tota Trinitas nomen, quod, poſt nomen filij tui, eſt ſupra omne nomen: ut in nomine tuo flectatur omne genu, cœleſtium, terreſtrium & infernorum, nomen tantæ virtutis, ut ad ejus invocationem cœlum rideat, infernus conturbetur, eſt illa ſpiraculum hominis, quia ſublato eius patrocinio, peccator vivere diutius non poteſt.*

In Theſauro præconiorum Mariæ c.52. Quod ad gratiam & authoritatem B. Mariæ attinet Caſſander in Conſult.art.21. ſic ſcribit: *Non defuerunt viri celebres, qui dixerunt, Deum Regni ſui (quod ex juſtitia & miſericordia conſtat) dimidium hoc eſt, miſericordiam, in Mariam tranſtuliſſe.* Holcotus Theol. Com.in lib.Sap.lect.36.edit.vet. *Si quis*, inquit, *à filio, qui ad dexteram patris ſedet, terreatur, quia iudex eſt, matrem adeat, quia medicina eſt.* Et juxta quoſdam rituales libros ſic canitur: *Iube filio felix puerpera Iure matris impera Redemptori.*

Vega in Apocal. 12. ſect.2. num.3.de authoritate B.Mariæ ſic ſcribit: DOMINA *dicta eſt, cujus typus eam ob cauſam fuit Sarah: quæ cùm antea diceretur Sarai, id eſt, Domina & Princeps mea, poſtea, Deo jubente, dicta eſt Sarah, quod nomen ſonat Principem ſive Dominam abſolutè: eſt enim virgo Domina per excellentiam, & Princeps omnium creaturarum, ut egregiè expendit Arnoldus Carm. ſic ſcribens: Maria linguâ Syriaca Domina dicitur, Chriſtus Dominus; & licèt ipſa ſe profiteatur Chriſti ancillam, hoc ſervitutis genus omni Regno ſublimius eſſe intelligit: Cõſtituta quippe eſt ſuper omnem creaturam, & quicunque Ieſu curvat genu, Matri quoque pronus ſupplicat: & filij gloriam cum Matre non tam* COMMVNEM *judico quàm* EANDEM. Oſorius Homil. tom.4. Conc. de Devotione Marię inquit: Sine Maria decrevit Deus nihil dare, Caput eſt Chriſtus, Maria collum: quia omnis influxus à capite per collum derivatur. Turſellinus Ieſuita in Præfat.hiſtor. Lauretanæ ſcribit: *Vt omnes intelligant, ſe, quicquid ab æterno illo auguſto bonorum omnium fonte in terras profluat, ſumere per Mariam.*

26. De merito B. Mariæ. De Merito B. Mariæ Delrius Ieſuita Comment. in Cant. cap. 1. ſect. 2. ſic ſcribit: *Obedientia Mariæ ſimilis facta eſt obedientiæ Chriſti, magna ergo in hoc laus Mariæ, magna ejus gloria, quòd imitatio ejus gloriæ* EXÆQVATVR *obedientiæ Chriſti, quam imitatur illa.*

27. De Majeſtate B. Mariæ. De majeſtate ejus Turſellinus in Epiſt. dedic. hiſt. Lauretanæ hęc ſcribit: *Matrem ſuam præpotens ille Deus divinæ majeſtatis poteſtatiſque* SOCIAM, *quatenus licuit, aſcivit.* Item: *Huic olim cœleſtium mortaliumque principatum detulit: ad hujus arbitrium, quoad hominum tutela poſtulat, terras, mare, cœlum, naturamque totam moderatur: hac annuente, & per hanc divinos theſauros mortalibus, & cœleſtia dona largitur.* Oſorius Ieſuita tom. 3. Conc. in aſſumpt. S. Bartholom. ¶. quid ergo. *Dubitant*, inquit, *aliqui, an Maria adeò bona mater Chriſti dici debeat, ac bonus eſt æternus pater.* Item: *Certè diverſa eſt admodum generatio, quia diverſa natura, hac in re excedit æternus Pater matrem Mariam. At verò ſi duntaxat filium ab utroque genitum attendamus, in nihilo Pater excedit matrem, idem enim filius eſt ab utroque genitus, & hac ratione Mater adeò bona Maria eſt, ac æternus pater.* Idem tom.5. Dominic. 4. Epiph. ¶. Voluit autem: ſic ſcribit: *Cui igitur B. Mariam comparabimus? Non Evæ*, quia &c. *non Saræ*, quia &c. *nec Racheli, nec Heſterę, nec Lunæ, nec Soli: cui igitur?* PLANE DEO, *bona omnia continenti.*

28. De libero Arbitrio. Bellarminus libro 6. de libero arbitrio cap. 12. reprehendit Calvinum, quòd dicit, *Chryſoſtomum in hac quæſtione repudiandum eſſe.* Et lib. 5. cap. 26. itemque Caniſius in Præfat. ad librum Vegę, exagitant illud, quòd Calvinus dixit, *Viſus eſt mihi Chryſoſtomus nimius in liberi arbitrij viribus prædicandis*: ſimiliter Campianus Petrum Martyrem, qui dixit, *Chryſoſtomum liberi arbitrij immodicum aſſertorem fuiſſe.* Caniſius dicit, *Calvinus hîc ſuam inſcitiam prodit*: & Campianus, *Iſtis hæreticis nihil non immodicum videtur.*

Contrà verò Sixtus Senenſis in Biblioth. lib.

29. Vt Chriſtus ſubiectus ſit Patri.

30. Deſinu Abrahæ

31. De me-

lib.5. in præfat. *Chrysostomus*, inquit, *impetu dicendi cum Manichæis, qui Fati necessitatem defendebant, Naturæ vires* PLVSÆQVO *attollit.* Maldonatus Com. in Iohan. cap. 6. scribit, *Etiam Theophylactus, Euthimius, Arnobius ita loquuntur, ac si homo, antequam per gratiam ad gratiam trahatur, possit gratiam mereri.* Et Tolletus Com. in Ioan. 6. c. *Chrysostomi*, inquit, *doctrina hæc est; hominem per liberum arbitrium seipsum dignum facere gratiâ: eadem est doctrina Cyrilli: nec istorum tantùm, sed aliorum Doctorum, maximè Græcorum.* Maldonatus autem dicto loco inquit: *Hæc doctrina eorum nimis affinis est Pelagianorum errori: caveat Lector, si Chrysostomum in hunc locum legat, ne in Pelagianorum hæresin incidat.* Et Toletus Iesuita Com. in Ioan. 6. *Augustinus*, inquit, *multò aliter quàm isti. Docet enim à Deo nobis dari non modò gratiam, ut credere possimus, verùm etiam ut velimus: In hoc igitur prædicti Doctores non probantur.* Idem Comm. in Rom. 9. Annot. 19. *Eorum inquam doctrinam in hac parte non probo.* Et Peterius Iesuita in Rom. 9. num. 33. *Profectò*, inquit, *illa doctrina contraria videtur ijs, quæ in hoc loco disputat Apostolus. Sententia Augustini est doctrinæ Pauli convenientior.*

29. Vt Christus subiectus sit Patri.

Bellarminus scribit: *Docet Calvinus filium subjectum Patri ratione divinitatis, & quia veteres omnes contrarium docent, ipse ait omnes errâsse.*

Toletus autem & Maldonatus inquiunt: *Quidam censent, Patrem majorem esse filio ratione divinitatis, non quoad substantiam naturæ, sed respectu originis, quia filius à Patre; quam expositionem Doctores illustres sequuntur, inter quos Athanasius*, &c. vbi alios Vndecim refert nominatim.

30. De sinu Abrahæ

Bellarminus libro 4. de Christo cap. 11. in princip. Luc. 16. inquit, *Dives in inferno cùm esset, vidit à longè animam Lazari in sinu Abrahæ, & audivit inter loca ipsorum magnum χάσμα seu hiatum esse interiectum. Animæ piorum in hoc sinu Abrahæ fuerunt.* Stapletonus in prompt. in feria 5. hebdom. 2. & Costerus in Enchirid. cap. 12. *Probo*, inquit, *contra impium Calvinum. Sinum Abrahæ non in cælo, sed in loco subterraneo & inferis esse.*

Contrà verò Maldonat. Comment. in Luc. 16. cap. *Hæc*, inquit, *pars de Epulone non historia, sed parabola videtur: quia qui in inferno sunt, nondum corporibus puniuntur; at hîc fit digiti Epulonis & linguæ mentio. Vbi sinus Abrahæ esset Augustin. prudenter dubitat: & ex hoc quòd dicitur magnum χάσμα, valdè suspicor, per Sinum Abrahæ summum cælum designari.*

31. De merito operum.

Bellarm. lib. 3. de Pontifice Roman. c. 23. §. *Alterum est*, scribit, *Opera, quatenus ex fide & adjutorio divino proficiscuntur, divina esse opera, & suo modo mereri, hoc est, impetrare peccatorum remissionem.* Ibidem. §. Postremum. scribit, *Operibus, quæ à justificato jam homine fiunt, meritum à Papistis tribui.*

Vega autem in Opusc. de Meritis q. 4. pag. 782. sic scribit. Thomas Waldensis hęc scribit. Ille est senior Theologus, *fidelior Catholicus, & sacris Scripturis magis consentiens, qui merita simpliciter abnegat, & cum modificatione Apostoli & Scripturarum agnoscit, quòd simpliter nemo meretur Regnum cœlorum; sed ex gratia Dei, & voluntate largitoris. Loquitur Waldensis*, inquit Vega, *de operibus justificatorum.*

32. De Cœlibatu Clericorum.

Bellarminus libro 1. cap. 8. de Clericis docet, *Cœlibatum perpetuum, ex institutione Apostolorum, omnibus Clericis & verbi Ministris necessariò servandum esse: functionem enim illorum cum usu conjugij planè pugnare sive ante, sive post ordinationem id contrahant.*

Idem ibid. c. 23. docet, *Digamos qui successivè duas vel plures uxores habuerint eâdem Apostolicâ constitutione ab Ecclesiasticis officijs arcendos esse.*

Costerus in Enchirid. c. de Cœlibatu propos. 9. dicit, *Sacerdos, si fornicetur, aut domi concubinam foveat, tametsi gravi sacrilegio sese obstringat, gravius tamen peccat, si contrahat matrimonium.*

Bellarm. lib. 1. de Clericis c. 19. hęc habet: *Votum Cœlibatûs annexum est Ordinibus jure antiquissimo, ita ut nec Vxores ducere nec ductis uti liceat*: Et hoc quidem *Iure divino*, ut Ioannes Major refert distinct. 24. Cassander in Consult. art. 23. sic scribit: *Theologus quidam* (intelligit Turrianũ Iesuitam lib. 2. de dogmaticis characteribus, ut est in margine apud Tassandrum) *cœlibatum sacris ordinibus ἐπιῶδες, hoc est, substantialiter & lege divinâ adjunctum esse contendit, nec esse in potestate Ecclesiæ, ut conjugij usum magis, quàm latrocinij, Sacerdotibus permittat.* Eadem est sententia Medinę. Clichtonæus etiam lib. de Continentia c. 4. docet, *de jure divino esse, ut qui est sacris ordinibus initiatus, non possit uxorem ducere, neque in hoc ullam dispensationem cadere posse.* NB.

Aquinas autem 2. 2. q. 88. art. 1. *Vsus*, inquit, *conjugalis interdicitur Sacerdotibus tantùm jure humano, ac proinde dispensabile est.* Idem docet Caietanus in Opusc. tract. 27. tom. 1. & Socus lib. 7. de Iustit. q. 6 art. 2. Bellarm. etiam docet & probat lib. 1. de Clericis. c. 18. *non jure divino, sed humano duntaxat prohibitum esse coniugium Sacerdotibus, & proinde in hoc dispensari posse.* Concilium etiam

Tridentinum *legem Ecclesiasticam hanc prohibitionem vocat.*

Bellarminus ut supra c. 19. probat. *Cœlibatum jure humano quidem, sed tamen Apostolico sacris ordinibus annexum esse.* Et Valentianus Iesuita lib. de Cœlib. c. 3. dicit, *Lege planè Apostolicâ hoc factum.*

Costerus autem in Enchir. tract. de Cœlibatu, *Antiquissimis*, inquit, *Ecclesiæ temporibus viventibus adhuc Apostolis, & post Apostolos aliquot adhuc annos, admissi adhuc fuerunt ad sacros ordines viri conjugati, non quidem promiscuè, sed electi, qui unicam tantum duxissent uxorem, eamque virginem.* Episcopus Espenseus Comment. in Tit. cap. 1. Multis, inquit, *annorum centuriis post Apostolos Ecclesia Primitiva, defectu cœlibum, Sacerdotes habuit maritos.*

Addit autem Valentianus quo suprâ, *Maritos illos Sacerdotes non usos esse copulâ matrimonij post ordinationem.*

Et Costerus quo supra, Nunquam, ait, licuit Sacerdoti jam sacris Ordinibus initiato uxorem ducere, neque ullus est antiquorum Patrum qui aliter scripsisse vel sensisse legitur. Bellarminus quoque ut supra, Nullum, inquit, probati viri exemplum proferre possunt.

Licuisse autem maritis uti uxoribus suis, quas ante ordinationem duxissent: Licuisse item Sacerdotibus etiam post ordinationem uxores ducere, probatur Pontificiorum testimoniis. Georgius Cassander quo supra, *De maritis*, inquit, *ad Ecclesiæ ministerium eligendis non tantopere quidam reluctantur, cùm ea res exemplum habeat priscæ Ecclesiæ, & ab Orientalibus omnibus Ecclesiis hucusque servetur: cùm res in plerisque ita comparatæ sint, ut conjugum piarum consortio, non modò ad functiones Ecclesiasticas non impediantur, sed etiam ad earum procurationem adjuventur ab ijs, quemadmodum de patre suo Gregorio, & matre Nomina Gregorius Nazianzenus testatur. De Hilario Episcopo sic cecinit Mantuanus,*

Non nocuit tibi progenies, non obstitit uxor
Legitimo conjuncta thoro, &c. *Idem de Nazianzeno:*
Præsule patre satus; nam tunc id jura sinebant
Pastorale pedum gessit post funera patris.

Paulò post:

Non horruit illâ
Tempestate Deus thalamos, cunabula, tedas.

Concludit:

Tutius esse volunt, qua lex divina sinebat,
Isse viâ, veterumque sequi vestigia patrum.

Æneas Sylvius de Gestis Concilij Basil. Fuerunt, inquit, *ex nostris Pontificibus aliqui in matrimonio. Gratianus dist. 26. Can. Sors. Copula*, inquit, *Sacerdotalis nec legali, nec Evangelicâ, nec Apostolicâ authoritate prohibetur. Idem dist. 28. c. de Syracus. loquens de Pelagij Pontificis decreto, Ecce*, inquit, *hac authoritate electus in Episcopum non prohibetur habere Vxorem & filios. Dist. 56. can. Cenoman. Sacerdotibus*, inquit, *ante prohibitionem ubique licita erant, & in Orientali Ecclesia usque hodie licere probatur. Leo Papa Epistola 87. Is*, inquit, *Episcopus ordinetur, quem unius uxoris virum esse constiterit.* Paulò pòst: *Vt virginem uxorem accipiat, & alterius thorum nesciat conjugis, quæ futura est uxor Pontificis. Cajetanus libro 1. Opusc. tract. 17. teste Valentiano tom. 4. disp. 9. q. 5. Licuit*, inquit, *in Ecclesia orientali matrimonium post ordinationem contrahere. Cassander art. 23. Matrimonij*, inquit, *contractio post ordinationem solo statuto prohibita fuit, & exempla prisca extant, quæ testantur hujusmodi statuta non tam anxiè observata fuisse, quin ob Ecclesiæ necessitatem aliquando relaxata fuerint. Epiphanius ait etiam, suâ ætate (anno 390.) quibusdam in locis præsbyteros matrimonio uti, & liberos gignere, quamvis id fiat contra Canones Ecclesiasticos. Balsamon etiam in Can. Apost. 5. testatur, Ante sextam Synodum quæ fuit in Trullo, licuisse Episcopis habere uxores, etiam post Episcopalem dignitatem, quemadmodum qui post matrimonium ordinentur Sacerdotes.*

Georgius de Valentia de numero Sacram. cap. 7. pag. 543. probare vult Matrimonium esse Sacramentum propriè dictum ex. c. 5. Ephes. *Matrimonium*, inquit, *esse signum rei sacræ, & proinde Mysterium quoddam & Sacramentum, probamus ex cap. 5. Epistolæ ad Ephes. Sacramentum hoc magnum est: ego dico de Christo & Ecclesia.* 33. *Matrimonium an Sacramentum.*

Contrà verò Pererius Iesuita Comment. in Gen. 2. c. evincit, Mysterium hoc & sacramentum non debere propriè ad novam legem restringi, quia allegoria Apostolica maximè de matrimonio Adami & Evæ, non etiam de aliorum conjugijs instituatur: inquit enim, *Quemadmodum, ut Scholastici definiunt, ex Adami dormientis latere formata est Eva: ita ex latere Christi morientis profluxit sanguis & aqua, unde condita est Ecclesia. Ideò voluit Deus mulierem ex viro etiam propter figuram. Etenim conjugio Adami & Evæ continebat Sacramentum illud magnum, de quo Paulus dicit Ephes. 5. Ego dico de Christo & Ecclesia.* 35. *De potestate Rom. Pontificis.*

Concilium Tridentinum Sess. 14. de Vnctione extrema sic decrevit: *Si quis dixerit, Extremam unctionem non esse propriè Sacramentum, tum à Christo institutum, & à Iacobo promulgatum, anathema sit.* Suarez Iesuita tom. 4. disp. 39. sect. 1. num. 2. & sect. 2. num. 2. 34. *De Vnctione extrema.*

Dicen-

Dicendum est, inquit, *Extremam unctionem esse Sacramentum à Christo institutum immediatè, unumque ex septem novæ legis, Assertio est de fide.*

Idem tamen ibidem, *Inter Catholicos*, inquit, *nonnulli negârunt Christum Dominum instituisse hoc Sacramentum: ex quo consequabatur, non esse verum Sacramentum.*

Maldonatus Iesuita Comment. in Marcum, *Lutherus*, inquit, *& Calvinus docent in loco Marci 6. (ungebant multos oleo & sanabantur) non agi de Sacramento extremæ unctionis; quo nunc Ecclesia utitur; neque ut jam oleum ad sanandos animos adhibitum fuisse. Vbi ergo est si sic non est?*

Bellarminus autem lib. 1. de Vnctione extrema cap. 3. & Suarez tom. 4. disp. 39. sect. 1. num. 4. ita ferè: *Illud oleum apud Mar. 6. non erat hoc Sacramentum extremæ unctionis: quia Apostoli utebantur illâ unctione* SOLVM, *aut præcipuè ad curationem morbi corporalis. Et Cajetanus in Comment. Iacob. 5 c. Ex hoc loco, nec ex verbis, nec ex affectibus colligitur extrema unctio, sed unctio illa miraculosa, quam Christus instituerat sanandis ægrotis in initio Evangelij. Nam textus promittit allevationem infirmi & de remissione peccatorum non nisi conditionaliter loquitur. At unctio extrema, non nisi in extremo mortis articulo, adhibetur, & directè tendit ad remissionem peccatorum. Illa multos presbyteros vexabat, quòd ea ab extrema unctione aliena. Sequitur enim in textu (confitemini invicem) at quod in extrema unctione fit, non fit invicem, sed tantum à Sacerdotibus.* Et Maldonatus quo supra, *Idem*, inquit, *quod Calvinus, nonnulli (mitto vetustiores, quos prohibet reverentia nominare) nuper Catholici docuerunt.*

35. *De potestate Rom. Pontificis.*

Bellarm. de Pontifice Rom. *Pontifex*, inquit, *Rom. in omnes Pastores potestatem supremam habet.*

Cusanus autem Cardinalis lib. 2. de Concord. Eccles. c. 13. & 14. *Quia*, inquit, *ab illa potestate ligandi & solvendi, quæ est immediatè à Christo, est divinæ jurisdictionis potestas, patet omnes Episcopos, & fortè etiam omnes prebyteros, æqualis potestatis quo ad jurisdictionem, esse.* Et Marsilius tom. 2. cap. 16. *Vsque ad tempora Constantini nemo Episcoporum in alios jurisdictionem exercuit.*

Bellarminus libro 2. de Rom Pontifice, & lib. de Notis Ecclesiæ cap. 10. *Ad potestatem Papæ*: inquit, *omnes veteres Patres confugiebant.*

34. *De Vnctione extrema.*

Cusanus autem quo supra c. 17. *Ex Epistola Augustini*, inquit, *ad Gloriam, & ex antiquorum Pontificum Confessionibus contrarium ostenditur.* Et Marsilius quo supra c. 16. *Non aliter*, inquit, *Romanam sedem in dubijs consuluerunt, quàm sicut Episcopus Aurelienſis olim, Vniversitatem Parisiensem, cui tamen non erat aliquâ jurisdictione subjecta.* Æneas Sylvius de Concilio Basil. *Ante Concilium*, inquit, *Nicænum non magnus ad Ecclesiam Rom. respectus habebatur.* In tomis Concil. quoque legitur, *Ius appellationis Concilij Africani Patres Rom. Pontifici denegâsse.*

36. *Concilium generale quis convocare debeat.*

Bellarminus lib. 1. c. 13. de Conciliis, *Est*, inquit, *proprium Pontificis munus Concilium generale convocare; & hoc est Christi nomine congregari.* Canus in Locis Theol. *Sine Pontificis Romani consensu, Concilium non est, sed conciliabulum.*

Cusanus autem lib. 2. de Concord. Eccles. c. 25. *Ex illo tempore*, inquit, *quo Imperatores Christiani esse cæperunt, ex illorum nutu pendere visa sunt negotia Ecclesiæ, atque adeò maxima Concilia ex eorum sententia convocabantur, ut ex Eusebio, Socrate, Soxomeno, Nicephoro patet.* Rursus: *Octo prima Concilia generalia ab Imperatoribus erant collecta, & Pontifex Rom. ad instar aliorum Patriarcharum divales sacras jussiones pro veniendo aut mittendo ad Concilia, recepit.* Canus in Locis Theol. lib. 5. c. 3. *Concilium*, inquit, *Constantiense & Milevitanum à nullo Rom. Pontifice congregata erant, & tamen illud Martinus & Cælestinus, hoc Innocentius approbant.* Franciscus de Vict. Relect. 4. Prop. 23. *Posse quoque*, inquit, *congregari Concilium contra voluntatem Papæ expresse tenet Cardinalis Turrecremata, & Sylvester, & est vera sententia.*

37. *De præside Cõciliorũ.*

Bellarminus lib. 1. c. 4. dicit, *Concilium legitimum non est, in quo non præsidet Pontifex, aut alius ejus nomine.*

Capite autem 5. Bellarminus, *In secundo*, inquit, *Concilio generali non omninò interfuit Pontifex, nec per se, nec per alium.* Et Cardin. Turrecremata lib. 3. de Eccles. cap. 11. *In octo*, inquit, *Concilijs prioribus Papa nullus præfuit.* Et Bellarm. lib. 5 de Concil. c. 19. *In nullis*, ait, *Concilijs Orientalibus interfuit Papa.* Et lib. 2. de Rom. Pontif. c. 17. *In Chalcedonensi ne per legatos quidem.*

38. *An soli Episcopi vocẽ decisivã in Concilijs habeãt.*

Bellarminus & Stapletonus de Concil. dicunt, In Concilijs soli Episcopi vocem decisivam habent.

Card. Arelat. verò, ut refert Æneas Sylvius de gestis Concilij Basil. *Quid prohibet*, inquit, *exemplum Apostolicum imitari? In Concilio Nicæno 1. Athanasius vel solus argumentationes Arianorum disturbabat, & in Constantiensi Concilio vidi presbyteros ad decisionem rerum admitti arduarum: idem observari in Pisano & Lateranẽsi nemini dubium est.* Et Card. Turrecrem. *In præteritis*, ait, *temporibus aliter factitatum vidimus.*

39. *An Papa sit supra Concilium.*

Bellarm. lib. 2. de Concil. cap. 17. Pontifex,

fex, inquit, *Est absolutè supra Concilium.* Et Valentianus Analys. 8. cap. 7. *Qui* inquit, *contrarium sentiunt, pugnant revera cum primatu Pontificis.* Et Index Expurg. pag. 165. *Hoc*, ait, *minimè tolerandum censuimus.*

Cardinalis Cusanus verò de Concord. Cath. lib. 2. c. 17. 18. & 28. *Papam*, inquit, *non esse supra Ecclesiam ex Augustino, Cypriano & Gregorio Papa; etiam ex Ambrosio & Confessione Pontificum constat.* Et Bellarm. lib. 2. de Concil. c. 14. *Papam*, inquit, *esse infra Concilium, Cardinalis Cameracensis, Almain, Gerson, Nicol. Campanus, Panormitanus Cardinalis, Florentinus & Patres Concilij Basil. censuerunt; Et*, inquit, *Æneas Sylvius de Gest. Concilij Basil. qui Papæ authoritatem authoritati Concilij anteponeret, hæreticum esse statuerunt.* Item, *Tempore antiquorum Conciliorum Pontifices Conciliorum acta, tanquam divina oracula observabant & Papa Damasus negabat sui muneris esse in causis à Concilio definitis manum suam apponere.* Franciscus de Vict. Relect. 4. *Si benè*, inquit, *revolvantur historiæ tempora antiquorum Conciliorum, reperiemus Pontifices similes fuisse Conciliorum Patribus, nec præsumpsisse decreta Conciliorum tam facilè dispensare, sed tanquam divina oracula observare. Iam verò nec mala nostra, nec remedia ferre possumus.*

40. De Rom. Pontific. cum decretis. *Omnium Pontificum decreta, etiam in omnibus dogmatibus, inter se conveniunt, licèt edita sint à diversis hominibus, diversis temporibus: quod est apertum signum: unius & ejusdem Spiritus sancti, hanc Ecclesiam gubernantis:* Bellarminus lib. 4. de Eccles. Milit. cap. 10. §. Iam ex hoc.

Contra Erasmus Annot. in 1. Cor. 7. *Vt taceam Formosum*, inquit, *nonne Papa Ioannes 22. & Nicolaus decretis toti inter se pugnant, idque in his quæ videntur ad fidei negotium pertinere? Innocentius 3. & Cælestinus prorsus pugnantia de Matrimonio definiverunt: quorum hic Decret. 4. Tit. de Divortijs alteri parti jus facit iterandi matrimonium, si pars altera fuerit in hæresin prolapsa: Innocentius autem negat, non dissimulans quendam prædecessorem suum aliter statuisse, indicans Cælestinum, ut glossema aperit. Pelagius Papa constituerat, ut Subdiaconi ab uxoribus suis abstinerent, quas ante ordinationem legitimè duxerant, ut est videre dist. 51. c. Ante triennium. Id verò decretum, tanquam iniquum, & Evangelio repugnans, Gregorius I. abrogavit.*

41. De apocryphis libris. Bellarminus lib. 1. de Verbo Dei cap. 10. *Omnes*, inquit, *protestantes sex illos libros, quos Apocryphos vocant, ut Thobiæ, Iudith, Sapientiæ, Ecclesiastici & Machabæorum negant pro Scripturis Canonicis habendos esse.*

Bellarminus tamen eodem loco & Pererius lib. 16. Comm. in Danielem, pag. 741. *Catholici*, inquiunt, *multi libros hos apocryphos esse censuerunt.*

Bellarminus lib. 2. de Verbo Dei cap. 10. *Protestantes*, inquit, *negant vulgatam Latinam translationem habendam esse pro authentica.* Ibid. c. 2. *Igitur omnes omnia ad textum Græcum & Hebræum examinari volunt.* Ibid. c. 10. multis contendit, *vulgatam Latinam versionem in omnibus lectionibus & disputationibus pro authentica habendam esse: ita ut nemini liceat ab ea, quamvis sanctissimæ causæ prætextu, provocare.* 42. De Vulgata versione Bibliorum.

Maldonatus autem Iesuita Comment. in Matth. *Existimo*, inquit, *Latinam nostram vulgatam esse in hoc loco ex Græcis corrigendam.* Cajetanus, *Est*, inquit, *vulgata multis vitijs conspurcata.* Franciscus Lucę in Annot. ad Biblia, *Ridiculum est*, ait, *hoc quorundam responsum, vulgatam Latinam authenticam esse, nec esse ex Hebræis & Græcis corrigendam.*

43. De sufficientia S. Scriptura. Bellarminus libro quarto cap. 3. *Docent*, inquit, *protestantes, omnes omnia ad salutem necessaria in Scripturis expressè contineri.* Costerus in Enchirid. pag. 45. *affirmat, sacras literas non omnia continere Religionis Mysteria explicitè*, &c. Et pag. 48. *In membranis*, inquit, *tam veteris quàm Novi Testamenti multa desiderantur.*

Idem tamen Costerus ibid. c. 1. *Non*, inquit, *inficiamur præcipua illa fidei dogmata ad salutem omnibus necessaria perspicuè satis comprehendi in Scripturis.* Ederus in Oecon. bibl. lib. 1. pag. 44. *Quæcunque non sunt necessaria, ea consultò sunt omissa: quæ ad salutem necessaria sunt, ea proculdubio præscripta sunt omnia.* Stapletonus præfat. in Evang. *Scriptura sufficit ad vitam, quæ unica vitæ æternæ Regula est: cætera, quibus non adlucet verbum Dei, tam non sunt necessaria, quàm superflua.* Rursus ibidem. *Vtinam credendi forma à primæva peteretur Ecclesia, quæ tot Martyres Christo consecravit, quæ nullam Regulam præter Evangelium novit, nullum scopum præter Christum, nullum cultum, præterquam Trino Deo impendit.* Alphonsus lib. de Hæres. tit. Scriptura: *Scriptura*, inquit, *est mystica turris David, ex qua omnis armatura fortium & catholicorum virorum pendet: ideò hæretici conantur sacræ Scripturæ detrahere.*

44. De versione & lectione Scripturæ in vulgari lingua. Iacobus Cretserus contra Sim. Stenium, *Non injuriâ*, inquit, *prohibetur & arcetur populus à lectione Scripturæ: quid enim rudi vulgo cum Scriptura?* Et Hosius de Verbo Dei, *Laicis*, inquit, *lectionem Scripturarum permittere, est Sanctum dare canibus, & margaritas ante porcos projicere.*

Espen-

Espenseus Episcopus autem Comm. in Tit. cap. 2. & 2. Timoth. cap. 5. *Aliqui*, inquit, *existimant Scripturas difficiliores esse, quàm ut debeant Laicorum manibus conteri. sed aliter visum est Patribus veteris & Novi Testamenti.*

42. De Vulgata versione Bibliorum.

45. De purgatorio. Bellarminus lib. 1. de Purgatorio. c. 6. inquit, *esse, Patres Græci & Latini asseruerunt.* Lindanus Panoph. libro 4. pag. 314. *Purgatorium*, inquit, *esse, veteres Patres uno ore statuunt.*

Roffensis Episcopus autem artic. 18 contra Lutherum, *Legat*, inquit, *qui velit Græcorum Patrum Commentarios, & nullam, quantum opinor, aut rarissimam Purgatorij mentionem inveniet: sed neque Latini simul omnes huius rei veritatem conceperunt: neque tam necessaria fuit primativæ Ecclesiæ purgatorij fides, atque nunc est; ex qua pendet omnis Indulgentiarum existimatio: his enim, si nullum fuerit Purgatorium, nihil indigebimus. Contemplantes igitur aliquandiu Purgatorium incognitum fuisse, deinde quibusdam pedetentim, partim ex revelationibus, partim ex Scripturis creditum fuisse, & tam serò cognitum & receptum Ecclesiæ universæ, &c.*

46. De Imaginibus. Costerus in Enchirid. de Imag. ¶. Quod ad. inquit: *Quod ad veterem Ecclesiam pertinet, certum est imagines Christi & Sanctorum non sine cultu & veneratione in usu fuisse.*

Cassander verò in Consult. art. 21. de Imaginibus, *Certum est*, inquit, *initio prædicationi Evangelij, & aliquantò tempore post; Imaginum usum non fuisse, ut ex Clemente Alexandrino & Arnobio patet.* Erasmus in Catech. libro 2. *Vsque ad tempora Hieronymi*, inquit, *probatæ Religionis viri fuerunt, qui nullam faciebant imaginem, ne ipsius quidem Christi.* Rursus Cassander quo supra: *Quæ fuerit*, inquit, *Romanæ Ecclesiæ tempore Gregorij mens, ex eius scriptis colligitur, haberi nimirum picturas, non ut colerentur, sed ut par eas imperiti rerum gestarum admonerentur.* Agrippa de Vanit. Scient. cap. 57. *Iudæi*, inquit, *qui erant Dei pupulus, nihil magis horrebant, inquit, Iosephus, quàm simulachra. Ipsi Ethnici cùm ad Christi Religionem conversi erant, in Ecclesiam nostram simulachra, & multas steriles ceremonias introducebant, quarum omninò nihil est apud primos illos, & verè Christianos.* Et Polydorus Virgil. lib 6. Invent. c. 13. *Omnes*, inquit, *veteres Patres, teste Hieronymo, simulachrorum cultum damnabant.*

47. De aqua lustrali. Bellarminus lib. 4. de Verbo Dei c. 3. *Aqua*, inquit, *lustralis, quâ populo benedicimus, meritò dicitur Apostolica traditio.*

Franciscus de Vict. autem Relect. 11. q. 1. inquit, *Est tantum ex jure positivo.* Et Platina in Vita Alexand. *Alexander* 1. inquit, *instituit, ut aquam, quam Sanctam appellamus interpositis sacris orationibus, sale admixto, in Templis atque cubiculis ad fugandos dæmones retinerent.*

48. De precibus in Lingua ignota. Anglo-Rhemense Collegium Iesuit. in 1. Cor. 14. pagina 462. inquit. *Populus Christianus antiquæ suæ consuetudini parere debet, & Latinis precibus uti, potius quàm vulgatis.* Ambros. Compsa, ut refert Sixtus Senensis, *Doctrina*, inquit, *Lutheri, quæ linguam cognitam in precibus exigit, diaboli calliditatem sapit.*

Bellarminus verò lib. 2. de Verbo Dei c. 16. *Tempore*, inquit, *Apostolorum omnes Christiani simul psallebant in divinis officijs, & preces intelligebant.* Lyranus in 1. Cor. 14. *Omnia*, inquit, *in Ecclesia primitiva linguâ vulgari fiebant.* Bellarminus, quo supra ¶ Idem etiam. *Longo*, inquit, *tempore pòst in Occidente & in Oriente, ut ex Chrysostomo & Cypriano constat, populus in divinis respondebat, Amen* Et Erasmus 1. Cor. 14. *Hac in re*, ait, *mirum est quomodo mutata est, Ecclesiæ consuetudo. Ergo*, inquit Defensor libelli contra Calvinum, *optandum esset, ut juxta Apostolorum mandatum, & priscum Ecclesiæ morem in lingua vulgari preces peragerentur.* Et Vitalianus Papa circa annos Domini 666. primus juxta Platinam, *omnia Latino sermone in Ecclesia fieri mandavit.*

49. De Conceptione B. Mariæ. Suarez Iesuita in Thomam part. 3. q. 27. art. 1. & 2. *Est hoc*, inquit, *privilegium B. Virginis speciale, in prima sua conceptione immunem à peccato fuisse. Antiqui Patres pauca de hoc privilegio loquuti sunt, tum quia spiritus sanctus Ecclesiam paulatim instruit, tum etiam quia illi in alijs gravioribus mysterijs explicandis distinebantur. Postquam verò ante 500. annos veritas hæc cœpit clarius doceri, ita incendit fidelium animos, crevitque paulatim ejus fides, ut jam ferè omnium consensu recepta sit, & præsertim ab hinc ducentis annis Ecclesiastici Doctores omnes, & universæ Academiæ huic sententiæ subscripserint. &c.*

Melchior Danus autem in Loc. Theol. lib. 7. cap. 1. *B. Virginem*, inquit, *fuisse à peccatis liberam, è sacris literis, juxta germanum literæ sensum, nusquam habetur: quin imò lex generalis in ijs traditur, qui ex Adæ carnali propagatione creatos, sine ulla exceptione complectitur. Nec verò dici potest Apostolorum tempore in Ecclesiam descendisse, nam constat priscos Scriptores non id à majoribus suis accepisse. Imò sancti omnes, qui in hujus rei memoriam inciderunt, uno ore asseverârunt, B. Virginem in peccato Originali conceptam fuisse.*

50. De assumptione Collegium Iesuiticum Anglo-Rhem. Annot. in Act. 1. 24. *B. Maria*, inquit, *corpus*

43. De sufficientia S. Scripturæ.

44. De versione & lectione Scripturæ in vulgari lingua.

Corporis Mariæ in cœlū.

assumptum fuisse in cœlum ex antiqua historia verissimùm esse constat:

Sixtus Senen. autem in Biblioth. libro 2. Tit. Mariæ transitio. *Nihil*, ait, *hujusmodi (inquit Augustinus) invenitur apud Latinos Patres. Est hoc apocryphum dogma, inquit Hieronymus, & istam historiam Beda refellit, ut Evangelistæ contradicentem.*

51. De Rom. Ecclesia an sit mater reliquarum omniū.

Bellarm. lib. 1. de Pontifice Rom. cap. 23. dicit, *Nisi Petrus alios Apostolos vel per se, vel per alios Episcopos ordinâsset, nulla ratio est cur Romam Ecclesiarum omnium Matrem esse dicamus.*

Franciscus autem de Vict. Relect. 2. q. 2. *Vtrum*, inquit, *Petrus eos ordinâsset, est incertum.* Greg. de Valent. Iesuita lib. 7. Analys. cap 2. pagina 52. *Sententia*, inquit, *quæ negat Petrum alios ordinâsse, magis est communis.* Idem lib. 2. de Eucharist. pag. 2. *Apostoli*, inquit, *à Christo Iesu in tempore Cœnæ Sacerdotalem potestatem acceperunt.* (Ex his talis Syllogismus formari potest: Si Petrus non alios Apostolos & Episcopos ordinavit, tum Romana Ecclesia reliquarum dici non debet Mater. Major hæc est Bellarm. Sequitur Minor Franciscí de Vict. & Valentiani: Secundum communem sententiam Petrus non ordinavit Apostolos & Episcopos. Ergo Roman. Ecclesia Matris prærogativam non habet.)

52. De certitudine Salutis.

Bellarminus lib. 4. de Ecclesia milit. cap. 2. *Sectarij*, inquit, *nostri temporis docent homines justificari solâ fide speciali, quâ quisque certò credit, se propter Christum coram Deo esse justum: quod cum quolibet paradoxo comparari potest.* Et lib. 3. de Iustific. cap. 1. & 2. *Nos* inquit, *tantum certitudinem conjecturalem defendimus.*

Bellarm. verò ibidem c. 2. *Aliqui*, ait, *Catholici docent quidem eam certitudinem, quæ nullam habeat de sua salute formidinem.* Pererius Iesuita Com. ad Rom. 8. n. 27. *Certitudinem*, inquit, *Catholici eam docent, cui subesse falsum non possit* Vega lib. 3. de Incertitudine Orat. c. 36. *Quidam*, inquit, *Catholicus tanto affectu fidem conjecturalem oppugnabat, ut eam Lutheranâ opinione detestabiliorem diceret, quia*, inquit, *cùm Lutherani multùm fidei tribuant, hæc opinio derogat.* Ibidem cap. 36. *Guillandus certitudinem Gratiæ defendit prorsus ut Lutherani.* Ibid. c. 7. *Talem certitudinem consequentem fidem, multi Catholici ante decretum Concilij Trident. probabilem esse censebant, & eam compluribus argumentis suadere conabantur.* Pererius Iesuita Comm. ad Rom. c. 8. num. 27. *Catharinus*, inquit, *inter Theologos hujus temporis minimè incelebris, docuit, certitudinem fidei, quâ certò statuunt sibi peccata esse remissa*: refert etiam Vega lib. 9. de Iustific. c. 46. Idem Catharinus, teste Bellarmino lib. 3. de Iustific. *Vniversi*, inquit, *patres hanc certitudinem contestantur.*

53. De Reprobatione.

Gregorius de Valentia Iesuita in lib. de Prædest. c. 8. ¶. Et præterea. *Reprobationis*, inquit, *certitudinem Wiclefus & Calvinus explicare non possunt, qui sine præscientia peccatorum Deum reprobare hominem asserunt.*

Pererius autem Iesuita Comm. ad Roman. 9. cap. numero trigesimo primo. *Deum*, inquit, *aliquos reprobare, & excludere à vita æterna, non quidem propter eorum prævisa opera, sed quia ipse non vult dare illis vitam æternam, est Augustini sententia. Est etiam hæc sententia Thomæ, quam alij quoque complures Theologi consequuntur.* Lib. 1. ad Simplician. q. 2. Ibidem Pererius numero sexagesimo. *Si*, inquit, *Deus hominem in puris naturalibus, sine peccato consideratum, reprobaret, nolens ei dare vitam æternam, non faceret illi injuriam.*

54. De Salute gẽtium.

Gentiles, inquit Maldonatus Iesuita. Comm. in Matth. 11. 21. *Poterant servatâ lege naturæ, omnium Confessione salvi esse, Lex autem naturæ satis illis erat ab ipsa natura prædicata.*

Acosta autem Iesuita libro quinto de procuranda Indorum salute capite tertia, *Vix*, inquit, *satis mirari possum, quid Præceptoribus quibusdam Scholasticis nostri seculi in mentem venerit, ut nunc quoque temporis, post tamdiu revelatum Christum, sine Christi notitia salutem cuiquam æternam contingere posse confirment: indigna Theologo sententia, quæ (ut liberè dicam) nihil in sacris literis, nihil in sanctis Patribus firmitudinis habet, tantùm humanâ quadam suspicione introducta, propter infinitam eorum multitudinem, qui in hoc nostro orbe tam longâ ætate Evangelij luce caruêre, quibus aditus in cœlum omnis præcludi videtur, si ad salutem fuerit Christi notitia necessaria. Rigidum est, inquiunt, & à Dei, qui omnes vult salvos fieri, charitate alienum, ut ea exigat, quæ nec ipse dat, nec homines per se præstare possunt. Vnde concludunt, sine fide per naturalem tantum cognitionem ipsos salutem consequi posse. Quorum sententia, tametsi ipsi Catholici sint, est apertè hæretica, ut nihil magis repugnet fidei; quasi verò fides ab Apostolis necessaria definiatur ad percipienda ea quæ à creatura cognosci possunt, & non potius ad ea quæ in cor hominis non ascenderunt, nobis verò revelavit Deus per spiritum; revocat nos illud, quòd ad Patrem nemo venit nisi per Christum; nulla alia via quâ eatur, nullum aliud ostium quo intretur ad vitam.*

Lib. 8. de Civit. c. 47.

55. De Ordinatione.

56. De Ignorantia in fide.

57. De precibus in peregrina lingua.

ad vitam. Ac re quidem vera, si potest sine Christi notitia salus esse, aut justitia, ergo gratis Christus prædicatur, frustra Apostoli mittuntur in orbem: tam expresse docet hoc Apostolus ad Rom. 10. Finis legis est Christus ad salutem omni credenti. Non hic agitur utrum durum & severum sic hoc, an benignum & liberale, sed utrum verũ necne. Augustinus docet, nemini ex ijs, qui ex Gentibus ante tempus Evangelij servati sunt, Christi salutem contigisse, absque revelatione unius Mediatoris Dei & hominum Iesu Christi. Toletus Iesuita quoque Comment. ad Rom. *Hoc*, inquit, *non est catholicum assertum*

Lib. 8. de Civit. c. 47.

Tolletus Iesuita lib. 1. Instruct. Sacerd. cap. 55. *Si*, inquit, *conferretur Ordo etiam ante usum rationis, Ordo teneret, & character imprimeretur: etiam presbyteratum posse conferri infantibus nondum rationis usum habentibus est communis doctrina Theologorum & Canonistarum. Si ad annum discretionis, nimirum septennium, puer susceperit ordines, & tunc erat voti capax, nec contradixit voto continentiæ, ordo tenet.* Franciscus de Vict. Relect. 2. *Nullus*, inquit, *alius de numero Christianorum, præter fœminas, divino jure excluditur à potestate Ecclesiastica, sive Ordinis, sive Iurisdictionis, non puer non amens, quia potest pervenire ad eum statum, ut cõmodè exerceat: nec video, cur non puer possit in Episcopum consecrari.*

55. De Ordinatione.

Lib. 1. ad Simplician. q. 2.

Episcopus Espensæus autem Comment. in 1. Tim. 4. digress. libro secundo cap. 12. *In Concilijs*, inquit, *cautum est, ne quis ad Ministerium neophylus ordinetur.* Et Salmeron Iesuita Tract. 201. in Parab. *A promovendis*, inquit, *pueris maximè abstinere debent Ecclesiarum Rectores: nam pueri nesciunt regere seipsos, nedum alios: nec satis est dicere, quòd est nobilis & illustris familiæ, quia propter Ecclesiam est Minister, non propter Ministrum Ecclesia.*

54. De Salute gẽtium.

Collegium Anglo-Rhem. Annot. in Lucam 12 *Idiota*, inquit, *Catholicus cùm pro tribunali seculari steterit, de causa fidei examinandus, etsi tantùm responderit se esse virum Catholicum, & Ecclesiam, quam profitetur, posse fidei rationem reddere, ne quicquam præterea aliud responderit, satis viri Catholici muneri faciet.*

56. De Ignorantia in fide.

Espensæus autem Comment. in 2. Tim. 3. *An sufficit*, inquit, *decantata hodiè per Catholicos Carbonarij fides? Interrogatus quid crederet, respondit, se credere quod Ecclesia credit.*

Bellarminus lib. de Verbo Dei cap. 16. *Precibus*, inquit, *ignatis Ecclesia uti jure potest. Ad ædificationem* inquit Collegium Anglo Rhem. Annot. in 1. Cor. 14. pagina 461. *non minus, ad devotionem sæpè magis valent quàm cognitæ.* Costerus inquit *Consolationem plurimùm adjuvant.*

57. De precibus in peregrina lingua.

Aquinas autem Com. in 1. Cor. 14. *Quantum*, inquit, *ad fructum devotionis privatur is, qui nõn in speciali intelligit quæ orat*, Et Caietan. Com. in 1. Cor cap. 14. *Melius est*, ait, *orare in mente distinctè intelligente ea quæ orat, quàm confusè.* Lyran. in eum locum *Quid proficit*, inquit, *populus non intelligens ea quæ orat?*

Toletus Iesuita lib. 4. Instruct. c. 24. *Homo tenetur sub mortali peccato ad sanctificandum festum: sed non tenetur ad benè sanctificandũ.* Et c. 25. *Licet iter facere audito sacro prius, & venari; licet studere super lites propter pecuniam: licet carnes vendere, animalia occidere ad victum, propter pecuniam: licet in solennitatibus cõstruere loca pro spectaculis, quando non possunt fieri nisi in festo: deniq; Pontificis aut Episcopi licentiâ licet in festo operari.*

58. De sanctificatione festi.

Catechismus autem Trident. Conc. *Hoc præcepto*, inquit, *prohibemur, ut quæcunque divinum cultum impedire possunt, omninò vitemus: facilè enim perspici potest, omne servilis operis genus prohiberi.*

Costerus in Apolog. par. 3. c. 9. *Hæc est*, inquit, *perpetua nota Ecclesiæ, nullum seculum, nulla ætas hominum Miraculis caruit.* Bellarm. lib. 4. de Ecclesia mil. c. 14. ¶. Vndecimo seculo. *Nunc*, inquit, *nostram Ecclesiam demonstrabimus esse Dei veram Ecclesiam ex Miraculis, quæ singulis ætatibus plurima & testatissima fuerunt, usque ad hoc nostrum seculum in quo, &c.*

59. De Miraculis.

Espensæus Episcopus autem Com. in 2. Tim. 3. ex Aug. de civit. Dei lib. 22. cap. 8. *Vbi*, inquit, *nullus est infidelis, faciendorum Miraculorum nulla est necessitas.* Et Stella Com. in Luc. c. 11 *Crede* inquit. *Evangelio, quod fuit Miraculis confirmatum. Sed dices, nonne rationi consentaneum est, ut nunc quoque fides confirmetur Miraculis nonnam nunc quoq; damnum potius afferrent, quàm commodum, etiam si in principio nascentis Ecclesiæ fuerint necessaria. Puer enim cum ambulare nequit, adjuvatur vehiculo, quod homini adulto est impedimento.* Et Gregorius Magnus homil. 29. in Evang. *Nunquid*, inquit, *fratres mei, quia ista signa non facitis, non creditis? Sed hæc necessaria in exordio Ecclesiæ fuerunt, ut multitudo ad fidem creseceret: quia & nos, cùm arbusta plantamus, tamdiu eis aquam infundimus, quousque ea in terra coaluisse videamus; & si semel radicem fixerint, irrigatio cessabit.* Acosta de procuranda Indorum salute libro secundo, capite nono. *In hoc*, inquit, *signorum argumento explicando Chrysostomus mirificè versatur. Si enim Miracula in initio Evangelicæ prædicationis patrata creduntur, certum est*, inquit,

doctrinam, cui confirmandæ adhibebantur, divinitus esse profectam. Sin autem veritati historiæ jam minus Gentilis credat, at longè omnibus signis majus est, homines illos paucos, ignobiles, illiteratos, omnibus mortalibus exosos; toti orbi persuasisse: Non ergo fides jam satis firmata, Miraculis novis indiget confirmari, quin potius utilius esse asserit, signis nunc carere, quoniam majoris meritis sit sine illis credere. Episcopus Roffensis de Captivit. Babylon. cap. 10. part. 4. *Promisit*, inquit, *Christus, ut discipuli dæmonia ejicerent, quam promissionem nullum his diebus effectum sortiri dilucidè cernimus. Nemo enim est qui nunc corporaliter dæmonia ejicit, aut morbos sanat, & tamen minimè ambigimus, quin plurimi sint, qui fidem eandem, & aquè magnam cum priscis fidelibus habeant; nec tamen inanis illa promissio fuit, quam noluit efficaciam habere perpetuam, sed pro tempore nascentis, & adolescentis Ecclesiæ.* Augustinus de Civit. Dei libro 22. cap. 8. *Miracula*, inquit, *necessaria erant ut crederet Mundus: sed nunc qui quærit Miraculum, postquam Mundus credidit, maximum est ipsum prodigium.*

Bellarminus lib. 4. de Ecclesia milit. cap. 14. *Verum*, inquit, *Miraculum sufficiens est testimonium veræ Ecclesiæ, ex quo fundamento probamus eam esse apud nos.*

De ijsdē

Maldonatus autem Comment. in Mat. cap. 7. *Chrysostomus*, inquit, *Hieronymus, Euthemius, Theophylactus, probant exemplis, etiam per alios, quàm Catholicos, vera Miracula fieri. Et hoc ipso loco Matthæi septimo. Multi dicent in illo die, in nomine tuo* ejecimus, &c. Facilè colligitur, falsos illos Prophetas, de quibus Christus loquitur vera Miracula feciisse, verè prophetâsse, verè Dæmonia ejeciisse: nec enim respondet Christus mentiri eos, sed, se eos, quamvis ista fecerint, non nôsse: nec magnum est, Si moneret nos, ne falsa Miracula facientibus non crederemus; sed magnum & admirabile est omnino, quòd monet ne falsis Prophetis credamus, vera etiam Miracula facientibus. Nullum ergo, dicet aliquis, ad probandam veram doctrinam argumentum hinc sumi potest? Non sequitur omninò, Nullum; sed non necessarium sumi potest. Scimus enim Christum ad confirmandam doctrinam suam, potestatem faciendi Miracula Apostolis suis tradidisse; scimus vi Miraculorum totum penè orbem ad fidem fuisse pertractum; quod qui negant, ut disputat Augustinus, majus ipsi Miraculum, Miracula tollendo faciunt. Incredibilius enim tot Philosophos, tot sapientes viros, tam paucis Apostolis, tam imperitis, tamque incredibilia humanæ ratione prædicantibus, sine ullis Miraculis credidisse, quam illa ipsa Miracula, quæ ab illis facta narrantur. *Probabile igitur fidei argumentum est, quod ex Miraculis sumitur, quia per fidem sæpè sine fide verò rarò fieri solent. Nec necessariò demonstrant Ecclesiam, nisi ubi potestas Miracula faciendi ordinaria contingit.* Bellarminus asserit, verum Miraculum esse sufficiens testimonium Ecclesiæ: Maldonatus Iesuita ex scripturis & Patribus contrarium demonstrat. Hieronymus in Comment. ad Galat. lib. 3. *Observandum est*, inquit, *quòd operari virtutes dicuntur ij qui non tenent Evangelij veritatem.* Hoc dico adversum hæreticos, qui probationem esse fidei suæ in eo signum aliquod fecerint, arbitrantur. Augustinus contra Epist. Fund. cap. 4. *Quod si talia in Catholica Ecclesia fiunt, non ideò ipsa manifestatur Catholica, quia hæc in ea fiant, sed ideò approbanda sunt, quia in Catholica fiant.* Chrysostomus homil 49. in Matth. *Miraculorum*, inquit, *operatio magis apud eos invenitur qui sunt falsi Christiani.* Tertul. præscript. cap. 44. *Quasi hoc non sit scriptum, venturos esse qui maximas virtutes edent ad corrumpendam veritatem.* Augustinus lib. quo supra cap. 16. *Dominus*, inquit, *adversus hos Mirabilarios cautos nos fecit, dicendo, Cavete.* Et Theodoret. in Deut. 13. *Instruimur non credere, quando, qui talia edit, contraria pietati docet.*

50. Babylon urbs Roma.

Collegium Anglo-Rhem. in Annot. ad Apocal. 17. 9. *Protestantes*, inquit, *extremâ malitiâ excæcati adversus Rom. Ecclesiam usque adeò insaniunt, ut Septem montes literaliter interpretentur, ut inde simplicibus persuadeant, Romam esse sedem Antichristi, cùm tamē Angelus seipsum exponat vers. 7. septem montes idem esse quod septem capita & septem Reges.* Bellarminus etiam lib. 3. de Rom. Pontif. cap. 13. ¶. Nunc. *Respondeo*, inquit, *cum alijs, per Meretricem, quæ sedet super septem montes non intelligi Romam sed universam diaboli civitatem, quæ vocatur sæpè Babylon, & opponitur civitati Dei quæ dicitur Hierusalem. Per septem montes intelligi universitatem superborum, & præcipuè Regum terræ.*

58. De Roma Antichristi sede.

Ribera autem in Apocal. 14. num. 30. *Babylonem*, inquit, *esse Romam, ex textu confirmatur, quia nulli alij convenire potest, quod dicitur Septem montes sunt: Constat autem Romam super septem montes fundatam esse, de quibus Vergil. Æneid.* 6. Vega quoque cap. 13. sect. 2. *Apostolus*, inquit, *eam (Romam) significat, ut manifestum est ex cap.* 17. *&* 18.

60. Roma Antichristi sedes.

Bellar-

50. Babylon urbs Roma.

Bellarminus lib. 3. de Pontifice Romano cap. 13. ¶. Denique. *Loquitur*, inquit, *Ioannes de Roma, quæ ebria erat sanguine Martyrum, quod certè non habebat locum, nisi in ea Roma, quæ, regnantibus Nerone & Domitiano, Martyres, trucidabat.* Collegium Anglo-Rhem. Annot. in Apocal. 17. 5. *Patres*, inquit, *per Babylonem Romam partim terrenam interpretantur, sed ut erat cùm jam scripserat Ioannes, & cùm Pagani Christianos persequebantur: tantùm igitur de Rom. dictum est, ut erat sedes Imperij, quod nunc ad Cathedram Petri accommodare summa est impudentia.*

Ribera autem Iesuita in Apocal. cap. 14. Num. 13. scribit: *Cecidit Babylon, id est, præteritum pro futuro: & ἡ μεγάλη, urbs illa magna egregiè in Romam convenit.* Et n. 40. 54. 55. 56. *Roma*, inquit, *in fine seculi futura est Babylon.* Ibidem: *Divinare me dicet quispiam: sed hunc ego oro ut præjudicium deponat, rem totam maturo iudicio examinet, nec plus mihi credat, quàm ratio aut veritas permiserit. Erat mater abominationum, cùm sæviente Nerone, uno die Petrum & Paulum occiderat.* Et cap. decimo septimo. *Ostendam tibi damnationem meretricis magnæ: Hæc*, inquit, *qui legit, de illis dicta putet, qui Ioannis tempore vixerunt: & est quidem verum hoc, sed de illis quoque dicuntur, qui extremo Mundi tempore vivent: ubi dicitur, Cum meretrice fornicabantur.* Et Vega Iesuita cap. 17. Comment. 2. sect. 2. & 3. & cap. 18. Comment. 1. sect. 4. *Ioannes*, inquit, *non loquitur de impiorum multitudine sub typo mulieris & Babylonis, quia ea peculiaribus suis signis distinguit, ut cap. 17. & 18 manifestum est. Appellatur enim Babylon magna illa civitas, & mentio fit septem montium: deinde eversio ejus prædicitur. Mercatores, qui in impiorum multitudine comprehenduntur, lugebunt propter tormenta ejus; quod necesse est ad extrema tempora ante Mundi finem referre. Quare expositionem communem deserere cogimur, & aliam cogitare textui magis congruentem; nimirum, urbem Rom. intelligi, non solùm eam, quæ erat tempore Iohannis, sed quæ futura est tempore Antichristi; ut ex sequenti capite constat.* Rursus ad hæc verba, exite ex illa; *Cùm*, inquit, *præceptum est fidelibus, ut ex illa exeant, ne simul in ejus calamitate involvantur, profectò ostenditur, non de Roma illa antiqua, cùm nulli adhuc fideles erant, sed de illa, quæ florebit in extremo Mundi tempore.*

58. De Roma Antichristi sede.

Costerus in Apolog. part. 3. cap. 2. pag. 39. *Erras*, inquit, *hæretice: Antichristus neque de Ecclesia futurus est, neque in Ecclesia, neque in Templis nostris, ut Patres docent, sed ex tribu Dan. oriundus sedebit Hierosolymis.* Bellarminus lib. 3. de Pontif. Rom. *cap.* 13. ¶. At nihilominus. *Antichristi*, inquit, *sedem fore Hierusalem, non Romam, verissima est sententia.*

60. Roma Antichristi sedes.

Collegium Anglo-Rhem. autem in Apocal. 17. *Roma*, inquit *ante finem Mundi futura est sedes Antichristi.* Ribera in Apocal. 14. *Officina*, inquit, *est omnis idololatriæ.* Vega in Apocal. 18. Comment. 1. ¶. 4. *Habitatio*, inquit, *erit dæmoniorum, & à fide Christi defectura.*

61. De dicto Augustini. Ego non crederē Evangelio &c. contradictoria sententiæ.

Ad dictum Augustini: Ego Evangelico non crederem, nisi, &c. lib. contra Epistolam fundi, cap. 5. Stapletonus lib. 2. de auctorit. Script. cap. *Respondet*, inquit. *Protestantes, hoc Augustinum dixisse, cùm adhuc erat Manichæus, nimirum eum Ecclesiæ authoritate tunc fuisse commotum, ut Evangelio crederet, ut esset Catholicus. Ac tam abesse eidem Augustino jam facto Catholico, ut Scripturis non crederet, ut potius Ecclesiam desereret, quàm Evangelio non crederet: ergo majoris apud Augustinum momenti fuisse Scripturarum quàm Ecclesiæ authoritatem.* Falsum autem omninò: nam sensus est, *Quod ad me attinet, nisi me jam Catholicæ Ecclesiæ authoritas commoveret, nec nunc quidem Evangelio crederem. Itaque frigida est omninò isthæc Protestantium solutio, qui hunc sensum ponunt de præterito, Ego nunc non essem Christianus, nisi me commovissent suis persuasionibus Christiani, quia de præsenti omninò agit Augustinus.* Hoc etiam respondent Iesuitæ Posnanienses, Costerus, Turrianus, Valentianus, Gretserus & alij.

Melchior Canus autem in Loc. Theol. lib. 2. cap. 8. *Augustino*, inquit, *negotium erat cum Manichæis, qui absque controversia suo cuidam Evangelio credi volebant. Rogat Augustinus, ecquid facturi sint, si in hominem incidant, qui ne quidem Evangelio credat, quo genere persuasionis sint eum in suam sententiam adducturi? Certè se affirmat, non aliter potuisse (præterito tempore) adduci quàm Ecclesiæ authoritate victum. Non itaque docet, in Ecclesiæ authoritate fundatam esse Evangelij fidem. Agit enim Augustinus, quomodo infideles ad credendum adducantur.* Et Driedo de varijs dogmat. lib. 4 cap. 4. *Loquitur*, inquit, *Augustinus de Ecclesia illa, quæ fuit ab initio fidei Christianæ:* (Ergo non de sola Romana, sed etiam de primitiva. Gerson de vita animæ, *Augustinus*, inquit, *Ecclesiam ibi sumit pro Ecclesia primitiva fidelium, qui Christum viderunt, & audierunt, & ejus testes extiterunt.*

Multi IESVITARVM sibiipsis *in* Scriptis *suis sæpè* contradicunt.

De sacra Scriptura.

COsterus in Enchiridio pag. 45. docet, *Non omnia, quæ ad fidem pertinent, explicitè sacris literis expressa esse, quæ non ob id data sint, ut formulam exactam fidei præscribant.* pag. 49. autem contradicit, *Præcipua illa fidei capita, quæ omnibus Christianis cognitu necessaria sint, perspicuè solis Apostolicis literis comprehensa esse.*

Item pag. 44. vocavit Sacram Scripturam *membranam & chartaceam, ac literam mortuam:* Pag. 47. sic autem extollit, ut nullum iota, apicem nullum in illis agnoscat, cui non insit suum pondus & efficacitas: unde tanquam divina eloquia mentem hominis, admirabili dulcedine & suavitate afficiant.

De Iustificatione hominis peccatoris coram Deo.

Bellarminus in libris de Iustificatione affirmat, *quòd propter incertitudinem propriæ Iustitiæ & periculum inanis gloriæ, tutissimum sit fiduciam totam in sola Dei misericordia & benignitate reponere.* Hæc autem ejus assertio è regione contraria est toti tractationi, & quinque illorum de Iustificatione librorum instituto: in quibus tamen libris recitata verba reperiantur.

Costerus in Enchiridio pag. 260. sic scribit: *Nulla omninò creaturæ opera, nullæ pœnitentiæ, nulla Martyria, nullæ pœnæ, nulla virtus potest mereri cuiquam peccatori, remissionem peccatorum suorum. Peccatum enim, quod ex infinita Majestate Dei offensi infinitam malitiam contraxit, non nisi per infinitum meritum potest deleri, quod infinitum meritum in solis Christi operibus & perpessionibus ob infinitam divinæ personæ dignitatem cernitur; non autem in ulla actione aut merito creaturæ.* Quod hîc soli Christo tribuit Iesuita, omnibus creaturis exclusis, nobis quoque nostrisq; operibus eorumque merito paulò antè tribuerat. Sic enim pag. 259. *Vtitur quoque Deus instrumentis, quæ ad efficientem causam aliquo modo revocantur, sicut etiam merita,* QVIBVS *ut aliquid concedatur vel fiat promeremur.* In his manifestissima contradictio est: nulla merita, excepto Christi merito, justificant: Et, quædam merita, quibus aliquid promeremur, justificant.

De Sanctorum Beatitudine ante novissimũ diem.

Bellarminus lib. 1. de Sanctorum beat. c. 2. & 20. sic scribit. *Hunc errorem Calvinus pertinaciter defendit, negans animas Sanctorum rectâ ad Deum ire, sed ad inferos, vel alium locum extra cœlum.*

Contrà verò Bellarminus lib. 4. de Christo cap. 18. ¶. Tertiò Calvinus, inquit: *Locat Calvinus Sanctorum animas in cœlo ante Christi adventum.* Si ante Christi adventum, etiam ante Christi resurrectionem. Si in cœlo, ergo non extra cœlum. Si locat Sanctorum animas in cœlo, ergo non spe, sed reipsâ.

Bellarminus in toto libro primo de Pont. Rom. pro Petri primatu acriter pugnat eumque omnibus defendere modis conatur.

Capite 9. autem col. 638. apertissimè dicit, *Summam potestatem omnibus Apostolis libertatemque datam esse.* Hoc verò cum unius Principatu pugnat. Si enim omnes Apostoli summa potestate erant Prępositi, nihil Petrus supra reliquos Apostolos habere potuit, nisi summo superius forsan aliquid fuerit: Et summum non est, supra quod positum quicquam erit. Et in summa æqualitate primatus nullus cogitari potest. Respondet eodem loco Bellarminus, *Summam hanc potestatem datam esse Petro & ordinario Pastori alijs verò Apostolis ut delegatis:* Atq; hac novâ distinctione fretus, & summos omnes Apostolos fuisse, & Petrum tamen aliquid superius reliquis habuisse affirmat: sed & hoc apertè pugnat cum eo, quod omnibus datam esse summam potestatem dixit: estque in hoc responso manifesta contradictio. Nam inter Apostolos summa potestas fuit, non igitur Petri delegati reliqui fuerunt: quia potestas non potest esse tanta per omnia, quanta ejus est qui delegavit. Bellarm. autem fecit potestatem omnibus parem, id est, summam: at delegata potestas summa nunquam est.

An Papa errare possit.

Bellarminus lib. 4. de Pontifice Romano capit. 2. in explicando statu quæstionis hujus, duo esse dicit, in quibus non hæretici modò, sed Catholici omnes conveniant, *Primùm, posse Pontificem, etiam ut Pontificem, & cum suo cœtu consiliariorum, vel cum Generali concilio errare in controversijs fidei particularibus, quæ ex informatione testimonijsque hominum præcipuè pendent. Secundum, Papam posse, ut privatum Doctorem, errare, etiam in quæstionibus juris universalibus, tam fidei, quàm morum.* Hoc verò Bellarminus eodem libro capite 6. tolli, propositione 4. quæ sic habet: *Probabile est, pieque credi potest, summum Pontificem, non solùm ut Pontificem errare non posse, falsum aliquid contra fidem pertinaciter credendo.*

Quid sentiendum de Bellarmini disputationibus.

Talis est Bellarminus in alijs quoque doctrinæ capitibus. Nam de Amissione gratiæ & statu peccati libro secundo, cap. 13. dicit

dicit: *Deus non inclinat hominem ad malum, neque physicè, neque moraliter.* Mox autem sui oblitus contrarium affirmat ibidem paulò post inquiens: *Deus inclinat quidem ad malum, non physicè, sed tamen moraliter.*

In lib. 1. de Clericis c. 14. inquit, *Episcopos Apostolis succedere, Presbyteros autem 70. discipulis.* Contrarium autem affirmat lib. 4. de Pontif Rom. c. 25. dicens, *Episcopi non propriè succedunt Apostolis.*

Lib. 1. de Pontif. c. 12. inquit, *Iudas non credidit*, Contradicit autem de Iustific. lib. 3. cap. 14. inquiens: *Iudas justus fuit, & certè bonus.*

Alio in loco dicit: *Observatio Legis substantiam operis requirit, ut sic præceptum observetur, ut peccatum non committatur, & non fiat homo reus ob præceptum non impletum*; de Gratia & libero arbitrio lib. 5. cap. 5. Contrà verò ibid. cap. 9. *Sciendum est*, ait, *non esse omninò idem, facere bonum morale, & observare præceptum secundùm substantiam operis: potest enim servari præceptum secundùm substantiam operis, etiam cum peccato.*

De Pontifice Romano libro 4. capit. 3. dicit, *Petrus non amisit eam fidem, quâ corde creditur ad justitiam*: De Iustificatione autem libro 3. cap. 14. ait, *Petri peccatum fuit lethale.*

De Roman. Pontifice libro 3. capit. 14. *Antichristus*, inquit, *Magus futurus est, & more aliorum Magorum occultè Diabolum ipsum adoraturus.* At contrà ex sententia Hippolyti & Cyrilli, & cap. 12. ejūsdem libri, *Abhorrebit*, inquit, *ab idololatria, execrabitur & oppugnabit idola, denique Templum denuò ædificabit.*

Rursus Bellarminus de Missa libro primo, capit. 27. *Verbis consecrationis vera & solemnis oblatio celebratur.* Contrà de Missa libro 2. cap. 11. *Sacrificij oblatio magis in re, quàm in verbis consistit, & illa actio, quâ corpus Domini super altare ponitur, vera & realis oblatio est.*

In libro de Christi anima 4. cap. 5. ait, *Mundi finis non potest sciri.* Contra de Roman. Pontif. lib. 3. c. 17. *Post Antichristi mortem non futuri sunt nisi 45. dies usque ad finem mundi.*

Libro 3 de Pontifice Romano cap. 13. *Decem Reges comburent purpuream meretricem.* Contrà ibidem, Antichristus Romam odio habebit, & pugnabit contra eam, & comburet.

De Pontifice Romano libro secundo capit. 31. *Duobus modis intelligi potest nomen universalis Episcopi: uno modo, ut ille qui dicitur universalis, intelligatur esse solus Episcopus omnium urbium Christianarum, ita ut cæteri non sint Episcopi, sed Vicarij tantùm illius, qui dicitur Universalis Episcopus: quo sensu Papa* NON *est Universalis Episcopus.* Contrà de Pontif. Roman. lib. 4. cap. 24. *Omnis ordinaria jurisdictio Episcoporum descendit immediatè à Papa, & est in eo, & ab eo in alios derivatur.*

An Papa errare posit.

Quid sentiendum de Bellarmini disputationibus.

Et quod peculiariter ad Bellarminum, ejusque consuetudinem attinet, hoc in lectione scriptorum ejus, cum multis aliis observavi, cum, quotiescunque graviori aliquâ objectione premitur, quæ ipsum vellicet & pungat, nihil morari, nec meminisse, utrum argumenti solutio, doctrinę suę alibi traditæ sit contraria, dummodò ei pro tempore inserviat, & effugio esse possit, quò præsentem procellam declinet. Rursus de Bellarmino

De Calumniis IESVITARVM, seu Insontium Malitiosa ac Mendaci Infamatione.

IN bello civili ultimo Regni Galliæ, Iesuitæ sparserunt rumorem, Huguenottos, quos sic in Gallia vocant, in necem Caroli IX. Regis, duorum ejus fratrum ac Reginæ matris conspirâsse, & hanc verissimam lanienę Parisiensis anno 1572. occasionem & causam fuisse: maluisse enim eos prevenire quàm prevenirì. Sic enim Cresuuellus in suo Philopatre contra Edictum Elisabethæ Reginę, pag. 119. *Regina*, inquit, *Angliæ conscia fuit illius conjurationis, quæ anno 72. in nuptijs Regis Navarrei executioni mandari debebat: de qua scribit Genebrardus his verbis: Regis Navarræ nuptias excepit dies Bartholomæanus, ob quandam in Catholicos Principes conjurationem.*

Franciscus Costerus Iesuita, de eodem in Sica Tragica capit. 7. pagina 60. sic scribit: *Anno 72. Catholici multos in Gallia Calvinistas, jussu Regis, quos ille cognoverat de sua cæterorumque Catholicorum cæde cogitâsse, idque certo die, quam præfinierat, necârunt.* Idem Costerus in Sica cap. 11. pag. 107. *Conscivit Rex*, inquit, *Anno 1572 conscelerato consilio conclusum fuisse ab Huguenotis, ut condicto die, tempore quarundam nuptiarum, se cum tota progenie, omnibus Catholicis, internecione confatali delerent. Huic Calvinianorum horrendo sceleri, & Regis Christianissimi patriæque parricidio, obviam itum est: & qui ferrum alteri acuerant, suis illud jugulis excepêre. Hæc sunt testatissima, & in luce omnium gentium.*

Causa autem lanienæ hujus omnibus tam nota est, ut omnes Pontificios talia de fidelibus Gallis, præter solos Iesuitas, scribero, ha-

re, hactenus puduerit. Ribadeneira certè, etsi lib. 1. de Principe cap. 27. multa mendaciter scripserit de insidiis ab Huguenotis vitæ Catholicorum structis, huius tamen conjurationis ne uno quidem verbo meminit. Et Iacobus Aug. Thuanus in sua Historia, Tomo 2. part. 2. pagina 842. præsertim pag. 846. aliam, & quidem veram hujus inauditæ lanienæ causam commemorat, videlicet, *Vt sub specie arctioris amicitiæ, & quidem nuptiarum Huguenoti Lutetiam, tanquam aves in casses pellicerentur & simul omnes opprimerentur.*

Cùm etiam Iesuitæ intelligerent, se sub Regina Elizabetha, suamque doctrinam de Regicidiis, omnibus bonis in Anglia exosos esse, Apologiam ediderunt, in qua inter alia probare conantur, Regicidium & Regnicidium non à sua doctrina placitisque promanare, sed figmentum & technam solummodò esse politiæ nostræ; ut sic Papismus contemptui & despicatui foret. Hoc etiam testantur Acta Henrici Garneti & Sociorum ejus pag. 64.

Supra etiam indicavimus quibus quantisque mendaciis & calumniis Sereniſſimam Angliæ Reginam obruerint & lacerârint Iesuitæ.

Fulminalis quoque pulveris molitiones contra Regem Angliæ & regiam stirpem, Regnique totius proceres, Iesuitæ Colonienses à Calvinianis, nec ab ullo Catholico excogitata esse, impudentissimè calumniati sunt.

Anno 1597. rumorem sparserunt Iesuitæ, qui ferè per totam Europam pervasit, de Clarissimi viri Theodori Bezæ, Pastoris Genevensis Ecclesiæ, morte, & constanter affirmârunt, quòd paulò ante mortem omnem doctrinam suam recantârit, & confessus sit, se Romanæ Ecclesiæ doctrinam pro vera agnoscere, atque in ea mori velle. Auctor hujus commenti ferebatur Clemens Puteanus, Iesuita Parisiensis. Mendacium autem illud impudentissimum Pastores Genevenses refutârunt, editis nomine suo publicis duobus scriptis, altero Latinè (cui Beza Redivivus nomen fecerunt) altero Gallicè. Beza quoque ipse Epistolâ ad Guilielmum Stuckium Theologum Tigurinum vanitatem illam redarguit.

Anno Domini 1605. editæ sunt Theses à Iesuitis Monasterienſibus hoc titulo: *Credo Calvini sequarum*, plenæ prodigiosarum Calumniarum ac mendaciorum de Calvinianis. Thesi octavâ hoc Corollarium planè blasphemum & abominandum afferunt: Articulum primum Calviniani symboli hunc esse: *Credo in diabolum, Carnificem, Orcipotentem, Corruptorem cæli & terræ.* Ibidem asserunt, *Calvinianos simpliciter & generatim docere, Non patientiâ & permissione, sed potentiâ & operatione Dei peccata fieri.*

Thesi 9. dicunt, *Calvinianos prohibere caput aperire; aut genua flectere ad mentionem nominis Iesu, adeoque honorem etiam politicum ei derogare.*

Thesi 14. dicunt, *Calvinigenas in Anglia*, &c. *negare Christum verum esse Deum: sed tantùm nudum hominem & Philosophum, datum humano generi, ut sit rectum vivendi exemplum.*

Thesi 15. asserunt, *Calvinianos docere, Christum natum ex Maria non Virgine.*

Thesi 17. aiunt, *Turcas de tertio articulo Fidei Christianæ, multò saniùs sentire quàm Calvinistas.*

Iesuitæ Colonienses in Censura sua pagina 176. audacter affirmant, privatum ac publicè coram populo, *Evangelicos Doctores suâ doctrinâ frena ad omnem impietatem laxare, & facultatem flagitiosis hominibus facere, quævis etiam scelera (quo plures in suam sententiam pertrahant) committendi.* Ad hanc calumniam dico, quod Cicero pro Cluentio dixit, *Magnum & impudens est hoc mendacium.* Quàm seriò enim in nostris Ecclesiis urgeantur ad verè bona opera, quotidianæ conciones coram toto Mundo testantur.

Thomas Bozius Eugubinus lib. 12. de signis Eccles. c. 12. per summam calumniam Evangelicis Doctoribus bonarum artium ignorantiam objicere audet: alii dicunt, non esse inter Prædicantes, qui solidâ imbuti sint artium & scientiarum doctrinâ, ut eos apud Principes, nobiles in contemptum adducant: E contra solis Iesuitis attribuunt literarum cognitionem, linguarum multiplicium studia humaniorum disciplinarum professionem, & Scholarum frequentiam.

Imò criminati sunt & calumniis obruerunt suæ quoque Religionis socios & Doctores, utpote quorum doctrina venalis esset, quorum Scholę nulli fine mercede paterent, & interdum doctrinâ peregrinâ personarent. Mirum quantum hęc criminatio & calumnia valuerit, quantáque Papæ & Iesuitis utilitates attulerit.

Et ut summatim dicam, Iesuitæ in suis scriptis & concionibus nihil ferè aliud agunt, quàm ut omnis generis calumniis & crassissimis mendaciis Evangelicos prægravent, eósque hæreseos, seditionis, rebellionis, conspirationis, & aliorum nefariorum scelerum insimulent, sicque illos,

illos, ut Phariſæi Chriſtum, in odium magnatum adducant.

IESVITÆ multa *in* Evangelicis reprehenduns, quę ipſimet faciunt & *in* Principibus Catholicis laudant.

CReſuuellus in ſuo Philopatre contra Edictum Eliſabethæ Reginæ Angliæ pagina 74. ſcribit, *Iniquiſiſſimam eſſe Regulam, quæ in Anglia vivendi locum Ieſuitis neget: cùm tamen ipſis ſub Turcis, ſub Mauris, ſub Perſis, ſub Æthiopibus vivendi locus permittatur.* Et in Apologia Alani contra duo Edicta Elizabethæ Reginæ pagina 21. & 22. *In Regnis* inquiunt, *& Provincijs Turco Perſæque ſubjectis, Catholici liberè ſuâ Religione uti permittuntur. Sed & in Germania, Helvetia, Suecia, Polonia, Boëmia nullus Catholicorum compellitur ad alterius Religionis profeſſionem, at ſolis Catholicis in Anglia negatur Religionis libertas.* Dicas autem Alane, quæ libertas Evangelicis in Stiria, Carinthia, Carniola, aliiſque Provinciis & urbibus concedatur, in quibus Ieſuitæ dominantur. Nulla prorſus, ſed in exilium crudeliſſimè pelluntur. Et hoc *æterno encomio dignum eſſe dicit*, Iacobus Sylvanus in ſua Philippica. Item, *Seceſſiſtis à nobis in fide: & cur non etiam à nobis abiretis in terras Æthiopum Sole calentes?* Ribadeneira quoque de Rege lib. 1. cap. 18. pag. 117. *Principibus*, ait, *& Magiſtratibus ſub gravi pœna præceptum eſſe in Concilio Lateranenſi ſub Innocentio III. Vt finibus ſuis hæreticos exturbarent: idque jurejurando facturos ſe promitterent.* Sic etiam olim in Hiſpania lege cautum fuiſſe, Symmancha dicit de Catholic. Inſtitut. cap. 46. num. 55.

IESVITÆ Temporibus ſeſe accommodant. Hencken den Mantel nach dem Wind.

POſſumus hoc loco commodiſſimè uti verbis Coſteri Ieſuitæ ex Sica Tragica capite ultimo, pagina centeſima decima, & dicere; *Ita nôrunt Ieſuitæ vela oblicqua in ventos, & undecunque ſe proſper aliquis flatus oſtenderit, captare vel Euros, vel Zephyros. Nam facilè pinabantur hæc verba jam in Gallia non placere.* Et Ribadeneira de Principe lib. 1. c. 26. pag. 178. *Chriſtiana*, ait, *prudentia docet Diſſimulatione utendum, quando magna pericula timentur:* Qui tamen antea pag. 90. politicam illam prudentiam Reginæ Scotiæ & Regum Galliæ accuſavit; quod putârunt, *ſerviendum tempori, utiliuſque eſſe conniventiâ quadam & lenitate ſervare, quàm ſeverâ animadverſione totum Regnum evertere.* Et pag 94. addit: *Nullum Regem, nullum Principem eſſe cui hæc politiæ ratio potior viſa, qui non ſtultitiæ & temeritatis graviſſimas pœnas dederit:*

In actis Henrici Garneti & Sociorum pagina 68. hæc leguntur. *Cùm viderent Pontificij, hanc calamitatem (nempe pœnalia Reginæ Edicta) ſibi à Bulla Pij V. conflatam, hac indulta veniâ demulſerunt eos Pius V. & Gregorius XIII. licere omnibus* Catholicis, EXTERNAM *erga Reginam obedientiam præ ſe ferre, ad redimendam vexationem: his tamen* CAVTELIS *& Cancellis circumſcriptam; 1. Rebus ſic ſtantibus; 2. donec publica Bullæ executio fieri poſſet. Omnia hæc ſcripto teſtatus eſt Ieſuita Garnetus, & nunc etiam pro tribunali confeſſus eſt.*

In extract. Parlamenti Pariſienſis Tomo ſexto Memorial. Ligæ hæc verba exſtant: Les Ieſuites avoyent un bref de ſa ſainctété, qui les diſpenſoit, d'obeir au temps. Id eſt, Ieſuitæ habebant Papales literas & diſpenſationes, quòd ſeſe tempori adcommodare poſſent. Rurſus in eodem Extractu pagina 262. Alexander Hajus Ieſuite avoit enſeigné publiquement, qu'il falloit diſſimuler & obeir au Roy pour un temps par feintiſe diſant fort ſouuent ces mots Ieſuita eſt omnis homo.

Alexander Hajus Ieſuita publicè, & ſæpè docuit, *ad tempus externè aliud ſimulandum, quàm intus in corde ſentias: & ſic ad tempus ſimulandum, ac ſi Regi obedire velis.* Sæpè etiam dicere ſolebat; *Ieſuita eſt omnis homo.* Ieſuitam inſtar Protei ſe in omnes figuras transformare poſſe.

Similiter Ieſuitæ in Anglia docent, *ſubdolè agere & loqui licere. In Anglia non vox, non Religio, non internus de Deo, rebuſque divinis ſenſus Catholicis liber & integer relinquitur* (ut ſcribitur in Epiſtola Ieſuitica in lib. de Concertat. Eccleſiæ) *loquendum tibi eſt cum alijs, affirmandum juramento, quod cæteri affirmant, etiamſi animo longè aliter opineris, etiamſi in conſcientia planè contrarium ſenſeris.*

Ante annos non ita multos Ieſuitæ Duacenſes in Belgio ſtatuerunt, *Pium, imò meritorium eſſe, hæreticis ſeſe in ſpeciem adjungere, hæreſes profiteri, ſacris eorum omnibus communicare, atque adeò nihil non agere, dummodo id ſtudio promovendæ rei Catholicæ fiat*, ut teſtatur Daniel Plancius Belga in diſp. cum Ieſuita Antverpienſi *De fide hæreticis non ſervanda, pag. 23.*

IESVITÆ multa *à se & alijs* Pontificiis facta, dicta & scripta impudenter negant.

RIcheomus Iesuita in sua Expostulatione Apologetica pro Societate Iesu anno 1603. edita, *Nunquam*, ait, *ego audivi, postremò defunctum Henricum à quoquam nostrorum hominum Tyrannum esse nominatum, & tamen cum illis familiarius aliquantò sum, quàm iste* (adversarius) *versatus.* Negat hoc quoque Iacobus Sylvanus, aliâs Keller, in sua Philippica contra Admonitionem ad omnes Reges ac Principes de nefariis & exitialibus Papę & Iesuitarum conatibus & practicis.

Negat idem Sylvanus ibidem, Iesuitas docere, *Eodem modo reliquos etiam Principes & Reges, si à Theologis, viris eruditis & gravibus pro Tyrannis habeantur, interfici posse: ideoque rectè fecisse Iacobum Clementem Monachum, quòd Henricum III. Regem Galliæ interfecerit: Rectè etiam facturum, qui illius successorem Henricum IV. oppresserit.*

Negat idem, Iesuitas docere, *Tyrannos* (*excommunicatos & Evangelicos*) *veneno à subditis vel ministris necari posse.*

Iohannes Mariana autem in lib. 1. de Regis institut. c. 6. hanc quæstionem tractans, *An Tyrannum opprimere fas sit?* affirmantem sententiam probat, *& inter alia meminit Henrici III. Regis, ut Tyranni, & meritò propterea occisi.* Quod utique inconveniens fuisset, si eum non pro Tyranno habuisset. Ibidem etiam causas indicat, cur illum pro Tyranno habuerint: videlicet, propter impios illius ausus.

Addidit ibidem Mariana, Iacobum Clementem præmeditatè & de consilio Theologorum hoc facinus perpetrâsse, qui eum docuerint, in eoque confirmârint, talem Regem, veluti Tyrannum, justè occidi posse. *Cognitio*, inquit, *à Theologis, quos erat sciscitatus, Tyrannum jure interfici posse*, &c.

Sed & Petrus Ribadeneira de Principe libro primo, capit. 15. quæst. 91. scribit, *Quòd Henricus Tertius ex pernitioso humanæ prudentiæ consilio, & nefaria Politicorum calliditate, Henricum Guisiæ Ducem, & Ludovicum Cardinalem ejus fratrem, fortissimos Principes, in Blæsensibus Comitijs crudeliter sustulerit: sed necdum decurso anno, æquissimus sceleris vindex, Deus, à cædis authore meritissimas pœnas exegerit.* Hæc certè est luculenta & viva Tyranni descriptio.

In libris etiam Parisiis in Iesuitarum Collegio repertis & à Ioanne Guignardo Iesuita scriptis, inter multa alia quoque docet, *Permissum esse Reges ac Principes occidere.* Dissertis etiam verbis Henricum III. TYRANNVM nominat.

In libro quoque toto de Henrici III. abdicatione: *Rex ille dicitur fuisse crudelissimus Tyrannus, in primis libro secundo*, per aliquot capita nominatur *perjurus, parricida, assassinus, homicida & quidem Ecclesiasticarum personarum: hæreticus & hæreticorum amicus & fautor, Schismaticus, Simoniacus, sacrilegus, nigromanticus*, &c. *Proindeque permissum fuisse subditis ejus, atque alijs ipsum occidere.* Gratulantur etiam sibi Iesuitę tam in proœmio, quàm lib. 4. c. 23. de nece & interitu ejus. *Ecce*, inquiunt, *dum scribimus, dum varijs distracti in concione in concilio & militiæ negotijs, opus, ut licet, maturamus: dum captâ Pontisarâ, occupatoque Clodealdi ponte staret ad ponte omnibus suis copijs auctus Hannibal, & positis secundo ab urbe miliari castris, Vrbem ac Regnum terroribus replexisset, atque conspectâ urbe, cædes, incendia ac sanguinem spirans, in eam jamiã, ut sibi videbatur, devoraturus* TYRANNVS *infremeret; mirabilis & simul terribilis die primâ Augusti nuncius venit, Henricum in medio exercitu gregarij cujusdam & contempti fraterculi manu esse interfectum, uti Eglonem Moabitam ab Aiod. Et consilium ille pridie, quàm in castra abierat, nonnullis revelaverat: idque incredibili bonorum omnium gaudio & exultatione factum est.*

Et subjiciunt: *Nihil jam ut sit, quod Iudithæ Holofernem, & Davidis Goliathum obtruncantis, & Samsonis in maxilla asini mille viros interficientis, historias admiremur. Dextera Domini fecit virtutem: Dextera Domini exaltavit nos, &c. A Domino factum est illud, & est mirabile in oculis nostris. Discite ergo, qui alterius Henrici anathematis reliquias sectamini, discite, quid sit illud: Maledictus qui confidit in homine. Vt quid enim anathema alterum sectantes, hoc terribili edocti exemplo, in voluntarium excidium ruitis? Et relapsum hæreticum, tot sceleribus ac crudelitatibus insignem sustinetis? Et strictum in vos gladium, qui terribiliter caput vestrum demessuit, non timetis?*

Sic & in Præfatione ejusdem libri: *Non enim*, aiunt, *id agimus tandem, ut Henricum Tertium abdicemus; quod factum nuper & probatum divinitus, etiam gratulamur. Sed omninò, ut impios &* TYRANNOS *à nobis excludamus; ut Gallorum, imò omnium animos ad pestem hanc excutiendam excitemus: Vt in prototypo nequitiæ Henrico, quid in Principe execrari, quid fugere oporteat, doceamus. Prorsus, ut, cùm hæc communis alterius Henrici, pariter*

pariter impij, hæretici, relapsi, TYRANNI, *sacrilegi impuri, incestuosi, homicidæ atque excommunicati, &, ut nunc audimus, etiam hypocritæ, causa sit: propterea fiat, ut, cùm de priore justè abdicato dixerimus, de hoc quoque excludendo ac perdendo dixisse videri cupiamus. Nam hic operis hujus fructus erit: qui utinam non tantus esset, atque in eo statu res foret ut, extincto etiam posteriore Henrico, hoc confectum negotium laudare tantùm, non etiam futurum suadere oporteret. Sed quia id nobis ab omnipotente* DEO *postulandum est, ut, qui nobis priora ocia fecit, miseratus aliquando ab altero quoque, nec minus impuro, eripiat. Interim dum gratiam hanc expectamus, admonere certè non cessemus; ut, quia* DEVS *facientes juvat, omnes omnium vires in execrandum istud caput, ejusque assertores colligantur. Denique omni ratione fiat, ut anathemata ista è medio nostri, imò Ecclesiæ universæ abigantur. Quod si, miserante* DEO, *factum aliquando erit, tum nos praclarum, non operis hujus tantùm, sed vitæ etiam ac mortis fructum videbimur consecuti.* Item, *Ut, quod factum à nobis est in ejiciendo Henrico, id, si quid tale occurrerit, Optimi quique æmulentur, utque Henricones illi, qui id factum, improbare non desinunt, imò ultionem mutire non verentur, confusi & elingues reddantur, si quid frontis habent, tacere compellantur: utque etiam alter Henricus tollatur, & sic Ecclesiæ hostes penitus conterantur, Regnum à gente in gentem* (è Gallia in Hispaniam) *transferatur, & utilis Rector in tempore suscitetur.*

Becanus Iesuita Moguntiensis contra Christianum Batavum negat cum sodalitio suo, *Romano-Catholicos docere, & in tribus Concilijs, Lateranensi sub Iulio II. & Leone X. celebrato, Tridentino item & Constantiensi decretum esse, Hæreticis fidem non esse servandam.*

Iacobus Simmancha autem Episcopus Pacensis in Institutione sua Cathol. tit. 46. artic. 52. hæc scribit: *Ad hæreticorum pœnam & odium pertinet,* QVOD FIDES ILLIS DATA SERVANDA NON *sit, in Concilio Constantiensi factum, non obstante juramento.* Et mox rationem addit: *Si enim*, inquit, *tyrannis, piratis, & cæteris prædonibus fides servanda non sit, qui corpus occidunt, longè minus hæreticis pertinacibus qui occidunt animas.* Rursus: *Cum hæreticis*, ait, *nullum commercium, nulla Pax Catholicis esse debet. Quamobrem fides illis data, etiam juramento firmata, contra publicum bonum, contra salutem animarum, contra jura divina & humana, nullo modo servanda est.* Allegat etiam ibidem hujus sententiæ suæ adstipulatores, Marium Salmonium, leg. 2. ¶. de exact. de origine juris, Menochium & alios, ne solus sic sentire videatur. Citat etiam Thomam secunda secundæ quæst. 70. art. 1 ubi vult, *Hæreticum indocilem propellendum esse judicibus, non obstante fide & juramento.*

Simmanchæ assentit etiam Cresuuel Iesuita in suo Philopatre pagina centesima nona. *Quemcunque*, inquit, *Principem Christianum, si à Religione Catholica manifestò deflexerit & alios avocare voluerit, excidere statim omni potestate ac dignitate, ex ipsa vi juris tum humani tum divini, hocque ante dictam sententiam supremi Pastoris ac judicis contra ipsum prolatam, & subditos quoscunque liberos esse ab omni juramenti obligatione, quod de obedientia, tamquam Principi legitimo præstitissent, possitque & debere, si vires habeant, istiusmodi hominem, tamquam Apostatam, ac Christi Domini desertorem, & Reipublicæ suæ inimicum & hostem, ex hominum Christianorum Dominatu ejicere, ne alios inficiat, vel suo exemplo & imperio à fide avertat. Atque hæc certa, definita, & indubitata virorum doctissimorum* (Iesuitarum) *est sententia.* Et tamen adhuc negare audent, se & alios Pontificios docere, Fidem hæreticis servandam non esse.

Hoc etiam generale Papistarum Dogma esse, Tortuosus Bellarminus in Responsione ad Apologiam pro juramento fidelitatis his verbis testatur: *Iam suprà*, inquit, *docuimus, supremum universæ Ecclesiæ Rectorem id juris habere, ut si Princeps ab Ecclesiæ unitate per hæresin vel schisma deficiat, possit eum excommunicare, vel excommunicatum declarare,* ET SVBDITOS EIVS À FIDE ET OBEDIENTIA LIBERARE. *Neque hanc esse novam doctrinam, sed in Concilio* LATERANENSI *omnium maximo & celeberrimo approbatam, atque usu Christiani populi per multa secula receptam. Qui enim non timent occidere, numquid timebunt jure jurando Religionem violare?* Et adhuc audent negare se hoc docere.

Hosius quoque Cardinalis Epistola centesima nonagesima tertia, & ducentesima secunda, & ducentesima vigesima. *Henricum Poloniæ Regem monet, eum nullo modo debere fidem datam Evangelici? Polonis servare. Nunquam*, ait, *patiaris ullâ te ratione ad ea quæ promisisti præstanda teneri: Quia juramentum non debet esse vinculum iniquitatis.* Idem repetijt Stephano Regi Antonius Possevinus Iesuita.

Molanus item libro tertio, c. 27. object. 1. & 6. expressè docet, *Regulam Pontificijs generalem esse, Fidem hæreticis vel non dandam vel non esse servandam, si illis data sit super libero Religionis suæ exercitio: & in specie de Fœderatis Belgis, quos dum Hispaniæ Regi vim intulisse tradit, Merentur*, inquit, *ut eis promissum*

non ſervetur. Et cap.7.lib.4.addit: *Nam quotquot contra Catholicam Majeſtatem Philippi arma in Belgio ſumunt, quia potius rebelles, quàm hoſtes dicendi ſunt, uſitatè prædones dicuntur: atque ſi illis aliquid promiſſum ſit, claram & indubitatam eſſe reſolutionem, ijs nihil deberi.*

3. Bellarminus libro quarto de Pontifice Romano cap. 10. ſcribit, Calvinum impudenter mentiri, quòd ſcribat libro quarto Inſtit. cap.12.¶.24. *Siricium in Epiſtola ad Hiſpanos conjugium Sacerdotum vocâſſe immundiciem & pollutionem.* Legatur autem Epiſtola illa. Prohibet in ea presbyteris matrimonium, quia Dominus præcepit. Sancti eſtote, quia & ego ſanctus ſum. Si rectè diſputet Siricius, certè etiam conjugium verum & legitimum impurum eſt, & non presbyteris tantùm, ſed omnibus etiam hominibus illicitum: hoc enim Deus non à ſolis Levitis, ſed à cuncto populo exigit, ut ſancti ſint, quemadmodum & ipſe ſanctus eſt. Siricius igitur exiſtimavit, Conjugium in ſe immundum eſſe.

4. Eodem loco negat Bellarminus Liberium Papam fuiſſe Arianum & Arij doctrinæ ſubſcripſiſſe: affirmat autem Athanaſius in Epiſtola ad ſolit. vit. agentes. Negat etiam Felicem Arianum fuiſſe: affirmat Hieronymus in Catal. in Acacio, ubi ait, *Acacij opera* Felicem Arianum Romæ Epiſcopum conſtitutum eſſe. Negat Cœleſtinum Papam Neſtorianum fuiſſe: affirmat Laurent. Valla in libro de Donat. Conſtantini. Negat Vigilium fuiſſe Monophyſitam, & Epiſtolam Liberati, in qua hoc diſertè affirmatur, ab hæreticis vel corruptam, vel totam confictam & ſcriptam fuiſſe: ſed non probat. Negat capite undecimo Honorium Papam hæreticum fuiſſe; At ſunt duæ Epiſtolæ Honorij in Synodo 6. Actio. 12. & 13. in quibus doctrinam Sergij Principis Monothelitarum approbavit. In eadem Synodo Actio. decima tertia Honorius nominatim damnatur, & ejus Epiſtolæ comburendæ judicantur, & hæc damnatio repetitur in omnibus actionibus ſequentibus plus quàm vigeſies. In Synodo ſeptima etiam damnatur Honorius tanquam Monothelita. In Synodo 8. generali Actio. ſeptima aſſeritur, Honorium fuiſſe à Synodo 8. generali Actio. 7. aſſeritur, Honorium fuiſſe à Synodo 6. poſt mortem damnatum. Agatho Papa in Epiſtola ad Conſtantinum Imperatorem, quæ habetur Act. 4. Synodi 6. anathema dicit Honorio tanquam Monotheliteæ: idem etiam facit Leo 2. in Epiſtola ad eundem Imperatorem, quæ habetur in Synodo 6. in fine. His accedunt authores plurimi tam Græci quàm Latini. Nilus Archiepiſcopus Theſſalonicenſis in libro de primatu Papæ, Tharaſius Epiſcopus Conſtantinop. in Epiſtola ad Patriarchas quę extat in Synodo 7. Actione tertia, Theodorus Epiſcopus Hieroſol. in Epiſtola Synodica, quæ ibidem habetur: Epiphanius Diaconus Catholicus in diſputatione cum Gregorio hæretico, quæ extat in Synodo 7. Actione ſexta. Item, Pſellus in carmine de ſeptem Synodis, Beda de ſex ętatibus in vita Conſtantini quarti. Imper. & Liber Pontificalis in Vita Leonis 2. His addendi ſunt Melchior Canus libro ſexto Comment. c. ult. Sanderus libro ſeptimo de viſib. Monarch. Alphonſus de Caſtro libro quarto de hæret. pun. Torrenſis de 6.7. & 8. Synod. Hardingus contra Iuellum, Genebrardus in Chron. in Honorio I. qui omnes hæreticum eum fuiſſe teſtantur: ſolus Bellarminus cum paucis negat. Et quámvis fateatur lib.4. de Pontifice, c.14. Ioannem 22. Papam revera ſenſiſſe, animas non viſuras Deum, niſi poſt reſurrectionem demùm, hoc tamen peccatum quantum poteſt extenuat & excuſat: ut impudentiſſimum Coſterum Ieſuitam eſſe oporteat, qui in ſuo Enchirid. apertè aſſerit, *in tanto Pontificum numero, qui Beato Petro ſucceſſerunt, ne unum quidem inventum eſſe, qui (hæreſin) docuerit, aut in errorem lapſus ſit.*

Amphitheatrum Honoris Anno 1606. excuſum, Clari Bonarſcii nomine, cujus proprium nomen Carolus Scribanius erat, antehac Antverpiani Collegii Rectoris, Cotton Ieſuita dixit, nequaquam à ſuæ Societatis hominibus emanâſſe, ſed Genevæ, ad conflandum Ieſuitis odium, fictum ab hæreticis fuiſſe: qui tamen poſtea, longè aliter, quid ſentiret expreſſit, laudato Scribanii opere, & diſtributis multis exemplaribus.

6. *De puerperio Ioannæ S.*

Negare quoque audent Ieſuitæ tam imprudenter, quàm confidenter, corraſis & coactis ad hoc undique argumentis, Hiſtoriam de Ioh. Papiſſa Rom. ejuſque puerperio; de cujus tamen veritate à pleriſque per 800. jam ferè annos, in ipſomet Pontificio Regno, nunquam dubitatum aut diſputatum eſt. Nunc demum in dubium vocatur à Pontificum adulatoribus, inprimis Bellarmino & Baronio, hanc hiſtoriam fabulam eſſe contendunt: eóque pleroſque, integros, graveſque ſcriptores, in quorum conſentientium monumentis expreſſa & conteſtata legitur, vanitatis & mendacij non minus arroganter, quam inverecundè, arguunt: idque non adſerendæ veritatis cauſa, quam, ubicunque eis adverſatur, adulteran

terant & supprimunt ; sed ut probrosam hanc puerperii Papalis labem diluant, hoc cum primis tempore plurimùm jactatam in despectum & ignominiam Hierarchiæ Romanæ, cujus fundamentum in perpetua inde usque à Petro successione (si modò Petrus unquam Romæ fuit) situm prædicant : quam catenam ab hac muliere interruptam dolenter ferunt, & omnibus modis sepultam esse cupiunt. Ranolphus autem Flaviacensis Monachus Benedictinus, hanc historiam Pontificalis puerperii primus commemoravit: & ab aliis propter deformitatem facti omissam apertè fassus est. Vixit juxta Trithemium anno 930. ut Papale hoc puerperium ab iis accipere potuerit, qui illud viderunt. Hunc sequutus est Marianus Scotus. Anno Domini, inquit 854. anno Lotharij 14. successit Leoni Iohanna mulier. Natus fuit Anno 1028. ut hanc historiam vel ex seniorum relatione, vel ex superiorum scriptorum relictis monumentis cognitam habuerit. Tertius est testis veritatis hujus historiæ Sigebertus Gallus Gemblacensis Abbas, *Fama est*, inquit, *Iohannem fœminam fuisse, & uni soli familiari cognitam, qui hunc eam complexus est: Gravida facta peperit Papa existens. Quare eam inter Pontifices non numerant quidam, Graue de eo extat judicium apud Trithemium in libro de Script. Eccles.*

Supersunt alia quoque de eod. facto ac scelere testimonia. 1. Primum est Martini Polonij. Is inquit. *Ioan. 8. fœmina fuit, & in Papatu à familiari suo imprægnatur. Verum tempus partûs ignorans, quum de S. Petro in Lateranum tenderet, angustiata partu inter Colossæum & S. Clement. Ecclesiam peperit, & postea mortua ibidem, ut dicitur, sepulta fuit. Et propterea, quòd Dominus Papa semper eandem viam obliquat, creditur omninò à quibusdam quòd ob detestationem facti hoc fiat. Nec ideò in Catalogo sanctorum Pontificum ponitur, tam propter muliebrem sexum, quàm propter deformitatem facti.*

6. De puerperio Ioannæ S.

2 Alterum testimonium est Francisci Petrarchæ, qui Martini Poloni coætaneus fuit. Is eadem quæ Martinus commemorat in suo Chronico Italicè conscripto, & Florentiæ excuso anno 1478. *Iohannes*, inquit, *Anglicus non ponitur in Catalogo Paparum, quia fœmina fuit.*

3. Tertium est Iohannis Bocatii, qui intimus Petrarchæ fuit. Is libro de claris mulieribus capite 99. graphicè probrosum illud Pontificis puerperium describit, ita ut etiam effigiem parientis, & obstetricantes Cardinales & Episcopos exhibeat.

His testibus accedunt alij pietate, doctrinâ & fide dignissimi. 1. Otto Episcopus Frisingensis, qui ante annos 400. claruit: 2. Annales Augustani antiqui: 3. Vuilhelmus Occamus c. 124. operis 90. dierum: 4. Raphael Volaterranus in Comm. suis Iulio II. dicatis: 5. Platina, qui fuit Sixto IV. à Secretis: 6. Sabellicus Ennead 9. lib. 1. Iacobus Philippus Bergomensis: 7. Trithemius in Chronicis: 8. Iohannes Stella: 9. Nauclerus: 10. Albertus Krantzius: 11. Fasciculus temporum, Cœlius Rhodiginus, ac plures alii. Horum tantorum virorum testimonio & affirmationi plus credendum est, quàm Iesuitarum negationi, qui id solùm dicunt, quod Pontificis sui majestatem & authoritatem stabiliat, contrarium simpliciter vel negant, vel saltem eludunt.

Refutârunt etiam solidissimè Iesuitarum mendacia & exceptiones, quibus hanc historiam suspectam & falsam esse probare volunt, & veritatem ejus asseruerunt, Vuitakerus in suo libro de Pontifice Roman. pag. 719. & 720. Deinde Franciscus Iunius in Animadversionibus ad Controversiam 3. generalem Bellarmini de Pontifice Rom. lib. 3. c. 24. pag. 439. & seqq. Inprimis autem Conradus Deckherus Præceptor in Sapientia Heydelbergen. in libro de Papa Rom. & Papissa Romana.

Negant insuper Iesuitæ Conjurationi pulverariæ in Anglia, quâ majus aut horribilius scelus post homines natos nunquam susceptum fuit, quenquam Iesuitarum immixtum, vel ejus conscium & participem fuisse. Facit hoc Andreas Eudæmono Iohannes Cretensis in sua Apologia pro Henrico Garneto : & addit, *eum nullius sceleris convictum, odio duntaxat Religionis, aut Iesuitici nominis damnatum fuisse.* 5.

At verò conjurationis istius negotio, minimùm 4. Iesuitas interveniisse supra indicavimus. Illorum 4. nomina hæc sunt: Henricus Garnettus in Angliæ Regno ab annis 19. Provincialis: Hallus qui & Oldcornus: Osvvaldus Tesmondus sive Grenvvellius: & Iohannes Gerardus. Ac cæteri quidem, ut supra quoque pluribus indicavimus, pro sua quisque virili, singula, quæ res aut tempus postulare viderentur, exsequentes, negotium per patres curârunt: Henricus Garnettus autem, ut qui inter Pontificios Anglos dignitate, authoritate, & longo tractandarum rerum usu supra alios emineret, de universo negotio cum unico ferè Catisbei solitus fuit communicare, cæterorum omnium conscientiam sollicitè refugiens, ut ex Epistolis ipsius, propriâ manu scriptis, & à multis lectis apparet. Ad hunc in rebus dubiis, ceu ad oraculum Ca-

tisbeius doli totius architectus, ventitans, aut Grenvvellium suo nomine missitans, oracula petebat. Ex Colloquiis etiam, & pluribus aliis Catisbeij cum illo, quàm ex Grenvelli sæpè repetitis sermonibus, de quibus & plurimæ Garnetti Epistolæ testantur, luce clarius probari potest, hunc Iesuitam conjurationis nefariæ non minus conscium fuisse, quàm alium quemvis complicum. Neque verò arcani solùm conscius Garnettus fuit, sed plerisque conjuratorum, & Vuintero, Rookuodo, & ipsi Fauxio incendiario, quâ fuit authoritate, audendi auctor extitit, cunctantibus & horrescentibus priusquam probari rem tanto viro ex verbis Catisbeii cognossent. Sed de his satis supra, quò Lectorem remittimus.

Causę Primarię Parricidiorum aliorum nefariorum facinorum, &c. IESVITARVM.

CAusa parricidiorum, proditionum, aliorumque nefandissimorum facinorum Iesuitarum non postrema est *Cæca illorum quam sic ipsimet vocant, obedientia*, quam Superioribus vovent, de qua sic scribitur in Constitutionibus eorum part. 3. §. 1. *Vt sancta obedientia tum in exsecutione, tum in voluntate, tum in intellectu sit nobis semper ex omni parte perfecta: cum magna celeritate, spirituali gaudio & perseverantia, quidquid nobis injunctum fuerit, obeundo,* OMNIA *justa esse nobis persuadendo, omnem sententiam ac judicium nostrum cæcâ quâdam obedientiâ abnegando. Et id quidem in omnibus quæ à superiore disponuntur, ubi definiri non possit, aliquod peccati genus intercedere. Et sibi quisque persuadeat, quòd qui sub obedientia vivunt, se ferri & regi à divina providentia per Superiores suos, vivere debent perinde ac si cadaver essent, quod quoquo versus se ferri, & quacunque ratione tractari se sinit: vel similiter atque senis baculus, qui ubicunque & quacunque in re velit eo uti, qui eum in manu tenet, ei inservit.* Hæc ibi.

Vbi animadvertendum, etiamsi juxta literam ab obedientia ista cœca id, quod absque peccato fieri non possit, aliquatenus excipi videatur, Iesuitis tamen in mandata Superiorum inquirendi eaque penitus scrutandi potestatem ademptam, sicque teneri eos pro justis ac legitimis agnoscere omnia sibi injuncta; Omnia videlicet justa esse sibi persuadendo, non secus ac si Christus ipse præcepisset, à quibus etiam tractari se permittere debeant, ac si cadaver aliquod aut baculus senis essent; ita ut nulla vel temporis, vel rationis, vel sensus etiam communis aut externi ratio habeatur; nimirum, ut obedientia sit in cœcitate sua omnimodè perfecta; secundùm voluntatem Ignatii, de quo Maffæus in ejus vita lib. 3. c. 7. testatur; *Quum in Societate nostra virtutem hanc cæteris virtutibus anteferret, tum nihil huic laudi tam contrarium dicebat esse, quàm in Superiorum jussis & consilio examinando, moram, vel potius arrogantiam, negabatque obedientis nomine dignum haberi oportere, qui legitimo Superiori non cum voluntate judicium quoque submitteret. Et mox: Ad sapientem hanc sanctamque stultitiam cæcæ obedientiæ, suos, ut essent ad subdita & seria promptiores, interdum etiam fictis in rebus erudiebat.* Hinc ergo fit, ut nihil tam nefarium, seditiosum, inhonestum & horrendum inferioribus injungant Superiores, quod illi detrectare audeant.

2. Altera causa est, quòd se Regibus, Principibus aliisque Magistratibus politicis nullo prorsus fidelitatis sacramento, sed soli Papæ, supremo suo Induperatori obstrictos esse putant Iesuitæ, & propterea se in illos nullum læsæ Majestatis crimen committere posse, etiamsi pro nutu ac libitu Papæ in illos insurgant. Cùm autem origo, patria, incolatus, & ipse delicti locus, Iesuitas legibus Regni & Reipub. in quibus sunt, adstringat: hoc ipso, quòd Regibus & Principibus fidelitatem jurare recusant, fidem quidem, si fides dicenda est, Antichristo integram servant, sed cœcâ suâ perfidiâ duplex rebellionis crimen incurrunt, omittendo id, ad quod origo & patria eos adstringit, & recusando id quod omnis Magistratus jure ab ipsis potest ac debet postulare. Non enim ob hoc minus Regibus & Magistratibus politicis obedientia civili parere debent, quòd singulari voto Papæ obstricti sunt, sed eo ipso magis se Principibus suis perfidos & rebelles ostendunt: Nam illis non propter metum tantùm, sed etiam propter conscié- tiam parendum est: Nec contraria sunt Deo obedire & Magistratui; sed sunt subordinata: neq; Deo plenè obtemperat, qui Mastratui debitam obedientiam negat. Cùm itaque non ipsis tantùm armis rebellio committatur, sed & perversâ animi destinatione, qualicunque voluntatis significatione patefactâ, malo consilio atque inobedientia: usurpata hæc ipsorum exemtio & immunitas rebellio est, nec magis eâ à crimine læsæ Majestatis Iesuitas liberari debere, ratio & disciplina publica dictat, etiamsi universalis esset, quàm libertates legitimæ eximunt civitates eas, quæ vel ex privilegio, vel ex longa patientia exemtionem ab Imperatoribus recognoscunt, quâ nihilominus legitimi Regis mandatis rebellando læsæ

Majesta-

Majestatis crimen incurrere Iurisperiti tradunt. Quis enim unquam audivit libertatis & exemtionis jure contineri impunitatem commissorum criminum? cùm libertas sit facultas agendi quod velis, nisi IVRE aut VI prohibearis? An non intolerandam insaniam ipsi Iesuitæ, si modò ipsis aliquid mentis & juris reliquum est, judicarent, si quis ita argumentaretur: Verbi divini authoritas est super omnem humanam authoritatem: Ergo ejusdem Ministri super omnes Reges & Principes esse debent: Et Regibus ac Principibus nullum in eos jus est. Sed hinc Principes Christiani facilè intelligunt, Antichristum Rom. non alio consilio Iesuitas tam liberalibus exemptionis privilegiis munire voluisse, quàm ut impunè per eos, velut excœcatos, omnia in alienis imperiis agere, turbare, rapere, Reges, Principes & Ordines ad nutum suum occidere possit.

Tertia causa est, quòd sentiunt, Reges & Principes, qui vel à Papa, vel à viris eruditis & gravibus, Iesuitis scilicet, vel communi populi opinione hæretici habentur, eo ipso neque Imperii, neque Regni, neque Principatûs, neque alicujus civilis dignitatis capaces, sed diros Tyrannos, & regio nomine indignos esse; atque ideò subditis omni obedientiæ vinculo solutis, ipsos interficere atque è medio tollere: imò parricidia talium meritoria esse.

Hic verò aliquis mihi objicere posset: Quicquid est in Iesuitis mali, vel nefariorum facinorum & scelerum, studiosè conquisivisti, dissimulatis interim virtutibus, & ingenii dotibus, quibus isti homines excellunt. Non nego, non inficior. Sed, ut venena non dantur, nisi melle circumlita; sic & vitia non decipere possunt, nisi sub specie & pallio virtutum. Proinde nihil aliud est eruditio & doctrina Iesuitarum, quàm mel, sub cujus dulcedine pestilentissimum virus occultant. Est enim hæc non scripta, sed nata lex, quam non audivimus, legimus, didicimus, sed ex natura arripuimus, hausimus, expressimus, ut eos favore complectamur, qui modestiâ, humanitate, pietate & literis aliis præstant. Hoc, inquam, omnibus hominibus, qui non planè monstrosi & barbari sunt, à natura tributum est: nec ignorat id Satanas: mittit igitur istos Angelos suos in omnes orbis partes, pallio humanitatis & modestiæ contectos: calceis hypocriseos indutos: simulatione castitatis & pietatis circumvestitos: inprimis verò pileo doctrinæ & eruditionis mirificè exornatos. Sed nos fugere debemus pestem hanc: sub illa enim tam pulchrâ & eleganti veste venenum latet, quavis peste pestilentius.

Deinde hoc quoque fuco sese defendere conantur, parricidia, cædes, proditiones, veneficia & similia nefanda facinora, à paucis sui Ordinis patrata, non toti Ordini imputanda esse.

Respondeo, Iesuiticarum Constitutionum apertissimis testimoniis, & communibus scriptis eorum ostendi & probari potest, hæc non unius alicujus Iesuitæ opinionem aut facinus esse, sed communi ipsorum consilio & perpetuo proposito, velut principia quædam & præcipua ad institutum Monarchiæ Pontificis Roman. promovendum præcepta adinventa, præmiaque ad animos hominum in ejus modi scelera excitanda & exsequenda instigandos per Iesuitas constituta esse: Deinde, Iesuitas omnes ac singulos factis suis atrocissimis, ubi & quocunque tempore id Papæ acceptum fore viri graves & eruditi existimant, illéque id vel solo nutu indicet, cœcâ obedientiâ quàm prompissimè comprobare paratos fuisse, & etiam num esse. Notum enim est, singulis Iesuitis motu animi proprio aliquid tentare sub pœna inobedientiæ prohibitum esse. Sic enim habet Constitutio eorum part. 9. c. 2 ¶. 1. *Unusquisque plenam in his ac liberam sui dispositionem Superiori, qui eum Christi loco dirigit, relinquat.* Sed clarius hoc docetur Constitutione 3. cap. 31. lib. 3. de Vita Ignatij Loyolæ, cujus hæc sunt verba: *Et ne quis utatur zelo, sed non secundum scientiam proprij cujusque gradus indicium: & munerum sortitio & distributio tota sit in potestate Generalis aut prælati qui quocunque tempore eligetur per nos aut per ipsos, quos cum hac potestate substituimus.*

Deinde, cùm inter Papam, velut caput universale, Generalem Ordinis, & ipsos Iesuitas æquè arcta sit conjunctio, qualis inter caput & cætera membra est, absurdissimum foret, adscribere aliquid dexteræ, quòd à mente & intellectu primum suum motum habere nagare vellemus. Hoc etiam expressè Regulâ Vnionis & Conformationis mutuæ probant, quum nulli eorum vel scripto, vel verbo, vel facto, quid in publicum proferre liceat, quod non antè legitimè approbatum fuerit. An ergo Regum parricidia, Regnorum eversiones, & si quid gravius & magis heroicum, ut ipsi appellant, reperiri possit, unius præpostero intempestivoque judicio permiseritis? Minimè. Sic enim Constitutio eorum habet part. 3. cap. 1. ¶. 11. *Idem sapiamus, idem quoad ejus fieri potest, dicamus omnes, juxta Apostolum. Doctrinæ igitur differentes non admittantur, nec verbo in concionibus vel lectionibus publicis, nec scriptis libris, quæ*

qui quidem edi non potuerunt in lucem sine approbatione & consensu Præpositi Generalis, imò & judiciorum de rebus agendis diversitas, quæ mater solet esse discordiæ, & inimica unionis voluntatum, quantum fieri potest, evitari debet. Vnio verò & conformitas mutua diligentissimè curanda est, nec quæ ei adversantur, permittenda, &c. Hinc vident Reges & Principes, veneficia, parricidia & incendia Iesuitarum non à propriis singulorum motibus, ut delicta maleficorum, procedere, sicuti isti hoc fraudium & scelerum suorum imperitis persuadere conantur : sed ab unanimi totius progeniei suæ decreto: & ab ipsius Superioris voluntate ac judicio, cui motus animi proprios & cogitationes aperire debent, sic ut unius criminis omnes rei sint : Pontifex autem, velut caput omnium, præcipuè. Sicuti etiam Bullam de Cœna Domini & Pontificum Brevia pro basi suarum actionum omnium sumunt cooperantes in Spiritu. Nisi fortè Regnum & Principum parricidia, Regnorumque & Rerumpub. eversiones, more suo, inter peccatula referre velint, quæ cujusque arbitrio ac voluntati relicta sint. Hoc etiam factis suis & scriptis probant luculenter, ut suo loco pluribus indicatur. Neque furor hic tantùm Iesuitas Gallos invasit, sed omnes eos quoque qui proditionum & rebellionum monita ex Iesuitica disciplina hauserunt, sive Iesuitæ, Clerici, vel Laici sint.

Campianus Iesuita in sua Epistola ad Consiliarios Reginæ Angliæ, Trevitis Anno 1583. excusa pag. 22. rotundè fatetur, *Iesuitas* OMNES *in universo terrarum orbe fœdus, ad Leges hæreticos quóvis modo tollendos jam pridem inïsse. Quod*, inquit, *ad Societatem nostram attinet, velim scias,* OMNES *nos, qui sumus de Societate, Iesu per totum terrarum orbem longè latéque diffusi, sanctum fœdus inïsse, vestras machinas facilè superaturos, neque unquam desperaturos, quamdiu vel unus quispiam è nobis supererit.* Et Philopater Cresvvel monet, *ita informandos quoscunque Catholicos, ut oblatâ cadis occasione, nullo impedimento se dimoveri patiantur.*

De Tyrannide IESVITARVM erga eos qui à Societate eorum deficiunt.

APostatas factos & Ordinem Iesuitarum deserentes, in quocunque habitu contigerit inveniri, solent excommunicare, capere, retrahere, incarcerare, & si opus sit, auxilio brachii invocato, liberè & licitè invadere, captivos ducere, & pro arbitrio tractare. Talem tyrannidem & insidias Viennę exercuerunt Iesuitę in Kratzerum, qui ex Societate eorum egressus est, sed miranda ope iterum salvus sanguinarias illorum manus effugit. Cùm etiam Hasenmullerus Ordinem eorum differuisset, omnibus modis insidias illi struxerunt, sed Dei auxilio insequentium manus quoque effugit. Et si qui fugam vel meditari saltem deprehenduntur, vel incarcerantur, vel igni, vel aquâ, vel func, vel veneno tolluntur.

IESVITOGRAPHIA, *in* qua Rhythmis omnia *ferè*, quæ *hucusque de* IESVITIS diximus, comprehenduntur.

OPulentas Civitates,
Vbi sunt commoditates,
Semper quęrunt isti patres.
Claras ædes, bonum vinum,
Bonum panem, bonum linum,
Et pallium tempestivum.
Indiæ Galli, Capones,
Turdi, lepores, pavones,
Sunt horum patrum bucones.
Pingui carne vitulina,
Non bovina, sed ovina,
Horum plena est coquina.
Ambiunt ubique primum,
Non admittunt peregrinum,
Nec surgunt ad matutinum.
Vivunt unâ Ioviales
Dies agunt feriales.
Quot optarunt esse tales ?
In singulos speculantur,
Et ubique perscrutantur,
Quid vel agant vel loquantur.
Confessores curiosi,
Prædicatores verbosi,
Et doctores fastuosi.
Solliciti de gloria.
Semper, & de pecunia,
Et augenda familia.
Sui summi laudatores,
Aliorum despectores,
Et omnium sunt Censores.
Ex cohorte juventutis
Illos agunt blandimentis,
In hos sæviunt tormentis.
Qui nobiles, qui formosi,
Divites, ingeniosi,
Sunt Iesuitis pretiosi.
Istos sibi prædestinant
In illos flagris ferinam
Exercent carn ficinam.
Si successio speratur,
Hæc societas lætatur,

Et qui

Et qui linquit, prædicatur,
Si cui caligant oculi
Circumstant ripam lectuli
Iesuitæ, dæmon, angeli.
Hi, vel ille morituri
Animam sunt habituri,
Illi bonis potituri.
Ad illos institutio
Spectat vel substitutio,
Vel delegata portio.
Nam semper ob causam piam,
Ad augendam familiam
Detrahunt Falcidiam.
O vulpinam sanctitatem?
Prædicando charitatem
Subducunt hæreditatem.
Sunt audaces ad petendum,
Prompti sunt ad capiendum,
Habiles ad succedendum.
Norunt blanda cantilena
Cum doctrina Christiana,
Allicere aliena.
Heus tu bone confitere,
Sed ô nostri miserere,
Si salutem vis habere.
Nil habemus ut videtis,
Date nobis quæ habetis,
Centuplum accipietis.
Si quem contigit donâsse.
Redi sæpe, semper tace,
Absolvo te, vade in pace.
Hi periti mendicantes,
Sunt quasi nil habentes,
Et omnia possidentes.
Eminent inter Clericos,
Imperant inter Laicos,
Excellunt inter aulicos.
Heu quot ex istis patribus
Spretis spiritualibus,
Incumbunt sæcularibus?
Martem norunt animare,
Et tumultus suscitare,
Inter Reges, & sedare.
In occulto multa tractant:
Quæ vel ipsum Papam celant
Quid non istæ vulpes tentant
Multa merè ridicula,
Nobis velut Oracula
Sua jactant Miracula.
Versipelles, glorioli
Vltores, seditioli
Sunt isti religioli.
Si illos petunt potentes,
Et opibus affluentes,
Pedes habent diligentes.
Si quid quærant carcerati,
Et omnibus spoliati,
Dicunt, sumus occupati.
Non hæc IESVS vos docuit,
Cujus nomen si placuit,
Cur & vitam non induit?
Inter greges afflictorum
Primus egit ille Chorum,
Turbam vitans superborum.
At Iesuitæ non hos greges,
Sed solos sectantur Reges,
Ipsis & facturi leges.
IESVS peram & saeculum
Duxit esse ridiculum
Velle ferre Apostolum.
At hi quamvis in Mammonam
De cathedra multa tonant,
Semper ipsis æra sonant.
Domus, agros, uniones,
Aureorum milliones
Habent isti sancti patres,
Abbatias, Prioratus
Habent, & Episcopatus
Tantùm supereſt Papatus.
Cum hoc fastu dignitatis
Iunge votum paupertatis,
Et decus humilitatis.
Habent opes Venetorum,
Habent fastum Hispanorum,
Imperium Romanorum.
Tanquam sancti adorantur,
Tanquam Reges dominantur,
Tanquam fures deprædantur.
Gubernant spirituale,
Gubernant & temporale
Gubernant omnia malè
Hos igitur Iesuitas,
Nebulones, Hypocritas
Fuge, si cœlica quæras.
Vita namque Christiana
Abhorret ab hac doctrina
Tanquam ficta & insana.
Ergo
Vos qui cum Iesuitis
Non ite cum Iesuitis.

In Officinam IESVITICAM:

Euge præco quin exclamas;
Quisquis mores novos amas,
Quique in aula vis amari,
Et à vulgo collaudari:
Si Magistros quæris doctos,
En præstantes probè coctos,
Ex Ignatii culina,
In hac nostra Officina.
Quæris merum Ostentatorem:
Et nugarum venditorem;
Vin' tu doctum sycophantam,
Et peritum Halophantam;
Vin' tu suavem palpatorem,
Aulicumque assentatorem?
En tibi hunc nostrum Cotronem:

Aget vel si vis Lenonem.
Vis virum tibi glorioſum?
Nimiſque ſupercilioſum,
Sat eſt ſi habes Bellarminum,
Niſi mavis Poſſevinum,
Idem Del'rio hoc præſtabit,
Et Gretzerus pulcrè dabit,
Nec quiſquam noſtrum his ſudabit.
Vin' tu doctus prædicari,
Et Centones concinnare
Et alienis nam latenter,
Vt de cuncti admirentur?
Tunc imitare Maldonatum,
Vel quemvis illâ ſtirpe natum.
Carpe viros, carpe mores,
Quorum tu decerpis flores.
Vin' virum loquentiſſimum,
Mendacem mendaciſſimum,
Os maledicentiſſimum,
Et detractorem peſſimum,
Qui ampullata verba fundat
Et ſcelerum theatrum condat,
Omnes bonos denigrando
Omnes peſſimos laudando:
Cloacam convitiorum,
Baratrum mendaciorum:
En furioſus & inſanus,
Solus dabit hæc Scribanus.
Si nova quæris ex Inferno,
Non opus eſt nunc averno,
Nam quivis Dæmoniacus
Cottoni eſt vatidicus.
Tu qui adis officinam
Audi noſtram diſciplinam:
Si piget multum laborare
Cùm velis laute victitare,
Confer te ad noſtras caulas,
Faxo ſpernas Regnum aulas.
Nos nihil vile obſonamus:
Auſterum vinum non potamus,
Non libet nobis mendicare,
Nudiſque plantis oberrare,
Nec nos duriter cubamus,
Plumam mollem nos amamus:
Odimus mendicitatem,
Dum crepamus paupertatem.
Pauperes quidem nos amamus,
Sed perrarò hos viſitamus:
Divitum lectis aſſidemus,
Vbi eſt, unde quid ſperemus:
Dum narrant quantum peccaverint,
Nos quærimus quid legaverint:
Scribe fili nos hæredes,
Lega fundum, dona ædes,
Nos pro te ſupplicabimus
Et requiem cantabimus.
Semper cura eſt de culina,
Hæc eſt noſtra diſciplina,
Quid tu qui hic ſubſtitiſti,
An quod quæris inveniſti?
Dic in aurem, ſi profari
Times, noli me celare;
Doceri vis æquivocare,
Abſque culpa pejerare,
Vis mentiendo non mentiri,
Et in arte hac erudiri:
Lege noſtros Aphoriſmos,
Et contortos ſyllogiſmos.
Novi: quæris percuſſorem,
Vel murorum ſuffoſſorem,
Qui nôrit ſicam intentare,
Vel venenum temperare:
Intra noſtrum penetrale,
Quamvis nil hic proſtet tale,
Producet tamen noſter penus,
Omne ſicariorum genus.
Non nos ipſi hoc præſtamus,
Aſſaſinos ſubornamus,
Magnis promiſſis oneratos,
Atque ad quidvis animatos.
Præcipui noſtri Rectores
Hujus ſunt artis Profeſſores.
Hi ſubmittunt proditores,
Hi ſubornant percuſſores,
Excitant ſeditiones,
Nutriunt rebelliones
Modò jubeat Romanus
Vel ſic poſtulet Hiſpanus,
Servit his, cor, ſermo, manus.
Omnis jam terra noſtris ſcatet
Qua fidelis Orbis patet,
Vbique aut jam ſuccrevimus,
Aut jam ſementem ſevimus.
Hiſpania nobis genetrix,
Italia nobis obſtetrix
Gallia nobis mammam dedit,
Atque hucuſque victum præbet.
Hinc Germania latè patens,
Et Polonia fructu ſcatens,
Noſter fundus, noſter penus,
Hic augeſcit noſtrum genus.
Hic altè præco gloriatur.
Hos qui'profectus admiratur,
Is certè vetus dictum neſcit,
Quòd mala herba citò creſcit.
Sed jam accurrunt mercatores,
Nondum ſpernuntur mali mores.
Sceleri dum cedunt honores,
Nunquam deerunt hic emtores.

ALIVD.

Veni Rythme mi dilecte,
Surge verſus nunc neglecte,
Quondam lepos antiquorum,
Pange labes ſeductorum.
Fratres carpe Ieſuitas,

Et per-

Et perverſos hypocritas,
Qui paſtore gloriantur,
Cujus gregem populantur.
Sancto gaudentes nomine,
Sed cujus carent omine,
Non ſunt Chriſti ſatellites,
Sed Antichriſti velites:
Ævi noſtri Legulei,
Renaſcentes Phariſæi,
Quæ perverſa ſunt probantes,
Et quæ recta ſugillantes.
Chriſti legem ore ſonant,
Ieſu fidem verbis tonant,
Sed dictis facta diſſonant,
Nec ſunt quod eſſe ſimulant.
Ieſus dabat cunctis pacem,
Sed hi ſubdunt bellis facem,
Hi principum ſicarii,
Orbiſque incendiarii.
Ieſus regna ſtabilivit,
Legi Regis obedivit,
Cæſari tributum pendit,
Dum quid juris ſit oſtendit.
Hi regnorum proditores,
Atque legum fraudatores,
Reges volunt jugulare,
Et ſic plebem ſubjugare.
Senſit magnus Rex Francorum
Ictum ſepto labiorum:
Præſens læthum vix evaſit,
Quod hic ſacer ordo ſuaſit.
Rex Anglorum eſt documento,
Cum Magnatum Parlamento.
Vnóque ictu deſtinati
Neci, Rex, Regina, Nati.
Horum grex hoc adornârat,
Et Garnetus comprobârat,
Cum Gerardo, cum Greenvvello,
Et cum perfido Creſvvello,
Omnes falſi proditores,
Miſerorum ſeductores
Qui quod piis præparârunt
In ſe & ſuos derivârunt
Dum Romano famulantur,
Et Hiſpanis adulantur.
Nil niſi lites quærunt
Et è bellis bella ſerunt.
Teſtis bellum Hungarorum,
Teſtis lites Polonorum
Et Ruſſorum dira peſtis
Largus noſtris dictis teſtis.
Nam cur aulas frequentatis,
Aures principum captatis,
Niſi ut dolos nectetetis,
Et ſecreta proderetis?
Ieſus docet ignorantes,
Et attollit laborantes;
Ignorantes iſti incantant,
Laborantéſque ſupplantant.
Ignoranti nugas vendunt,
Imprudenti rete tendunt,
Tam nummorum appetentes,
Quàm ſalutis negligentes.
Hinc moribundos faſcinant
Et cor ægrorum lancinant,
Non ut ferant levamentum,
Sed ut auferant argentum.
Sic profeſſi paupertatem,
Et crepantes egeſtatem,
Arcas ſuas implevêre
Opibus, quas corrasêre.
Ieſus non vult ſuperbire
Suos nec faſtu prurire,
Sed ſuadens humilitatem
Omnes docet lenitatem
Quid iſtis arrogantius?
Quid iſtis petulantius?
Dum detrectant alienis,
Sua laudant buccis plenis.
Bonoſque calumniantur,
Dum de bonis mutuantur,
Néve advertant hi qui legunt,
Probris ſua furta tegunt.
Gratis legunt, gratis docent,
Aurum legunt, viro nocent:
Cùm promittant cuncta gratis
Nulla merces ipſis ſatis.
Vt à luce lucus dictus,
Et ut homo eſt, homo pictus:
Sic à Ieſu, Ieſuita,
Quem, ſi ſapis, ſemper vita.

Supplicationes THEOPHILI EVGENII *ad* PAVLVM V. Pontificem Rom. itemque *ad* Imperatorem Aug. Reges Franciæ & Hiſpaniæ, omneſque Principes Chriſtianos *pro* Reformatione, *ſeu* redintegratione & reſtauratione *ad* primum inſtitutum Ordinis IESVITARVM.

HÆc omnia quæ ab initio hujus Tractatûs Ieſuitici hucuſque commemoravimus, cùm ita ſe habeant, ut habent certiſſimè, non immeritò Theophilus Eugenius quidam in ſua PROTOCATASTASI vehementer quæritur, hanc præſentem Societatem, ut hodiè ſe habet, à prima ſua inſtitutione in pejus ſubinde ruiſſe, & in aliam prorſus declinâſſe: utque reformetur & in priſtinum ſtatum reducatur ſuppliciter petit. *Reſpublica*, inquit, *Romana à Conſulibus ad Decemviros, rurſus à Decemviris ad Conſules rediit, ab uno Dynaſta Athenienſes excuſſerunt jugum, ut ſibi ſui*

rursus præessent. Hunc recursum præsens Societas Iesuitarum exquirit, quousque (inclamant Patres) exulem patiemur sacram Themidem? quousque à nobis peregrinabitur prima Societas? verine sumus an afflicti Iesuitæ? si veri, cur primis dissimiles sumus? una erat prima Societas, unis votis, una solennitate, una professione, nunc duplex: illi profitentur se professos, & eminent, isti diffitentur, & subjacent: illi solennes sunt religiosi, isti simplices. Duces sunt illi, & regunt; Coadjutores sunt isti, & serviunt: illi coluntur ut domini, isti despiciuntur ut subditi; habentur illi in Collegijs ut Senatores, isti ut plebæi, illis obligatur, ac debet seipsam, Societas; isti seipsos obligant Societati, nec tamen illis obligatur Societas, nihil promittit: suaviter illi monentur ut socij, si quid peccent, severè dimittuntur isti, ut ascripti clientes, si quid aberrent: splendidè illi in congregationibus vivunt, & lautis excipiuntur mensis, parcè isti, in collegijs, & communibus pascuntur cibis: commoda ferunt illi viatica, dum peregrè mittuntur, equis & rhedis feruntur, isti subsidiaria pecuniola, & ære leves, ire jubentur, sarcinulis onusti, & pedites itinera carpunt: si quid facile ac molle est, hoc illis molitur, ac mollitur, istis si quid durum ac difficile, cudendum ac tundendum imponitur. Vbi prima Societas? in qua eodem omnes Religionis gradu ac voto, Professi, mirifica ac singulari charitate intenti, tunc se beatos putabant, cum suis fratribus pauperiores, ac dejectiores essent, cum durioribus clavis in cruce confixi, cum sitim, frigus, inediam, nuditatem, ad fratres redimendos perferrent? Abijstis in cœlum Ignatij, Xaverij, qui vestris corporibus infensi, aspera quaque patiebamini ut fratribus vestris, commodo essetis. Alijs præcipiebatis temporata, ac non difficilia, vobis importuna, ac vix ferenda tenebatis, nusquam hilares, nusquam contenti, nisi in laboribus supra modum, semper orantes, semper attenti, ne vestri fratres supra modum urgerentur. Quis nunc in Societate tutus? si superiorem adversum habuerit? quis tranquillè degere potest, si tempestates excitet Rector? quis rectâ ire si cornu ferit, non habet collegam superior, abrogata est Collateralis potestas, qui sævientem poterat coërcere, suffragiis vis omnis adempta, omnis potestas, in Dynastia superiorum includitur, nihil consultores ratum faciunt, verbo ac mente superioris stant & cadunt omnia. Si vafer sit superior, quem non deludet? si præceps, quem non offendet? si tectus, cui non cavendus? si levis, quem non avertet? nullus excandescat, nemini convitium facio, justis ac bonis sua sit laus, virtutem amplector & suspicio, vitiis securim injicio. Quis superiores aliquos nesciat, hac summa potestate abuti posse? cur tot querelæ emergerent? cur tot supplices libelli? cur tam crebræ vituperationes? cur tam multi istorum hominum frementibus iris è Societate abacti? quos tamen omnes Ordines amant, & optimi quique in cœlum laudibus vehunt? cur tot accusationes? Si non jam aliquid rei tenerentur, si modestiæ fines nulli transiliissent? Quid audentes facit? impunitas. Quid præpotentes? Dictatura. quid securos? cæterorum infirmitas. quid fortes? imperium, quid inclementes? pertinacia; quid imperterritos? enervata suffragia. Nihil in prima Societate simile visum est, cum suffragijs cohiberentur superiores, nihil incompositum, aut iniquum Patres animadverterint. Si quid immineret periculi conspirantibus animis è vestigio propellebant: si quem vexatum conspiceret, non sinebant extrema pati, ereptum molestiis paci restituebant suæ, & Religioni servabant, æqua iustitiæ lance ponderabant omnia, nulli, si non propria stultitia procrearet, malum accersebatur. Hæc inter privatos parietes.

Quid si externa referam? si ausim compellare Xaverium ut sanctitate sua pudorem injiciat? nihil de paupertate, nihil de laboribus, nihil de mansuetudine, nihil de religioso in socios amore, nihil de visceribus charitatis, quæ omnia in illo commendatissima erant. Sed audiant, quis ergo Episcopos fuerit, nonne ut Subditus obsequebatur? nonne prehensabat genua, nonne singulari cum modestia facultatem poscebat prædicandi verbum Dei? nonne socijs hoc præscribebat? ut Episcoporum dicto audientes essent, ut nihil nisi probantibus ac benedicentibus illis aggrederentur, cum omni hominum genere simplices ac sincerè viverent? summos & imos, æquè tenues, divites, nobiles ac ignobiles, pari charitatis lege, ad viam salutis, ad Regnum Dei adhortarentur? Nunc verò quis Episcopis honor redditur à Iesuitis? urgent summum Pontificem, ut ab eorum ditione vindicentur, jura nova extorquent, quibus, ajunt, se sine Episcoporum approbatione ac benedictione conscendere pulpita, conciones habere, suscipere pœnitentes ad absolutionem peccatorum, ampla cum legatione ac potestate solvenda ab Episcopis crimina dissolvunt, Pontificium exercent pœnitentiæ tribunal. Clemens VIII. providentissimus Pontifex, hoc satis intellexit, cùm societati prohibuit in Italia, ut ne ulli ex sociis confessiones exciperent, sine suorum Episcoporum facultate, nulli de casibus ab Episcopo reservatis absolverent, nulli per Episcopum excommunicatos Ecclesiæ communioni redderent, Privilegia vel revocavit, vel diminuit. Quomodo subsunt Episcopis? quos ut patres ac judices suos recusant? quibus occludunt januas, si mores explorare, si domesticæ disciplinæ ordinem introspicere, si monere velint, si emendare, si ad suam ædem pro majori cultu divini numinis advocent, si uti illis ad divina ministeria cogitent; Novit illustris admodū ac reverendus Episcopus Carpēctoratensis, Caponius, Florentinus quoties appellaverit

laverit ſuos Ieſuitas, ut cùm novos Sacerdotes conſecraret, aut ſolemnioribus feſtis ſacrum faceret, ſibi præſentes habitu clericali aſſiſterent, quoties id ſe non poſſe objecerint, petenti nuncium remiſerint.

Sicut prima Societas unam charitatem, unam profeßionem, unam vitæ ſanctitatem, ita unam Eccleſiæ ſanctæ conſuetudinem, unam Epiſcoporum obſervantiam, unam cum omnibus Religioſis unitatem ac conjunctionem, jus unum Religionis amplectebatur. Quis non clamet Ieſuitis? Induimini Chriſtum, ſicut induerunt patres veſtri, vivite recti ac boni, eũdem ſumite ſpiritum. Concionamini, gratiſſimum eſt, quis non vos amet? conſolamini pœnitentes, quis non laudet? adoleſcentes inſtituitis, ſanctè & egregiè factum: hæreticos confunditis? pergite, vincetis, Deus pugnabit prælia veſtra. Sed quis domeſticæ veſtræ ambitionis conſilia probet: quam ut fulciretis Coadjutorium Sacerdotum gradum, præter Ignatij mentem compoſuiſtis, quos veſtræ Societatis levis armaturæ milites, & quaſi velites, facilè ſacramento exolvendos de induſtria facitis, ut per illorum tenuitatem, abjectionem, conditionem denique inſtabilem profeßionem erigatis? Cur veſtram Societatem comminuitis? cur tot indoctis vel imperitis obſcuram redditis? cur Eccleſia Dei hujusmodi Religioſos paratis, quos veſtræ profeßionis indignos judicatis? Cur non omnes Sacerdotes, ut poteſtis, ut commodiſſimum ac facillimum vobis eſt, ad unam profeßionem, ijſdem armis, eadem virtute, eadem Scientiæ viâ inſtituitis? adornatis? cur Pij V. de hac re decretum extinxiſtis? cur primorum patrum veſtrorum exemplum contemnitis? qui ut omnium animos Religioni connecterent, eadem ſtudia, eadem amoris ac profeßionis vincula, proponebant, qui nullum ferre poterant, quem non idoneum ac factum ad hanc unam votorum ſolennitatem comprobaſſent. Hinc ardor omnium communis, unum opus, una contentio, ut Chriſto frugem aliquam facerent, ut Eccleſiæ non infructuosè operarentur. Nemo ſe ipſum, nemo profeßionem illam veſtram diſſimulatione, contentione, & mirificis illis artibus venabatur. Non hoc erat adhuc territamentum, quo integræ virtutis, & eruditionis Religioſi, non juſtè à Superioribus dejiciuntur, ſi quid miſerabile perſuaſerit invidia, vel impos mentis alicujus exarſerit impotentia. Quid tam inviſum in prima Societate, quàm ſupremus iſte paucorum dominatus? qui ad dignitates provecti, cùm ex voluntatis ſua ductu omnia meditentur, & faciant, eos tantùm promovent, qui ad ipſorum mores ſeſe totos componunt, qui ne transverſum quidem unguem à nutu diſcedere, qui placere, qui capiti pulvinum ſubjicere, qui cubicula quaſi beatas ſedes invisere, qui omnia clientium officia noverint exhibere? quid minus religioſum? quàm velle coli? quid tam ſa-

ctum ad factum, quàm encomia, acroamata, libenter audire, ſui obſervantes extollere, honores honoribus remunerari? odia malefactis explere? ultione delectari? Quid aliud videre licet in aula Principum? quas alias artes didicerunt ij, de quibus Chriſtus ait, Qui in domibus Regum ſunt? Reſumite ſuffragia, unus regat Senatus religioſus, non unus, ſed unitas Patrum, non una, ſed unanimis voluntas? plus vident oculi, quàm oculus, plures manus fortiores: Spiritualis iſta tam abſoluta poteſtas in ſola ſede Apoſtolica & Eccleſia à Deo conſtituta eſt. Nihil moveret Rector, nihil tentaret ab æquitate diſſentaneum, nihil quod grave eſſet ſocijs imponeret, ſi ſociorum expectarentur ſuffragia. Si ſuperiorum electio ab his votis penderet, frigerent aulicæ iſtæ aſſectationes, contemnerentur inania illa obſequia, aſtus omnis, & induſtria vilibus tantùm animis inſisterent. Multi ex fortunatis illis ſuperioribus, quos potentiorum favor unus erexit, quos artes ſuæ, ad celſos gradus extulerunt, jacerent in pulvere, imis ſubſellijs ſubſiderent, vix aditum ad infima munia reperirent. Suas illi decoquerent iras, non impellerent tam crebris moleſtijs obſiſtentes adverſus cupiditates ſuas, Religioſos, continerent ſe, ne Patrum ſuffragiis fracti, pœnas in propria capita contorquerent. Quod bonum orbi? nonne illucebit pulcherrimus ille dies? quo renaſcentem primam Societatem intuerit licebit? quo Patres antiquiores ſibi reddi præteritos annos gratulabuntur? Decernat Pontifex, procurent Epiſcopi, ſuis in Regnis imperent Reges. Reſpublicæ ſtatuant, inſeratur Societati primus Societatis ſpiritus firmitas Religioſis reddatur, ſolenni profeßione: modeſtia, ſuffragiorum authoritate; juſtitia, plurium & optimatũ gubernatione: Charitas, una votorum, ſtudioſorum ac conſiliorum communicatione. Non eſt antiquanda Societas, ſed renovanda, non fulmine percutienda, ſed ſua luce illuſtranda: quis obductam caligine hanc lucem velit? quis obtectum & oppreſſum ampliſſimum ordinem? Nullus condemnet Theophilum, ſi hoc peroptet, vel D. Bernardum inſectetur, qui ſuæ familiæ Religioſos & externos Epiſtolis & adhortationibus ſeverâ reprehenſione plenis commonefacit. D. Bernardum dilaceret ille, qui ſummo Pontifici Eugenio non parcit, qui vitia aperit, ut avellantur, pericula deſignat, ut evitentur, nec tamen exiſtimavit, ſe ulla infamia vel ſuos Religioſos, vel curiam Rom. aſpergere: D. Gregorium Nazianzenum diſcerpat ille, qui Epiſcopos ferme religioſos omnes, & ex cœnobiis ad Epiſcopatus abſtractos juſtiſſimis aculeis pungit, ut ſentiant: armatâ oratione hoc illuc verſat, ut ad ſe redeant, ut perverſis moribus renuncient. Ne dentem infigas, quiſquis eris in Palamedem Vlyſſes? Certè ſi verus Ieſuita, ſi Loyolæus, vera, ſana, atque utilia proponenti nunquam ſuccenſebis, nec alios, quàm diſimi-

les Beatis Ignatio & Xaverio vita ac moribus homines verberari censebis.

Præsentis Ordinis IESVITARVM Gradus & Iura, & ejusdem ad primum Institutum Reformatio ac Reductio petitur.

NOn omnes eodem jure potiuntur, qui in hac Societate sunt, non eodem titulo Religiosi. Alij Scholastici, alij Sacerdotes Coadjutores spirituales nuncupati, alij Coadjutores Laici, alij Professi sunt. Hæc est Scholasticorum sors. Post duos novitiatus annos, tribus Paupertatis, Castitatis, & Obedientiæ votis obstringuntur, quæ simplicia secundum Societatis constitutiones emittuntur: hæc vota devinctos tenent, quamdiu Societati placet. Scholasticos suos Societas, si velit, dimittet, & non ob grandes causas? quartum insuper addit votum scholasticus, nempe se ingressurum in Societatem, esto enim, per biennium in novitiatu fuerit, nondum tamen de Societate est, in quam se pollicetur ingressurum, quamvis parentibus valedixerit, Clericali Iesuitarum habitu vestitus inter ipsos degat, doceat, concionetur, nondum tamen ingressus est Societatem, cui se mancipavit, & in quam admissum se iri sperat. Nihil enim illi aliud præter spem; fiducia, ac securitas nulla si recuset Societas. Ad nutum Scholastici obedire debent, non utuntur quidem bonis suis, suáque re paterna, domini tamen sunt patrimonij sui, & jus in illud integrum retinent, (adhuc enim periculosum cursum studiorum tenent) in quo si quid adversum incidat, repelli possunt à Societate, & ad suos dimitti. Probantur in hoc gradu diutissimè: & ad arbitrium superioris vel eriguntur, vel jacent, non est Sacerdotium hujus exercitationis meta, sed probationis indicium: quidquid laboret, valeátve Scholasticus, nullum suffragij jus habet, nisi Rector constitutus, sive literas humaniores, sive Philosophiam, sive Theologiam docuerit, egens & nulla impensi laboris habita ratione emandari potest. De illo gradu tenetur ad alium progredi, si eum Generalis admittere velit. Toto quo sunt Scholastici tempore, non debent se Societatis Patres, sed Societatis devotos, atque obligatos profiteri, vicesimum tricesimumve numerent licet à prima admissione vertentem annum, adhuc quasi in prætexta sunt, & facta per Superiores dimissione, seculares esse possunt. Ne miremur deinceps, tam multorum è Societate exitum: hac enim lege admittuntur, ut à Societate dimitti possint, & ad secularem vitam reduci sive inviti, sive volentes: nec curæ est Societati, quid inde conquestionis succlament familiæ, nec interest, quòd inde in multos gravis offensio incurrat. Sic enim præest Societas suis, sicut clientibus domini, quos, cum videtur, à se repellunt: ita suos tum Scholasticos, tum Coadjutores Societas rejicit. Vbi satis emeriti sunt, & laboribus fracti Scholastici, vel fiunt Coadjutores spirituales, vel Professi.

Ecce tibi, Coadjutoris spiritualis jura: Coadjutor spiritualis declaratur non aptus, & inhabilis ad Generalis & Provincialis dignitatem, nulli congregationi, nisi alio titulo interesse potest. Tria vovet, Paupertatis, Castitatis, & Obedientiæ vota simplicia, quibus Societati se totum tradit, non tamen paciscitur cum illo Societas quidquam, sed jus integrum sibi reservat, sicut in Scholasticorum votis, ut si ipsa velit, absolvere possit à votis, & ad secularem statum remittere: ne obulum quidem pro remuneratione operæ impensæ, aut pro alimentis, dimissis Sacerdotibus tenetur subministrare: statutum est enim Sacerdotes hujusmodi institutos esse ad titulum paupertatis, non professæ quidem, neque stabilis, sed quam scilicet servare cogentur, & servant, si dimissis nihil patrimonij vel subsidij aliunde suppetat: si divites fundos habeant & æs aliquod, à paupertate exempti sunt. Novæ & insolitæ, in Sacerdotum ordinatione non ab Episcopis, non à Consilijs, aut Pontificibus receptus Paupertatis titulus. Sic figitur Coadjutor spiritualis: cui dulce sit oportet, aliorum servire voluntati: & omnia perferre: ne si jus suum prosequatur, vel extra Societatem abire compellatur, vel se in difficile, ac fastidijs implicatissimum vitæ genus demergat. Hic Sacerdos Societatis Coadjutor non est Religionis socius, nisi ascititius, (si à Iulio summo Pontifice exscripta discrimina retinenda sunt.)

Vltimò, Professi creantur, qui solemnia non simplicia (debet hoc animadversum esse maximũ discrimen legenti.) Paupertatis, Castitatis, & obedientiæ vota emittunt: tum quartum addunt obedientiæ præstandæ summo Pontifici, ad missiones. Hi Professi Societati sese obligant, & quia solennibus votis, & non simplicibus sese obligant, hæc vicissim vota recipit Societas, & contractu mutuo sese Professis suis obstringit. Non possunt illi ad secularem vitam remitti, firmo & constanti sunt in statu, nec nisi ex privilegio Gregorij XIII. in alium ordinem religiosum à Generali summa cum difficultate, aut certè volentes expelli possunt. Societatem illi administrant: soli Generalis, ac Provincialis munus obeunt. Ius habent suffragij ferendi tum in Generali, tum in Provinciali congregatione. Sunt & alij Professi, quos trium votorum appellant, securi quidem sui statûs, & à dimissione exempti, sed suffragiorum inanes, & à primis dignitatibus excluſi.

Hæc convictus ratio. Scholasticis & Sacerdotibus. Coadjutoribus protrita, ac vilia quæque servantur: Professis præstantiora ac selectiora: Professis redduntur obsequia, alijs mandantur impe-

imperia: Professis, qui ex instituto pauperiores, & dejectiores esse deberent, lucidiora & sublimiora conceduntur: aliis, quibus obligatio minor, nec tam multa vota, graviora onera, molestiores curæ imperantur.

Non sic factum in prima Societate, quam restituendam assero, in qua, ut Ribadeneira refert in vita Ignatij lib. 2 cap. 13. & professio una sancita est, & suffragiorum vigebat authoritas, & duobus tantùm gradibus, Scholasticorum ac Professorum tota Societas comprehendebatur. Scholastici, ut tyrones, toto studiorum tempore probari debebant: Societatis tantum alumni, & candidati habebantur. Professi & probati, pari lege, & eadem conditione cum cæteris Ordini suo vacabant, ac divino cultui in perpetuum inserviebant. Nulla Coadjutorum Sacerdotum instabili sorte præscriptio, & nullus de illorum ascriptitia, & rejectitia conditione sermo: Quæ Episcopis gravis familiis dura ac non ferenda, ipsi Societati, quæ tam multis imperitis, & rudibus sua professione indignis impletur, nec utilis, nec necessaria est. Inseram hic authenticum primæ Societatis Iesu institutum, ipso decem Primorum Patrum stylo expressum, & Paulo III. summo Pontifici anno 1540. propositum.

PAVLI III. Prima Primi Instituti Societatis IESV Approbatio *cum* Restrictione Numeri *ad* Personas 60. *Duntaxat*, *Anno* 1540.

PAulus Episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Regimini Militantis Ecclesiæ, meritis licet imparibus, disponente Domino præsidentes, & animarum salutem prout ex debito pastoralis officij tenemur, & solicitis studijs exquirentes fideles quoslibet, qui vota sua in id exponunt, Apostolici favoris gratia confovemus, aliasque desuper disponimus, prout temporum, & locorum qualitate pensata, id in Domino conspicimus salubriter expedire. Nuper siquidem accepimus, quòd dilecti filij, Ignatius de Loyola, & Petrus Faber, ac Iacobus Layuez, nec non Claudius Iajus, & Paschasius Broet, ac Franciscus Xavier, nec non Alphonsus Salmeron, & Simon Rodericus, ac Iohannes Coduri, & Nicolaus de Bobadilla, Presbyteri Pompilonem Gebennen. Segontin. Toletan. Visen. Ebredunen. & Palentin. civitatum, & diæc. respectivè, in artibus Magistri, in Vniversitate Parisiensi graduati, & in Theologis studijs per plures annos exercitati, Spiritu sancto, ut piè creditur, afflati, jam dudum è diversis Mundi Regionibus discedentes, in unum convenerunt, & socij effecti, abdicatis hujus seculi illecebris, eorum vitam perpetuo Domini nostri Iesu Christi, atque nostro & aliorum successorum nostrorum Romanorum Pontificum servitio dedicarunt, & jam quàm pluribus annis laudabiliter in vinea Domini se exercuerunt: Verbum Dei prævia sufficienti licentia publicè prædicando, fideles privatim ad benè beatèque vivendum exhortando, & ad pias meditationes excitando, hospitalibus inserviendo, pueros, & personas rudes ea, quæ ad Christianam hominum institutionem sunt necessaria, & docendo, & demum omnia charitatis officia, & quæ ad animarum consolationem faciunt ubique terrarum, ubi peregrinati sunt, multa cum laude obeundo. Cumque ad hanc almam urbem se contulerint, & in charitatis vinculo persistentes ad perficiendam & conservandam eorum Societatis in Christo unionem, quandam vivendi formulam, juxta ea, quæ ad propositum sibi finem conducere usu didicerunt, Evangelicis consiliis, & canonicis Patrum sanctionibus conformem ediderint, factum est, ut ipsorum sociorum vita institutum, sub dicta formula comprehensum, non solùm à multis probis, & Deum zelantibus laudetur, verùm etiam à quibusdam ita approbetur, ut illud etiam sequi velint. Formulæ autem prædictæ tenor sequitur, & est talis.

Quicunque in Societate nostra quam Iesu nomine insigniri cupimus, vult sub crucis vexillo Deo militare, & soli Domino, atque Romano Pontifici eius in terris Vicario servire, post solemne perpetuæ castitatis votum, proponat sibi in animo, se partem esse Societatis, ad hoc potissimum institutæ, ut ad profectum animarum in vita, & doctrina Christiana, ad fidei propagationem per publicas prædicationes, vel verbi Dei ministerium, spiritualia exercitia, & charitatis opera, & nominatim per puerorum ac rudium in Christianismo institutionem, ac Christi fidelium, in confessionibus audiendis, spiritualem consolationem præcipuè intendat: curetque primò Deum, deinde hujus sui instituti rationem, quæ via quædam est ad illum, semper ante oculos habere, & finem hunc sibi à Deo propositum totis viribus assequi, unusquisque tamen secundùm gratiam sibi à spiritu sancto subministratam, & vocationis suæ proprium gradum ne quis fortè zelo utatur, sed non secundùm scientiam. Cujus proprij cujusque gradus judicium, & officiorum discretio ac distributio tota sit in manu Præpositi seu Prælati, per nos eligendi, ut congruus ordo servetur, in omni benè constituta communitate necessarius. Qui quidem Præpositus de consilio consociorum, Constitutiones ad constructionem hujus propositi nobis finis conducentes in consilio condendi auctoritatem habeat majori suffragiorum parte semper statuendi jus habente. Concilium verò intelligatur esse in rebus quidem gravioribus, ac perpetuis, major pars totius Societatis, quæ à Præposito commodè convocari poterit: in levioribus tamen, & temporaneis, omnes

omnes illi, quos in loco, ubi Præpositus noster residebit, præsentes esse contigerit. Iubendi autem jus totum penes Præpositum erit. Sciant omnes socij, & non solùm in primis professionis suæ foribus, sed quo ad vixerint, quotidiè animo volvant, Societatem hanc universam, & singulos sub sanctissimi Domini nostri Papæ, & aliorum Romanorum successorum ejus fideli obedientia DEO militare. Et quamvis Evangelio doceamur, & fide orthodoxa cognoscamus, ac firmiter profiteamur, omnes Christi fideles Romano Pontifici, tanquam capiti ac IESV CHRISTI Vicario subesse: ad majorem tamen nostræ Societatis humilitatem reperfectam uniuscujusque mortificationem, & voluntatum nostrarum abnegationem summopere conducere judicavimus singulos nos, ultra illud commune vinculum, speciali voto astringi, ita, ut quicquid modernus: & alij Romani Pontifices, pro tempore existentes jusserint, ad profectum animarum, & fidei propagationem pertinens, & ad quascunque Provincias nos mittere voluerit sine ulla tergiversatione, aut excusatione illico, quantum in nobis fuerit, exequi teneamur, sive miserit nos ad Turcas, sive ad quoscunque alios infideles, etiam in partibus, quas Indias vocant, existentes: sive ad quoscunque hæreticos, seu schismaticos, seu etiam ad quosvis fideles. Quamobrem qui ad nos accessuri sunt, & antequam huic oneri humeros supponant, diu multumque meditentur, ac tantum pecuniæ spiritualis in bonis habeant, ut turrim hanc juxta consilium Dominicum possint consummare: hoc est, an Spiritus sanctus, qui illos impellit, tantum illis gratiæ polliceatur, ut hujus vocationis pondus, illo adjuvante, se laturos sperent: & postquam Domino inspirante, huic Iesu Christi militiæ nomen dederint, die noctuque succincti lumbos, & ad tam grandis debiti solutionem prompti esse debebunt. Ne quæ autem possint esse inter nos missionum, ac Provinciarum hujuscemodi, aut ambitio vel detractatio; profiteantur singuli, se nunquam directè aut, indirectè de hujusmodi missionibus quidquam cum Romano Pontifice curaturos; sed omnem hanc curam Deo, & ipsi Pontifici tanquam ejus Vicario, & Societatis Præposito dimissuros. Qui quidem Præpositus, sicut cæteri, etiam proficeatur, se nihil de semetipsius missione in alterutram partem, nisi de Societatis consilio, cum dicto Pontifice esse curaturum. Voveant singuli, se in omnibus, quæ ad Regulæ hujus nostræ observationem faciunt, obedientes fore Societatis Præposito. Ille autem jubeat ea, quæ ad constructionem propositi sibi à Societate finis cognoverit esse opportuna. In prælatione autem sua, benignitatis, ac mansuetudinis, charitatisque Christi, Petri Paulique formulæ semper sit memor: & tam ipse, quàm Consilium ad normam hanc assiduè spectent; & nominatim commendatam habeant institutionem puerorum, ac rudium in Christiana doctrina decem præceptorum, atque aliorum similium rudimentorum, quæcunque secundùm circumstantias personarum, locorum, ac temporum, illis congrua videbuntur. Est enim maximè necessarium, circa providentiam hujus rei diligenter Præpositum, & Consilium invigilare; cùm & in proximis ædificium fidei sine fundamento non possit consurgere, & in nostris periculum sit, ne, ut quisque erit doctior, ita Provinciam hanc, tanquam primo aspectu minus speciosam, forsitan detrectare conetur: cùm tamen revera nulla sit fructuosior, vel proximis ad ædificationem, vel nostris ad charitatis, & humilitatis simul officia exercenda. Subditi verò tum propter ingentes Ordinis utilitates, tum propter nunquam satis laudatum humilitatis assiduum exercitium, Præposito in omnibus ad institutũ Societatis pertinentibus parere semper teneantur, & in illo Christum, veluti præsentem agnoscant, &, quantum decet, venerentur. Cum autem experti fuerimus, jucundiorem, puriorem, & ad proximi ædificationem aptiorem esse vitam ab omni avaritiæ contagione quàm remotissimam, & Evangelicæ paupertati quàm simillimam; cumque sciamus, Dominum nostrum Iesum servis suis Regnum Dei solùm inquirentibus necessaria ad victum, & vestitum esse subministraturum, voveant singuli, universi perpetuam paupertatem, declarantes, quòd non solùm privatim, sed neque etiam communiter possint pro Societatis sustentatione, aut usu, ad bona aliqua stabilia, aut ad proventus, seu introitus aliquos, jus aliquod civile acquirere: sed sint contenti, usum tantùm rerum sibi donatarum ad necessaria sibi comparanda recipere. Possint tamen habere in Universitatibus Collegium, seu Collegia habentia redditus, census seu possessiones, usibus, & necessarijs studentium applicandas: retenta penes Præpositum, & Societatem omnimoda gubernatione, seu superintendentia super dicta Collegia, & prædictos studentes, quoad gubernatoris, seu gubernatorum, ac studentium electionem, ac eorundem admissionem, emissionem, receptionem, exclusionem, statutorum ordinationem, circa studentium institutionem, erudificationem, ædificationem, ac correctionem: victus, vestitusque eis ministrandi modum, atque aliam omnimodam gubernationem, regimen, ac curam; sic tamen, ut neque studentes dictis bonis abuti, neque Societas in proprios usus convertere possit, sed studentium necessitatem subvenire. Qui quidem post cognitum in spiritu & literis eorum profectum, & post sufficientem probationem, in Societatem nostram admitti possint, socij omnes quicunque in sacris fuerint, quamvis beneficia Ecclesiastica, aut eorum redditus non habeant, teneantur tamen singuli privatim, ac particulariter, & non communiter, ad dicendum officium secundum Ecclesiæ ritum. Hæc sunt, quæ

sub

sub præfati Domini nostri Pauli, & sedis Apostolicæ beneplacito, de nostra professione, typo quodam explicare potuimus. Quod nunc fecimus, ut summatim scriptione hac informaremus tum illos, qui nos de nostro vitæ instituto interrogant, tum etiam posteros nostros, si quos, Deo volente, imitatores unquam habebimus hujus viæ, quàm cum multas magnasque habere annexas difficultates fuerimus experti, opportunum judicavimus etiam statuere: ne quis in hac Societate recipiatur, nisi diu ac diligentissimè fuerit probatus? cumque prudens in Christo, & vel doctrina, seu vitæ Christianæ puritate apparuerit conspicuus; tum demum admittatur ad Iesu Christi militiam, qui tenuibus cœptis nostris favere dignetur ad gloriam Dei Patris, cui soli sit semper decus, & honor in secula, Amen.

Cùm autem nil in præmissis reperiatur, quod pium non sit, aut sanctum; Nos, ut ijdem Socij, qui nobis super hoc humillimè supplicari fecerunt, in eorum pio videndi proposito, eò promptiores existant, quo se majori sedis Apostolicæ gratia complecti cognoscent, & præmissa per nos approbari viderint, præmissa omnia, & singula tamquam ad spiritualem profectum eorundem Sociorum, & reliqui Christiani gregis opportuna, Apostolica authoritate, tenore præsentium ex certa scientia approbamus, confirmamus, & benedicimus: ac perpetuæ firmitatis munimine roboramus, ipsosque socios sub nostra, & hujus sanctæ sedis Apostolicæ protectione suscipimus: Eis nihilominus concedentes: quod particulares inter eos Constitutiones, quas ad Societatis hujusmodi finem, & Iesu Christi Domini nostri gloriam, ac proximi utilitatem conformes esse judicaverint, condere liberè, & licitè valeant. Non obstantibus Generalis Concilij, & felicis recordationis Gregorij Papæ X. prædecessoris nostri, ac quibusvis alijs constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem, quod in Societate hujusmodi, neque ad numerum sexaginta personarum, Normulam vivendi ejusmodi profiteri cupientium, & non ultra admitti, & Societati prafatæ aggregari duntaxat valeant. Nvlli *ergo omninò hominum liceat, hanc paginam nostræ approbationis, confirmationis, benedictionis, roborationis, susceptionis, concessionis & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, &c. Datum Rom. apud S. Marc. Anno 1540. 5. Cal. Octob. Pontificatus nostri anno 6.*

Blo.

In his principijs (inquit Theophilus Eugenius) animadvertere licet, quàm sinceri fuerint decem primi illi Patres, qui suis professis, Christum unum & paupertatem ejus, ut certum vitæ religiosæ signum tradiderunt. Hic gubernationem antiquam & optimam commendari vides, quâ de majoris partis sententia definiri ac fulciri omnia debebant. Ius Religionis unum, solemni professione sacrum, probationem Scholasticorum egregiam: qui diu in Collegijs pietate & literis exercebantur, donec eum doctrina, ac præsertim austeræ & pauperis vitæ spiritum concepissent, ut solo Christo contenti, sine pecunijs, sine viatico, quæcunque itinera, etiam ad infensas Christo, infestasque Provincias capesserent; nullos redditus, nullum es annuum possiderent, ut sic expediti, atque omni mundi sarcinâ spoliati, quò mundo abjectores, ita Christo chariores viverent. Nihil in hoc instituto, de amplissimis fundis, quibus nunc commodissimè & lautissimè professi in Collegijs utuntur & summo jure potiuntur. Nihil de excelso illo principatu Monarchiæ, tum Generalis, tum aliorum superiorum Societatis: nullum, de rudibus doctrinâ Christianâ imbuendis mandatum, quod in speciem tantum ac raptim professi faciunt, quibus præsenti corruptelâ, hoc præsertim infixum, ut de sublimi loco dicere, & in nobiliori circulo versari possint. Absens primorum Patrum Societatis Iesu paupertas reponenda est, & despicientia rerum hujus sæculi, non ultra despicienda, sed recipienda: simplex, & nouis artibus minimè versatilis vita repetenda.

Sanctissimo Domino Nostro Divo Pavlo Qvinto, Summo Ecclesię Dei Pontifici.

Theophilus Eugenius pro redintegratione Ordinis Iesvitarvm.

Benè, unus ex Christianissimis Galliæ Regibus, de sancti Ludovici semine & genere, sacrorum te summum Antistitem, & universum Ecclesiæ patrem appellavit. Non minus piè ac verè serenissima illa Angliæ Regina, Te Petri Collegam, Legatum Dei, Iudicem orbis Christiani salutavit. Excelsa tamen ista, & super omnes elata dignitas, omnibus Te, servis Christi, jure paternæ sollicitudinis, & Apostolicæ administrationis, obligatum facit. Non adimit curas, sed adjicit Petri principatus. Quidam ex vatibus,

ait, sapiens sapientiam profitetur ac proloquitur: vertam ego in præstantius elogium, summus Pontifex de summæ potestatis solio, veritatis oracula reddit, nulli justam opem flagitanti denegat. Multorum ego nomine, tenuitatis licet meæ conscius, ad hanc sedem Themidis, & justitiæ, ad hanc aram fiduciæ, ad hoc commune solatium bonorum omnium confugio. Non est nostræ causæ leve argumentum. Aggrediar illud, & proponam tibi, Maxime Pontifex, cùm Religiosi ac viri graves quàm plurimi pervelint expositum, & declaratum esse.

Societatem Iesu, ordinem ab antecessoribus tuis approbatum, & auctum, periclitari dicimus, si non adsis, non hoc ab externo conflictu, sed ab intestinis malis creatur periculum. Periculosa sunt illa vulnera, quæ sub ossibus luridam cogunt saniem, nec ulla se aperiente cicatrice sub oculum veniunt: pernicioßiùs & intimiùs ulcerant, quò interior plaga.

Antiquum est Pontificibus Romanis, favore Societati, Pius Quartus majori præcæteris amore prosequendos ajebat, Societatis Iesu Religiosos, ob præstantiores ab ipsis Ecclesiæ Dei fructus allatos. Paulus Tertius, pium & sanctum institutum vocavit, non patietur sanctitas vestra deficere, & collabi fultam & sublatam à Pontificibus Societatem.

Non est deliberatius ullum consilium, quam primæ Societatis constitutio: hoc est, quod redintegrari cupiunt omnes Societatis Patres, qui primis primorum Patrum suorum vestigijs insistunt. Convenerant Romam Patres socij Beati Patris Ignatij Anno millesimo quingentesimo trigesimo octavo Deum appellant per tres menses effusa in preces mente, tum hæc decernunt. Societatem sub uno Generali perpetuo constituendam, emittendum votum expressum obedientiæ summo Pontifici, ut sacræ fidei causa, parati sint Socij, ad nutum summi Pontificij, quasvis obire Regiones, nullum abnuere pro animarum salute, laborem, Ijs, qui profitentur, imbuendos esse Catechesi Christiana pueros, unam quatuor votorum professionem, potestatem omnem in majori suffragiorum numero stabiliendam. Qui probarentur ad Societatem, Xenodochijs, pijs itineribus, & secretis meditationibus exercendos. Tum exscripta est hæc mula, & summo Pontifici Paulo III. oblata. Probat institutum, non plures tamen ad illud admittendos edicit, quàm sexaginta. Nondum Sacerdotum Coadjutorum est ulla mentio: tum permittente Paulo crescit Societas, admittuntur permulti ad Professionem unam: nihil sanctius, nihil religiosius, mens omnibus una. Paulò post occurrit, Sacerdotes aliquos Coadjutores Professis jungendos esse, qui absolvi possent à votis, & à Societate repelli: difficile est hoc impetrare: non audit libenter Paulus III. tamen quinque annis circiter ab institutione Societatis, anno videlicet millesimo quingentesimo quadragesimo sexto, concedit, ut viginti duntaxat Sacerdotes Coadjutores ascribantur. Animadvertebat optimus Pontifex, Religiosorum Ordinum æstimator, & judex æquissimus, dissectum iri Societatis spiritum, si votorum illæ varietas passim liceret, latere sub illa novitate aliquid, quod postmodum experientia detexit: Stetit primùm Societas sine ulla Coadjutorum accessione, & suis incrementis latè provecta est, vigebat sine ullo decreto, quod, ut ipsorum lingua utar, essentiale postea visum est: Integra erat, nec tamen illa Coadjutorum ascititia supplementa noverat. Appendix iste Coadjutorum ad Societatem alligatus, Iulio III. annuente persistit anno millesimo quingentesimo quinquagesimo, tum sub Pio V. anno millesimo quingentesimo septuagesimo, & Gregorio XIII. millesimo quingentesimo octuagesimo quarto, constitutiones augetur, & illud præsertim de Coadjutoribus nova editione, & novo jure concessum est. Et nova placent, & quæ ad dignitatem tuendam sunt accommodata: gratissimum est Professis, super Coadjutores eminere, & ne molestum sit illis subesse, dulci deliniunt hanc conditionis adjectionem convictu ac familiaritate.

Professis Professi succedunt, Coadjutores Coadjutoribus, sed ubique datur progenies vitiosior, isti de iniqua sua sorte queruntur, illi de sua retinenda, plus æquo sunt solliciti. Professi Coadjutores suos Sacerdotes ut clientes habere volunt. Coadjutores verò Professos, ut fratres. Sed cum apud Professos omnis sit potestas, ijdem evincunt facilè, & sub jugum Coadjutores mittunt, relegant ad vilissima quæque, à gubernatione amovent, in modum Plebejorum & rejectorum hominum tractant, dimissionem comminantur, omni suffragiorum jure interdicunt. Coadjutores vociferantur, non debere fratres dominari in Clero, vim istam esse, quæ diuturna esse non potest, primæ Societatis consuetudinem repetendam, una professione, æquali omnes firmitate in uno ordine fulciendos, adolescentibus evellendum ambitionis aculeum, non decere ex Apostoli verbis dominationem in Clero, proscribi oportere aliquorum decem viratus, qui strenuos, quos suis vitiis obstare viderint, ad expulsionem dejiciunt: Vt paria sunt Religionis onera, etsi dispares, pro diversis

diversis meritis, sint honores, vitæ tamen religiosæ statum, eadem Professione ac solennitate votorum firmandum esse. Quid vetat Beatissime Pontifex jure Societatis antiquo, Societatis Sacerdotes ad unam professionem admitti? Quæ Societas, in qua dissociantur vota? discrepant status? diversa est Religio? Quomodo unus ordo, una Religio, in qua alij perpetuo ac solenni voto constant, alij nonnisi ad voluntatem præfixo, & ad arbitrium aliorum persistunt? Quomodo non duplex Religionis ordo, ubi duplex votorum conditio? Religiosi sunt Coadjutores, sed dimittendi ad sæculum, si Societati videbitur. Religiosi sunt professi, sed à Religione nunquam absolvendi: Secura in Professis vita, in Coadjutoribus anceps, & plena periculis; Hinc ingemuit & indoluit aliquando Clemens VIII. Pontifex maximus, cum audivit, eos, qui ad Professionem Societatis provecti essent, non aliter efferri, quàm si è Coadjutorum servitute erepti essent. Si una Religio, cur non una firmitas? si una omnium pietas, cur non una Religionis in omnes charitas? cur alios ut filios adoptat, alios ut mancipes, & asseclas frænat?

Consules ordini, Beatissime Pontifex, si jubeas, restaurato primo Societatis jure Sacerdotes omnes Societatis, ad professionem quatuor vocorum admitti, nullum in Coadjutorem spiritualem cooptari, ut ad unam pietatem, & consentiens virtutis studium animos omnium una professio accendat. Superstes florebit simplicitas, frigescet ambitio, tranquillè tractabunt litterarum studia Scholastici Societatis, cùm tranquillum sibi sperabunt ætatis cursum, non minùs virtuti, quàm doctrinæ se debent, valedicent versutijs, & superiorum benevolentiam sinceritate non prosequutione sibi conciliabunt, non assuescent prehensationibus, & blanditijs, quæ omnem prorsus Religionis spiritum extinguunt: non adulationi servient, non illi observantiæ dabunt operam, quâ Professionem potius, quàm pietatem colunt. Satis acres sunt ad litterarum studia stimuli, subeunda doctorum hominum judicia, excellentibus tantùm ingenijs patens palæstra honoris litterarij, laureæ, exedræ, & alia eruditionis ornamenta, Minervæ tholo suspensa, suum ad gloriam ignem satis suscitabunt. Virtutem vero advocabit, & Religionem aspirabit Professio. Liberè & verè dicam, non ut Societati labem aspergam, aut ullius nomen prosciissum velim, sed ut consulas Ordini Max. Pontifex, quem si non consentanei mores exceperint, in suum sponte exibit exitium.

Duo sunt, quæ vi apertâ in hunc Ordinem sese ingerunt, Ambitionis ardor, fastus, & astus, religiosæ simplicitatis fatum: quæ non sine acerbo luctu sentiunt inviti antiquiores & sinceriores Patres. Professorum potestas, immunitas, dignitas, ambitioni fomitem suggerit: Coadjutorum Patrum tenuitas, repulsa, abjectio, Professorum fastui obstetricantur, astum in nefastam simplicitatis lumini, lucem educunt. Professi Patres regunt ad arbitrium, hinc oboriuntur offuciæ: cæteros attollunt, vel deprimunt, ut collibitum fuerit: audax penes illos fandi fuclamandique libertas, suppetit illis accurata rerum omnium provisio, eunt & redeunt itinera, equo, pecuniâ, & multo apparatu communiti. Sed quid peccant, per medias telas soluti erumpunt, opipara illis in congregationibus, magno sumptu, mensa paratur: egeant omnes, vexentur imperijs, versentur in omne latus, convicijs exagitentur, pœnis comminuantur: suam si Regnum teneat Professus, non est qui judicium ferat, felici loco stant omnia. Hæc videre possunt optimi religiosi, nec tamen pro religiosæ vitæ incolumitate vindicare possunt.

Túne Beatissime Ignatie sperâsti hujus notæ Professos? extincti sunt excellentes illi omnis virtutis genere Professi, nunc ad ambitionem pietas conversa: debent in domibus Professis arctissimam degere paupertatem, ac victum emendicare, contrà, delibant optima quæque in Collegijs, usu possident exquisita, vestiuntur commodiùs, habitant laxiùs, utuntur fratribus ut pedisequis, silent rariùs, liberiùs loquuntur. Quàm conferti ad vestram Sanctitatem accurrunt, ut sine viatico, solâ Christi ope fulti, vel ad infideles, vel ad hæreticos mittantur? Scholasticos plures solent ad Indias dimittere, suo non obligatos voto, ipsi sponsionis rei, & quarto constricti voto, sospites se servant in paratioribus locis, & cum duriora & asperiora inferioribus prædicent, meliora & molliora sibi deligunt. Hæ cum primâ B. Ignatij professione longè disconvenit vita, jam tamen Professis usitata, & Scholasticis in spem proposita.

Ecce Ambitionis artes: Professi sunt in apice splendidioris, & facilioris vitæ. Hic Scholasticorum scopus, ne hoc excidant honore, magistris assentantur, suis superioribus blandiuntur, dant auribus quod placet, dicunt referuntque quod arrideat, modestiores ex suis socijs, absimiles sibi, ab astuta illa consuetudine aversos, ad Coadjutores amandant. Vbi religiosus convictus, quæ Christianæ vitæ perfectio? Artifices sæcularis prudentiæ nec dissimulationis expertes evadunt religiosi alumni. Professionem spirant, & sperant, ut suos superent fratres: vident patricios ad dignitates Professioni sibi

viam fecisse: hæc attingenda est meta. Cum involarunt in arcem, præsunt Coadjutoribus Sacerdotibus eosque despiciunt, hujusmodi professi Rectores plectunt inclementer, pertinaci probro fodiunt, nullas constantiæ dant inducias, quibus gradibus ascendit ambitio, iisdem religiosa simplicitas demittitur, nihil prodest ad firmum & clarum Societatis statum obtinendum, pudentis ac sinceri animi moderatio: advocanda est industria, occultis nitendum est machinis, versuta solùm emergunt ingenia: quia vaferrimus est hic digito signatur, conjiciuntur in illum ora & oculi, committuntur illi Collegia, si quæ sunt res cum illustribus viris, ipsius consilio componuntur, laudatur quidem sed absens, & exul à Societate candida simplicitas, ne manum quidem ad illum verterint, qui nesciat simulare expressum: per hanc morum corruptelam quis illuceat virtutis dies? ubi vinculum? quod conjunctos religiosa necessitudine animos, devinciat? cùm nullus adsit expressus dictis & factis candor? Nihil in hominum cœtu mutua illa, quæ inter Societates intercedit, confidentia dulcius, nihil beatius, nullum gratius solatium ore fideli, & consentienti pectore: si cura, & sollicitudo ambitionis se interserit, acescunt hæc omnia, sapit fucus: est qui pigmentis bona decoloret sua, & malit imagine sinceritatis illudere quàm vera virtute ambire. Defertur religiosus habitus, serpit secularis animus, immittit se blandus, & cum externa disciplina consuescit, in aula, in cameris, in scholis, in porticu, in impluvio, in Æde, in suggestu, nusquam non adest prudentiæ perversæ genius, ineptæ gloriolæ præstigij, piæ simplicitatis egentes, & ad astutiam verbi faciles irretit. Hinc illæ totius orbis querelæ, astutos esse Iesuitas, non esse rudes versutiæ secularis. Hinc exigua dictis fides, suspiciones artificiorum satis firmæ, alienatio optimatum à Societate: subdifidunt de fidelitate respublicæ, Senatus regij de factione nimia conqueruntur, multa graviter incusant, scripta cautius interpretantur, & notant. Socios calliditatis potius tentandæ, quàm eruditionis aut salutis accipiendæ studio explorant.

Perperam illa præclara munia, si evellitur ex animis hominum, sanctitatis opinio, si minus simplex, & à sæculo parum remota Societas habeatur.

Nollem propterea Selectis viris, qui in Societate sunt, injuriam fieri, admiratus sum sapientiam & prudentiam Claudij Aquavivæ Generalis, Mutij Vitelleschi assistentis comitatem, Fabij de Fabiis pietatem, Iustiniani Genuensis doctrinam & integritatem, ut ne quàm plurimos alios citem, quorum nomina in diversis Provinciis illustria sunt, & ob clarissimas virtutes celebrata: sed ea vestræ Sanctitati redhibeo reconcinnanda, quæ multorum vel vitio, vel incuria pessundata sunt, & afflicta. Religiosæ modestiæ placida demissio dimissa est? revocetur. Squallet ignara fraudis simplicitas? suo nitori restituatur. Insidiantur angues gemini, ambitio & versutio? suffocentur.

Postulant præterea sinceri Patres Societatis, ut innovetur statutum decem Patrum, quo res omnes ex majori suffragiorum pondere, ac numero, & non ex unius definitione, concludi debebant. Quæ ad institutionem animæ spectant, ad morum examen, ad fidei stabilitatem, solus Pontifex Roman. etiam de sede motu proprio constituit, & dicta Roman. Pontificis Spiritus sancti afflatu inspirata, securè pronunciantur. Illi non caligo potest, non nubes eripere lucem, immotum est divinæ pollicitationis decretum, hæresis ineluctabile fatum, Petri fidem deficere nunquam. Non habes Collegam Beatiss. Pater, & in Ecclesia Dei præsente semper & custodiente divino spiritu, à recta sapientia dimoveri non potes. Hanc possides potestatem, figendi resigendique motu proprio quod suggesserit in Ecclesia Deus. Non est in Religiosorum superioribus similis authoritas: præcipere debent statuta fas non sit illis suorum rejectis suffragijs, pro arbitrio quæ visa fuerint, imperare. Stent pluribus & melioribus sententijs, ne Rectores ac superiores Societatis in suo ordine parem cum vestra sanctitate, sibi potestatem vindicent: non est illis major promissa cœlitùs gratia, quàm Ecclesiæ Episcopis, nihil tamen Episcopi, ac Diœcetæ in Synodis sine suorum suffragijs decernunt: cur se subducent à communi jure, qui ad errorem proclives, ut cæteri, in eandem jacti sunt humanæ infirmitatis aleam? cur in suis Collegijs affectent eam authoritatem, quam Romæ & in universa Ecclesia summus Pontifex detinet? Vidi deceptos hoc errore Rectores aliquot, qui etsi Clemens Octavus sanxerit, ne quis Societatis, Sedem Apostolicam petens, per superiores à cœpto deturbaretur, tamen suos Romam petentes, ut summo Pontifici multa detegerent, injusto anathemate afflixerunt, (non enim ligare poterant) & impatientes appellationis ad sanctam sedem diris devoverunt.

Hoc mihi semper suspectum fuit, atque esse debuit, Religiosos, qui se gloriantur summo Pontifici servire, & vivere, Pontificis tamen judicio nolle se sistere, ne de suis negotijs ac rebus certior fiat summus Pontifex pertimescere. Technas moliri omnes, ne conscius sit gubernationis, ducere crimini, si quis Pontifici castiganda proponat, proscindere ver-

verbis, aſpergere dedecore, quem viderint apud Pontificem eſſe, & ſanctæ ſedis Apoſtolicæ, & Eccleſiæ, ut par eſt, magis, quàm ſuæ dominationis, amantem. Ne nimij ſint Societatiis Superiores, ne plus æquo potentes, ex primæ Societatis decreto, ſervandis ſuffragijs alligentur, nihil innovent, aut mandent, refragante Sacerdotum Collegio: nullus excepto Generali propoſito, ultra triennium ſuperior perſiſtat. Non præſit ullus, quem vel congregatio, vel Collegiorum Profeſſi non elegerint, nullus ad congregationem Generalem vel Provincialem proficiſcatur, quem non ſtatuerint Collegiorum Sacerdotes. Nec veſtræ Sanctitati ſatis unquam cautum ſit: inquirat de illis, audiat, probet, quid rerum agunt, num ut ſuperiorum jus augeant, de veſtra poteſtate aliquid detrahant: num putent, veſtræ Sanctitatis eſſe, Religioſorum querelas reſcire, leges ac diſciplinam omnem ponderare: Subodoratus enim ſum neſcio quid, ſecularem nimirum appellabant Pontificem aliqui: Ignaros vitæ religioſæ Cardinales: eoſdem eſſe ſæculares, ac de obedientia religioſa, de mente, de conſuetudine, de adminiſtratione ſententiam ferre nonpoſſe. Obſtupui, nec niſi offenſis auribus receſſi, multa volutans animo, & hoc præſertim, præſentes veſtræ Sanctitatis oculos, quaſi de ſpecula proſpicere debere, quo tam multæ immunitates, tam magnæ facultates hujuſmodi Religioſos efferre poſſint.

Superest, at inane otium, quod in aucta multis hominibus Societate, pernitioſum eſt, utili ac religioſo otio hauriatur. Superfluis excurſionibus erecti, ac læti vagantur ex illis plurimi: volitant per urbes, & ne ſellis ſuis immorentur, occupationes externas quærunt, alienis diſtinentur negotiis; ſolemni tandem choro poterunt contineri. Si decantent officium, Beatiſſimè Pater, ſi concentum ament cœleſtem, ſi rebus divinis adſint, ſi hoc genere religioſæ ſervitutis non eximantur, ſi die ac nocte bonas horas pſalmodiæ impendant, otium futile, ſerijs impedimentis trudent, non ſalutationibus crebris, non protractis ſermonibus ſeſe effundent, non de Principibus, non de Prælatis curioſius inquirent. Rixæ, dicteria, admurmurationes, riſus, de cœtu Societatis diſijcientur, contentiones, quæ religioſos animos dedecent, cavillationes, (quod decurtatæ ſimplicitatis ludibrium?) & aliæ noxæ amovebuntur. Si divino huic officio aſſuescent adoleſcentes Societatis ſæcularia faſtidient colloquia, non tenebuntur illa urbanitate ſæculari, ad quam ſe inſtituere ſolent: ſyncæriores & puriores gemitus Chriſto ſuo dabunt, non ſe vertent in illam verborum diſſimulationem, ac varietatem, ſenes felicem obitum meditabuntur, habebunt in quo deſertum ſenectutem conſolentur, tædium cubiculi jucundiſſima divini cantus viciſſitudine traducent in tranquilliſſimum otium: pax vigebit ſummæ in Collegijs, non obſervabunt ſeculares, Societatis Religioſos, tam familiares & vagos: & ideò diligent magis. Sed iſtis omnibus reclamabunt aliqui. Qui? Maximè Pontifex? Quinam obſiſtent? qui profeſſionem illam unam condemnabunt? qui debilitare ſuffragiorum vim? qui pſalmodiæ obſtrepere poterunt? illi, quos profeſſio, at non religioſa perfectio delectat, qui ſoli decernere, qui ſtudent vivere liberi ab omni religioſa obſervantia. Quinam inſurgent? illi, qui decem primorum Patrum inſtitutionem ſepultam eſſe cupiunt, qui nolunt in primam pietatem recurrere, quos pudet & tædet multos habere pares, multos profeſſionis ſuæ Socios, qui ſe examinari, facta ſua in judicium vocari, qui ſe ad obedientiæ ordinem redigi pertimeſcunt. Romæ numerantur fermè quingenti: ſi liberè loqui poſſent, nec impedirent pauci philautiæ & honoris ſui tenaces, primos decem primorum Patrum mores repoſcerent, Profeſſionem unicam, jus commune ſuffragiorum repeterent, & ſolemnem celebrarent chorum in locum illius, quam retinent moleſtiſſimæ, optimis quibuſque pomeridianæ & pomeridianæ & veſpertinæ recreationis: quàm parum abeſt, quin jam congregationis ſtatuto ſuſtulerint.

Hanc repetunt primæ Societatis redintegrationem ſelectiſſimi è Societate Religioſi. Veſtræ Sanctitati gratias agent immortales, ſi ambitionem, ac verſutias excedere jubeat, auream ſibi gratulabuntur veſtro Pontificatu redijſſe pietatem, ſuo æquitatem ſeſſuram loco, reperta primæ Societatis fundamenta, ſtatum erectum. Potuit à Profeſſis indifferentium Ordo, à Beato Ignatio inſtitutus, abrogari, expunctus eſt collateralis à Collegijs, quem B. Ignatius ad temperandam Rectorum poteſtatem, Rectoribus oppoſuerat, Collateralis Patris iſtius conſortium Rectores, ut poteſtati ſuæ adverſum extinxerunt: cur non ab iis pari ratione Coadjutorum inutilis gradus auferetur? Cur non à veſtra Sanctitate (cum ſoli canodoxiæ, & propriæ amantes dignitatis hoc facere recuſent.) Sacerdotum Coadjutorum gradus obliterabitur? Plures & meliores erunt in Societate viri, ſi omnes profeſſione digni eſſe debebunt: Confeſſarios & Coadiutores Societas habebit præſtantiores. Quid mirum ſi examinari volunt Epiſcopi Ieſuitas, ne indigni confeſſiones audiant? nimirum Coadjutores Sacerdotes ad id muneris dantur, quibus interdictum eſt ſtudere, qui repulſi ſunt à ſcientiis, vel quod genere viles eſſent (quod heu inter Religioſos diſcrimen?)

vel quod ad mensæ ministerium magis apti. Quis non justè dicat, conqueri Episcopos, dum Sacerdotes eos sibi consecrandos vident, quos nec patrimonij, nec beneficij, nec Professionis titulus, de certis alimentis securos facit? quos hodie Religiosos, cras seculares esse posse nôrunt, si Superiores velint? quos mediocriter literis tinctos, Philosophiæ ac Theologiæ rudes, ad gubernandas tamen conscientias destinari sciunt? Quod si sint Coadjutores aliqui Sacerdotes, qui virtute, scientiâ, eloquentiâ non solùm adæquent Professos, sed superent, (non incredicile certè facinus, sed exemplis clarum) quis non videt, diversam illam distributionem, ex aliquorum sensu, ac voluntate, ut ambitioni suæ velificentur, obfirmatis animis retineri, Quis non hanc manifestæ dissensionis, ac divisionis sementem, ac segetem putet? Qui Sacerdotio dignus esse potest, Professione sui ordinis (quæ est Religionis & sanctitatis solenne pignus) indignus esse non debet. Vrgent Episcopi, ne Sacerdotes vitæ ac firmitatis suæ incertos, ne parum ad Societatis munera dignos instituant. Patres Societatis eximij, quorum hæc dictata scripsi, pro Christi amore, pro Societatis nomine, & redintegratione vehementer expostulant. Reges & Principes peroptant, ne dimissos & afflictos tam sæpè Religiosos in suis Provinciis habeant: indigenæ, ac cives percupiunt, ne de Societatis Religiosis subdifidant, ne coguntur perconctari, sitne Coadjutor, an Professus ille Sacerdos: videlicet doctus, an indoctus, servus an liber, aliquis aut nihil, stabilis Religiosus, an ad Superioris duntaxat nutum. Religiosæ annuunt omnes familiæ, quæ sanctorum Patrum institutis, & religiosæ antiquitati Societatem adaptatam gratulabuntur.

IMPERATORI AVGVSTO,

FRANCIÆ REGI CHRISTIANISSIMO; HISPANIÆ Regi CATHOLICO; omnibusque Principibus CHRISTIANIS.

PRO REFORMATIONE ORDINIS IESVITARVM,

Theophilus Eugenius.

CÆsar, Reges Augusti, manu, consilio, armis invicti, favete, & estote boni. Non ullus coram Agamemnone Achivorum Principe, nisi sit prorsus amens: nemo vana & inepta dixerit, sed apud vos delectui & rerum & verborum excogitatus sit oportet. Quis accessum speret, qui non sit mente digna? quem non absoluta prudentia efformarit: nec levia, nec nimia referam, sed quæ ab ornatissimis & sapientissimis de Societatis IESV *ordine amplissimo didici, & quæ de conscia rerum experientia accepi. Xaverius Navarreus Societatis* IESV *vir religiosissimus, ultra Calpen, & non jam amplius ultimam Thulem, præter Herculis columnas, fidem apud ignotas & exteras Regiones propagavit. Vnus ex illorum decem primorum Patrum Societatis* IESV, *Collegio, sanctiones cum Beato Patre Ignatio Loyola, & alijs decem, ad religiosum victum exactas & breves dederat, quas approbaverat sanctus Pontifex, laudabant Episcopi, convenientes & accommodatas sanctorum Patrum institutis asserebant. Postea adjunxit Beatus Ignatius aliqua, quæ posteri in detrimentum Ordinis trahunt. Privilegia & nova jura à sancta sede obtinuerunt, quibus non sine totius orbis querimonijs, præter summi Pontificis mentem utuntur, ut volunt. Ne aversi mores à Beato Ignatio, ne aliena ab illustri Xaverio vita, ne in Societatem se nova Societas injiciat, ad initia redeundum, hauriendi sunt fontes. Vestri quotquot sunt in orbe subditi Christiani, ac præsertim Patres Societatis, cum ij, qui adhuc in Societate vivunt, tum ij, quos atrox superiorum quorundam animus è Societate migrare compulit, vestris omnes advolvuntur genibus, ut verè Christiano & justo edicto tot selectos Religiosos ab importuna vexatione liberos faciatis, arreptam illam superiorum, atque inusitatam potestatem temperetis ac lenibus vestris Imperijs moderemini. Quid tam insolens? quid tam durum ac dirum, quàm tot insignes Religiosos, quibus hic ardor erat, ut in votis persisterent, è Societate evulsos? eosque etsi non alienum à Christo, alium tamen ab instituto proposito ducere spiritum? quid tam ferreum?*

reum? quid tam inhumanum? quàm à Sacerdotum Religiosorum cœtu abactos optimos viros, inhospitis & immitibus linguis proscindi? filios de matris uberibus violentâ dejectione ad solum allidi? Quid ita à Societate abhorret, cujus omnes socij dicuntur, quàm ista, non ex primorum Patrum Societatis instituto, non ex Beati Patris Ignatij studio, inducta conditionis dissimilitudo? vitæ disparitas, religiosæ vocationis incertitudo, morum discrepantia: disciplinæ discrimen, onerum & laborum sors disiunctissima? si qui recurrere audent ad sanctum Pontificem, & quæ animadvertunt proponere decreverint, inconstantiæ, & levitatis notâ inuruntur, in desertionis & Apostasiæ crimen ac suspicionem pertrahuntur, tam assiduis & acerbis molestijs premuntur, ut etiam opprimantur. Vnde hæc malorum Ilias? qua parte certè fatalis illa Monarchia transcendit muros, qua certè dejecta strues, qua plena Professis potestas, ac libertas patet. Rogitabunt quis sim, ut ille Homericus, patria mihi omne solum, in quo Iustitia & pietas sedent: Ego Theophilæ vester, qui quod olim Atheniensis magno Pompeio, ita hac schedula, quid petant, quid obtestentur à vobis optimi Religiosi, manifestum facio. Non sum is, qui quæram, quid Tyridatem terreat, paci studeo, & musis meis, nec tamen quasi qui ad Lucrinum conchas, ita tempus eludo, Catholicis Regibus, patriæ & amicis meis servio, & fidem servo, patriæ obsequor, cujus querelas expono, amicis adsum, quibus hanc operam præsto. Rem justam exposcimus. Ordinem Iesuitarum restitui in primogenium vigorem; quid æquius? jus abrogari, quo abutuntur in suam perniciem Religiosi, quid justius? Religiosos cum Religiosis convenire, quid congruentius? communi lege obstringi, quid cautius? charitatis necessitudinem servare, quid mansuetius? Deo & Religionis cultui vacare, quid salubrius? Quinque primis annis, cum sub decem primorum Patrum legibus viguit Societas, unica Patrum tenebatur Professio, omnes eodem Religionis jure potiebantur, iisdem quoque votis solemnibus sese Deo consecrabant, non erat novus Coadjutorum Sacerdotum gradus, qui cum solemnibus votis astricti non sint, è Societate cum videbitur dimitti possunt, quidquid in ea temporis, etiam si triginta annis perstiterint. Non erat hæc Religiosorum Sacerdotum forma, quorum status ex mero superiorum arbitrio pendet, non illa Malea, non Syrtis periculosus scopulus, non hoc votorum discrimen: ex quo magna est in Societate perturbatio, quæ in prima ejusdem institutione inaudita erat, cum secundum jura solita Religionum, una dunta-xat Professio colebatur. Præfigatur iterum justitiæ & pacis Regula, unius Professionis vinculo, nemo queretur de perpetuæ vitæ suæ inconstantia, nemo vicissitudinem rerum pertimescet. Sperabunt Scholastici post aliquos annos Professione statuta, certum à Religione amoris fideique pignus, non alienas vestigabunt artes, unicam virtutem colent, ut Religiosa professione & solennitate non sint indigni. Qui dimittentur, maturè exhibunt, nulla solenni obligatione constricti, & eo probationis tempore, quo quidem secundum Beati Patris Ignatij institutum, etsi devincti simplicibus votis, non debent tamen aliud testari, quàm se Candidatos esse Societatis, & in eam ingredi velle. Desinent tum à nobilibus, tum plebeis familijs frequentes querelæ, quæ hoc obtrudunt Societati, liberis & adolescentibus suis uti quamdiu placet, & tum, ubi avertit sententiam Superior aliquis infestus, torqueri suos miris modis, consultò duris Imperijs onerari, & nulla habita ratione contemptæ pridem pristinæ fortunæ, rejectæ rei familiaris & desertæ domus, de Societate hostili animo deturbari. Qui erunt adhuc Scholastici, vel perficient se, & proficient, vel si deficere malint, & à possessione abhorreant, non inviti, & sine parentum offensione ad sua revertentur antequam ad Sacerdotium pervenerint: Stabilienda est altera, quæ erat in prima gubernatione ex primorum Patrum statuto moderatio, videlicet ut suffragijs jus suum reddatur. Rector, Provincialis, Generalis in suos subditos omnem potestatem exercent, suis sententijs, quæ occurrunt, omnia definiunt, aliquorum audiunt sensa & monita, sed tamen ipsi soli quasi Dynastæ & Monarchæ, authoritate summâ, & arbitrio suo constituunt. Cur antiquiores in Collegijs de sententia rogabuntur? Cur ad suffragia ferenda vocabuntur, si unico Rectoris suffragio, velint, nolint, stare oporteat? Si quod velit Rector, id aperiet ac significabit, quod reticere voluerit, occultum silentio teget, nec mandabit effectui, nisi quod ipsi apud se defixerit? Si quem ex suis ille pollens Rector odio ac malevolentia insectetur, quis temperet hominem? si fallere velit, & prævaricari, quis deteget dolos? si res Collegij dissipet, quis convincet criminis? si plura in suos usus sibi arroget, quis commonefaciat liberè? si à lege aberret, quis exolutum omni lege reprehendet? si quid in Ecclesiam, si quid in Principem ausit, quis velit hunc hominem judicare, quem intelligit si infestum habeat, gravia & acerba quæque sibi perferenda? Quàm multi ex Societate Davidicum illud non sine

lachrymis repetunt, impoſuiſti homines ſuper capita noſtra. Qui ſunt iſti homines? infirmi ut homines propriis dediti commodis; non ut illi Stoici ad laborum perpeſſionem fortes ac duri, ſed inclinantes quò præponderant? ſenſus, & ad facilioris vitæ uſum ac fruitionem non indociles: qui homines? deteriores an meliores Pauto Apoſtolo? Credo non meliores; qui colluctantem adverſus carnem ſpiritum experiuntur, qui timere debent, ne fiant reprobi. Cur ijs omnis in Religioſos poteſtas? cur res collegii omnes, ſacras ac profanas ex propria ſententia ſtatuent? Patrum ſequentur vel reſpuent pro ut viderint, definitiones? Quis dicet incolumem diu Societatem, ſi tantùm Rectores exſpatiari, ſi nullis finibus imperia ſua coërcere, ſi nullis metis obedientiæ jura velint terminare? Propterea S. Pontificem urgere ſolent, ut huiuſmodi principatum authoritate Apoſtolica communiat, ne ſi conſenſus Principum, ac populorum expectetur, tanta, tamque abſoluta dominatio exſcindatur. Sed neque hoc tantum extorquent, verùm ſi quos excelſi animi id ægrè ferre ſenſerint, auſterè habent, conſiliis ſuis abigunt, immoderatæ ſeueritatis tormento exagitant, quaſi noxia capita, huc illucque diſijciunt, Romana profectione interdicunt, non expedire, aiunt, nec tutum eſſe ſancto Pontifici ad hæc detegenda ſe ſiſtere. Reſcire potuiſtis Auguſtiſſimi Principes, quis fuerit animus illorum Rectorum, qui Religioſum optimum de palatio Regis Hiſpaniæ, ipſo Rege neſciente, abripere moliebantur: Hinc illæ ad Clementem octavum querelæ, qui Patrem Claudium Aquavivam Generalem in Hiſpaniam ire juſſit, ne Regibus auferretur Cliens, ne ulla integerrimo Patri fieret injuria. Si notæ, ſi calculi patrum vim haberent, ſi vigerent ſuffragia, non efferrentur ad hos animos, non hoc tentarent, non hos fluctus immiti ſuo tridente commoverent, non tot Religioſos ad ſcopulos impellerent, è quibus non niſi facto naufragio confractas tabulas, ac vix hærentes educere poſſunt.

Queruntur denique viri Nobiliſſimi, Religioſos, quibus nulla ſæcularis cura incumbere deberet, ſollicitos tamen eſſe de gubernatione Principum, de ſtatu: falcem immittere in alienam ſegetem, humana tractare, cùm divina deberent; certius ea cognoſcere, quæ in ædibus Regijs dicta vel facta ſunt, quàm quæ in ſuis Collegijs ſub umbra litteraria: paratiores viderint audiant Romanúſne ſuperbas invidæ Carthaginis everterit arces, quàm quid ad promovendam fidem Epiſcopi, ſui vel alij Religioſi excogitent, aut aggrediantur: non convenire Patres Societatis ad publica pietatis munia, ad indictas ſupplicationes non adeſſe, quamvis nec Cœnobitæ ſint, nec Monachi, nec ſolitudinis cultores: imò ne Religioſi quidem profeſſi; niſi admodum pauci: percurrere tamen vicos, obire civitates, obambulare in compitis, ſpectatores eſſe religioſæ Pompæ, cujus actores eſſe reſpuunt in communi ſanctitatis theatro, cujus cultum, ut ſuis moribus abſimilem, exercere incommodum ſibi eſſe exiſtimant. Quod tam præſens conſilium ad inanes illas curas exinaniendas? quæ tam utilis & religioſa cura? illa nimirum, quam Baſilius, Ambroſius, Gregorius Magnus, & multis retro ſeculis Patres veris religioſis antiquam & ſolennem eſſe voluerunt: decantandæ deſtinatis horis ſanctæ Pſalmodiæ conſuetudo, continua in divina Hierurgia, & miniſterijs ſacris occupatio. Si choro detinerentur Ieſuitæ, puderet otiari, cùm id muneris præſtandum eſſet; nec tam multi patres à litterarum ſtudijs, & ab omni Collegiorum cura rejecti familiares congreſſus quærerent, quibus extrudant tempus, & cubiculi mora ſe redimant: haberent, unde divini ſpiritus ſolatium perſentirent, publicum illud Dei cum hominibus colloquium, ut fatigationis & laboris omnis levamen, fælices experirentur, & tam ſecura ac pura cum Deo converſatione recreati, nihil de ſæcularium ſocietate, convictu, de aucupandis ſermonibus cogitarent. Hæc tria ſunt, Principes, quæ pro Societatis reſtauratione neceſſaria ſuaſerunt mihi ipſi religioſi patres Societatis, ut proponerem, ne quis quaſi ex pſeudothyro egreſſam orationem meam contumeliosè objiciat: Nullus eſt, ſi ſanæ mentis, qui pulcherrimum iſtum & utiliſſimum ordinem deturbari velit, ſed imprudens & indignus ſit ille arbiter, qui neget ad primam frugem revocari debere, pacis ac virtutis leges ijs repetendas abnuat; qui primæ ſuæ Regulæ uſu ac fructu ſpoliati, non ſine ingenti mœſtitia teſtantur, penè ſe alios à primis ſuis Patribus ac degeneres exiiſſe. Vna & æquali omnium profeſſione) Auguſtiſſimi) ut jura communia ſanciunt, & primi Societatis patres voluerunt, pacem, æqualitatem, ſinceritatem ordini reſtituite, ſuffragiorum vi ac poteſtate dignitatem, libertatem, ac res Societatis ſervate. Decantatione pſalmodiæ, Religionem, pietatem ac ſanctitatem Societatis tueamini.

CASPARI

CASPARI HAYVODI

ANGLICI IESVITÆ SVPPLICATIO PRO EIVSdem Ordinis Reformatione.

CAspar quoque Hayvodus Anglus, & Ieſuitarum Anglorum tum in Anglia, tum extra ob animi dotes,& natalium honeſtatem celebratiſſimus ante aliquot annos Neapoli dicitur mortem obiiſſe. Is poſtquam in Societate Ieſu annos triginta unum egiſſet, & ejuſdem Societatis per annos viginti tres profeſſus eſſet, & per tantum temporis ſuorum Ieſuitarum mores, & procedendi modum, ut ipſe ait, in omnibus ferè Chriſtiani Orbis Regionibus expertus eſſet, jam ſenex, totius Provinciæ Neapolitanæ profeſſus (uno excepto) omnium antiquiſſimus eſſet, zelo ductus Societatis ſuæ ad patrem Claudium Aquavivam Propoſitum generalem ſcripſit petens, ut ipſum juberet Romam venire: Habere enim ſe multa, quæ illi coràm ediceret in bonum Societatis; cujus infirmitatibus mederi cupiebat, antequam aliquis Societatis vel adverſarius, vel Apoſtata ejus defectus publicaret.

Ne verò pater Generalis rem levem,aut negligendam hanc illius petitionem exiſtimaret, argumenta eorum, quæ compluria coràm dicenda habuit,ad hæc quæ ſequuntur;capita revocavit,& Romam ad Patrem Generalem miſit anno 1590.

1. Dicta, & facta publicè circa primatum ſummi Pontif. fidem ſedis Apoſtolicæ, & poteſtatem illius.

2. De modo procedendi ſuperiorum in Societate in graviſſimis Chriſti cauſis, in quibus mori tenebantur potius quàm ſic prodere veritatem.

3. Concernit admiranda in adminiſtrando Sacramento Pœnitentiæ, & varias ſuperiorum ordinationes in eadem materia.

4. De periculoſis Dogmatibus & doctrinis inauditis,quas (licet multa ejuſmodi intelligat) tamen nunquam tales audivit Reverentia veſtra.

5. Aperientur multa, eaque periculoſiora,& contradictoria noſtrorum in dictis & factis circa negotia maxima Chriſti & Eccleſiæ.

6. Continet ſtupenda de Societate in dictis factis tum Superiorum, tum aliorum, ad exaltationem Societatis noſtræ.

7. Concernit varia negotia circa juſtitiam & injuſtitiam.

8. Quod multis in locis de ſpolijs Amalech, & Iericho fortè noſtris adhæſerunt (neſciente veſtra Paternitate) ut metuendum ſit, ne tangatur anathemate.

9. De mala fide Superiorum Societatis, tum in mandandis ſuis ſubditis, tum in relationibus ad Provinciales,& Provincialium ad Patrem Generalem, & litteris intercipiendis.

10. Concernit quaſdam evaſiones, quibus ſe defendunt in tenebris, ne in lucem veniant, & illis remedium afferatur.

11. De falſitatibus, Signis & Miraculis, narrationibus & mirandis, quibus non ſolùm apud noſtros, ſed etiam apud exteros Societatis dignitatem extollunt, de quibus neceſſe eſt, ut veritas manifeſtetur, aliter metuendum eſt, ne veniat exitium Societatis.

Hiſce & hujuſmodi litteris ad Patrem Generalem ſemel atque iterum ſcriptis P. Caſpar nihil reſponſi ab illo habere potuit, niſi molles & frigidas quaſdam excuſationes, ſcilicet, ob adventantes ad Congregationem Generalem inſtantem Procuratores tantas eſſe anguſtias domûs & cameratum parvitatem, ut locus non eſſet P. Caſparo recipiendo.

Ea tempeſtate D. Ludovicus Adoenus Anglus piæ memoriæ Epiſcopus Caſanenſis in Curia Roman. ſanctiſſ. D. Noſtri aſſiſtens Regularium omnium viſitationi & & reformationi præfuit, cui P. Caſpar notus à multis annis, & carus fuit, quapropter P. Caſpar cernens ſe zelumque ſuum à P. Generali ſuo contemptum eſſe, ad Epiſcopum Caſanenſem tamquam Regularium Reformatorem, & Pontificis Regularium cauſis aſſiſtentem ſcripſit, & exemplar ſuarum litterarum ad Patrem Generalem unà cum Patris Generalis ad illum reſponſo miſit,petens, ut Pontifici rem totam inſinuaret,&,ſi videretur,ſe Romam vocari cura-

curaret ad reddendam ſummo Pontifici de his omnibus rationem, ſed in hac re & ſecreto, & feſtinatione opus eſſe, periculum enim eſſe maximum, ne Patres ſui Ieſuitæ, qui tantum pollent, & omnia ſcrutantur in Curia Romana, re compertâ ſummi Pontificis juſſum anticipent, & ſe longiùs aliquo ablegent, ut in conſpectum Pontificis unquam venire illi impoſſibile ſit.

Interea temporis P. Caſpar nactus hominem C. P. Ioſephum à Coſta Hiſpanum Ieſuitam, qui plurimùm pollebat apud Nuncium in Vrbe Catholicum, ad Pontificem ſcripſit litteras, quæ ſummam rerum continebant, quas D. Nuncius in Vrbe Catholicus ſummo Pontifici porrexit, is autem fuit Dux de Seſſa.

Pontifex & verbis Epiſcopi Caſanenſis monitus, & ipſius P. Caſpari litteris excitatus, rem putat non eſſe negligendam. Antequam tamen P. Caſparum Romam venire juberet, mandat Nuncio ſuo Neapoli agenti, ut P. Caſparum Hoyvodum Ieſuitam ad ſe accerſitum audiret. Nuncius hominem accerſit, mandata ſummi Pontificis exponit, his de rebus diſſerentem & pluries, & ſingulis vicibus per aliquot horas audit. Quid Ieſuitæ? illicò ſuſpicantur, illicò rem ſubolent. Quid multa? effectum eſt Neapoli, ut D. Nuncius Apoſtolicus perterritus P. Caſparum deſereret, Romæ verò ut Pontifex perſuaſus, hunc P. Caſparum inſanire, & abillo Romam vocando deſiſteret.

Pater Caſparus cernens, ſe quidem à Domino Nuncio Apoſtolico & derelictum, & ſanctiſſimum hac falſa ſuggeſſione deluſum, ſcripſit ad Epiſcopum Caſanenſem, ſe quidem æquiſſimo animo ferre, quod zelus ſuus pro Domo Dei non ſucceſſerit, ſufficere enim ſibi, quod functus ſit, quod potuit, officio viri benè cupientis Societati ſuæ & Eccleſiæ Catholicæ, reliquum quod eſt, ſe Deo committere, demirari tamen ſe tam ineptam ſtropham, quâ Patres ſui per ſanctiſſimum Dominum deluſerant: nam inquit, ſi me ſtultum ſanctiſſimum Dominum noſtrum alloqui ſiviſſent, Pontifex ſapientiſſimus me deſipientem eſſe in primo congreſſu ſtatim deprehendiſſet & rejeciſſet cum magno Patrum noſtrorum honore, & conſcientiæ teſtimonio, conſtituiſſet enim illos ſic inſontes eſſe, ut neminem invenirent reprehenſorem niſi unvm inſanum. Hæc P. Caſpar in literis ſuis ad Epiſcopum Caſanenſem.

FINIS.

BIBLIOTECA ROMANA

BIBLJOTEKA KÓRNICKA
3144
3145

